Inſtitutionum author. *Iuſtinianus quis & qualis.* Inſtitutionum author fuit Iuſtinianus, Iuſtini, patris adoptiui, filius, imperator, *l. benè à Zenone. 3. Cod. de quadr. præſcr.* Cæſar ita dicitur, vel à Cæſare Auguſto qui imperabat tempore natiuitatis Chriſti, vnde omnis imperator vocatus eſt Cæſar, vel quia fuit cæſus de vẽtre matris ſuæ, vel quia magnam pilorum cæſariem habebat: Flauius, vel à deuictis Flauiis, vel quia de gente Flauia originem traxit: Alemanicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus à debellatis & deuictis gentibus ita inſignitus, Pius, Fœlix, quales dicuntur omnes imperatores, eo quod pietatem colere debeant, & omnia pro voto ipſis ſuccedant: inclytus à geſtis magnificis: Victor & Triumphator, eo quòd hoſtes fugârit, victoriámq. glorioſius reportârit multiplicem: ſemper Auguſtus, quaſi Sanctus, & augurio cõſecratus, auctúſque Iouis ope, ideò auxit imperium, atque amplificauit mirum in modum. Is ergo imperator factus, anno 530. poſt incarnationem Chriſti, aut circiter, oſtendere cupiẽs imperatoriam Maieſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam iudiciorum atque legum præſidio inſtructam eſſe debere, ſtatim de legibus condendis & illuſtrandis cogitauit: Nam vt in Imperio & Repub. duo ſunt tempora, pacis & belli, ſic Imperatoris duplex officium in armis & legibus ſitum, quę duo Imperanti valde ſunt neceſſaria, eò quòd Reſpubl. ſine legibus, vt corpus ſine anima ſubſiſtere nequeat, *Nou. 24. de præſide Piſidiæ. Nou. 25. de prætore Licaonia. Et Nou. 26. de prætore Thraciæ, cap. 1. ad finem, Balduin. in Conſtit. de Iuſtin. Cod. confirm.* *Imperatoris duplex officium.* Ideò totum ius Romanum tribus non rarò inter ſe diſcrepãtibus antiquis Codicibus, Gregoriano videlicet Hermogeniano & Theodoſiano, *Tres codices antiqui.* de quibus *in l. vn. Cod. de no. Cod. fac. & l. vn. C. de Iuſtin. Cod. confirm.* aliíſque conſtitutionibus comprehẽſum, ad vnum Codicem reducẽdum, & in vnum volumen conferendum curauit Iuſtinianus, quem Codicem compilarunt decem *Codex nouus.*

Digitized by Google

cem Viti illuſtres, Iohannes Leontius, Phocas, Baſilides, Thomas, Tribonianus, Conſtantinus Theophilus, Dioſcorus, & Præſentinus à Iuſtiniano ad hoc commiſſi, Vt patet ex prima conſtitutione, *C. de nou. Cod. fac. quæ incipit. Hæc quæ neceſſariò*, §.1. Codicis nomine intelliguntur chartæ, quibus quod inatatur facilè deletur vt reponatur aliud, *Cuiac. ad Paratit. C. in princ.* Deindè quadraginta libros Digeſtorum, ſeu Pandectarum triēnio inſumpto, componi mandauit, omnem Romanam ſanctionem, veteremque prudentiam continentes, vſúſq; eſt ad hanc rem operâ Triboniani, Conſtantini, Theophili, Dorothei, Anatolij, & Cratini, necnon Srephani, Mennæ, Prodocij, Entalini, Timothei, Leonidis, Leonrij, Platonis, Iacobi, Conſtãtini, & Iohannis, præſtantiſſimorum Patronorũ.

Digeſtorũ, & Pandectarum libri.

Dicuntur libri Digeſtorum, quia in illis totum jus vetus optimè digeritur, atque congeritur, & Pandectarum, à πᾶν, *id eſt*, omne, totum vel vniuerſum, & δέχομαι, *id eſt*, recipio, capio, cõtineo, eo quod vniuerſum jus antiquum cõprehendant, omnes diſputationes, & deciſiones in ſe habeant legitimas, *l.2. §. quod cæleſti, C. de vet. Iur. enucl.* vel à πᾶν, quod eſt totum, & δίκη Doctrina, quia ibi eſt tota omnium Iuriſconſultorum Doctrina. Conſtant Pandectæ tribus partibus principalibus, Digeſto veteri, Infortiato, & nouo: Digeſtum vetus præcipuè agit de vetuſtiori iure, & de iis quæ à iure naturali orta ſunt, cuiuſmodi ſunt omnes contractus, & abſoluitur 24 libris prioribus. Infortiatum ita appellatur, quia continet leges fortes de hæreditatibus, & bonis defunctorum diſponentes, & continet 14 libros ſequentes. Digeſtum nouum cõtinet Prætorum edicta, tractátq; de criminibus, & delictis, ac eorum pœnis, in 12. libris ſequentibus. Tres ergò illæ partes conſtant 50 libris, 432. titulis, & 9123. legibus.

Digeſtorũ etymon. *Pandectarum etymon.* *Digeſtum vetus.* *Infortiatum.* *Digeſtum nouum.*

Inſtitutionum compilatio.

Poſtmodum Inſtitutiones trium virorum Illuſtrium, Triboniani videlicet, Theophili, & Dorothei operâ atque induſtriâ in gratiá Tyronũ, aptiſſimo ordine, viâ expeditiſſimâ compoſitas, & elimatas promulgauit, quatuor libris, & 99. titulis comprehenſas, non computato prœmio: vt rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam, *l.1. §. ideoq; C. de vet. iur. enucl.*

Codicis veteris emẽdatio.

Et cùm animaduerteret Imperator in illo primo & veteri Codice, multa deſiderari, illum aboleuit & abrogauit, ſubſtituto in eius locum alio correctiori, quo hodie vtimur, qui emendatus, *id eſt*, repetitæ editionis, & prælectionis dicitur, nam apud veteres ſecunda editio appellabatur repetita; prælectio, quia prima lectio fuit reperita, quem nouum codicem compilarunt quinq; viri celebres à Iuſtiniano electi, nẽpe Tribonianus, Dorotheus, Menna, Conſtantinus & Iohannes, vt legitur in Conſtitutione quæ incipit, Cordi, *C. de emẽd. Iuſtin. Cod.* Et qui Codex 12 libris; 764. titulis & 4648. legibus, abſoluitur, ſuperfluis, & ſuperuacaneis omnibus reiectis, obſoletis, & inutilibus reſecatis, atque extirpatis. Acceſſerunt poſteà nouellarum ſiue authẽticorum collationes nouem, & Conſtitutiones 168. ab Imperatore Iuſtiniano paulatim editæ, atque ita dictæ, quòd nouiſſimè promulgatę ſint poſt Cod. Iuſtin. repetitę prælectionis, quaſi originales, vt pragmatici loquũtur, literæ patentes, quæ græco idiomate, deinde latino fuerunt conſcriptæ. Poſteà Conſuetudines Feudales libris 4. & titulis 137. diſtinctæ, quæ collatio decima dicitur. Adduntur hodiè quædam extrauagantes, quę ſolet vndecima appellari collatio. Vide computantem hæc omnia. *Ioh. Harpprecht. Proleg. de iur. ciuil. compoſ. & Iuſt. Meth. 39. & ibi citatum Stuckium, tum Sebaſtianum Caccialupum de modo ſtudendi in vtro. Iur. do um. 10. & in compilat. iur. ciu.* aliter computantem, & ſummam omnium legum adducentem, tredecim millia viginti ſeptem quod mare eſt per quod nauigamus. Vide & compilationem Iuris Ciuilis quæ eſt in fine Vocabularij vtriuſque juris, vbi numerus legum adſtruitur.

nouella *Conſuetudines feudales.* *Extrauagantes.*

Principis tantum eſt leges condere.

Ex dictis patet Iuſtinianum cauſam fuiſſe principalẽ, efficientẽ & primariã Inſtitutionũ, quippe quòd ſolis Imperatoribus & Principibus permiſſum ſit leges condere. *l. fin. C. de legib. Conſtit. Abeuil. art.* 117. ſicut à principio Romani Imperij legis condendæ, poteſtas apud Romulum, Humam, & alios Reges, fuit. *Liu. decad.* 1. *lib.* 1. *Pomponius in l. 2. §. poſtea 2. ff. de orig. iur.* non ad libitum ſed calatis Comitiis populóque conſulto *d. §. poſteà.* Ideò Princeps dicitur fons Iuſtitiæ, *gloſſ. notab. in l. relegati, verb. ex aliqua. ff. de pœnis. Gail. libr. 2. ob-*

Princeps fons Iuſtitiæ.

ſeruat.25.n.4.in fi.

Inſtitutionum diſtributio.

Diſtribuuntur Inſtitutiones in 4. libros, ad imitationem Inſtitutionum Caij Iuriſconſulti, quæ ante Iuſtinianum docebantur, & in quatuor libros diſtributæ erant, vt notat *Gephan. in præfat. Inſtit.* Deinde comparantur Inſtitutiones elementis, quæ quatuor ſunt, ignis, aër, aqua, & terra. In illis quatuor libris agitur de perſonis, in primo videlicet libro: de rebus in ſecundo, tertio, & quinque titulis prioribus quarti libri: de actionibus à ſexto quarti libri tit. vſque ad finem, quæ tria ſunt juris ciuilis objecta vniuerſum jus comprehendentia. Vnuſquiſque liber in titulos aut Rubricas diſtribuitur.

Tituli, & Rubricæ vnde dicantur.

Tituli appellantur ex eo quòd ſubſequentem tueantur textum, aliàs Rubricæ, quia rubricâ, *id eſt*, terrâ rubrâ titulorum & legum capita prænotati ſolent. Tituli paragraphis diſtinguũtur & paragraphi prolixiores, verſiculis: Dicitur Paragraphus à verbo παραγράφω, quod eſt in margine annoto, vel in lineati ſpatio ſcribo, vnde paragraphi ſunt huiuſmodi annotationes, vel annotationum ſigna, in margine, vel inter lineas ſcripta.

Paragraphus.

Inſtitutionum finis, & vſus.

Finis & vſus Inſtitutionum eſt Tyrones, leui, breui, ac ſimplici viâ inſtituere & ad leges intelligendas, atque interpretandas perducere: nam ſi priùs vaſto, & fluctuanti Pandectarum, Codicis, Nouellarum, Feudorum, & Commentariorum variorum Oceano ſe committant, quàm Inſtitutiones, ceu riuulos, & principia totius juris vniuerſalis didicerint, magnam patientur ipſorum ſtudia iacturam, imò præpoſterorum laborum pœnam luent. Harum Inſtitutionum vſus pulchrè declaratur in *l.1.§.ideo, & in l.2.§. ſed cum perſpeximus. Cod. de vet. jur. enucl.*

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA ET IVRE.

TITVLVS I.

TEXTVS.

IVSTITIA eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi.

1 ¶ Iuriſprudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.

2 ¶ His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Rom. ita videntur poſſe tradi commodiſſime, ſi primò leui ac ſimplici viâ, poſt deinde diligentiſſima atque exactiſſima interpretatione, ſingula tradantur: alioqui ſi ſtatim ab initio rudē adhuc & infirmum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum onerauerimus, aut eum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juuenes auertit) ſerius ad id perducemus: ad quod, leuiore viâ ductus, ſine magno labore, & ſine vlla diffidentia, maturius perduci potuiſſet.

3 ¶ Iuris præcepta ſunt hæc: honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.

4 ¶ Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum & priuatum. Publicum jus eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem. Dicendum eſt igitur de jure priuato, quod tripertitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

Iuſtitia quomodo ſe habet ad Ius, ſiue Iuriſprudentiam, & quid eſt iuſtitia?

OPTIME à definitione Iuſtitię Inſtitutionum ducitur initium, quia Iuſtitia eſt Iuriſprudentiæ finis, & ſcopus, ad quem omnia legitimæ ſcientiæ præcepta, omnéſque leges reuocari debent, & à qua veluti matre, ac fonte quodam omnia jura emanant, ideò Iuſtitiam ante omnia noſſe debet ille qui Iuri operam daturus eſt, quippe quę legum & Conſtitutionum mater habeatur. Deſcēdit enim & promanat Ius, quod artem boni & æqui ſignificat, *hoc eſt*, omnium præceptorum boni & æqui collectionem philoſophicè & Iuridicè, à Iuſtitia, veluti à riuo quodam limpidiſſimo, *l.1. in princ. ff. hoc. tit.* Vt actio ab habitu, ideo inſcribitur iſte titulus de Iuſtitia & Iure, non de Iure & Iuſtitia. Titulus iſte de *Iuſtitia & Iure, & ſequens de Iur. nat. gen. & ciu.* referri debent ad *tt. de Iuſti. & Iur. De orig. Iur. De leg. Senat. &c. & Conſt. Princip. Pandectarũ: & ad tit. de Legib. & Conſtit. &c. de Mand. Princ. de Senatuſcon. & de Veter. jur. enucl. Codicis.*

Iuſtitia eſt Iuriſprudentiæ finis & ſcopus.

Iuſtitia quid ſit.

Iuſtitia definitur conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum cuique tribuendi, in *princ. hic. l.10. ff. de juſt. & jur.* Eſt enim Iuſtitia ea virtus quæ ſuum cuiq. diſtribuit: Definita eſt Iuſtitia, non diuina, quã Vlpianus Ethnicus non agnouit, & quæ Iuriſprudentiæ humanæ finis eſſe nequit, quam etiam juris

& legum

Digitized by Google

& legum humanarum beneficio aſſequi nō poſſumus, quæ eſt ipſa Dei bonitas & clementia, de qua in *Pſalm.*51.

Iuſtitia diuina.

quâ omnes res à ſe creatas tanquā ſuas proprio jure poſſidet, amat & conſeruat, & quâ ex æquo, ac verè judicat ſine acceptione perſonarum, inſontes liberat, & malos punit; *Pſal.*7. & 50. & *Pſalm.*118. *item* 2. *Tim.cap.*4.

Iuſtitia legalis.

Sed eſt juſtitia legalis & humana, quia Deus animis hominum certas indidit notitias, firmas & immutabiles, vt ea quæ iuſta ſunt conſtanter, & perfectè appeterent, & pro ratione meritorum, pœnarum videlicet, & præmiorum vnicuique quod ſuum eſt redderent, non dicitur ergo humana ſi hominis corruptum ſpectemus ſtatum, iu quo nulla iuſtitia, *Rom.*3. ſed dicitur humana, quatenus à Deo certis hominibus eſt conceſſa, iudicibus nimirum, magiſtratibus, & Principibus, vt ſecundum leges diuinis oraculis conſentaneas iudicent, quibus reſiſtere nefas, *Rom.*13. & hæc eſt iudiciaria iuſtitia.

Iuſtitia vniuerſalis.

Definitum inſuper eſt iuſtitia, non vniuerſalis, de qua *Ariſt.in lib.*5. *Ethic. cap.*1. quæ omnes alias virtutes tanquā ſola earum domina, mater & regina comprehendit, vnde illud:

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes,

Iuſtitia particularis.

Sed particularis ab aliis virtutibus peculiari ſuo munere diſtincta, à qua ſimpliciter iuſti appellantur, & quæ in diſtributione & cōmutatione conſiſtit, adeóque iniuriæ contraria eſt.

Iuſtitia diſtributiua.

Vel iuſtitia hæc particularis geometricam obſeruat proportionem in perſonis ordinandis, & præmiis ac pœnis diſtribuendis, dicit enim *Ariſt.in* 5. *Eth.* iuſtitiam diſtributiuam onera perinde ac honores æqualiter partiri & diſtribuere:

Iuſtitia commutatiua.

Vel arithmeticam ſeruat proportionem & ęqualitatem in commerciis, & rerum priuatarum permutatione. Patet ex dictis iuſtitiā diſtribui in diuinā, & humanā, vniuerſalē & particularē: rurſus particularē ſubdiuidi in cōmutatiuā & diſtributiuam.

Iuſtitia alta.

Practici aliter diſtribuunt iuſticiam in altam, mediam, & infimam, alta agit de criminibus mortem merentibus, & corpori pœnam infligentibus, vnde eſt meri Imperij iuriſdictio.

Iuſtitia media.

Media verſatur circa tutorum & curatorum dationem, bonorum poſſeſſionē, & miſſionem in eam, bona vacantia, ſubhaſtationes, mulctas pecuniarias, & eiuſmòdi alia quæ mediæ iuriſdictionis ſunt, vnde exiſtit mixti imperij iuriſdictio, ex mero videlicet imperio & inferiori iuriſdictione conflata, *l.*1. *& ibi gloſſ. ff. de iuriſdict.omn.iudic.*

Iuſtitia infima.

infima complectitur cauſas pecuniarias, perſonales & poſſeſſorias, necnon pœnas pecuniarias, infra ſexaginta ſolidos, & exiſtit imperij minoris iuriſdictio, *Papo, lib.*7. *tit.*7. *art.*33. *Chaſſ. de iuſt. Rub.*1.

Iuſticia dicitur voluntas, id eſt habitus, & affectio voluntatis, ita vt conſideranda ſit non quoad actum, ſed quoad affectum: conſiſtit enim iuſtitia in voluntate, eique moderatur ſola, vt ait *Ariſt.in lib.*2. *& in princip.lib.*5. *Eth.* Vbi etiam iuſtus dicitur ille qui velit & faciat iuſta. Dicitur voluntas conſtans, *id eſt*, ſtabilis & firma, adeóque talis, vt neque pecuniâ corrumpatur, neque potentiâ frangatur, neq; gratiâ inflectatur, ſed incorrupta maneat. Dicitur perpetua, *id eſt*, continuata, & non interrupta, nam vnus actus non facit voluntatis habitum. Dicitur ſuum tribuere, *id eſt*, ad tribuendum impellere, quod proprium eſt eius officium quo ab aliis virtutibus differt. Tribuit iuſtitia ſuum cuique, nempe Deo cultum, honorem, gloriam, & religionis obſeruantiam: Proximo, pœnas, vel præmia pro ratione meritorum: Reſpublica enim duabus continetur rebus, duobúſque efficaciſſimis remediis tranquillitas publica, pacatúſque Reipubl. cuiúſque ſtatus conſeruatur, præmiis ſcilicet & pœnis, *teſte Ariſt.lib.*1. *Eth.cap.*5. *Vulp.in l.*1. §.1. *ff. de iuſt. & iur.* Tribuit etiam ſuum ſibi, nempe vitæ honeſtatem, cuíque adhuc, tam diuiti quàm pauperi, nullâ habitâ perſonarum ratione. Tribuit ius ſuum, *id eſt*, quod ſecundùm leges ad vnumquemque pertinet, & quod cuíque iure & lege debetur.

Quid eſt Iuriſprudentia?

Iuriſprudentia definitio.

Eſt rerum diuinarum atque humanarum notitia, iuſti atque iniuſti ſciētia. §.1. *hic. l. iuſtitia* 10. *ff. de iuſt. & iur.* iuſti, ſcilicet ad faciendum, iniuſti ad euitandum. Priora definitionis verba Iuriſprudentiam veram eſſe philoſophiam indicant, prout hoc aſſeritur *in l.*1. §.1. *ff. de iuſt. & iur. l. cùm Sillanianum* 11. *Cod. de his quibus vt indign.* etenim præcipua philoſophię laus & commendatio in rerum diuinarum & humanarū cognitione conſiſtit, adeóque vt ex

primum bonos reſpicit mores, vt homo in rebus omnibus ſemper prouideat, ne quid indecorè & minùs honeſtè fiat, & ne Reipublicę, ac vitę humanæ libidine ſua, & vitâ inhoneſtâ
Secundū. noceatur. Secundum ad perſonam pertinet, pendétque ex illo iuris naturalis Canone. *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, Thobiæ, 4. Matth. 7.* Vbi ſcribitur, hanc eſſe legem & Prophetas, & *Luca 6. l. iuſtitia 10. ff. de iuſt. & iur.* & eo quiſque iure vti debet quod in alium ſtatuerit, *ot. tit. ff. quod quiſque iur. Mynſing obſeruat. 4. cen. 3.* docéque iſtud præceptum rationem iræ coercendæ & à damno, dolo, maleficio, &
Tertium fraude abſtinendi. Tertium ad res euiuſque pertinet & prohibet ne alios decipiamus, ſed vnicuique quod ſuum eſt pro meritis reſtituamus *l. bona fides, 31. §. 1. verſ. & probo. ff. depoſ.* ac proinde cupiditatem reprimamus. Primum præceptum latiſſimè patet & cæteris ineſt, quia is honeſtè viuit qui neminē lædit, vel qui ius euique ſuum tribuit, non contrà ea illi inſunt.

Obiect. Atqui inquies, vim vi repellere licet, *l. vt vim. 3. ff. de iuſt. & iur.* Ergo ius permittit alterum lædere.

Reſp. Reſpondendum eum qui ſeſe defendit non habere animum alterum lædendi, ſed malum tantùm euitandi.

Quot ſunt partes Iuris?

Iuris partes. Poſitiones, *id eſt*, genera, & capita, ſiue partes & ſpecies ex quibus totum Ius atque Iuriſprudentia componitur, duæ ſunt, nempe jus publicum, & jus priuatum, *§. huius ſtudy, vel hic. l. 1. §. huius ſtudy. 2. ff. eod.*
Ius publicum. Illud eſt, quod omnibus hominibus competit, & ad vniuerſum Reip. ſtatum, vſque communes pertinet, euiuſmodi ſunt res ſacræ, Sacerdotes, & Magiſtratus *l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur.* Vectigalia, viæ publicæ, leges ſcholæ inſtituendæ, ludi, rés militaris, legationes, induciæ, fœdera, &c. de quibus in tribus libris poſterioribus Codicis & in primo lib. ff. veteris in fin. & in princ. ſecundi libri: Hæc n. omnia publicam vtilitatē reſpiciunt, & etiamſi ex his plurimùm vtilitatis, ad priuatos deriuetur, tamen non poſſunt priuatorum pactionibus tolli *l. quod bonis. 15. §. 1. ff. ad l. Falcid. l. jus publicū, 38. ff. de pact.*
Ius priuatum. Iſtud verò jus, nēpe priuatū, eſt quod ad ſingulorū vtilitatē principaliter & generaliter ſpectat: *§. vlt. hic. & dict. l. 1 §. huius study, 2. ff. de iuſt. & iur.* Vt contractuum leges, & injuriarum vindicationes, de quo ſolo hic agendum venit, vtporè in quotidiano vſu conſiſtente, & juri publico viam muniente. Nec obſtat quod di- *Obiect.* cere poſſet aliquis, in Inſtitutionibus agi de teſtamentis, & de tutelis, quæ ſūt juris publici, *l. 3. ff. qui teſta. fac. poſſ. & princ. inſ. de excuſ. tut.* Nam jus publi- *Reſp.* cum dicitur duobus modis, primò, authoritate & vtilitate, quod ad Reipu. ſtatum ſpectat: Secundò, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat, ita tamen vt in priuatorum hominum poteſtate non ſit priori ſenſu, teſtamentum & tutela non ſunt juris publici de quo hunc, ſed poſteriori.

Quotuplex eſt Ius priuatum?

Triplex, Naturale, Gentium, & Ci- *Ius priuatum triplex.* uile. Nullum enim eſt jus quod vel ex juris naturalis, vel juris gentium, vel juris ciuilis præceptis non ſit collectū *d. §. vlt. hic. d. l. 1. § huius ſtudy. 2. ff. de juſt. & iur.* Hanc tripartitam juris priuati Diuiſionem putant nonnulli deſumptam eſſe ex triplici hominis conſideratione: primo enim conſideratur vt animal, vnde jus naturale; ſecundò, vt homo, vnde jus Gentium, tertiò, vt ciuis, vnde jus Ciuile.

TITVLVS II.

DE IVRE NATVRALI, Gentium, & ciuili.

TEXTVS.

IVs naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. nam jus iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animalium, [quæ in cœlo,] quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris atque fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia iſtius juris peritia cenſeri.

1 ¶ Ius autem ciuile à jure gentium diſtinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure vtuntur. nam quod quiſque populus ipſe ſibi jus conſtituit: id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocatúrque jus ciuile, quaſi jus proprium ipſius ciuitatis, quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit: id apud omnes peræque cuſtoditur: vocatúrque ius gentium, quaſi quo jure omnes gentes vtantur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio: partim communi omnium hominum jure vtitur. Quæ ſingula qualia ſint ſuis locis proponemus.

2 ¶ Sed jus quidem ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur, veluti Athenienſium,

Digitized by Google

nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare jus ciuile Athenienſium: non errauerit. ſic enim & jus, quo Romanus populus vtitur, jus ciuile Romanorum appellamus: vel jus Quiritium, quo Quirites vtuntur. Romani enim à [Romulo,] Quirites à Quirino appellantur. Sed quotiens non addimus nomen, cujus ſit ciuitatis: noſtrum jus ſignificamus, ſicuti cum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius. Ius autem gentium omni humano generi commune eſt. nam vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ [jura] quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſequutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali juri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc jure gentium omnes pene contractus introducti ſunt; vt emptio [&] venditio, locatio [&] conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij innumerabiles.

3 ¶ Conſtat autem jus noſtrum, quo vtimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: vt apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι οἱ δ' ἄγραφοι. *i. legum aliæ [ſunt] ſcriptæ, aliæ non ſcriptæ.* Scriptum autem jus eſt lex, plebiſcitum, Senatuſconſultum, principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum.

4 ¶ Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante (veluti Conſule) conſtituebat. Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat. Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies à genere: nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis autem appellatione, ſine patriciis & ſenatoribus cæteri ciues ſignificantur. ſed & Plebiſcita, lege Hortenſia lata, non minus valere, quam leges cœperunt.

5 ¶ Senatuſconſultum eſt, quod Senatus jubet, atque conſtituit. Nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari legis ſanciendæ cauſa: æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli.

6 ¶ Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege Regia, quæ de ejus imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat. Quodcumque ergo Imperator per Epiſtolam conſtituit: vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. hæc ſunt, quæ Conſtitutiones appellantur. Plane ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur, [quoniam non hoc princeps vult.] nam quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit: perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem, quum generales ſint, omnes procul dubio tenent.

7 ¶ Prætorum quoque edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium ſolemus appellare, quod qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibuſdam cauſis, quod & ipſum juris honorarij portio eſt.

8 ¶ Reſponſa prudentium ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere. nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui jura publice interpretarentur, quibus à Cæſare jus reſpondendi datum eſt, qui Iuriſconſulti appellabantur, quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt judici recedere à reſponſo eorum non liceret, vt eſt conſtitutum.

9 ¶ Sine ſcripto jus venit, quod vſus approbauit. nam diuturni mores conſenſu vtentium comprobati, legem imitantur.

10 ¶ Et non ineleganter in duas ſpecies jus ciuile diſtributum eſſe videtur. nam origo ejus ab inſtitutis duarum ciuitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedęmoniorum, fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitū erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obſeruabant, memoriæ mandarent: Athenienſes vero ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

11 ¶ Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruantur: diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent. Ea vero, quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.

12 ¶ Omne autem jus, quo vtimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de perſonis videamus. nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.

QVID EST IVS Naturale?

IN pręcedenti titulo dictum eſt hunc tit. ad eoſdem 44. ff. & C. eſſe referendum ad quos referri debet tit. de Iuſtit. & Iur. In cuius fine oſtenſum eſt jus priuatum ex jure naturali gentium, & ciuili iis eſſe collectum, ita vt videndum ſequatur quid horum quod libet ſit. *Connexio.*

Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit quæ in mari, quæ in aëre, quæ in terra naſcuntur, vt maris eſt fœminæ coniunctio, ſobolis procreatio, educatio, in *princ. hic l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iur.* Senſus definitionis eſt, quod jus iſtud naturale non tantùm in homines cadat, ſed etiam in beſtias: Eſt enim omnium animantium commune, vt coniunctionem *Ius naturale.*

nem

nem appetant procreandi cauſâ, & curam quandam habeant eorum, quæ procreata ſunt ad ſpecierum ſuarum conſeruationem: ideo omnia animalia magno naturæ impetu ferri videmus, atque rapi ad ſui propagationem, & conſeruationem fœtus ſui, adeò vt nec ferrum, nec ignem, nec mortem reformident, ſi quando in periculum aliquod fœtum adduci videant. Non eſt ergò jus iſtud humani generis proprium, nemo enim dicat proprium quod commune eſt. Coniunctio abſolutè conſiderata, putà maris & fœminæ eſt iuris naturalis. Coniunctio viri & vxoris ſecundùm legum formam facta, quæ matrimoniũ dicitur, eſt iuris ciuilis, & ſecundum primam inſtitutionem eſt iuris diuini, nam matrimonium inſtitutum fuit à Deo in paradiſo ante peccatum, vt 32. *quæſt. 2. verſ. hic capit. vnde vxo, tit. 6.* Vt rectè intelligatur. hæc definitio, notandum definitum fuiſſe populariter jus naturale, quatenus inſtinctum, impetum, incitationem, & propenſionem naturæ dicit, ſine ficto, & doctrina cuiuſquã, ita vt inſtinctus naturalis pro lege habeatur & ſeruetur: ſic lep⁹ naturâ ſuâ fugit, canis inſequitur, grues habent magiſtram, & noctu excubias agunt, apes habent regem cui ſeruiunt: deinde omnia animalia naturæ inſtinctu & dictamine, ſeipſa diligunt, & conſeruant, vim vi repellunt ſibi ſimile generant, quæ tamen omnia tantùm impropriè iura naturalia dicuntur, & propriè propenſiones naturales, quibus omnia animalia iuxta ſuam ſpeciem mouentur & inclinantur, Ius iſtud appellatur commune, quia omnibus animalibus conuenit.

Inſtinctus naturalis.

Ius commune.

Quod jus tantùm impropriè dictum in beſtias cadat, ita probatur. Ius propriè dictũ tantũ cadit in illa animalia in quæ cadit juſtitia, ſed in beſtias non cadit iuſtitia, quia beſtiæ, non habent conſtantem voluntatem jus ſuum cuique tribuendi, nec iuſtitiam dixerit, quis ſine ratione, ac proinde neque jus.

Ius naturæ impropriè dictum.

Atqui inquies, bruta iniuriam inferre non poſſunt, quia iniuria præſupponit voluntatem, quæ in brutis non eſt, *l. illud* 3. §. 1. *ff. de iniur.* Ergò ius non cadit in bruta.

Obiect.

Reſpondendum conſequentiam eſſe falſam: ideo enim bruta non faciunt iniuriam, ſed pauperiem, *id eſt*, damnum ſine iniuria, neque animal iniuriam feciſſe dici poteſt quod ſenſu caret *l. 1. §. 3. verſ. pauperies. ff. ſi quad. paup. feciſſ. dic.*

Reſp.

Ius verò naturale propriè dictum, eſt cum ratione & ratiocinatione conjunctum, & competit ſolis hominibus, vt Deum agnoſcere & colere. Parentes diligere, ſtare promiſſis, neminem offendere. Ius illud naturale impropriũ & generale materialiter ſumitur: iſtud verò proprium ſpeciale, & formaliter vt æſtimatur ex ratione.

Ius naturale propriè dictũ

Quid, & quotuplex ſit ius Gentium?

Gentium ius illud eſt quod naturali ratione conſtitutum ab omnibus hominibus cuſtoditur, & ita appellatur, quia eo omnes gentes vtuntur, §. *ius autem ciuile. verſ. quod verò naturalis* hic. Vnde naturale interdum vocatur, § *ſingulorum, 11. in f. de rer. diu.* quale eſt, vt matrimonium ſtabile inire liceat cum extranea, non cognata in recta linea, *l. ſi adulte. ff. de adult. l. fin. ff. de rit. nupt.*

Ius Gentium quid ſit.

Eſt autem duplex, Primæuum, & Secundarium: Primæuum, quod ratio incorrupta conſtituit, & cum ipſa rerum origine cœpit, vnde pietas erga Deum, patriam & parentes originem ducit, *l. 2. ff. de iuſt. & iur.* hoc ius primæuum lapſu Adami & peccato originali deprauatum fuit. Secundarium eſt, quod poſt naturæ ſuæ corruptionem vſu, & humanis neceſſitatibus exigentibus Gentes humanæ ſibi conſtituerunt, §. *ſed ius quidem, 2. et ius autem gentium* hic. vt gentium diſcretio, teguorum & dominiorum diſtinctio, terminorum poſitio, ædificiorum conſtructio, bella captiuitates, ſeruitutes & contractus ferè omnes, *l. 4. & 5. ff. de iuſt. & iur.* & §. *ſed ius quidem, 2. hic.* & ſic iura perſonalia ex quibus perſonæ obligantur. Primùm enim non erant contractus, nec delinquentes puniebantur, vnde hominum ſocietas perturbabatur, ideò humana neceſſitas exegit, & poſtulauit, vt inter omnes gentes hoc ius conſtitueretur, & ita res communicarentur, adeòque rerum communicandarum certi conſtituerentur modi, quales ſunt contractus, & modi rerum dominium requirendi deinde fontes & mali punirentur, legitimè autem puniti

Ius Gentium primæuum.

Secundarium

Digitized by Google

nequeunt, niſi magiſtratus & iudicia conſtituantur, vnde fluxit tot ius juris proceſſus: induĉta etiam fuerunt bella contra potentiores, qui alios læderent & opprimerent, quæ quidem bella nihil ſunt aliud quàm calamitates, *l. vn. in princ.* ibi, *vt quod belli calamitas. C. de cadūc. toll.* & veluti compendioſæ hominum carnificinæ, vnde verſ. *Tibull. lib.* 1. *Eleg.* 10.

Bella ſunt calamitates & carnificina.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quàm ferus & verè ferreus ille fuit.

Bellum quoddam iuſtum. Quoddam tamen bellum iuſtum eſt, vtpote quod ex Ediĉto geritur, & cùm agitur de rebus repetendis, aut iniuria propulſanda. *c. iuſtum bellum 23. q. 2. Cic. lib. 1. de offic. l. hoſtes 24. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* vel de legibus diuinis defendendis: tale fuit bellum Machabæorum, 1. *Machab.* 3. & ne in bellis omnes promiſcuè occiderentur, captiuitates introduĉtæ ſunt, & ſeruitutes perſonales atque manumiſſiones.

Quid eſt ius ciuile?

Ius ciuile quid ſit. Ius ciuile, ſpecialiter ſumptum dicitur, quod cuiuſque ciuitatis proprium eſt. *l. 6. l. 9. ff. de iuſt. & iur.* quódque aut pluribus, aut omnibus in quáque ciuitate vtile eſt, *l. venultum. ff. eod.* nec non quod ab illius municipibus obſeruatur, & eorum conſenſu ortum, ac proditum eſt, vnde ius Quiritum vocatur: cuiuſmodi eſt ius Romanum, vel ius quò Quirites vtebantur, §. *ſed ius quidem ciuile. hic.* Sic Romæ decem viri videntes pudicitiam noĉturnis ſacris variè ſollicitari & expugnari, propoſitâ lege ſanxerunt, ne noĉturna mulierum eſſēt ſacrificia. Ius iſtud neque in totum à iure naturali, vel Gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit, *l. ius ciuile. 6. ff. de iuſt. & iur.* & in ratione fundatur, cuius Romani obſeruatores fuerunt, ita vt cùm agitur de interpretatione, extenſione, aut reſtriĉtione iuris ciuilis, attendenda ſit mens legiſlatoris, tum etiam ratio ſi in lege declaretur, *l. quoties ff. de legib. l. de pretio, ff. de Publiciana in rem actione, l. illud, ff. ad l. Aquil.*

Quomodo differunt ius naturale, Gentium, & Ciuile.

Iuris naturalis, gentium & ciuilis differentia. Ius naturale competit omnibus animalibus, & pendet à naturali inſtinĉtu. Ius Gentium, omnibus hominibus, & pendet à ratione naturali, *l. 1. §. vlt. ff. de iuſt. & iur.* Ius Ciuile, alicui tātùm populo, vel ciuitati, & pendet à populo & ciuitate. Deinde ius naturale, & ius Gentium primæuum, ſunt immutabilia, reliqua iura interdum mutantur, §. *ſed naturalia* 11. hic ius Gētium & ius Ciuile aliàs appellantur ius humanum, aliàs poſitiuum, quaſi ab hominibus poſitum, ciuili quadam & politica argumentatione, ad extendendum ius naturæ, *l. bona fidei. ff. depoſit.* *Ius poſitiuum.*

Quomodo diuiditur ius ciuile?

In ſcriptum, & non ſcriptum, quorū illud eſt nobilius, quia antiquius, per §. *ex non ſcripto*, hic. Scriptum, eſt propriè quod ſapientiſſimi Romani olim conſcripſerunt & conſtituerunt, ideò appellatur Romanum, Imperatorium, aut Cæſareum, §. *ius autem ciuile. &* §. *ſcriptum autem ius. &* §. *ſeq. hic.* Et quamuis olim Romano Imperio ſubieĉtis tantùm fuerit proprium, ſucceſſu tamen temporis ob ipſius dignitatem, æquitatem, & vtilitatem, ab aliis nationibus fuit obſeruatum, vnde ius commune appellatum fuit, quò communiter omnes regiones vtuntur, & eius ſunt ſex ſpecies, Lex, Plebiſcitū, Senatuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuum ediĉta, & Reſponſa Prudentum. Sex enim erant qui apud Romanos jura conſtituebant, Populus, Plebs, Senatus, Princeps, Magiſtratus, & Prudentes vrbis Romæ, §. *conſtat autem*, 3. hic. Vnde ſex apud Romanos erant politiæ ſpecies, ex quib. ius ciuile commune fuit conſtitutum iuxta *tit. de orig. iur.* Ius iſtud ſcriptum à nōnullis appellatum fuit, ratio ſcripta, quia leges Romanæ ſuper ratione ſunt fundatæ: ideò in Gallia conſuetudinaria cùm deficit conſuetudo, ad leges Romanas recurritur, *Guid. Coquil. quæſt.* 1.

Ius ciuile vel ſcriptum, vel non ſcriptum. *Ius commune.* *Iuris ſcripti ſpecies.*

Quid eſt lex?

Legis etymon. Lex à legendo diĉta, quòd legumlatores ſuas leges inciſas tabulis æneis parieti affigerent, vt à populo legerētur, ſunt enim leges omnibus cōmmunes, *cap. erit autem lex. Diſtinĉtio quarta. l. 1. & 2. ff. de legib.* vel etiam quod multorum conſenſu leĉta, id eſt, deleĉta ſit, definitur ius ſcriptum, quod Senatorio Magiſtratu interrogante vniuerſus populus conſtituebat. §. *lex eſt* 4 hic: nam cùm populus legem condere volebat, Conſul rogabat populum an vellet, aut iuberet quid fieri? Hàc legis condendæ poteſtate ſeſe populus abdicauit, cùm omne ius ſuum in Imperato-

Legis definitio.

ratorem tranſtulit, ita vt ſolus Imperator poſteà leges tulerit, vnde lex *Rex legia.* Regia originem ſumpſit, de qua in *l.1. §. ſed in hoc ſtudium Co. de vet. iur. enucl.* non ergo definitur lex generaliter, ſumpta pro eo omni, quo pro jure vtimur, ſic enim conſuetudinem, & jura municipalia leges appellantur: neque *Lex 12. tabularum.* lex duodecim tabularum à Decemviris lata, quæ Romanis prima fuit poſt exactos Reges, de qua in *l.2. §.1. ff. de orig. iur.* neque *Lex naturæ.* lex naturæ, quæ ratio quædam eſt communis à Deo hominum mentibus inſita, quâ Deum colimus, Iuſtitiam ſectamur, & iniuſtitiam vitamus: multo minùs lex diuina, ſed definitur hic lex ſtrictè ſumpta pro æqui præcepto à populo Romano conſtituto, cuius finis fuit populi Romani ſalus, vt ait Cic. *de legib.* Definitur etiam lex regula directiua vitæ. Vide alias legis deſcriptiones *in l.1. & l.2. ff. de legib.*

Quænam ſunt Legis cauſæ, quis effectus, & quæ affinia?

Cauſa legis. Cauſa efficiens eſt Principis ſummi authoritas, *l.1. C. de leg. conſtit. &c.* ſolius enim eſt Principis leges cōdere. Forma habetur in *l. humanum, 8. c. eod.* Materia, ſunt perſonæ, res, & negotia, *l. leges 9. c. eod.* Finis, eſt Reip. ſalus. *Effectum legis.* Effectus eſt vinculum, quo omnes ad legis obſeruationem adſtringuuntur, ita vt factum contra legem habeatur pro infecto, *l. nō dubium, 5. C de legib.* *Affinia legis.* Affinia legis ſunt æquitas, non ſcripta, *l.1. C. de legib. priuileg. l.2. eod* Sententia definitiua Principis lata ſuper cauſa, de qua plenè cognouit *l. ſi Imperialis, 12. C. ibid.* conſuetudo, & aliæ juris partes.

Quid eſt Plebiſcitum?

Plebiſcitū. Eſt jus ſcriptum quod Plebejo magiſtratu interrogante plebs ſuo ſuffragio conſtituebat, *§. lex eſt, 4 ib.* Plebiſcitum. Dicitur plebiſcitum quaſi plebis ſcitum, *id eſt*, ſtatutum, & confirmatum, ſcitum enim plebeium appellatur, quod plebs ſuo ſuffragio ſine *Scitum & ſciſcere.* patribus iuſſit: & ſciſcere, eſt ſancire, ſtatuere, confirmare, & decernere, vel dicitur quaſi à plebe ſtatutum, vel quod plebs illud ſciat. Plebiſcita primò confirmata ſunt lege Horatiâ; *Liu. lib. 3. Decad. 1.* Deinde lege Hortenſiâ, *§. lex eſt, 4. hic.* & quamuis à plebe ſcita eſſent, tamen vim legis habebant. *Plebs à populo differt.* Differt Plebs à populo vt pars à toto, *l. plebs, 238. ff. de verb. ſignif.* nam populus ſignificat vniuerſos ciues, cuiuſcunque ſint ordinis, & conditionis, ac proinde connumeratis etiam Patriciis, Senatoribus & Equitibus. Et quidem ciues iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatos. *Cic. lib. 1. de Repub.* at plebs ſignificat ciues, omnes, exceptis Patriciis, & Senatoribus, cunctáque nobilitate.

Quid eſt Senatuſconſultum?

Eſt ius quod Senatus jubet, atque conſtituit ſine lege, *§. ſenatuſconſultum, 5. hic.* ius enim facere poteſt Senatus, *l. non ambigitur, 9. ff. de legib.* Hinc S C. Velleianum, Macedonianum, & alia multa, nam cùm eſſet ita auctus populus Romanus, vt non poſſet ſine magna difficultate in vnum conuocari, Senatus vice populi conſulebatur, *ibid.* Eſt autem Senatus, Concilium è ſelectis viris conſtans, quò nulli plebeio aditus eſt, vel cœtus ille Senatorum honeſtiſſimus, qui centū erāt, numero. Introducta fuerunt Senatuſconſulta, principum oratione. *l.32. ff. de donat. int. vir. & vxor.* & contra ea, quæ Arreſta vulgò dicuntur, propter ſupremam Senatorum authoritatem, non poteſt iuris error obiici à condēnato, ſed vel tantùm ciuilis ſupplicatio porrigenda, quæ eſt quaſi appellationis vice, ad reformandum rem iudicatam, *l.1. ff. de appell.* vel facti error proponendus, *Fab. de fin. 4. num. 4. & 5. C. de ſentent. præfect. Papo, lib. 19. titu. 8. arr. 4.* Tamen priùs executioni mandanda ſunt ea, quàm admittatur ciuilis ſupplicatio, *id. defin. 4. num. 1. ibid. Conſtit. Abeuil. art. 113. Rebuff. in 1. tom. comment. in Reg. conſtit. de lite ciuil. gloſſ. 3. n. 3.*

Senatuſconſultū. *Senatus.* *Arreſta.* *Supplicatio ciuilis.* *Propoſitio erroris.*

Quænam ſunt Principum placita?

Sunt id omne quod Princeps conſtituit per Edictum, Reſcriptum, aut Epiſtolam, & vulgò Conſtitutiones, ſiue ordinationes appellantur, *§. ſed & quod principi, 6. hic.* Habet autem Principis conſtitutio legis vim, poſtquàm fuit lecta, publicata, homologata, & in acta relata, *d. §. & l.1. ff. de conſtit. princip. Curt. Iun. conſ. 342. num. 14. vol. 3.* Lege Regiâ, quæ Gallis ſalica dicta eſt, *Hotom. lib 1. de antiq. iur. regn. Gallici, cap. 23.* à Sagalaſto dicta, à qua Franci Salici appellantur, *Lupold. de Babenberg. de iur. reg. & imp. Rom. cap. 1.* & de qua *Papo, lib. 4 tit. 1. arr. 2. & lib. 5. tit. 10. arr 1.* omnis populi Romani poteſtas in Imperatoriam tranſlata fuit poteſtatem, & per eam ius regnandi fuit delatum, decretum Imperium, atque conditio-

Principum placita. *Lex Regia. & lex Salica.*

nes propoſitæ, quibus principatus ineundus eſſet, ac gerendus, *l.* 2. *§. nouiſſimè*, 11 *ff. de orig. iur.* Talis lex fuit abolita, & Reges expulſi, *l.* 2. *§.* 3. *ff. de orig. iur.* propter violatam Lucretiam. Deinde jus regnandi repetitum à Samuele, 1. *Samuel. cap.* 10. *v.* 25.

Eiuſmodi Conſtitutiones, vel ſunt generales, quæ ſine dubio omnes ligant, & ad omnes ſubditos pertinent, cuiuſmodi ſunt Edicta, vel decreta, vel Reſcripta, vel Mandata, vel pragmaticæ ſanctiones, quæ ſunt Concilia, vel Procerum latæ, & ſolẽniter emiſſæ ſententiæ ob publicam cauſam, ad ſuggeſtionem alienam, preceſve, de quibus in *l. omnes* 6. *c. ſi contra jus, vel vtil. public. & l. vn. in princ. c. de monop. & conuent. l. vniuerſa. c. de diuerſ. reſcript. & pragmat. ſanct.* Speciales ad perſonas & cauſas ſingulares pertinent, & dicuntur priuilegia perſonalia, quaſi priuatæ leges, *c. priuilegium*, 1. *diſtinct.* quæ priuilegia perſonæ, cui conceſſa ſunt, cohærent, & ſimul cum ipſa extinguntur, *l. priuileg.* 156. *ff. de reg. iur. cap. priuilegium, & ibi Dd. de reg. iur. lib. ſexto*, *Menoch. conſ.* 136. *num.* 2. *l.* 1. *ff. de conſtit. princ. l. cum patronus, ff. de leg.* 2. nec tranſmittuntur, aut realia, quæ rei, aut cauſæ fuerunt conceſſa, & tantùm cum ipſa extinguntur, *l.* 3. *fin. ff. de cenſib. Vult. ad d. §. ſed & quod principi* 7. *num.* 10. *Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Quomodo diſtinguatur priuilegium reale à perſonali, tradit *Donel. leg.* 21. *comment. iuris ciuilis, cap.* 14.

Pragmatica ſanctio.

Priuilegia perſonalia & realia.

Quænam ſunt Prætorum ſiue Magiſtratuum Edicta?

Prætorum Edicta.

Sunt iuris ciuilis adiumenta, vel ſupplementa, vel correctiones, vel declarationes, aut interpretationes; Prætor enim non tantùm interpretatur ius ciuile, ſed etiam illud corrigit, faciendo, non contra leges, ſed præter leges. Ius iſtud, prætorium dictum fuit, ſiue honorarium, *§.* 7. *hîc.* ab honore Prætoris promanans, diſtinctum à iure ciuili ſtrictiſſimè ſumpto, *Vult. in com. inſtit. lib.* 1. *tit.* 2. *§.* 1. *n.* 1. quod quidem ius ciuile ita ſumptum, dicitur quidquid legibus aut moribus Romanis inductum eſt, non à Prætore, *Connan. lib.* 9. *c.* 1. *nu.* 6. *&c.* Ius autem prætorium comprehendit Edicta Magiſtratuum, Prætorum, Præſidum, & Ædilium, introducta ad ſupplendum, adiuuandum, & corrigendum ius ciuile: v. g. iure ciuili introducta eſt hæreditatis petitio, iure prætorio acceſſit bonorum poſſeſſio, ideo ius prætorium viua vox iuris ciuilis dicitur, *l. nam & ipſum* 8. *ff. de iuſt. & iur.* Dicti fuerunt Prætores à præeſſendo, vt Feneſtella voluit, vel à præeundo, vt placuit Varroni, eo quòd populo præirent, quaſi præitores. Duo autem Romæ Prætores fuerunt, Vrbanus & Peregrinus, *l.* 2. *§. cumque conſules* 27. *& ſeq. ff. de orig. iur.* Vrbanus dictus eſt, quia vrbs per excellentiã Roma dicitur, atq; iis qui Romæ agebant & ciues erant, ius dicebat. Peregrinus verò, quòd inter peregrinos & aduenas ius redderet, *l. ſi per errorem conuenerit, ff. de iuriſd. & l.* 2. *ff. de iud.* Quos Prætores omnem conſtat & publici & priuati iuris poteſtatem habuiſſe, vt eis & nouum ius condere, & vetus abrogare poteſtas eſſet. Ideò Cicero monet magiſtratibus non ſolùm obtemperandum, ſed etiã eos colendos ac diligendos: & Apoſtolus vocat magiſtratũ, Dei poteſtatem & ordinationem, cui reſiſti non debet, *Rom. cap.* 13. Imperatores Romani varios magiſtratus creauerunt, alios illuſtres, alios ſpectabiles, alios clariſſimos, & alios ſimplices ſeu infimos, Sic *Exodi. cap.* 18. Moſes Hebræorum legiſlator, Ietro ſoceri ſui conſilio, Tribunos, Cẽturiones, quinquagenarios, & decanos conſtituit viros potentes & timẽtes Deum, veritatem profitentes, & auaritiã odio habentes, qui populum iudicarent omni tempore. Edicta ab edicendo appellata ſunt, *id eſt*, præcipiendo, decernendo, & iubendo, quia Edicta ſunt quædam præcepta ad Reip. vtilitatem excogitata, quæ vel progrãmate propoſito publicè, vel voce præconis promulgantur *l. leges vt generales*, 3. *c. de legibus*, qualia habentur, De in integrum reſtitutione, De bonorum poſſeſſionibus, De interdictis, &c. Eodem modo multæ ab Imperatoribus introducebantur leges; vide *lex Edictalis*, 6. *c. de ſecund. nupt.*

Ius prætorium vel honorarium.

Prætores vnde dicti.

Prætor Vrbanus.

Prætor Peregrinus.

Edicta.

Quænam dicuntur reſponſa prudentum?

Reſponſa prudentum.

Dicuntur ſententiæ, & opiniones eorum quibus permiſſum erat de iure reſpondere, vel iura condere, Practici hodie appellant Conſilia: Hi autem erant Iuriſconſulti à Cæſare primùm conſtituti, & legum interpretes, quorum reſponſa in tanta olim erant authoritate, vt ab iis non liceret

ceret Iudici recedere, §. reſponſa prudentum, 8. hic. Illa reſponſa, & dicta, legum habuerunt authoritatem, eò quòd illis Prudentibus conceſſa fuerit interpretandarum legum authoritas, *lege 2. §. poſt, 13. ff. de origin. iur.* corúmque diſputationes fuerint in corpus publicarum legum relatæ, ſimúlque conſecratæ, *Codic. de vet. iur. enucl.* Prudentes illi aliàs Iuriſconſulti, Iuriſperiti, & conſulti fuerunt vocati. Hodie vſus inualuit, vt Iuriſconſulti vocabulum tantùm veteribus Iuriſprudentibus tribuatur, qui ſoli legum interpretationi, & conſultationibus incumbunt, non etiam praxi, & à quibus clientes vt ab Apolline doctiſſima reſponſa expectant, alij communiter appellentur Doctores, Patroni, ſiue Aduocati, & Cauſidici, qui defenſionis ſollicitudinem & onus in ſe ſuſcipiunt, §. *quicunque, de pac. ten. & eius violat. in vſus feud.* facundiâ ſuâ magis praxi quàm Theoriæ incumbentes. Hi & illi pro ſua induſtria non contribuunt, eo quòd ſanctiſſima res ſit ciuilis ſapientia pretio nummario non æſtimanda, *lege 1. ff. de var. & extraord. cognit.* eo quòd etiam eorum functio Reip. valdè ſit vtilis, *l. aduocati: Cod. de aduoc. diuerſ. iud.* denique eo quòd non minùs cauſarum patroni militent, quàm illi qui gladiis & clypeis & thoracibus nituntur, *lege 14. c. de aduoc. diuerſ.* Olim nemo potuit eſſe aduocatus qui per quinque annos Iuriſprudentię in vniuerſitate famoſa non operam nauaſſet, *l. petitione, C. de aduoc. diuerſ. iudic. Bugn. in c. 205. lib. 2.* Hodie ſufficit biennium, *id. lib. 1. cap. 217. Guid. Pap. qu. 358*

Iuriſconſulti.

Iuriſconſulti & aduocati non contribuunt pro ſua induſtria.

Quid eſt jus non ſcriptum?

Altera ſpecies juris ciuilis eſt jus non ſcriptum, & dicitur quod vſus approbauit, §. *ex non* ſcripto, 9. hic. vocatúrque vno verbo conſuetudo, quæ definitur à Doctoribus, Ius non ſcriptum moribus populi diuturnis introductum quæ definitio colligitur ex *l. de quibus, 32. ff. de legibus.* tum etiam ex *d. §. 9.* dicitur jus non ſcriptum, eo quòd non ſcriptum fuerit pro lege, vel quod aliquando ſcriptum fuerit, ſed eius ſcriptura euanuerit, ſolúſque vſus permanſerit. Hûc referri debet titul. Codic. quæ ſit longa conſuetudo. Conſiſtit ergo conſuetudo in longo vſu, & vniuerſi populi conſenſu, *d. l. quibus, 32. ff. de legibus, lege ſed & ea 35. cum ſeq. ff. eod.* in certis peculiaribus priuilegiis, ſtatutis, ordinationibus, & vſibus quibus vtimur, ſinguli in vnaquaque ciuitate, aut Prouincia ſecundum eius loci, vel nationis naturam, atque neceſſitatem §. *ex non ſcripto, hic.* Conſuetudo alias appellatur ſtatutum, vel ius municipale, aut peculiaris vniuſcuiuſque ciuitatis lex, municipium enim eſt ciuitas, & municipes cuiuſcumque ciuitatis ciues appellantur, *lege 1. ff. ad leg. Iul. de amb.* Conſuetudo dicitur inueterata, *d. l. de quibus §. 1.* vetuſtiſſima, *lege vet. de priuileg. Schol.* longæua *lege 2. Cod. quæ ſit long. conſuet.* perpetua, *l. item, 6. in princip. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* &c. antiquitus probata, & obſeruata tenaciter, *lege vet. Cod. quæ ſit long. conſ.* ſemper obſeruata, *lege ſiue, 32. §. penultim. ff. de adminiſt. & peric. tut.* quæ eſt 10. annorum, *commun. opin.* non tamen quod alicui conſuetum eſt, ſtatim pro jure habendum, nam ſi quæ conſuetudo prorſus repugnet naturæ, & judicio rationis, deteſtanda, & fugienda eſt, *l. quod non ratione, 39 ff. de legibus.* Qualis fuit Tauroſchytarum conſuetudo in mulctandis peregrinis quos fortè hoſpitio exceperant. Item Perſarum, in conſultandis grauiſſimis rebus, cùm eſſent temulenti.

Ius non ſcriptum

Conſuetudo.

Habet autem Conſuetudo vim rei iudicatæ, *lege nam Imperator, 38. Digeſt. de legibus,* & legem imitatur. *§. ex non ſcripto, hic.* Adeóque pro lege obſeruatur, vbi deficit lex, *lege de quibus, 32. §. inueterata, 1. Digeſt. de legibus. lege diuturna, 33. & lege ſed ea 35. Digeſt. eodem titul.* imò legem vincit. *d. lege de quibus in fin. Digeſt. de legibus, in c. fin. extra de long. conſ.* nam conſuetudine, vel ſtatuto juri communi derogari poteſt, *lege item eorum, 6. §. ſed ita, 2 ff. quod cuiuſque vniu. nom. text. in lege venditor. 13. §. ſi conſtat, 1. Digeſt. comm. præd.* Conſuetudo quandoque legem interpretatur, *cap. cum dilectus, de conſuetudin. lege minimè, Digeſt. de legibus, lege ſi de interpretatione, Digeſt. eod. Tiraquell. de nobilit. cap. 10. nu. 9. Afflict. deciſ. 166. num. 6. & deciſ. 173. num. 3.* Et eſt interpres priuilegiorum, ac ſcripturarum quæ ex decennij lapſu declarantur, *Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 6. num. 57. P. Molin. de inſtit. tom. 3. Diſp. 596. concl. 9.* Conſuetudo inſuper, ea poteſt quæ poteſt præſcriptio, *Tuſc. lit. C. concl. 809.*

Conſuetudinis vis.

B

Quomodo probanda eſt conſuetudo?

Conſuetudinis probandæ ratio.

Non ſufficit ad probandam conſuetudinem multorum adducere exempla, non enim exemplis, ſed legibus, *id eſt*, inſtitutis, communi ſuffragio populi approbatis, iudicandum eſt, *lege nemo. Cod. de ſentent. & interloc. omn. iudic.* Ergò non ex numero exemplorum, ſed ex morum conſenſu colligenda eſt conſuetudo, & vbi conſenſus morum eſt, ibi ſufficit allegare ſemel, atque iterum eſſe aliquid factum. Per præſcriptionem etiam probari poteſt conſuetudo, exemplo aquæ ductus, *lege hoc iure §. aquæ ductus ff. de aqu. quot. & æſt.*

Ius ciuile quod ſcriptum & non ſcriptum eſt, vnde duxit originem?

Iuris ſcripti & non ſcripti origo.

A Græcis, nimirum Athenienſibus, & Lacedæmoniis, *l. 2. §. 4. ff. de orig. iur.* vt teſtatur *Athenæ. li. 6. & Dionyſ. li. 2. referente Giphon. ad §. ex non ſcripto, hic.* Lacedæmonij enim non vtebantur iure ſcripto, ſed conſuetudinibus à maioribus acceptis: Athenienſes verò ſcriptis gaudebant legibus à Solone inſtitutis, *§. & non eleganter, 10. hic.* A Græcis ergo duxit originem ius Romanum & ex Græcis obſeruationibus leges in 12. tabulis conſcriptæ ſunt, pro Roſtris templo nimirum in foro Romano nauium roſtris exornato, poſitis, compendio quodam jus factum, publicum & priuatum continentibus: *l. 2. §. poſtea 4. ff. de orig. iur.*

Circa quæ verſatur ius ſcriptum?

Tria iuris obiecta.

Tria ſunt obiecta circa quæ verſatur ius ſcriptum, Perſonæ, Res, & actiones, ideò vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinet *§. omne autem ius 12. hic.* Priùs agendum eſt de perſonis, quàm de rebus, vel quàm de iure actoris quæratur, *§. vet. hic. l. quidam referunt 14. ff. de iur. codicil.* nam hominis causâ omne ius conſtitutum eſt, *lege cum igitur, 2. ff. de ſtatu. homin.* Deinde perſonæ rebus & actionibus digniores ſunt, *§. in pecudum. 37. inf. de rer. diuiſ. lege iuſtiſſimè 44. in princip. ff. de ædilit. Edict.* Vnde etiam illud, *omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.*

Quæ fuit origo, & quis ordo iurium à creatione mundi?

Primum jus fuit naturale, commune, & primæuum, deinde jus, naturale ſecundarium, & rationis, quod Gentium appellatur, & quidem ante legem. Secundum jus fuit Moſaicum, vel Decalogi, nempe ſub lege, Propheticum, & ciuile, regium nimirum aut Imperatorium ſiue Cæſareum & Romanum. Tertium jus eſt Euangelicum, Apoſtolicum, & Canonicum. Ius primum hodie adhuc viget. Ius ſecundum & quidem tam Moſaicum quàm Propheticum, non fuit mutatum quoad præcepta moralia, ita quidem vt plurimum quoad figurata & cæremonialia, quæ per aduentum Chriſti ceſſarunt. Quod attinet ad ciuile, illud in pluribus fuit correctum, & immutatum, vt vnicuique manifeſtum fit qui in ll. ff. C. Nou. & Conſt. lectione verſatur. Tertium ius nempe Euangelicum & Apoſtolicum eſt immutabile, & inuiolabiliter obſeruandum, vtpote à Chriſto promanans, qui eſt ipſa veritas, quoad jus Canonicum & Pontificium, illud tanquam regulare obſeruatur inter Pontificios, ad ius ciuile reuocandum eſt jus conſtitutionum Regiarum ius municipale ſiue conſuetudinarium & feudale *Marant. prax. aur. part. 3.*

TITVLVS III.

De Iure Perſonarum.

TEXTVS.

SVmma itaque diuiſio de iure perſonarum hæc eſt: quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſerui.

1 ¶ Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut jure prohibetur.

2 ¶ Seruitus autem eſt conſtitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur.

3 ¶ Serui autem ex eo appellati ſunt: quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent, qui etiam mancipia dicti ſunt, [eo] quod ab hoſtibus manu capiuntur.

4 ¶ Serui autem aut naſcũtur, aut fiunt: naſcuntur ex ancillis noſtris: fiunt, aut jure gentium, id eſt, ex captiuitate: aut jure ciuili: cùm liber homo maior viginti annis ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt.

5 ¶ In ſeruorum conditione nulla eſt differentia: in liberis autem multæ, aut enim ſunt ingenui, aut libertini.

Quomodo diuiditur Ius perſonarum?

CONnexio huius tituli clara eſt, lex, fine præcedentis. Iſte titulus tranſcri- *Connexio.*

Digitized by Google

Ius perſonarum.

tranſcriptus eſt ad verbum *ex lege* 3. 4. *&* 5. *ff. de ſtatu. homin.* Eſt quippe ius perſonarum, ſtatus quo vnuſquiſque homo ius libertatis, aut ſeruitutis ſibi attribuit, ideò hoc jus perſonarum in Digeſtis ſtatus hominum dicitur. Iſte titulus, & quatuor ſeqq. referendi ſunt ad *tit. ff. de ſtat. homin. & ad omnes tt. libri* 40. *Pandect. tum ad* 23. *priores tt. libri* 7. *cod.* Diuiditur jus perſonarum in illud quod ad perſonas liberas, & illud quod ad perſonas ſeruiles pertinet, nam omnes homines aut liberi ſunt aut ſerui, *in princip. hic.* Et appellatione hominis fœmina & mas continetur. *l.* 152. *ff. de verb. ſignific.* Aliter poteſt diuidi homo, nempe in marem & fœminam, in conceptum & iam natum, in ſpurium, & ex juſtis nuptiis procreatum, in ciuem & peregrinum.

Iuris perſonarum diuiſio.

Omnes homines aut liberi ſunt aut ſerui. Hominis varia diuiſiones.

Notandum hanc primam perſonarum diuiſionem non eſſe in vſu inter Chriſtianos, inter quos nulli ſunt ſerui quales olim, vt ait *Bodin. in Meth. hiſtoric. & lib. de Rep.* Niſi quòd vmbratilis quædam ſeruitus adhuc in quibuſdam coloniis exiſtat & conſpiciatur, tamen hîc de ſeruis agere non erit inutile, vt ſciamus quales apud Romanos fuerint ſerui, nihil enim antiquitatis penitus eſt ignorandum, §. 1. *inſ. de teſtam. ordin.*

Diuiſio perſonarũ in liberos & ſeruos hodie non eſt in vſu inter Chriſtianos.

Quid eſt Libertas?

Libertas, à qua homines liberi denominatur, §. 1. *libertas*, 1. *hic*, & quę inæſtimabilis res eſt, §. *fi. verſ. ſed cum u. f. quib. ex cauſ. manum. non lic. l.* 3. *ff. ſi quad. paup. fecede. l. libertas*, 106. *ff. de reg. iur.* atque omnibus rebus ante ponenda, vt *Cic. in l. agraria*, vnde diſtichon.

O Fœlix, nimium generoſo pectore digna
Libertas, cunctis anteferenda bonis.

Libertas quid.

Eſt, inquam, libertas, naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi, *id eſt*, violentia, aut iure, gentium nimirum, vel ciuili, prohibetur, §. 1. *hic*, *lege* 4. *in princip. ff. de ſtat. homin.* Hæc verba, *niſi ſi quid*, adiecta fuerunt, ne quis exiſtimet liberis omnia eſſe permiſſa, Ergo liber eſt qui in alterius dominio non eſt. *Vi prohibemur*, cùm fortior quiſpiam aut plus habens virium prohibet, quod accidit tempore belli, §. *ſerui*, 4. *hic Iure verò prohibemur*, cùm pœnarum minis cohibemur, ne quicquid animo collibitum eſt faciamus, ſic ſeruo ne omnia pro libitu agat, timor domini obſtat.

Liber.

Quid eſt Seruitus?

Non agitur hic de ſeruitute quæ ex iure diuino eſt, *id eſt*, cuius cognitionem ex ſacris literis habemus, & quæ vel eſt honeſta, quâ quis ſe totum Deo mancipat, ſic *Deuter. cap.* 6. Soli Domino ſeruiens: vel turpis, quâ quis per peccatum in mancipatum Diaboli venit, qui & ipſe peccati author eſt, atque mendacij pater, ſic *Iudic. cap.* 2. ſeruierunt filij Iſrael Baalim, & *Matth.* 6. non poteſtis ſeruire Deo & Mammonæ, & *Coloſſ.* 3. *atque Epheſ.* 5. *cap.* auaritia vocatur idolorum ſeruitus, ſed agitur de ſeruitute, quæ definitur Conſtitutio Iuris Gentium, quâ quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur, § 2. *hic*, *lege* 4 §. 1. *ff. de ſtatu. homin.* Vbi per *conſtitutionem*, debemus tantùm intelligere effectum Conſtitutionis, & per hæc verba *contra naturam*, oſtenditur manifeſtum diſcrimen inter libertatem & ſeruitutem quoad originem, quia libertas eſt Conſtitutionis naturalis, naturâ enim liberi naſcimur omnes, §. *jus autem gentium*, 2. *ſup. de jur. nat. gentiū, & ciuil* Seruitus verò eſt conſtitutionis juris gentium, §. *eod.* ideo *Ariſt. in lib.* 1. *Polit. c.* 3. dicit ſeruitutem eſſe libertatis priuationem: Seruitus enim contrariatur ei quod homini à natura conceſſum fuit, nempe libertati. Ergo ſeruus eſt, qui in alicuius dominio eſt, & dicitur à ſeruando, quia olim ſeruus captus occidebatur: ſucceſſu verò temporis factum eſt vt non occideretur, ſed ſeruaretur: aliàs ſeruus dicitur mancipium, eò quod ab hoſtibus manu capiatur §. 3. *hic*.

Seruitus ex iure diuino duplex.

Seruitus ex iure Gentium orta quid.

Seruus

Mancipium.

Quomodo diſtinguuntur ſerui?

Sic, alij ſunt nati ſerui, ex ancillis videlicet noſtris, alij facti §. *ſerui autem* 4. *hic.* facti, inquam, aut jure gentium, *id eſt*, ex captiuitate, aut iure ciuili cum liber homo maior 20. annis paſſus eſt ſeſe venundari ad pretium participandū *d.* §. vel cùm quis libertus effectus per ingratitudinem in ſeruitutem reuocatur, de quo eſt *text. in l.* 2. 3. *&* 4. *C. de lib. vel eor. lib.* vel cum

Seruorum diſtinctio.

quis ſeruus pœnæ efficitur, §.*pæna ſeruus.infr.quib.mod.ius pat.poteſt ſol.*

In ſeruorum, & liberarum perſonarum conditione, eſtne quadam differentia?

Inter ſeruos nulla differentia quoad ſtatum.

Eodem ſeruitutis iure tenentur omnes ſerui, ita vt inter ſeruos nulla ſit differentia quoad ſtatum, & conditionem, §.*fin.hic.l.vn.C.de nud. iur.Quirit. toll.* Sic enim omnes æquè ſerui ſunt, non quoad officium, nam alius alio digniori fungitur officio in ipſa ſeruitute, vel quòd Dominus magis vnum diligat, quàm alium, vel quod vnus ſit veteranus, alter nouitius, deinde varia ſeruorum ſunt officia, exercitia, & miniſteria, cùm vnus ſit tonſor, alius ſartor, alius venator, alius lecticarius, alius textor, alius aliam exerceat artem. In liberis autem quoad jus ſeruitutis differentia eſt, aut enim ſunt ingenui, aut libertin, §.*vlt.hic.l.5. in princip. ff.de ſtat. homin.* Hodie tamen ſublata eſt libertinitas, & omnes ſunt ingenui, ac verè liberi, Nou.78. nec ampliùs ſunt in vſu mancipia, vt quis bello captus ſeruus fiat.

Hodie omnes ingenui.

TITVLVS IV.

De Ingenuis.

TEXTVS.

INgenuus eſt is, qni ſtatim, vt natus eſt, liber eſt 1 ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero liberrino, & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcitur libera, patre vero ſeruo, ingenuus nihilominus naſcitur, quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus eſt, quoniam vulgo conceptus eſt. Sufficit autem liberam fuiſſe matrem eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario, ſi libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum, qui naſcitur, liberum naſci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. Ex his illud quæſitum eſt. Si ancilla prægnans manumiſſa ſit: deinde ancilla poſtea facta pepererit: liberum, an ſeruum pariat? Et Martianus probat liberum naſci. ſufficit enim ei, qui in vtero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe, [vt liber naſcatur.] quod & verum eſt.

1 § Cùm autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei in ſeruitute fuiſſe, & poſtea manumiſſum eſſe: ſæpiſſime enim conſtitutum eſt, natalibus non officere manumiſſionem.

Quis dicitur Ingenuus?

EX fine præcedentis tituli patet huius cum illo connexio, Is dicitur ingenuus, qui ſtatim atque natus eſt, liber eſt, in *princ. hic.l.5.§.pen.de ſtat.hom.* Ex qua l.5. ſumptus eſt iſte tit. Ingenuus, appellatur natiuitate, & propriè ingenuus, ex libera matre natus, ſiue conceptus.

Connexio

Ingenuus.

Ingenuus tripliciter dicitur.

Tribus autem modis naſcitur quis ingenuus, nempe ſi ex duobus ingenuis ſit editus, vel ex libertinis duobus, vel ex altero ingenuo, & altero libertino. Ad hoc autem vt aliquis ſit ingenuus, non patris, ſed matris conditio ſpectatur, ad hoc enim inquit, Iuſtinianus in *fin. princ. hic.* vt quis liber natus dici poſſit, ſufficit liberam matrem habuiſſe, vel medio tempore: ideo dicimus partum ſequi ventrem, *id eſt*, libertatem, vel ſeruitutem matris, tanquam jus ſoli, non jus patris, aut ſeminis, *l.7.C.de rei vind.l.vlt. C.de libert. cauſ.l.Paulus, ff.de ſtat.homin.* Dicimus etiam fœtum in vtero mulieris portionem eſſe, vel viſcerum, *l.1. §.ex hoc, ff.de ventre inſpic.* Tamen quoad conditionem, honores, & originem, proles patrem ſequitur, *l.1. §.1 ff. ad municip. l.19.ff. de ſtat.hom.* tanquam nobiliorem *l.13. C. de dignitatibus*, videlicet quoad familiam, *l.195.§.fin. ff.de verb.ſignif.* Poteſtatem §.3. *infr. de pat. poteſt.* originem ciuitatis, *l.44.* C.*de decur.Richard.in tractatu de nobilit.commun. à n.12.* Vnde ſequitur ex patre nobili natos, & ipſos eſſe nobiles, ac pro iis habendos qui ex eadem nobili ſunt familia, etiamſi matrem plebeiam, & humilis conditionis fuiſſe conſtet, *Alciat.in l. familia, §.1.n.6. ff. de verb. ſignif.Tiraq.de nobil.cap.* 17 *n.*20. nam nobilitas deriuatur à Patre, non à Matre, *Papo, lib.5.tit. 4.arr.3.* at proles patrem non ſequitur quoad ſtatum, *l.5. §.2.ff. de ſtat. homin.* & ita tempus conceptionis inſpicitur, in qua ſemen hominis ſe habet vt principium actiuum.

Partus ventrem ſequitur.

Proles quo modo patrem ſequatur.

Ex

Digitized by Google

An patre clariſſimo natus ante clariſſimatus dignitatem, dicitúrne clariſſimus?

Quia diximus ex patre nobili natos & ipſos eſſe nobiles, non immeritò hæc mouetur quęſtio, pro cuius deciſione Vlpianus videtur tenere affirmitiuam in *l. ſenatoris filium*, 5. *ff. de Senatorib.* & Conſtantinus negatiuam, in *l. Senator*, 11. *de dignitatib.* Tamen ad conciliandá antinomiam, dicendum quáuis ſuſceptus ante ſenatoriam vel aliam dignitatem patris non videatur eſſe clariſſimus, tamen quia paternos honores filiis inuidere non oportet, benigniori interpretatione inter clariſſimos eum referri qui ſuſceptus fuerit ante illam dignitatem, & ita Conſtantinum non repugnare Vlpiano, ſed valdè cum eo conſentire. Ita Menoch. *conſil.* 677. *numero* 10. *poſt Duaren. libr.* 2. *Diſputationum. anniuerſar. cap.* 29.

TITVLVS V.

De Libertinis.

TEXTVS.

Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. manumiſſio autem eſt de manu datio. nam quamdiu aliquis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: & manumiſſus liberatur poteſtate. Quæ res à iure gentium originem ſumpſit, vtpote cum iure naturali omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cum ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtquam iure gentium ſeruitus inuaſit: ſequutum eſt beneficium manumiſſionis, & cum vno communi nomine omnes *homines* appellarentur, iure gentium tria [hominum] genera eſſe cœperint, liberi, & his contrarium ſerui, & tertium genus libertini, qui deſierant eſſe ſerui.

1 ¶ Multis autem modis manumiſſio procedit, aut enim ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis eccleſiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epiſtolam, aut per teſtamentum aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas ſeruo competere poteſt, qui tam ex veteribus, quàm ex noſtris conſtitutionibus introducti ſunt.

2 ¶ Serui [vero] à dominis ſemper manumitti ſolent: adeo, vt vel in tranſitu manumittantur: veluti cum prætor, aut præſes, aut proconſul in balneum, vel in theatrum eant.

3 ¶ Libertinorum autem ſtatus tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo maiorem & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant ciues Romani: modo minorem, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia deditirij. Sed quoniam deditiorum quidem peſſima conditio jam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque noſtra pietas omnia augere, & in meliorem ſtatum reducere deſiderans, duabus conſtitutionibus hoc emendauit, & in priſtinum ſtatum redaxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna atque ſimplex libertas competebat: id eſt, eadem, quam habebat manumiſſor: niſi quod ſcilicet libertinus ſit, qui manumittitur, licet manumiſſor ingenuus ſit. Et deditios quidem per conſtitutionem noſtram expulimus, quam promulgauimus inter noſtras deciſiones: per quas, ſuggerente nobis Triboniano viro excelſo quæſtore [noſtro] antiqui iuris altercationes placauimus. Latinos autem Iunianos, & omnem quæ circa eos fuerat obſeruantiam, alia conſtitutione per eiuſdem quæſtoris ſuggeſtionem correximus, quæ inter Imperiales radiat ſanctiones [illegible] omnes libertos, nullo nec ætatis ma[illegible], nec domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito (ſicut iam antea obſeruabatur) ciuitate Romana decorauimus: multis modis additis, per quos poſsit libertas ſeruis cum ciuitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti, præſtari.

Quinam dicuntur Libertini?

IN præcedenti titulo fuit prima ſpecies liberarum perſonarũ, ſequitur ſecunda, quę eſt de libertinis. Libertini ſunt qui ex juſtâ ſeruitute, verâ, ac legitimâ manumiſſi ſunt, ac proinde ſerui eſſe deſierunt, *in princip. hic. l. libertini*, 6. *ff. de ſtat. homin.* ex qua l. ſumptus eſt iſte tit. & ad ſtatum atque conditionem naturalem beneficio manumiſsionis reuocati ſunt, *l.* 4. *ff. de iuſt. & iur. l.* 64. *ff. de condicto indebiti.* nam ſola manumiſsione conſtituuntur, *l.* 9. *Cod. de ingen. manumiſſis.* Propriè libertini non ſunt ipſi manumiſſi, ſed ingenui ex manumiſsis procreati; poſteà vſus inualuit, vt tam libertini quàm liberti ex iuſta ſeruitute

Connexio

Libertini.

manumiſſi dicti ſint, ita vel libertinus referatur ad ingenuum, & libertus ad patronum, vt videre eſt in *Lexic. Calu.* *mai.*

Quid eſt manumiſſio, & qui ſerui manumiſſi ſunt?

Manumiſſio quid: Eſt manumiſſio, datio libertatis, vel actus legitimus quo ſeruus de manu ac poteſtate Domini mittitur, *l. manumiſſiones, 4. ff. de Iuſt. & iur* nam quamdiu aliquis ſeruit, is manui, *id eſt*, poteſtati alienæ ſubiicitur, ſit autem cùm ſeruus in libertatem mittitur, & dicitur manumiſſio, quia Dominus, caput, vel aliud membrum ſerui liberandi tenens, ſolemnibus quibuſdam verbis ore prolatis, circumagebat & ſignificabat quaquauerſum eundi poteſtatem fieri, & ſic è manu Domini mittebatur ſeruus, non tantùm ſeruus proprius, verùm etiam communis, *tit. C. de commun. ſeru. manum.* pignori datus, *tit. c. de ſerut. pig. dat.* ſeruus reipub. *tit. C. de ſeru. Reip. manum.* & ſeruus alienus, ſi Dominus conſentiat, *tit. c. de iis qui à non Dom. man. ſunt.*

Quot modis fieri conſueuit manumiſſio?

Manumiſſionum modi. Pluribus, vel n. manumittebantur ſerui ex ſacris Conſtitutionib. in Eccleſiis, in quibus etiamnum celebrari poſſunt matrimonium, & legitimatio, quia ſunt actus pij. vel per vindictam, ſiue virgulam Prætoris, quâ tangebatur ſerui manumittendi caput, à vindicando, quòd mancipium in naturalem libertatem vindicaretur, vel per Epiſtolam, vel per teſtamentum, vel per codicillum, §. *multis autem modis; 1. hic Connan. lib. 2. cap. 4. num. 23. & ſeqq.* In teſtamento manumiſſio fieri poteſt vel per directam Inſtitutionem, vel indirectam, hæc fideicommiſſaria manumiſſio dicitur, de qua in *tit. c. de fideicom. libert.* illa teſtamentaria directa, de qua in *tit. c. de teſtam. manumiſſ.*

Quid eſt Patronatus?

Patronatus. Hodie ex *Nou. 78. cap. 1.* omnes liberi homines ſunt ingenui, ſaluo Patronatus iure, d. *Nou. cap. 2.* quod quidem conſtitutum eſt, vt qui author fuit alicuius Eccleſiæ conſtituendæ, is habeat Ius præſentandi & offerendi eius, quem Eccleſiæ præeſſe, & redditibus in eam collatis frui velit, adeò ſi abſque eius conſenſu, aut præſentatione recipiatur, & ordinetur, iure poſſit reuocari *c. decernimus, 16. q. 7.*

TITVLVS VI.

Qui, & quibus ex cauſis manumittere non poſſunt.

TEXTVS.

NOn tamen cuicumque volenti manumittere licet, nam is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.

1 § Licet autem domino, qui ſoluendo non eſt, [in teſtamento] ſeruum ſuum cum libertate hæredem inſtituere, vt liber fiat, hæreſque ei ſolus & neceſſarius: ſi modo ei nemo alius ex eo teſtamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres ſcriptus ſit, aut quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa hæres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia prouiſum eſt, & rectè. Valde enim proſpiciendum erat, vt egentes homines, quibus alius hæres exiturus non eſſet, vel ſeruum ſuum neceſſarium hæredem haberent, qui ſatisfacturus eſſet creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hæreditarias ſerui nomine vendant, ne injuria defunctus afficiatur.

2 § Idemque juris eſt, & ſi ſine libertate ſeruus hæres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio non ſolum in domino, qui ſoluendo non eſt, ſed generaliter conſtituit, noua humanitatis ratione: vt ex ipſa ſcriptura inſtitutionis, etiam libertas ei competere videatur: quum non ſit veriſimile, eum, quem hæredem ſibi elegit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſeruum remanere voluiſſe: & neminem ſibi hæredem fore.

3 § In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, ſoluendo non eſt: vel qui datis libertatibus, deſiturus eſt ſoluendo eſſe. Præualuiſſe tamen videtur (niſi animum quoque fraudandi manumiſſor habuerit) non impediri libertatem, quamuis bona [eius] creditoribus non ſufficiant, ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum vtroque modo fraudantur creditores, id eſt, & conſilio manumittentis, & ipſa re, eo quod ejus bona non ſunt ſuffectura creditoribus.

4 § Eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quàm ſi vindicta apud conſilium, juſta cauſa manumiſſionis adprobata, fuerint manumiſſi.

5 § Iuſtæ autem manumiſſionis cauſæ hæ ſunt:

ſunt: veluti, Si quis patrem aut matrem, filiũ filiámue, aut fratres ſororéſue naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnámue, aut collectaneum manumittat: aut ſeruum, procuratoris habendi gratia: aut ancillam matrimonij [habendi] cauſa: dum tamen intra ſex menſes in vxorem ducatur, niſi juſta cauſa impediat: & [ſeruus,] qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & ſeptem annis manumittatur.

6 § Semel autem cauſa adprobata, ſiue vera ſit, ſiue falſa, non retractetur.

7 § Cum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam conſtitutus eſſet: eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet teſtamentum facere, & in eo ſibi hæredem inſtituere, legatáque relinquere poſſet: tamen ſi adhuc minor eſſet viginti annis libertatem ſeruo dare non poſſet. Quod non erat ferendum: nam cui totorum ſuorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat: quare non ſimiliter ei, quemadmodum alias res, ita de ſeruis ſuis in vltima voluntate diſponere, quemadmodum voluerit, permittimus, vt & libertatem eis poſſit præſtare? Sed quum libertas inæſtimabilis res ſit, & propter hoc ante vigeſimum ætatis annum antiquitas libertatem ſeruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in teſtamento dare ſeruo ſuo concedimus, niſi decimum ſeptimum annum impleuerit, & decimum octauum attigerit. Quum enim antiquitas hujuſmodi ætati, & pro aliis poſtulare conceſſerit: cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam ſeruis ſuis poſſint peruenire?

Quinam manumittere poſſunt?

Connexio. IN præcedenti titulo oſtenſum eſt quot modis fiat manumiſſio, ne quis autem putet vnicuique licere manumittere, rectè ſubnectitur iſte titulus, quo oſtenditur quinam manumittere poſſint, qui titulus refertur ad *tit. ff. qui & à quib. manum.* & ad *tit. C. qui man. non poſſ.* non omnes igitur manumittere poſſunt, in *princ. hic.* neque enim manumiſſiones fieri poſſunt in fraudem creditorum ob legem Æliam Sentiam quæ id vetat. ibid. dictam ab Ælio Sentio qui eam rogauit. Duo vetabat illa lex: Primò, ne in fraudem creditorum fieret manumiſſio, odio quippe habebat eos, qui facultates ſuas diminuebant in fraudem illorum, qui tempore neceſſitatis eùm egerent, pecunias ipſis ſuppeditaſſent. Qui enim ſoluendo non eſt, & in fraudem creditorum manumittit, nihil agit, *hoc eſt*, manumiſſio nullius eſt momenti, ipſoque jure nulla eſt, *l. heres. 28. ff. qui & à quib. man. lib. non ſi. & ad leg. Æliam. Sent.*

Manumiſſio non fit in fraudem creditorũ. Lex Ælia Sentia.

Is in fraudem creditorum manumittit, qui vel iam eo tempore quo manumittit ſoluendo non eſt, vel qui datis libertatibus deſiturus eſt ſoluendo eſſe, Duo ergò concurrunt in eo qui manumittit fraudandorum creditorum gratià, nimirum conſiliũ ſiue voluntas, & euentus rei. His caſibus debent probare creditores, manumiſſores dolo fuiſſe vſos, deinde non ſufficere bona ad æs alienum perſoluendum. *Quis manumittat in fraudẽ creditorũ.*

Notandum debitorem eum, qui nõ eſt ſoluendo, in fraudem creditorum alienare ſæpiſſimè bona ſua, eò quòd quilibet rei ſuæ moderator & arbiter ſit. *l. in re mandata. 21. C. Mandati*: Verùm illa bona in fraudem creditorum alienata actione Pauliana reuocari poſſe, *§. item ſi quis, 6. infr. de actionibus. l. 1. & paſſim, ff. quæ in fraud. cred. fact. & c. l. ſciens, 26. ff. de contrah. empt.*

Secundò, vetabat illa lex, ne manumiſſiones fierent à minoribus viginti annis, niſi manumiſſionis cauſa iuſta eſſet à Prætore, vel alio Magiſtratu, aut Iudice cognita. Iuſtæ autem cauſæ, idoneæ & ſufficientes ſunt, v. g. ſi quis patrem, aut matrem, filium filiamúe, aut fratres ſororéſue naturales, & ſic de cæteris, manumittat. At quia iſtæ cauſæ certâ regulâ comprehendi non poſſunt, ideo Iudicis arbitrio relinquitur diſcrimen iuſtæ cauſæ & iniuſtæ *l. etiam, 15. §. 1. de manu. vindict.* Loco viginti annorum ſeptendecim ſufficere viſi ſunt, *§. fi. hic*, quòd iſtius ætatis jam firmum ſit judicium, & cùm agens 14. annum teſtari poſſit, potiori jure agens 17. annum manumittere queat. & aliis in foro patrocinari *l. 1. §. de poſt.* *Cauſa manumiſſionis.* *17. anni ſufficiunt ad manumittendũ*

Manumiſſio eſt ne reſtitutioni in integrum obnoxia?

Aduerſus manumiſſum nulla poteſt reſtitutio in integrum locum habere, *l. & eleganter, 7. ff. de dolo malo*, nec reuocatur manumiſſus in ſeruitutem, c- *Manu-*

Miſſus in ſeruitute non reuocatur. etiamſi ex falſo inſtrumento, vel falſis codicillis manumiſſus ſit, vel teſtamẽtum inofficioſum declaratum ſit, quæ declaratio hoc operatur, vt paterfamilias non dicatur teſtatus. *l. cum ex falſis, 47. ff. de manum. teſtam. l. ſi filius, 23. §. 1. ff. de jur. patron.*

TITVLVS VII.

DE LEGE FVSIA CAninia tollenda.

TEXTVS.

LEge Fuſia Caninia certus modus conſtitutus erat in ſeruis teſtamento manumittendis: quam, quaſi libertates impedientem, & quodammodo inuidam; tollendam eſſe cenſuimus: quum ſatis fuerat inhumanum, viuos quidem licentiam habere totam ſuam familiam libertate donare, niſi alia cauſa impediat libertatem: morientibus autem huiuſmodi licentiam adimere.

Quid præcipiebat iſta lex?

Connexio. IN præcedenti titulo oſtenſum eſt Legem Æliam Sentiam non permiſiſſe minori 20. annis domino ſeruum teſtamento ſuo manumittere, in hoc agitur de alterius legis, Fuſię nimirum Caninię, abrogatione, quę illam manumiſſionem ad certũ ſeruorum numerum in vltimis voluntatibus, reſtringebat, Referendus eſt iſte *tit. ad eund. tit. C. de leg. Fuſ. Can. ſubl.*

Lex Fuſia Caninia. Lex Fuſia Caninia, non à cane, ſed ab authore eius Fuſio Caninio dicta, inter viuos, vel aliquos, vel omnes ſeruos, manumitti volebat: in teſtamento vſque ad certum numerum, vt à duobus vſque ad decem liceret tantùm dimidiam partem eorum manumittere, à decem vſque ad triginta, tertiam, à triginta vſque ad centum, quartam, à centum vſque ad quingentos: quintam, & deinceps, non liceret vltra centum manumittere. Ratio legis hæc fuit, quòd ante ipſam, tam in teſtamento, quàm inter viuos, ſeruorum omnium, vel aliquorum manumittendorum licentia eſſet conceſſa, idem autem morientibus quod inter viuos, non ſit concedendum, quia morientes liberaliores eſſe ſolent, adeóque procliuiores ad manumittendum quàm ſani, & bene ſe habentes.

Illius legis abrogatio. Nouo iure ſublatâ fuit iſta lex, vtpotè, Libertatis fauori repugnans, & reſtitutum fuit jus vetus, quia inhumanum erat viuis licere totam ſuam familiam libertate donare, & morientibus eiuſmodi licentiá adimere, *hoc tit. & l. vn. C. eod.* Ita vt & viuentibus & morientibus quoad ſeruos manumittendos æqualis ſit conceſſa poteſtas.

Argumentũ à contractibus ad vltimas volũtates. Hic docemur rectè poſſe trahi argumentum à contractibus, inter viuos ad vltimas voluntates affirmatiuè, vt à minori ad maius; Velut ſi hoc poſſit fieri in contractu, etiam in teſtamento; non item negatiuè; nam non valet, ſi non poſſit fieri in contractu, neque in teſtamento fieri poterit, quia fauorabilior eſt cauſa vltimarum voluntatum, quàm contractuum, *l. in teſtamentis, 12. ff. de reg. jur. l. cùm in teſtam. 25. ff. de reb. dub.*

TITVLVS VIII.

DE HIS, QVI SVI, VEL alieni iuris ſunt.

TEXTVS.

SEquitur de iure perſonarum alia diuiſio. Nam quædam perſonæ ſui iuris ſunt: quædam alieno iuri ſubiectæ. Rurſus earum, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. nam ſi cognouerimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt: ſimul intelligemus quę ſui iuris ſunt: ac prius inſpiciamus de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.

1 ¶ In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui, quæ quidem poteſtas, juris gentium eſt. nam apud omnes peræquè gentes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos vitæ, necíſque poteſtatem fuiſſe: & quodcumque per ſeruum adquiritur, id domino adquiri.

2 ¶ Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa legibus cognita, in ſeruos ſuos [ſupra modum], ſæuire. Nam ex conſtitutione diui Antonini, qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus puniri iubetur, quàm ſi alienum ſeruum, occiderit. Sed & maior aſperitas dominorum: eiuſdem principis conſtitutione coercetur: nam [Antoninus] conſultus à quibuſdam præſidibus prouinciarum de his ſeruis, qui ad

cædem

ædem ſacram, vel ad ſtatuam principum confugiunt, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur ſeruos ſuos bonis conditionibus vendere, vt pretium dominis daretur, & rectè. expedit enim Reipublicæ, ne ſua re quis malè vtatur Cuius reſcripti ad Ælium Martianum emiſſi verba ſunt hæc: Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi: ſed dominorum intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuſtè deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſi vel durius habitos, quam æquum eſt, vel infami iniuria adfectos eſſe cognoueris: venire jube, ita vt in poteſtatem domini non reuertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit, ſciat me hoc admiſſum ſeuerius executurum.

Perſonæ liberæ quomodo adhuc diuiduntur?

Connexio. IN hoc tit. alia perſonarum liberarum diuiſio proponitur, in eas quæ ſui iuris ſunt, & eas quæ ſunt iuris alieni *in princ. hic. l. 1. & 2. ff. eod.* Ex quibus ſumptus eſt iſte titulus, vel eas quę ſuę poteſtatis, & eas quæ in alterius poteſtate ſunt. Ex cognitione perſonarũ, quæ alieni iuris ſunt pendet earum quæ ſunt ſui iuris cognitio, quales ſunt Patresfamilias, qui nõ ſubiacent poteſtati alienæ, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt docent Philoſophi, idcircò omiſſo priore diuiſionis membro, poſterius hîc explicabitur. Et quidem primò de perſonis illis, quæ in poteſtate dominorum ſunt agetur, *in princ. hoc tit.*

Perſona vel ſui vel alieni iuris ſunt.

Iuris variæ ſignificata. Hîc notandum, Iuris vocabulum multis dici modis. *l. ius pluribus. 11. ff. de iuſt. & iur.* I. pro arte juris. II. pro eo quod ſemper juſtum eſt, vt *ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* III. pro loco in quo redditur. IV. pro cognatione. *l. iura ſanguinis 8. ff. de reg. iur.* V. pro re incorporali. VI. pro facultate à lute tributa. VII. pro poteſtate, vt in *hoc tit.* vnde trahi in ius alterius, eſt tranſire in alienam poteſtatem.

Quænam perſonæ ſunt in poteſtate Dominorum?

Perſonæ in poteſtate dominorum exiſtentes. Seruiles perſonæ, vel ſerui, *§. in poteſtate, 1. hic*, cuius poteſtatis cauſa eſt jus gentium quod apud omnes gentes hanc dominorum poteſtatem in ſeruos introduxit, *§. eod.*

Quotuplex eſt dominicæ poteſtatis effectus?

Dominicæ poteſtatis effectus. Duplex, primus eſt in corpore, vt ſerui non amplius occidantur, ſicut olim, ſed ſeruentur, olim enim de iure Gentium, vitæ necíſque poteſtatem habebant domini in ſeruos, vt & patres in filios, *§. 1. hic. l. in ſuis, 11. ff. de lib. & poſth.* vnde qui ſeruum debebat, ſi eũ iuſtè occidiſſet, liberabatur, *l. 53. §. 3. ff. de Leg. 1. l. 96. ff. de verb. obl.* Hodie id nõ eſt amplius in vſu, cùm inhumanũ ſit in ſeruos ita ſæuire. *l. vn. C. de emend. ſeru.* Qui enim ſeruum occiderit non minùs lege Cornelia de Sicariis tenebitur ac ſi ſeruum alienum occidiſſet.

Secundus effectus eſt in res, vt ſerui omne quod acquirunt, non ſibi, ſed dominis ſuis acquirant, *§. eod. ibi. nam apud.* adde ſi ſeruus iniuſtè acquiſiuit poſſeſſionem non acquiri domino ignoranti, ſed ſcienti, *l. 2. §. Celſus, 11. ff. pro emptore.*

Quoad primum effectum, ſerui in quos præter modum ſæuierant domini, licitum fuit ad ædes ſacras, vel ad principis ſtatuam confugere, vt ibi in tuto eſſent.

Aſyla. Ædes ſacræ & ſtatuæ ſiue imagines Imperatorum fuerunt olim Romanorum aſyla, *id eſt*, loca refugij innocentibus, Aſylũ dicebatur, templum miſericordiæ quo confugientes olim tuti erant, nec inde educi poterant, *l. quis ſit fugitiuus, §. apud. de Aedil. edict.* Eſt enim regula iuris ciuilis, ab Eccleſia neminem inuitum abſtrahi poſſe. *C. de ijs qui ad Eccleſ. confug. &c.* Quod etiam verum eſt de iure Canonico quamuis grauiter deliquerit, niſi ſe indignum præbuerit priuilegiis, vt ſi in ipſa Eccleſia deliquit, vel niſi ſit publicus latro, vel nocturnus agrorum depopulator, *c. inter alia &c. extr. de immunit. Eccl.* Sic Deus inter Iſraelitas quædam aſyla conſtitui iuſſit in gratiam eorum, qui nullo animi propoſito, ſed caſu quodam aliquem interfeciſſent, ne ab occiſi propinquis, iniuriam aliquam paterentur; *Deuterон. 19. & Ioſue, 20.* In Gallia eiuſmodi Romanorum aſyla fuerunt abrogata per conſtitutiones Regias, 1539. *art.* 166.

Digitized by Google

TITVLVS IX.

DE PATRIA POteſtate.

TEXTVS.

IN poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreauimus.

1 ¶ Nuptiæ auté, ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris conjunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens.

2 ¶ Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum nulli enim alij ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.

3 ¶ Qui igitur ex te, & vxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos tuus & neptis, æque in tua ſunt poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum.

Quid eſt patria poteſtas, & quinam ſunt in poteſtate parentum?

Connexio. EXpoſitâ poteſtate dominica in præcedéti titulo, de patria poteſtate in hoc agitur, qui referendus eſt ad *tit. ff. de his qui ſui vel aliē. iur. & ad tit. C. de pat. poteſt.* *In patria poteſtate exiſtentes.* In qua poteſtate filij naturâ ſunt, *l. 105. §. 2. ff. de verb. ſignif.* & vinculum pietatis eſt, quo liberi parentibus ad præſtanda humanitatis & gratitudinis officia obſtringuntur. Sunt ergo in patria poteſtate liberi noſtri, ex iuſtis nuptiis procreati, in *princ. hic.* *Liberorũ appellatione qui veniant.* Liberorum auté appellatione veniunt nepotes, pronepotes & ex his deſcendentes, *l. liberorum. 220. ff. de verb. ſignif.*

Vbi notandum hanc poteſtatem dici patriam, quia tantùm patribus, vel auis, non etiam matribus, eſt conceſſa, *§. fœmina, 10. in f. de adoptionibus. §. cæteri inſ. de hæred. qual. & different.* *Matres an adoptare poſſint.* niſi forte à principe impetrent in ſolatiũ eorum quos in defenſione patriæ & legum amiſerunt, vt adoptare aliquos poſſint. *l. mulierem. C. de adopt.* *Fœmina non habet ſuos hæredes.* Ideo fœmina ſuos hæredes non habet, *l. 5. C. de adopt.* nec ſibi, ſed marito filiumfam. parit, *l. 29. ff. de man. teſtam. §. fin. hic.*

Notandum adhuc ex iuſtis tantùm nuptiis pendere iſtam poteſtatem. *l. ſi maritus C. de pat. poteſt.* idcircò filios naturales tantùm, non eſſe in poteſtate patria, ita quidem legitimatos, vel per ſubſequens matrimonium, etiamſi nulla ſint dotalia confecta inſtrumenta, vel alio modo. *l. fin. ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. §. vel. inſ. de nupt. §. quibus inſt. de hæred. quæ ab inteſt. l. cum quis C. de natural. lib.* vt potè ſi liberi naturales offerantur à Patre Curiæ. Principis, vel ſi pater non habens legitimam ſobolem ſupplex Principem roget, vt patiatur liberos ſuos naturales ipſi eſſe legitimos ſucceſſores. *Legitimati.* *Chaſſan. in Conſuet. Burgund. tit. de ſucceſſ. §. 3. verſ. 6.* Legitimandi modus per oblationem Curiæ non eſt in vſu hodie, vt ait idem *Chaſſan. in d. §. verſ. ab inteſtato, n. 11.*

Legitimati equiparantur Legitimis. Legitimati in omnibus & per omnia perinde habentur ac ſi ex iuſto, vero & legitimo matrimonio nati eſſent, *d. §. fin. in f. de nupt. l. fin. §. 1. ff. de nat. reſtit. auth. quib. mod. natural effic. ſui. cap. 9.* nec poſſunt legitimâ ſuâ priuari, *Papo, lib. 5. tit. 5. arr. 2.* etiamſi poſteà liberi legitimi adnaſcantur *Lud. Roman. conſ. 194. Decius, conſ. 307. vol. 2.* Et quod legitimatus per ſubſequens matrimonium cenſeatur immediatè natus de legitimo matrimonio, lexque ipſa præſumat ab ipſo initio ſtatim contractum fuiſſe matrimonium, probat *text. in l. cum qui, 10. verſ. neque enim Cod. de nat. liber.* Alciat. *conſil. 501. num. 1.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 81. numer. 8.* *Legitimatio quid ſit.* eſt quippe legitimatio remedium iuris ciuilis, quò liberis ex non iuſtis nuptiis natis ſuccurritur, & eſt actus verè voluntarius, ex nullà neceſſitate iuris proueniens.

Patria poteſtas quid ſit. Notandum inſuper patriam poteſtatem eſſe ius quod pater exercet in liberos legitimos, quos ſolos in poteſtate habet, *§. ius autem poteſtatis, 2. hic.*

Patria poteſtas eſt iuris ciuilis. Denique notandum patriam poteſtatem eſſe iuris ciuilis, *l. item in poteſtate, 3. ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt.* vbi patria poteſtas dicitur ius ciuium Romanorum eſſe, *gloſſ. Romanorum, §. ius autem. 2. Inſtit. de patr. poteſt. & Papo, li. 7. arr. 4.* an Francigenarum filij ſint in poteſtate parentum.

Quinam ſunt patriæ poteſtatis effectus?

Patriæ poteſtatis effectus. I. Hi: primus, quòd olim pater ius vitę & necis in liberos habuerit, causâ cognitâ. *l. in ſuis, 11. ff. de lib. & poſthum. l. vel.*

C.de

C. de pat. poteſt. ad continendam teuerentiam, & officium liberorum in parentes & ad terrendam eorum impietatem, quâ facilè ad contemptum parentum prolabuntur. Verùm jus iſtud tanquam nimis acerbum abolitum fuit *l. vn. C. de emend. propinq.* Debet enim patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate conſiſtere, *l. diuus, ff. ad l. Pompe. de parricid.* licèt enim patribus, jus vitæ in liberos, & poteſtas necis olim fuerit conceſſa, *l. libertati, 10. C. de pat. poteſt.* attamen illa poteſtas ad naturalem æquitatem, quæ tyrannidem non ſapit, ab Imperatoribus fuit reducta: & permiſſum patribus liberos officij oblitos, & immorigeros caſtigare ſine vlla immanitate, aut grauiori ſæuitia, & ſi ſeuerior caſtigatio eſſet neceſſaria, Præſidi Prouinciç vel Iudici pro delicti qualitate, & eâ pœnâ, quam ipſi patres dictaſſent, caſtigandos offerre, *l. ſi filius, C. de pat. pot.*

II. Secundus effectus eſt, vt quicquid filiusf. acquirit, ex bonis profectitiis patri non ſibi acquirat, *tot. tit. Inſt. per quas perſ. cuique acquir. l. 2. C. hoc. tit.* Excipiuntur bona caſtrenſia, & quaſi Caſtrenſia, *l. fin. C. de inoffic. teſtam. & l. cum oportet, 6. C. de bonis quæ liber. &c. l. 1. §. nec caſtrenſe. 15. ff. de collat. bon.* Quorum bonorum ratione habetur pro patrefamilias, *l. 7. ff. ad SC. Maced. l. vet. C. eod. id eſt*, pro eo, qui in domo dominium habet, ſic enim exponitur patrisfamilias nomen *in l. 195. §. 2. ff. de verb. ſignif.* & de illis poteſt & viuẽs & per teſtamentum diſponere, *l. fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. §. 1. inſt. quib. nõ eſt perm. fac. teſtam.*

III. Tertius, vt filius in poteſtate conſtitutus, contra alium in iudicio ſine patris conſenſu ſtare non poſſit, *l. vet. in fin. princ. C. de bon. quæ liber. & l. fin. C. ad S.C. Maced.* poſſit tamen in Iudicio verſari abſq; cõſenſu patris, ſi de rebus agatur, in quibus & patri non acquiritur vſusfructus, vt in peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, iuxta *notat. circa l. 1. C. de bon. quæ liber.*

Alij effectus patriæ poteſtatis. Plures alij ſunt effectus ſpatſim in iure diffuſi, vt quòd ille matrimonium contrahere volens patris conſenſum expectare debeat, nec poſſit ſine patris conſenſu vxorẽ ducere, *l. 2. ff. de rit. nupt. l. Paulus 11. de ſtat. hõ. in princ. inſ. de nuptiis.* quòd mortis causâ donare non poſſit ſine patris conſenſu, *l. tam is, §. 1. & ibi gloſſ. ff. de donat. cauſ. mort.* quòd pater ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij, nec teneatur adminiſtrationis ſuæ reddere ratio-nẽ, *l. 1. & l. quidquid 52. C. de bon. matern. l. cũ oportet, 6. l. quæcũque, 44. l. vet. & ferè tot. tit. C. de bon. quæ liber.* aut ſatisdare, *Fab. defin. 10. C. de ſatiſdand. Maſuer. pract. tit. de tut. & curat. n. 1.* quòd patria poteſtas præponẽda ſit omnibus tutelis & curatelis, niſi pater ſit prodigus, aut aliquo vitio inquinatus, *l. fin. §. minores, C. de ſentent. paſſ. & reſtit. l. conſilio, ff. de cur. fur. &c.* quod pater ſit vſufructuarius aduentitiorum bonorum filij, *l. fin. C. de bon quæ liber. & tot. tit. Cod. de bon. matern. Imbert. enchir. in verbo, filius minor 25. annis,* non tamen poſſit illa alienare, *l. 1. C. de bonis mater. l. cum oportet. 6. §. non autem. C. de bon. quæ liber.* niſi in rem & vtilitatem filij, *gloſſ. in l. quæcunque, 4. C. de bon quæ liber.* nonnulli ſunt caſus in *auth. poſitis in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* in quibus pater non habet vſumfructum in bonis aduentitiis filij. Deinde quòd filius litem cum patre mouere non poſſit, niſi de caſtrenſibus, aut quaſi caſtrẽſibus agatur. *l. lis nulla, 4. ff. de iudic. l. actiones aduerſus patrem, 7. ff. de actio.* Quòd paret poſſit filiũ impiũ prehẽdere, & in carceres deducere vt caſtigetur, *Fab. defi. 1. C. de patr. pot.* Quòd pater poſſit iniuriam filio nõ emancipato illatã remittere, filio enim inuito, *Fab. defin. 2. C. de patr. poteſt. Maſuer. pract. tit. de iniur. n. 2.* Quod filius teneatur patrẽ reuereri. *l. congruentius, 4. C. de patr. poteſt.* ipſi egenti ſubſidium præſtare, *l. filio tuo. 5. C. eod.*

Quid ſunt nuptiæ?

Nuptiarũ ſiue matrimonij definitio. Nuptiarũ etymon. Definiuntur nuptiæ ſiue matrimoniũ, viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continẽs, *§. nuptiæ autem, 1. hic.* Dictæ ſunt nuptiæ ab obnubendo quia nubentiũ capita in ſolemni benedictione velabantur, & quaſi nube coopetiebantur, *30. q. 5. noſtrates & c. fœminæ*, adeoq; de nouo nuptæ pudoris gratiã obuolutæ, & velamine tectæ ad domum mariti ducebantur, Sic Rebecca ſtatim atq; Iſaacum, cui deſponſata erat, vidit & cognouit, caput obnubere cœpit, *Geneſ. 24* Vnde apud Veteres vſurparæ iſtæ loquẽdi formulæ, mulierem nubere marito, marem verò vxorem ducere, nobis in vſu temãſerunt. Deductæ autẽ ad domũ mariti, limẽ eius ipſæ non tranſcendebant, ſed ab aliquo inferebantur quaſi uolentes eò veniſſent vbi eſſent amiſſuræ pudicitiã. deinde ſine aqua & igne non celebrabãtur nuptię, *l. Seia, 66. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vx.* Vnde Ouidius in faſtis. *Nuptiarũ antiquæ ceremon.*

Quos faciet iunctos ignis & vnda viros,

Plures alias Ceremonias olim & in ſponſalibus, & in nuptiis obſeruari ſolitas, vide apud Tiraqu. *in Genial. dier. liber. cap.5* & apud Greg. Thol. *ſyntagm. li.9. c.5.*

matrimonium à matre dictum. Hæc coniunctio dicitur potiùs matrimonium à matre, quàm patrimoniũ à patre, & quidẽ ab affectu, quaſi matris muniũ, *i.* officium, vel dicitur matrimonium à maiori onere, quia fœminis maximè incumbit officium educandę prolis in vtero, & extra, & mater plus cõfert ad partũ, quàm pater, dicitur. n. illa ante partum onerosa, in partu doloroſa, poſt partum laborioſa. Deinde dicitur matrimonium à matre, non quòd illa quæ nubit iam ſit mater, ſed quòd mater ex nuptiis fore ſpectetur, matrimonium aliàs *Coniugiũ.* appellatur coniugium, dictum à iugo, ſiue coniungendo: nam quemadmodum boues tam arctè iunguntur, vt iugum excuterę nequeant, ita vir & vxor matrimonio tam ſtrictè copulantur, vt pro arbitrio ſeparari nequeant, *argum. l. ſi cùm dotem. 22. §. ſi maritus 7. ff. ſolut. matrimo.* aut quemadmodum boues commodè ferũt iugum, ſi ſemel ei ſint aſſuefacti, Ita virum & vxorem concordes reddit conſuetudo. Vel coniugium à coniunctione corporum & animorum dictum eſt, vnde verſus Ouidianus, *lib. 4. Triſtium. Eleg. 4.*

Qui duo corporibus mentibus vnus erant.

Connubiũ Aliàs appellatur connubium, quod vir & vxor ſimul nubant, vel quòd æquales nuptiis coeant. *Iſid. lib. 10. etym. cap. vlti.* a- *Conſortiũ.* liàs conſortium omnis vitæ, & diuini atque humani iuris communicatio, *l.1. ff. de rit. nupt.* Veteres enim nubendi verbum & viro & fœminæ adaptârunt, *arg. l. cùm vir nubit, 31. C. ad leg. Iul. de adult.* De huius verbi ſignificatione Tiraq. *in 5. lib. connub. gloſ. 1. part. 5.*

Inſuper hæc coniunctio dicitur eſſe viri & mulieris, eáque legitima, ad excludendum omnes alias coniunctiones illicitas, vel in vna ſpecie, vel in diuerſa, quæ vltimo puniuntur ſupplicio: tum ad refellendam polygamiam, ſiue vxorum pluralitatem, quæ abhorret à iure natu- *Polygamia prohibita.* ræ & diuino, vt habetur *in cap. gaudemus, extr. de diuort.* & ita loquitur Scriptura, *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna,* nõ dicit tres vel plures, ſed duo, non dicit etiam adhærebit vxoribus, ſed vxori. Iure quoque ciuili prohibita eſt illa vxorum pluralitas, ad pœnam infamiæ, *l.1. §. fin. & l. quid ergo, 13. §. 1. ff. de his qui not. infam. & l. 2. C. de inceſt. nupt.* Bonnot. *tom. 2. verb. adulterium, quæſt. 3.* Deinde neminem binas vxores ducere poſſe dicit, *l. neminem 2. de nuptiis.* Hæc coniunctio, ſocietas, aut cohabitatio, ad ſubſtãtiam matrimonij neceſſaria eſt, concubitus non item, *l. hæc conditio 10. §. 1. ff. de cond. & demonſt.*

Præterea hæc coniunctio non ſolùm eſt corporum per copulam maris & fœminæ ad ſobolis propagationem, ſed etiam, & quidem præcipuè animorum, & actionum, quia nuptias conſenſus non concubitus facit. *l. nuptias, 30. ff. de reg. iur. & l. cùm fuerit 15. ff. de condit. & demonſt.* *Nuptias conſenſus facit.*

Denique hæc coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continet, nam maritus & vxor duo ſunt in carne vna, & ſemel matrimonio iuncti ſeparari nequeunt, vſque ad mortem, niſi in certis caſibus à legibus permiſſis. Hic conſuetudo ſignificat familiaritatem quandam domeſticam vitę & rerum omnium quę ad vitam ſpectant, vt fortunarum, domicilii, & conditionis, ideò dicit Vlpianus *in l. 1. §. ſi vir & vxor. 15.* viri & vxoris cõmixtam eſſe familiam, & vnam domum, adde quòd neuter coniugarorum corporis ſui poteſtatem habeat, ſed vterq; alterius, Paulus 1. *Corinth. 7. v. 4.*

Ex dictis patet matrimonium ius ſocietatis in ſe habere, *l. 1. ff. de act. rer. amot. l. aduerſus 4. C. de crim. expill. hæred. l. 2. ff. de rit. nupt.* *Matrimonium ius ſocietatis habet.*

Nuptiæ & matrimonium differunt ne? *Nuptiarũ & matrimony differentia.*

Hotomannus *quæſt. illuſt. lib. capite vigeſimoquinto.* dicit matrimonium à nuptiis ita diſtingui, quòd illud conuentionem & pactum ſignificet, hæ verò ritum & ſolennitatem, quæ pro cuiúſque gentis inſtituto palàm adhibetur, *per leg. penultim. Digeſt. de donatio. inter virum & vxorem, l. ſi ita, 20. & le. ſequenti, Digeſt. de ritu nuptiar. l. neque ſine, codice de nupt.*

Poſſúnt-ne repeti nuptiæ? *Nuptiarũ repetitio.*

Poſſunt, non ſemel, ſed plurieſ, proximè præcedenti matrimonio ſoluto, atque deficiente, *l. omnem, 4. codice de bon. quæ liber.* neque enim repetitæ nuptiæ matrimonii ſubſtantiam immutant, nec iuri naturali contrariantur, vt probat communiſſima naturæ vis, omnibus animalibus inſita, quâ, vt ad indiuidui; ita & ad ſpeciei cõſeruationem quodlibet illorum ducitur. Tamen ſunt quædam nuptiis ſecundis pœnæ impoſitæ, non *Nuptiarũ ſecundarũ pœna.*

in ipſa-

in ipſarum odium, ſed vt acceleratio, & liberis ex prioribus nuptiis ſuſceptis facta iniuria damnetur, de quibus in *l.* 1. *& lege* 2. *codic. de ſecund. nupt.* quas incurrit non vir, qui vxorem demortuam lugere non tenetur, ſed vidua ſi intra annum luctus, nuptias repetat. Gregor. Thol. *ſyntagm. libr.* 9. *cap.* 26. latè oſtendit, an illæ pœnæ hodiè ſint adhuc in vſu, necne, quæ remanſerint, quæ non: Vide quæ dicta ſunt, *infr. ad titul. de hæred. inſtit. quæſt. quinam hæredes inſtit. & non inſtit. poſſ.*

Matrimonium an. ſit citra. ctus.

Matrimonium eſt ne contractus?

Non, ſi vxor contractus propriè ſumatur, quia perſonæ liberæ, quæ matrimonium ineunt, non ſunt in commercio hominum, §. *idem iuris*, 2. *infr. de inutilibus ſtipul.* Ita quidem ſi ſumatur generaliter & populariter, & ſic dicuntur nuptiæ & matrimonium contrahi, vt in *princip. inſt. de nupt. l. ſi neget.* 7. *Digeſt. de agn. & alend. liber. & §. eſt & aliud*, 3. *in fin. inſtr. de donat.*

TITVLVS X.

De Nuptiis.

TEXTVS.

IVſtas nuptias inter ſe ciues Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt, maſculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes, ſiue patresfamiliarum ſint, ſiue filijfamiliarum: dum tamen, ſi filijfamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratiò ſuadet: in tantum, vt juſſus parentis præcedere debeat. Vnde quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius vxorem ducere poſſit? cúmque ſuper filio variabatur, noſtra proceſſit deciſio: quâ permiſſum eſt ad exemplum filiæ furioſi, filiũ quoque [furioſi] poſſe & ſine patris interuentu matrimonium ſibi copulare, ſecundum datum ex noſtra conſtitutione modum.

1 ¶ Ergo non omnes nobis vxores ducere licet. nam à quarundam nuptiis abſtinendum eſt, inter eas enim perſonas, quæ parentum liberorúmve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt: veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, vel matrem, & filium, vel auiam & nepotem, & vſque in infinitum. Et ſi tales perſonæ inter ſe coierint: nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeò vera ſunt, vt quamuis per adoptionem parentum liberorúmve loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio jungi, in tantum, vt etiam diſſoluta adoptione, idem juris maneat. Itaquè eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis eſſe cœperit, non poteris vxorem ducere, quamuis eam emancipaueris.

2 ¶ Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis junguntur, eſt quædam ſimilis obſeruatio, ſed non tanta. Sanè enim inter fratrem ſororémque nuptiæ prohibitæ ſunt, ſiue ab eodem patre, eadémque matre nati fuerint: ſiue ex altero eorum: Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit: quamdiu quidẽ conſtat adoptio, ſanè inter te & eam nuptiæ cõſiſtere non poſſunt, cùm verò per emancipationem adoptio ſit diſſoluta, poteris eam vxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptiis. Et ideo conſtat, ſi quis generum adoptare velit, debere eum antea filiam ſuam emancipare, & ſi quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium ſuum emancipare.

3 ¶ Fratris verò, vel ſororis filiam, vxorem ducere non licet: ſed nec neptem fratris vel ſororis quis ducere poteſt, quamuis quarto gradu ſint. Cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur. Eius verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure tibi coniungitur.

4 ¶ Duorum autem fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, coniungi poſſunt.

5 ¶ Item amitam, licet adoptiuam, ducere vxorem non licet, item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum eſt, magnam quoque amitam, & materteram magnam prohiberi vxorem ducere.

6 ¶ Adfinitatis quoque veneratione, à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt, vt ecce priuignam aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtraque filiæ loco ſunt. Quod ita ſcilicet accipi debet, ſi fuit nurus aut priuigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt, i. ſi adhuc nupta eſt filio tuo, alia ratione vxorem eam ducere nõ poteris: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc priuigna tua eſt, id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt, ideò eam vxorem ducere non poteris, quia duas vxores eodem tempore habere non licet.

7 ¶ Socrum quoque & nouercam prohibitum eſt vxorem ducere: quia matris loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demum adfinitate procedit. alioquin ſi adhuc nouerca eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi iure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt: ideò impediũtur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere non potes.

8 ¶ Mariti tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium rectè contrahunt: licet habeãt fratrem ſororémve ex matrimonio poſtea contracto natos.

9 ¶ Si vxor tua poſt diuortium ex alio filiam procreauerit: hæc non eſt quidem priuigna tua: ſed Iulianus ab huiuſmodi nuptiis abſtinere debere ait, nam conſtat, nec ſponſam filij nurum eſſe, nec patris ſponſam nouercam eſſe: rectiùs tamen, & iure factum eos, qui ab huiuſmodi nuptiis abſtinuerint.

C

10 ¶ Illud certum eſt, ſeruiles quoque cognationes impedimento nuptiis eſſe: ſi fortè pater & filia, aut frater & ſoror manumiſſi fuerint.

11 ¶ Sunt aliæ perſonæ, quæ propter diuerſas rationes nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digeſtorum, ſeu Pandectarum, ex vetere jure collectarum, enumerari permiſimus.

12 ¶ Si aduerſus ea, quæ diximus, aliqui coierint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque ij, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad patriam poteſtatem pertinent) quales ſunt ij, quos mater vulgo concepit. Nam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & his pater incertus ſit. Vnde ſolent ſpurii appellari παρὰ τὴν σπορὰν, id eſt à ſatione, & ἀπάτορες, quaſi ſine patre filij. Sequitur ergo, vt diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus ſit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ ſacris conſtitutionibus continentur.

13 ¶ Aliquando autem euenit, vt liberi, qui ſtatim, vt nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt, poſteà redigantur in poteſtatem patris: qualis eſt is, qui dum naturalis fuerat, poſteà curiæ datus, poteſtati patris ſubiicitur: nec non is, qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictum fuerat, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat, poſtea ex noſtra conſtitutione dotalib. inſtrumentis compoſitis in poteſtate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio præbuit.

Quænam ſunt juſtæ nuptiæ?

Connexio. IN præcedenti titulo dictum eſt patriam poteſtatem ex juſtis nuptiis, deriuari, ideo in hoc titulo agitur de nuptiis, vt appareat quænam ſint nuptiæ legitimæ, ac proinde quinam ſint in patria poteſtate, Referendus eſt iſte titulus ad *lib*. 23. & 24. Pandec. & *ad* 27. *tt. priores libri*, 5. *C. & item ad Nou*. 2. 12. 19. 22. 25. 39. 54. 61. 68 74. 78. 89. 91. 97. 100. 117. 119. 127. 134. 139 140.

Nuptiæ iuſtæ. Ex Imperatorum & juris Canonici Conſtitutionibus, juſtæ nuptiæ dicuntur legitimæ, *l*. 24. *Digeſt. de ſtat. homin.* quas juſto ritu, & ſolemni more celebrauit Eccleſia, contrahendum enim eſt matrimonium publicè in Eccleſia adhibitis ſolemnitatibus vſitatis Menoch. *conſil*. 69. *libr*. 1. ideo matrimonialis cauſa ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinet, Afflict. *deciſ*. 30. & 316. *cap. lator. extr. de Iudic.* alioqui matrimonium cenſebitur clandeſtinum *matrimonium clandeſtinum.* Abb. *in cap. ex tenore, extr. qui filij ſint legitimi*, & *in c. vltim. extr. de cland. deſponſ.* Maſc. *concluſ*. 1035. *numer*. 2. quamuis coram duobus, aut tribus teſtibus initum fuerit *gloſſ. & Dd. in cap*. 1. *de clandeſt. deſponſ.* Bart. *in lege* 2. *de his qui publ. rat. lib*. 10. Quod quidem matrimonium clandeſtinum odioſum eſt, & damnatum, *l. vxor*. 7. *Cod. de repud.* quia contrahitur contra interdicta Eccleſiæ, Menoch. *caſu* 253. *in princip.* & clandeſtinum dicitur tripliciter. I. Quando fit ſine teſtibus, *cap*. 2. *de cland. deſponſalib.* II. Quando cum teſtibus, ſed non publicè, nec in Eccleſia, triplici præeunte denunciatione, & publicatione, quæ Bannus dicitur, *cap. vlt. de clandeſt. deſponſ.* & *cap. vlt. qui matrimonium accuſ. poſſ.* & *cap. tua. de ſponſ.* III. Quando fit contra formam, *c. cum inhibitio, de cland. deſponſ.* & contra interdictum Eccleſiæ, *c. ſecund. lib*. 11. *de reſp*. 12. *de matrimoniis clandeſtinis*, *Meyn* 1. *part. libr*. 4. *capit*. 5. *Chenu. quaſtio*. 49.

Ad hoc autem vt juſtæ dicantur nuptiæ, tria requiruntur. I. Contrahi debent inter perſonas liberas, cuiuſmodi erant ciues omnes Romani, *id eſt*, Chriſtiani, nam Romanorum Imperium idem eſt ac Chriſtianum, atque hinc paret inter ſeruos iure ciuili non conſtare matrimonium, *l. cum ancillis. cod. de inceſt. nupt.* ſed tantum contubernium, *id eſt*, ſeruile connubium, vt ait Paulus, *lib*. 2. *ſentent. tit*. 20. *l*. 14. §. *ſeruiles*, 2. *ff. de rit. nupt.* *Tria requiſita in iuſtis nuptiis. Libertas.* *Contubernium.* Sed hodie quoad nuptias nulla eſt differentia inter nuptias perſonarum liberarum & ſeruilium.

II. Debet eſſe iuſta & legitima ætas: ſublatâ lege Papia, quæ inter ſexagenarios & quinquagenarios prohibebat nuptias *2. Legitima ætas.* quas Iuſtinianus etiam ſenio confectis contrahendi facultatem permittit. *l. ſancimus* 27. *ff. de nuptiis*. Deinde vir debet eſſe pubes, debet nempe excedere 14. annum, & fœmina viri potens. *l*. 13. *ff. de verb. ſignif. d. l. ſancimus*, 24. *c. de nuptiis* & connubio apta, nempe poſt 12. annum, *l. minorem* 4. *ff. de rit. nupt.* Pubertatem Romani æſtimabant, non ex annis, ſed ex corporis habitu, quæ æſtimandæ ætatis ratio, parùm fuit honeſta: Hodie jure Canonico etiam inſpicitur generandi potentia, *c. puberes. de deſpon. impuberum*. Plena pubertas eſt poſt 18. annum. *l. mel. ff. de alim. leg.* & §. *minorem inſ. de adopt.* *Plena pubertas.* etiam Romæ anno 17. maſculi aſſumebant togam virilem, & pretextam deponebant, *Prætexta.* quâ vtebantur in minori ætate cõſtituti, & pueri, eodem anno ad publica munera pro-

promouebantur, *l.* 1. §. *initium*, 3. *ibi, pueritiam, ff. de poſtul.* Ratio cur inter impuberem non eſt matrimonium, eſt quia mattimonium ſit liberotum quærendorum cauſâ, quod inter impuberes locum non habet.

3. Conſenſus. III. Debet interuenire conſenſus, primò parentum, in quorum poteſtate ſunt partes contrahentes, qui quidem conſenſus ex neceſſitate requiritur, *text. in* §. 1. *& ibi etiam notat Arg. hic. & in lege Paulus*, 11. *ff. de ſtat. hom.* & de iure ciuili, *lege* 4. *cod. de ſponſal. lege in poteſtate*, 10. *Digeſt. eodem.* nepoti vxorem ducenti pater etiam debet conſentire, nedum auus, neptis verò ſi nubat, aui voluntas, & authoritas ſufficit, *text. in lege oratione*, 16. *Digeſt. de rit. nupt.* Extat etiam Henrici II. *conſtitutio facta anno* 1556. quâ interdicta ſunt matrimonia tanquam clandeſtina, quæ facta fuerint inſciis, inconſultis, & inuitis parentibus, Papo, *libr.* 15. *tit.* 1. *arreſt.* 3. & ex ea cauſa poterit pater filium exhæredare, ſed ita demum ſi ignominioſam duxerit vxorem, & quæ patri futura ſit dedecori, non aliter *Fab. defin.* 2. *numero* 3. *&* 4. *Codic. de nupt.* In qua definitione ſtatuit nihilominus hodie valere nuptias, etiamſi conſenſus patris non interuenerit, dummodò obſeruatæ ſint ſolemnitates requiſitæ, facit *Hotom. auth. quæſtio. illuſt. libr. quæſt.* 9. Conſenſus verò matris & cognatorum ex honeſtate tantùm requiritur, *Veſenbec. conſil.* 87. *numer.* 6. *iuxta conſtitut.* Henrici III. 1579. *articul.* 40. 1580. *articul.* 25. Prohibentur Curati matrimonio coniungere filiosfamilias vel minores, niſi eis conſtet de voluntate & conſenſu patris, matris, tutorum, vel curatorum. Conſenſus paternus exigitur in matrimonio jure Diuino, quia Deus patris officio functus, Euam Adamo copulauit, *Geneſ.* 2. *verſic.* 24. Conſenſu Abrahami Iſaac, *Geneſ.* 24. *verſicul.* 3. Conſenſu Iſaaci Iacobus, *Geneſ.* 28. *verſ.* 6. nuptias contraxerunt, Tamen ſi pater filiam viginti quinti ann. natam neglexit dare *Quando filia ſine conſenſu patris nubere poſſit.* nuptui, ſine graui cauſa ipſa poterit ſine patris conſenſu ad nuptias conuolare, & pater tenebitur ei dotem pro ratione facultatum conſtituere, *auth. ſed ſi poteſt. cod. de inoffic. teſtam. Maſuer. pract. tit. de matrim. n.* 9. Exigitur etiam conſenſus paternus jure naturali, *leg.* 1. *&* 2. *ff. de obſeq. parent. & patron. praſt. leg.* 2. *ff. de Iuſt. & iur.* Conſenſus tacitus patris etiam ſufficit, ſi nempe non contradicat nec apertè diſſentiat, *lege ſi vi propon.* 5. *cod. de nupt. lege in ſponſ.* 7. *ff. de ſponſal.* quod ſi filia furioſi nubere, vel furioſi filius vxorem ducere velit, id fiet ſine conſenſu patris, non tamen ſine conſenſu Curatoris *lege ſi furioſi, cod. de nuptiis.*

Secundò, conſenſus partium requiritur eo quòd conſenſus matrimonium faciat, *lege nuptias* 30 *Digeſt. de reg. iur.* Deinde, 1. *Corinth. ca.* 7. *verſ.* 5. nefas eſt inuicem ſeparari, niſi ex conſenſu mutuo vtriuſque: Ergò multò magis conſenſus requiritur indiuiduus, in æternum, & perpetuum, Ideo furioſus nec ſponſalia, nec nuptias celebrare poteſt, quia furor conſenſum tollit, *lege furor*, 8. *de Sponſal.* adde quòd libera debeant eſſe matrimonia ſine pœnali ſtipulatione, *lege Titia*, 134. *Digeſt. de verb. oblig.* Couart. *in Epitom. libr.* 4. *decretal. p.* 1. *cap.* 4. *numer.* 4. *&* 5. Nam coacta matrimonia triſtes plerumque habent exitus. *Furioſus nec nuptias, nec ſponſalia celebrare poteſt.*

Inter quas perſonas prohibitæ, & non prohibitæ ſunt nuptiæ?

Prohibitæ ſunt nuptiæ neſariæ, inceſtæ & illicitæ: nefariæ dicuntur inter aſcendentes, & deſcendentes; inter quas omnimodo & indiſtinctè prohibentur, *lege nemini liceat.* 17. *C. de nuptiis*, §. 1. *h. t.*, *lege quinetiam*, *Nuptiæ nefariæ.* 55. *Digeſt. de rit. nupt.* Inceſtæ inter collaterales, & affines, ita dictæ quaſi non caſtæ: illicitæ & inutiles ſunt *Nuptiæ inceſtæ.* omnes aliæ de jure prohibitæ, *tot. tit. Codice de inceſt. & inutil. nupt.* Imò nec tales nuptiæ ſubſiſtere poſſunt, etſi di- *Nuptiæ illicitæ.* catur ex conceſſione reſcripti impetrati contractas eſſe; potiſſimum ſi juri gentium aduerſentur, vt ſunt nuptiæ inceſtæ, & neſariæ, *lege neſandiſſimum*, 2. *Codic. ſi nupt. & reſcript. &c.* tale enim reſcriptum vocabitur obreptitium, *l.* 1. *Cod. eod.*

Primò non poſſunt celebrari nuptiæ inter patrem & filiam, vel auum & *Nuptiæ prohibitæ.* neptem, & vſque in infinitum, huiuſmodi enim nuptiæ nefariæ ſunt, atque inceſtæ, propter ſanguinis proximitatem, §. *ergò non omnes, hic. lege*

nuptiæ,53.Digeſt. de nupt. Quamuis enim in princip. mundi propter hominum paucitatem coacti ſint cognatione iuncti matrimonia contrahere, tamen ſtatim poſtquam ſublata eſt illa neceſſitas, Deus prohibuit ne deinceps commiſcerentur ſanguine juncti, *Leuit.* 18. Hæc prohibitio non tantum locum habet inter iuſtos & legitimos, ſed etiam inter ſpurios & naturales, *lege & nihil.54.Digeſt.de nupt.*

Secundò, prohibitæ ſunt nuptiæ inter fratrem & ſororem, §. *inter eas quoque perſonas, 2. hic. Leuit. capit.18. verſicu.9.* Deinde fratris vel ſororis filiam in vxorem ducere non potes vſque ad quartum gradum §. *fratres vero,3. hic.* & hoc matrimonium ita veteres Chriſtiani abhorruerunt, vt Imp. Zeno id vocet nefandiſſimum ſcelus, *lege 2. Codic. ſi nuptia ex reſcripto petantur.*

Tertiò, duorum fratrum liberi qui patrueles, vel duarum ſororum, qui conſobrini, quaſi conſororini, vtpotè ex duabus ſororibus propagati, *lege 1.§.4.& lege vltim.§.quarto gradu,15.verſicul.eodem gradu, Digeſt. de gradibus. & ad fin.* Vel fratris & ſororis liberi, qui amitini vocantur, iure ciuili coniungi poſſunt, §. *duorum autem fratrum, 4. hic. lege celebrandis, 19. Codic.eod. lege conditionis,2. Cod.de Inſtit. & ſubſtit. lege nepotem,3. & l. non ſolùm,67.Digeſt.de rit. nupt.* Canonico verò iure coniungi non poſſunt, *C.non debet extr. de conſanguin. & ad fin.* Quia iure Canonico matrimonium ad quartum vſque gradum incluſiuè eſt prohibitum. Ius autem iſtud cognationum gradus numerare incipit a fratribus, vel ſororibus, vt duo fratres vel ſorores, primum gradum faciant, Conſobrini ſecundum, ſobrini tertium, ſobrinorum filij quartum, nepotes quintum, pronepotes ſextum, & ſic deinceps, *can. ad ſedem,35. qu.5.* Gregor. Tholoſſ. *ſyntagm. libr.9.capit. 10. numero vltimo.*

Amitini.

Quartò, non licet amitam vxorem ducere, neque materteram, quia loco parentum ſunt. Eſt eadem ratio de auita magna, & matertera magna, §. *item amitam, 5. hic,* amita magna eſt aui ſoror, matertera magna, eſt auiæ ſoror, *lege 1. §.4 & lege vlt.§. tertio gradu, 14 verſ.matertera, ff de gradibus.* Significat enim matertera, matris ſororem, *d. §. 14.verſ.matertera, lege penult. ff.de legit.tut.*

Auita magna. Matertera magna. Matertera.

Amita dicitur quaſi à patre meo amata, & matertera quaſi mater altera.

Amita.

Quintò, eam quæ priuigna tua, aut nurus fuit vxorem ducere non licet, propter affinitatis venerationem, nam vtræque filiæ loco ſunt, § *affinitatis, 6. hic.* Priuigna non tantum eſt filia vxoris ex alijs nuptiis, ſed etiam neptis & proneptis, *lege adoptiuus,14. §. vltim. Digeſt.de rit.nupt.* Nurus eſt quæ nupſit filio, & eius appellatione pronurus, & deinceps continetur, *lege nurus, Digeſt. de verb.ſignific.*

Priuigna. Nurus.

Sexto, ſocrum, & nouercam prohibitum eſt vxorem ducere, quia matris loco ſunt, §. *ſocrum quoque 2.h c.* Per ſocrum intelligimus vxoris matrem, & per nouercam eam quæ patri nupſit, quæ ita appellatur, quaſi nocens arcus: vel quia eſt noua arca, ſine fructu.

Socrus. Nouerca.

Septimo, filiam ex vxore tua poſt diuortium ſuſceptum, quamuis priuigna tua non ſit, tamen vxorem ducere non potes, propter ciuilem honeſtatem, *§.ſi vxor tua,9 hic.*

Adde matrimonium interdictum eſſe inter tutorem, filiumque eius, & pupillum, tum inter curatorem, & adultam, ne rationum reddendarum officium hoc pacto intercidat, donec pupilla vel adulta fiat annorum 29. *lege fin. Cod.de temp. in integr. & leg. ſi patris, 6.Cod.de interd.matrem. inter pupill. & tut, ſeu curat. filiiſque eor.* Hoc ergo eſt intelligendum vſquedum rationem adminiſtrationis ſuæ reddiderint tutores & curatores. Tamen de jure Canonico, *titulus de interdict matrim.* eſt correctus, vt docent canoniſtæ *c.1.ext. de ſponſ.* Ex dictis patet inter quas perſonas contrahi poſſint nuptiæ.

Infidelitas impeditne matrimonium?

Non debet contrahi matrimonium cum infidelibus, cuiuſmodi ſunt Turcæ, Mahumetani, Iudæi, Anabaptiſtæ & alij, quia eorum conuerſationem fugere debemus, *2 ad Corinth.cap.6.verſ 14.* Ideò Deus Iſraëlitas à connubiis infidelium arcet, Exod *ca.34 verſ 6 & Deut c.7. v.3. Eſd.cap.9. verſ 2.* Cultus ergo diſparitas matrimonium impedit, & ſic Chriſtianus cum Iudæa vel Saracena matrimonium contrahere prohibetur, *c. caue, 28.queſt.1.*

Cum infidelis matrimonium non contrahendum.

Tamen ſemel contractum diſſolui

non

non debet, 1. *ad Corinth. cap. 7. verſ. 12. & ſequentib.* Idem habetur in l. ſi legibus, 17. Cod. de Epiſc. audien. Pap. *lib. 1. tit. 2. arr. 7. annet.*

Quomodo puniendi ſunt illi qui nuptias contrahunt contra legum præſcripta?

Pœna eorum qui contrahũt matrimonium contra leges.

Sic, I. Qui contra leges coiërint, vel mariti vel vxoris nomine non deſignabuntur, §. *ſi aduerſus, hic*, & eorum coniunctio nuptiarum, vel matrimonij nomine indigna erit, neque dos vlla ſtatuta cenſebitur: *d. §. ſi aduerſus*, quia hæc ſine nuptiis non ſunt, *l. 3. ff. de iur. dot. l. vlt. Co. de donat. ant. nupt.*

II. Liberi ex coitu iniuſto, & illegitimo in patria poteſtate non erunt, *d. §. ſi aduerſus*, ſed tales erunt quantum ad patriam poteſtatem attinet, quales ſunt liberi vulgò concepti, qui patre deſtituti eſſe intelliguntur, non quòd patrem non habeant ſpurij, ſed quod juris fictione intelligantur non habere, vt quòd vel incertum habeant, vel eum quem habere non licet, *lege vulgo, 33. Digeſt. de ſtat. homin.* Ratio eſt, quia negatâ cauſâ negatur effectus, tolle enim nuptias, tollis patrem, tolle patrem, tolles poteſtatem, quoniam inde dicitur patria poteſtas.

III. Diſſoluto tali coitu, nec doti, nec donationi locus eſt, quia ibi nulla dos, vbi nullum matrimonium, § *ſi aduerſus ea, 12. hic. facit. l. 1. in fin. Digeſt. pro dote. lege talis facta ſtipulatione, 48. Digeſt. de iur. dot. lege fin. cod. de donat. ante nupt.* negato enim ſubiecto negatur adiunctum, *lege 1. co. de condict. ob cauſam. l. eius qui. §. quod ſi, vbi Iaſ. num. 3. ff. ſi cert. pet.* Nuptiæ ſubiecti rationem habent collatæ ad dotem, & donationem propter nuptias, quæ non ſunt niſi ſit matrimonium, quanquam matrimonium eſſe poſſit ſine dote & donatione, *auth. præterea, cod. vnde vir. & vxor.* accidens enim poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt docent logici, dos autem eſt accidens matrimonij, cui poteſt adeſſe, & ab eo abeſſe præter eius corruptionem. Non tamen poteſt dari accidens ſine ſubiecto & ſubſtantia, Maſcard. *concl. 21. numre. 2. per leg. 2. Digeſt. de vſufr.*

Quid & quotuplex eſt Dos?

Dos quid ſit.

Dos, eſt ius in re marito conſtitutum reſpectu coniugij, ad ſuſtinenda onera matrimonij, *lege dotis fructum, Cod. de iur. dot. Bart. Sot. & Dd. in rubr. & lege 1. Digeſt. ſoluto matrim.* Ita vt apud eum qui illa ſuſtinet eſſe debeat, Andr. Gail. 2. *obſeru. 91. num. 7.* Cephal *conſil. 740 num. 11. vol. 5.* Eam vel mulier quæ ſui iuris eſt, vel alius nomine mulieris conſtituit.

Dos vel profectitia vel aduentitia.

Dos dicitur profectitia, ſi à patre, aut ex patris bonis, *text. in lege profect. 5. in princ. Digeſt. de iur. dot.* Et aduentitia, ſi ab extraneo conſtituta ſit, *lege 1 §. extraneum, Cod. de rei vxor. act.*

Dos reuertiturne ad Patrem?

Ius reuerſionis.

Dos profectitia mortua vxore ſine liberis ad patrem ſolùm reuertitur regulariter, *lege quod ſcitis, 3. Cod. de bonor. quæ liber. lege vnic. §. fin. & paſſ. Cod. de rei vxor. act. lege dos a patre, 4. Cod. ſolut. matrimon. lege 6. Cod. de iur. dot.* poteſtatis, ſiue pactionis iure, *auth. ſed quamuis Cod. de rei vxor. act.* Papo, *lib 21. titul. 1. arr. 5.* Ius enim reuerſionis hoc poſtulat, vt res donata in priſtinum reducatur ſtatum, *lege ſi unus, §. pactus, 12. verſicul. quod ſi in ſpecie. Digeſt. de pact.* & hoc importat propoſitio *re*, vt in vocabulo reſtitutionis, *lege quod ſi minor, 24. § Reſtitutio, 4. Digeſt. de minor. & lege ait prætor, 10. §. præterea, 6. Digeſt. quæ in fraud. cred.* Hoc vocabulum reuerſionis expreſſum reperitur in *lege ſi vnquam, 8. Cod. de reuoc. don. & in lege ſi totas 5. Cod. de inoffic. donat. & gloſſ. atque Dd.* aſſerunt reuerſionem ipſo iure effectum habere ratione proprietatis, non poſſeſſionis, tamen non eſt putandum donatario interdictam eſſe prorſus bonorum donatorum à patre alienationem: Nam veriſimile eſt patrem donando non putaſſe filium præmoriturum, quæ cogitatio tanquam ominoſa, & triſtis non eſt præſumenda, *leg. cum tale, 72. in princip. ff. de condi. & demonſt.* ac proinde non habuiſſe animum donandi, ſub ſpe & conditione reuerſionis. Verùm non debet eſſe reuerſio illuſoria, ne pater cum filio bona amittat, quibus egere poſſet ad ſenium perductus, *lege ſuccurſum 6. ff. de iur. dot.* Credendum ergo donatarium non poſſe donare aut vniuerſaliter alienare bona donata nedũ inter viuos, aut maximam eorum partem, propter ſuſpicionem fraudis, *l. omnes. 17. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.* ad inſtar

Patron.lege patronum,6.ff. de probat. neque etiam poſſe donatarium donare cauſa mortis in fraudem reuerſionis, *d.l.vnius & l.vlt.ff.de leg.2.*

Dos extantibus liberis, horum remanet, *l.fin.§.1 vt legat.nam. caueat.l.19. C.de collat.lege 17. SC.Macedon. Guid.Pap. conſil. 12.num.8.*

Dos aduentitia eſt proprium vxoris patrimonium, *l.3.§.ſed vtrum 14.ff. de minor. l.Lucius Titius, 11.ff. quib. mod. pig. & hypoth.ſolu. leg.vnic. §. fin. Cod.de rei vxar. act.*

Liberi naturales tantùm poſſuntne legitimari?

Liberi naturales. Liberi naturales dicuntur, qui nati ſunt ex concubina ſeu focaria retenta in domo cum affectu maritali: hi legitimari poſſunt, & quidem tribus modis. *Legitimatio triplex.* I. Per oblationem Curiæ, nempe ſi offerantur ſeruitiò Imperatoris, vel ordini Decurionum. *Decuriones.* Erant autem Decuriones Magiſtratus, & conſiliarij Municipiorum & Reip. ſerui, & veluti viſcera, quorum munus in eo decernendo potiſſimum conſiſtebat quòd Reipub. conduceret, quare ex ſuis ciuitatibus aliò demigrare ius non erat, *leg.1. ff. de Decurion.* Horum corpus ſiue collegium Curia dicebatur, ideo naturalis filius legitimabatur ſi à patre, curiæ eius ciuitatis, vnde ipſe duceret originem, vel cui ſubiectus eſſet, offerebatur, *§.vlt. hic.l.3.C.de nat.lib.nou.89.c.2.*

II. Per ſubſequens matrimonium, verbi gratiâ, nati ex concubina, cùm poſteà fuit initum & conſcriptum matrimonium, legitimi effici poſſunt, *§.vltim.hic.§.quibus infr.de hæredib. quæ ab inteſt.lege cùm quis,10. Cod. de nat.liber. nou. 12.cap.4. cap.tanta, ext. Qui filij ſint legitimi,* vide quæ dicta ſunt ſupr ad *tit. de patr.poteſt.* Vt autem per ſubſequens matrimonium legitimi ſucceſſores fiant liberi, quædam obſeruandæ ſunt circumſtantiæ, 1. vt mulier rem non habuerit cum alio quam cum eo qui ſubſequenter eam duxit, & qui in contubernio eam habuit tanquam indubitato affectu coniunctam, *auth. licet. §. ab inteſtat. Cod. de natural.lib.* 2. vt tempore coniunctionis illius ex qua procreati ſunt liberi, pater & mater potuerint matrimonium contrahere, nam ſi illa coniunctio fuit adulterium, non fiet legitimatio, *cap.tanta ext. qui fil. ſint legit.l, cum quis, Cod. de natur.lib. & § quib.infr. de hæred.quæ ab inteſt.defer.* 3. vt dotalia vel nuptialia inſtrumenta fuerint confecta 4. vt ſolennitates in matrimonio legitimo requiſitæ fuerint obſeruatæ, *Carol. Ruin.conſil. 211.vol. 1.*

Concubina dicebatur ea quam quis, non maritali animo, ſed concubitus tantum causâ ſine nuptiis domi habebat *leg.144 Digeſt. de verb. ſignif. tot.tit. ff. & Cod.de concubin.l.56.ff. de rit. nupt.* Et apud veteres non fuit inhoneſta, *d. lege 144.* & ſolùm ſic appellata eſt quæ extra legis pœnam, & ſine metu criminis haberetur, hodie habitâ ratione ad juſtas nuptias, & ſecundum jus diuinum *1.Corinth.7.* concubinatus eſt congreſſio illegitima, neque enim committendum malum vt bonum eueniat, *Roman.3.8.* Ideo concubinatus jure nouo fuit abrogatus, *nou.6. cap.1. §.3.* & cùm Chriſti mandato ad primam matrimonij inſtitutionem reuocati ſimus, *Matth.19.* Concubinatus eſt vel ſcortatio, vel adulterium. Veteres enim Philoſophi concubinatum valde improbarunt, *Ariſt.7.Polit.c.17.* *Concubina.* *Concubinatus abrogatus.*

III. Per reſcriptum Principis, *lege 1.cod.de natural.liber. & auth.Præterea Cod. eod. nou. 89. cap.9.* obſeruatis tamen iis de quibus Decius *conſil.55. vol.1.conſil. 307.vol.2.* Paul.Caſtr. *conſil.219. & conſil. 338. vol.3.*

Vnde dicta, & quid ſunt Sponſalia?

Sponſalia à ſpondendo dicta ſunt, quia moris fuit veteribus ſtipulari, & ritu ſolemni reſpondere ſibi vxores futuras, *lege ſponſalia, 2. Digeſt. de ſponſ.* Vnde & ſponſi & ſponſæ appellatio nata eſt, *l.2.ff. eod.* cùm tamen hodie nudo conſenſu conſtituantur. Definiuntur mentio ac repromiſſio futurarum nuptiarum, Florentinus *in l.1.ff.de ſponſ.* *Sponſalia etymon.* *Sponſalia quid ſint.*

Quomodo differunt ſponſalia à nuptiis?

Ex dictis oſtenditur differentia inter nuptias & ſponſalia, nam aliud eſt, nuptias contrahere, aliud promittere ſe contracturum. Itaque ſponſalia rectè dicuntur ſpes coniunctionis, *lege ſi puella, 6. Digeſt. de ſponſ.* Nuptiæ ergo verbis in præſens tempus conceptis contrahuntur, vt ego te accipio in meam vxorem: nominantur enim ſponſalia de præſenti, quando contrahentes vtuntur verbis præſentis tempo- *Sponſaliũ & nuptiarum differentia.* *Sponſalia de præſenti.*

temporis, aut quando puellæ quis purè & ſimpliciter coniugium promittit, *Schneid. tit. de nupt. p.1.n.4.* & eſt matrimonium perfectum. Eiuſmodi ſponſalia per verba præſentis temporis in Gallia ſunt prohibita, & inhibetur notariis eiuſmodi ſponſalia ſtipulati, *Henr. 3. 1579. art. 44.* Sponſalia per verba futuri temporis ineuntur, vt accipiam te in vxorem, & eſt matrimonium præſumptum & initiatum, *l. mulier, 5. c. de ſponſ.*

Sponſalia de futuro.

Tantum eſt ergo diſcrimen, quantum inter ſpem & rem, inter candidatum iuris, & Doctorem, inter cingendum & cinctum.

Notandum ſponſalia aliquando ſumi pro muneribus quæ ſponſæ dantur, vt pro arrhis, *l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. pet.* in ſymbolum futuri matrimonij datis; quæ quidem arrhæ ſunt vt plurimùm annuli, quibus omnia ſiguantur, vt intacta ſint, & à rapina vindicentur.

Quinam ſponſalia contrahere poſſunt?

Omnes qui & nuptias, nam vbi nuptiæ interdictæ ſunt, ibi ſponſalibus, (quæ ſunt tanquam præparatoria & aditus nuptiarum,) locus eſſe nequit, *l. oratio. 16. ff. de ſponſal.* Sanè impuberes etſi matrimonium inire non poſſunt, tamen ſponſalia dilatis reiectiſque in pubertatis tempus nuptiis iure contrahunt, ſi non ſint ſeptennio minores, & ſi id fieri intelligant: proinde nihil agunt qui pueris ſiue filiolis ſuis dant puellas in cunabulis, vel his illos, niſi ipſi pueri puellæque poſtquam venerint ad annos diſcretionis cõſentiant: *l. in ſponſ. 14. ff. de ſpõſ.* Infirma enim illa ætas quidquid videt dicitur ignorare, *l. 1. §. impuberes. C. de falſ. monet. l. ſi infans, 18. C. de iur. d lib. l. fin. C. de iur. & fact. ignorant.* & licèt ſit præſens infans, pro abſente habetur, *l. ſi pupillus, 10. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

Impuberes ſponſalia poſſunt cõtrahere.

Quot modis diſſoluuntur, ac diri-muntur nuptiæ?

Duobus, morte naturali alterius coniugis, & diuortio, *l. ſed ſi maritus, 14. §. ſiue autem, 2. & §. ſeq. ff. qui & à quib. manumiſſ. liber. non fi. l. 2. ff. de diuort. & repud.* Nuptiis per mortem naturalem ſolutis, ſuperſtiti coniugi integrum eſt ad ſecũdas nuptias tranſire ſiue conuolare, non tantum iure ciuili, ſed etiam diuino. *l. 1. C. de ſecund. nupt. 1. Corinth. c. 7. verſ. 39. 1. Timoth. cap. 5. verſ. 14.* morte ciuili non diſſoluitur matrimonium, vt potè deportatione, *l. 1. ff. de repud.* ſi caſus in quem maritus incidit non mutet vxoris affectionem, *d. l. Guid. Coquill. quæſt. 11.*

Nuptiarũ diſſolutio.

Quid eſt diuortium, & vnde dictum?

Diuortium eſt legitima coniugum ſeparatio apud competentem Iudicem facta, *Gofred. & Hoſt. in ſumma. §. 1. de diuort.* Legitima, inquam, nam quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, vi, nempe, & ſine legitima cauſa. Dictum eſt diuortium à diuerſitate mentium, vel quòd in diuerſas partes eant qui diuertunt & matrimonium diſtrahunt, *l. 2. ff. de diuort. l. inter diuortium, 191. ff. de verb. ſignif.* Ideo diuertere à marito dicitur vxor quæ ab eo diſcedit, *l. 42. ff. de Iudic.* Tamen diuertiſſe non videtur quæ breui reuerſa eſt, *l. quicquid, 18. ff. de reg. iur.*

Diuortiũ quid ſit.

Diuortij etymon.

Quænam ſunt veræ diuortij cauſæ?

Fit diuortium varias ob cauſas, quarum præcipuæ ſunt, I. adulterium rectè probatum, *C. tuæ. de procu ai. &c.* ex literis, vbi Panot. *n. 2. & 3. de diuort. l. conſenſu. 18. C. de repud.* Matth. *c. 19. Luc. cap. 16.* II. Impotentia tam naturalis, quàm accidentalis, *auth. de nupt. §. per occaſionem. C. ex literis, &c. fraternitatis. extra. de frig. & malefic. l. in cauſis, 10. ff. de repud.* nã matrimonij finis eſt proles, & ſobolis procreatio, vt *not. in l. 1. ff. ſolut. matrim. & in l. §. ius naturale, 3. ff. de iuſt. & iur.* Ideo valde prodeſt Reip. matrimonium vt ſic abundet liberis, & legitimis prolibus ac hominibus, *l. 1. ff. ſolut. matrim. l. hoc modo, 64. ff. de cond. & demonſt. l. cùm ratio, 7. §. ſi plures. 3. ff. de bon. damn.* III. Lepra, quæ ſaltem thori ſeperationem inducit, Fab. *defin. 2. n. 2. C. de repud. &c.* IV. Si vna pars mortem alteri inferre, aut veneno, aut ferro, aut aliter per interpoſitas perſonas conata ſit, *c. 1. ext. de diuort.* Aliæ ſunt cauſæ de quibus *in §. quia verò & in §. prædictis, in auth. vt liceat matri & auiæ, & l. conſenſu, 8. C. de repud.* Latè illi qui referuntur à *Couarr. de ſponſ. 2. part. cap. 6. §. 4. n. 2. Thom. Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 1. per totam.* Iure tamen diuino non permittitur diuortium, niſi propter adulterium, Matth. *c. 5. verſ. 32. & cap. 19. verſ. 9.* Iure Canonico, ne tunc quidem fit ſeparatio matrimonij, ſed thori. *c. ex literis ext. de diuort. gloſſ. 1. l. diuortio, ff. de neg. geſt.* de

Diuortij cauſæ.

Matrimonij finis.

bonorũ ſeparatione, vide *Louët. in lit. F. cap.* 16. De diuortij cauſis latè *Giphan. ad l. conſenſu, 8. C. de repudiis.*

Apud quem educari debent liberi diuortio facto?

Liberorũ educatio diuortio facto.

Si maritus cauſam dedit diuortio, & ad ſecunda vota non conuolauit mater, liberi educabuntur apud matrem mariti expenſis, ſi contra mater dedit cauſam diuortio, apud patrem educabuntur matris expenſis, niſi pater minus idoneus ſit, tunc enim apud matrem locupletem educabuntur, *auth. ſi pater. C. diuort. fact. apud quem liber. mor. vel educ. deb. Nou. 117. cap. 7. Sanchez lib. 10. de matrim. diſp. 20.*

Si ob adulterium mulieris diſſoluatur matrimonium, vnde alenda erit vxor?

Dos cedit marito ob adulteriũ mulieris probatũ.

Adulterio mulieris probato, dos cedet mariti lucro, *B. ë. deciſ. 338.* ne tamen egeat, mendicet, aut fame pereat adultera ex fructibus dotis, aut ex dote, ſi aliunde non habeat, alenda erit, ſiue in Monaſterio in quo recluderur, ſi ibi admitti poſſit, *auth. ſed hodie. C. ad leg. Iul.* ſiue extra monaſterium, idem ſentit *Iul. Clar. lib. 5. §. 2. adulterium. gloſſ. in l. conſenſu, verb. ſibi habere, C. de repud. verſ. quia inde debet ſuſtentari. C. de repud. Ant. Fabric. Bleyn. de benefic. tam mulier. quam vir. n. 21. cum ſig. h.* Hanc ſententiam tenet & latè confirmat *VVeſenbec. conſil. 317. de adulterio. n. 90. Fab. de fin. 1. Codic. de repud. & iudic. de morib. ſublat.* quemadmodum maritus poteſt vxorem ob adulterium accuſare, ita etiam vxor maritum, poteſtque petere ſeparationem à thoro, & dotis reſtitutionem, non tamen vt puniatur maritus. *c. 1. ex. vt. lit. non conteſt. & ibi not. Abbas & Decius cõſil. 330. vol. 4.* Illud tamen vtrique eſt commune vt accuſata vel accuſatus accuſationis effectum impedire poſſit, ſi obiciat accuſantem etiam adulterium commiſiſſe *c. penult. & vlt. extr. de adult. & ſtupr.* quia in paribus eſt delicti compenſatio. *l. vir atque vxor. ff. ſolut. matrim.* Quandiu vxor erit recluſa, non poterit maritus aliam vxorem ducere, propter ſpem reconciliationis, & propter verbum Domini, quod Deus, coniunxit, homo non ſeparet, *can. 1. & 2. 32. quæſt. 7.*

Accuſatio ob adulterium.

Delicti compenſatio in paribus.

Quomodo differt diuortium à repudio?

Diuortij & repudij differentia.

Differt diuortium à repudio, quòd hoc ſit inter nondum Coniunctos, vel cùm vterque, vel alteruter promiſſas nuptias recuſat; illud vero inter coniuges adeóque coniunctos fiat. *l. inter ſtuprum, 101 §. diuortium, 1. ff. de verb. ſig.* & ſi alterum pro altero nonnunquam vſurpetur. *Vid. tit. ff. de diuort. & repud. gloſſ. 2. in l. quod Seruius, 8. ff. de condit. cau. dat. &c.*

TITVLVS XI.

DE ADOPTIONIBUS.

TEXTVS.

NON ſolùm autem naturales liberi, ſecundum ea quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt: verum etiam ij, quos adoptamus.

1 ¶ Adoptio autem duobus modis fit, aut principali reſcripto, aut imperio magiſtratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis poteſt eos eáſve, qui quæve ſui iuris ſunt: quæ ſpecies adoptionis dicitur adrogatio. Imperio magiſtratus adoptamus eos eáſve, qui quæve in poteſtate parentum ſunt, ſiue primum gradum liberorum obtineant; qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis

2 ¶ Sed hodie ex noſtra conſtitutione, cum filius familias à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem datur: iura patris naturalis minime diſſoluuntur, nec quicquam ad patrem adoptiuum tranſit; nec in poteſtate eius eſt, licet ab inteſtato iura ſucceſſionis ei à nobis tributa ſint. Si vero pater naturalis non extraneo, ſed auo filij ſui materno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo vel proauo ſimili modo paterno vel materno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt in vnam perſonam, & naturalia, & adoptionis iura: manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo conſtitutum, vt & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.

3 ¶ Cum autem impubes per principale reſcriptum adrogatur, cauſa cognita adrogatio fieri permittitur, & exquiritur cauſa adrogationis an honeſta ſit, expediátque pupillo. Et cum quibuſdam conditionibus adrogatio fit, id eſt, vt caueat adrogator perſonæ publicæ, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis, qui, ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem eius venturi eſſent. Item non aliter emancipare eum poteſt adrogator, niſi cauſa cognita dignus emancipatione fuerit, & tunc ſua bona ei reddat. Sed & ſi decedens pater eum exhæredauerit, vel viuus ſine juſta cauſa emancipauerit: jubetur quartam partem ei bonorum ſuorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum tranſtulit, & quorum commodum ei poſtea acquiſiuit.

4 ¶ Mi-

4 ¶ Minorem natu, maiorem non poſſe adoptare placet. adoptio enim naturam imitatur: & pro monſtro eſt, vt maior ſit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena pubertate, id eſt, decem & octo annis præcedere.

5 ¶ Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat.

6 ¶ Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filij.

7 ¶ Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex filio, quem habet jam adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: eo caſu & filius conſentire debet, ne ei inuito ſuus heres adgnaſcatur: ſed ex contrario, ſi auus ex filio nepotem det in adoptionem, non eſt neceſſe filium conſentire.

8 ¶ In plurimis autem cauſis adſimulatur is, qui adoptatus vel adrogatus eſt, ei, qui ex legitimo matrimonio natus eſt, & ideo, ſi quis per imperatorem, vel apud prætorem, vel præſidem prouinciæ non extraneum adoptauerit, poteſt eundem in adoptionem alij dare.

9 ¶ Sed & illud vtriuſque adoptionis commune eſt, quod & ij, qui generare non poſſunt (quales ſunt ſpadones) adoptare poſſunt. [caſtrati autem non poſſunt.]

10 ¶ Fœminæ quoque adoptare non poſſunt: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habent: ſed ex indulgentia principis ad ſolatium liberorum amiſſorum adoptare poſſunt.

11 ¶ Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum fit, quod is, qui liberos in poteſtate haber, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubjicitur, ſed etiam liberi ejus in eiuſdem fiunt poteſtate tam quam nepotes. ſic etenim diuus Auguſtus non ante Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptaſſet: vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

12 ¶ Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, Seruos, ſi a domino adoptati ſunt, ex hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione etiam eum ſeruum, quem dominus actis interuenientibus filium ſuum nominauerat, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad jus filij accipiendum non ſufficiat.

Quid eſt adoptio?

Patria poteſtas ex triplici cauſa pendet, vel ex matrimonio legitimo, vt patet ex tit. præcedenti: vel ex legitimatione filij naturalis, *gloſſ. in cap. tranſmiſſas, qui filij ſint legit.* Vel ex adoptione, *l. 1. ff. de adopt.* De duabus prioribus actum eſt in præcedenti titulo, de tertia in hoc agendum venit, nam adoptiones, etiam filiosfamilias faciunt *l. 1. ff. de adopt.* Quarum quidem adoptionum vſus olim magnus erat, hodie non item. Referri debet iſte *tit. ad tit. ff. & Cod. de adopt.* *Connexio.*

Adoptio. Adoptio eſt legitimus atque naturam imitans actus ſolatio eorum qui procreare non poſſunt, introductus, quo aliquis eum ſibi filium eligit, qui tamen verus filius non eſt, vel per quem is efficitur filius, qui ſecundum naturã nõ erat; neque enim adfert jus, *l. 23. in princ. ff. de adop. l. 2. §. 7. ff. de vac. mun. Vult. Comm. Inſtit. ad tit. de adop.* Dicitur actus legitimus, *l. actus, legitimi, & ibi gloſſ. ff. de reg. iur.* Ille actus fit in ſolatium eorum qui filios non habent, & qui in liberorum locum extraneos ſumunt, vt ſui curam habentes, inſidias auertentes, & tandem jure ciuili ſuccedentes.

Quotuplex eſt adoptio?

Duæ ſunt ſpecies adoptionis, vna quæ appellatur arrogatio, cùm quis pro filio eum eligit, qui ſui iuris eſt, *l. 1. & 2. ff. de adopt. l. impuberem, 2. l. cum in adoptiuis, 10. C. de adopt* & ſic adoptatur paterfamilias Principis authoritate, dicitur autem arrogatio, quia, qui adoptat rogatur, *id eſt*, interrogatur an velit eum quem adoptaturus ſit iuſtum ſibi filium eſſe, & is, qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur, *l. generalis, 2. ff. de adopt.* fiebat autem per populum ſeu rogatione latâ. In arrogatione quatuor ſunt notanda, I. Videndum an arrogationis cauſa ſit honeſta, vel turpis, & an ſit vtilis, *l. nec ei. 17. in fin. princ.* II. Arrogator ſatiſdare debet de bonis reſtituendis illis, qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem arrogati vocati eſſent. *l. 2. C. de adopt. in l. nec ei, 17. ff. eod.* *Arrogatio* *Quatuor in arrogatione notanda.*

III. Arrogator non poteſt arrogatum emancipare niſi cauſâ cognitâ emancipatus dignus judicatus fuerit, & bona ei reſtituere ſit paratus. IIII. Et ſi pater decedẽs arrogatum filium exhæredauerit, vel viuus emancipauerit, tamen jubetur quartam ei bonorum ſuorum partem relinquere, nempe præter bona ad patrem adoptiuum tranſmiſſa.

Altera adoptionis ſpecies, eſt adoptio ſpecialis, nomine generis ſibi retento, & ita idem nomen & genus eſt, & ſpecies ſui ipſius, *l. 1. & 2. ff. de adopt.* ſic in credito. *l. 1. & l. 2. § mutui, ff. de reb. cred.* cùm quis eum qui iuris alieni & ſibi tanquam filium adoptat, & proprium facit, & ſic adoptatur filiusfamilias, *l. 1. ff. hoc tit.* nempe coram quouis magiſtratu mixtum Imperium habente, *§. 1. verſ. imperio, hic l. impuberum. 2. & l. cum in adoptiuis, 10. ff. de adopt.* fiebat enim per Prætorem aut magiſtratus authoritatẽ. *Adoptio ſpecialis.*

Duo in adoptione ſpeciali notanda.

In adoptione ſpeciali duo notandi ſunt modi. I. Cùm filiusfamiliàs extraneo à patre naturali in adoptionem datur, ita tamen vt in patris naturalis poteſtate remaneat, nam jùs naturale ciuili ratione tolli nequit. Valet tantùm hæc adoptio vt adoptatus ſuccedat ab inteſtato in bona patris adoptiui cum legitimis & naturalibus. II. Si filiusfamilias non extraneo, ſed conſanguineo in linea aſcendenti à patre naturali in adoptionem detur, tunc enim tranſit in patris adoptiui familiam, & poteſtatem, & nihil à patre naturali expectare debet ampliùs.

Quinam adoptare poſſunt vel non?

Omnes quibus non eſt prohibitum, adoptare poſſunt, eſt autem prohibitum,

Multis prohibitũ eſt adoptare.

I. Caſtratis, §. *ſed & illud*, 9. *hic.* illis nempe quibus genitalia, & virilia exciſa, ſeu exſecta ſunt, qui rectè Eunuchi dici poſſunt, *id eſt*, lectorum Cuſtodes, & cubicularij. *novell.* 133. *cap* 5. prout Putiphar Pharaonis Eunuchus dicitur, *Geneſ.* 37. *&* 39. *id eſt*, regij cubiculi cuſtos. Spadonibus non eſt prohibitum, qui aliquo corporis vitio, ſiue frigore genitalia turbante, gignere nequeunt, tum etiam propter ſexus imbecillitatem, *gl. in l. in multis*, 9. *ff. de ſtat. hom.* tali impedimento ſublato liberos ſuſcipere poſſunt. Thlibię & Thlaſię caſtratis ſimiles ſunt, illi enim fractos aut extritos, à nutrice, vel forſitan à matre habent teſticulos, adeò vt generare, ac proinde nec adoptare queant. II Fœmininis, quia regulariter liberos ſuos naturales in poteſtate nõ habent, exceptis quibuſdam caſibus, §. *fœminæ*, 10 *hic.* tum etiam propter ſexus imbecillitatem, *gloſſ. in l. in multis*, 9. *ff. de ſtat. homin.*

III Minoribus natu hi enim maiorẽ adoptare non poſſunt, quia adoptio eſt naturæ imitatrix, ſiue imago. *l.* 23. *in princ. ff. de liber. & poſth.* Debent igitur, qui adoptant, decem & octo annis maiores natu eſſe quàm adoptandi, § *minorem*, 4. *hic.* neque æqualis ætate æqualem adoptare poteſt.

IV Tutoribus & curatoribus ne arrogent pupillos vel adultos, *l. nec. ei in princ. ff. eod.*

Itaque qui deſcendentes non habent, in deſcendentium locum adoptare poſſunt, quamuis id à natura ſit alienum, eo quòd non poſſit quis nepotem habere, qui filium vel filiam non habuerit, nam ſublatâ causâ tollitur effectus.

Adoptio naturam imitatur.

Filius in locum nepotis, vel contrà adoptari poteſt, non tamen per adoptionem quis poteſt frater fieri, quia ſecundùm naturam, non poteſt frater à fratre procreari, *l.* 7. *C. de hæred. Inſt.* & quod natura negat, lex non audet, *l.* 2. §. 1. *ff. de vſuf. ear. rer. quæ vſu &c.* Debet autem adoptio naturam imitari: lex enim ſemper imitatur naturam, *l. adoptio*, 16. *ff. de adopt.* §. *minorem natu* 4. *hic.* adoptio autem eſt legis actio, *l. magiſtratum*, 4. *ff. de adopt.*

TITVLVS XII.

QVIBVS MODIS IVS patr. poteſtatis ſoluitur?

TEXTVS.

VIDEAMVS nunc, quibus modis ij, qui alieno iuri ſunt ſubjecti, eo jure liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate dominorum, ex iis intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittendis ſuperius expoſuimus. Hi vero, qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris fiunt Sed hoc diſtinctionem recipit: nam mortuo patre, ſane omni modo filij filiæve ſui iuris efficiuntur. Mortuo vero auo, non omnino nepotes neptéſque ſui iuris fiunt: ſed ita, ſi poſt mortem aui in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. Itaque ſi moriente auo pater eorum viuit, & in poteſtate patris ſui eſt, tunc poſt obitum aui in poteſtate patris ſui fiunt Si vero is, quo tempore auus moritur, aut jam mortuus eſt, aut [per emancipationem] exiit de poteſtate patris: tunc ij, qui in poteſtatem eius cadere non poſſunt, ſui juris fiunt.

1 ¶ Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur, ciuitatem amittit: ſequitur, vt qui eo modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde quaſi eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari ratione & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. ſed ſi ex indulgentia principis reſtituti fuerint: per omnia priſtinum ſtatum recipiunt.

2 ¶ Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate liberos retinent. Et ex contrario liberi relegati, in poteſtate parentum remanent.

3 ¶ Pœnæ ſeruus effectus, filios in poteſtate habere deſinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui beſtiis ſubiiciuntur.

4 ¶ Filiusfamilias ſi militauerit, vel ſi ſenator, vel conſul factus fuerit: remanet in poteſtate patris. militia enim, vel conſularis dignitas de patris poteſtate filium non liberat. Sed ex conſtitu-

ſtitutione noſtra ſumma Patriciatus dignitas illico, imperialibus codicillis præſtitis, filium à patria poteſtate liberat. quis enim patiatur patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare, imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate?

Adoptio naturam imitatur.

5 ¶ Si ab hoſtibus captus fuerit parens, quamuis ſeruus hoſtium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus poſtliminij: quia hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint, omnia priſtina jura recipiunt. idcirco reuerſus etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminiū fingit eum, qui captus eſt, in ciuitate ſemper fuiſſe: Si vero ibi deceſſerit: exinde, ex quo captus eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur. Ipſe quoque filius, nepóſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit: ſimiliter dicimus propter jus poſtliminij, jus quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe: Dictum eſt autem poſtliminium à limine, & poſt. Vnde eum, qui ab hoſtibus [captus eſt, &] in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum recte dicimus. Nam limina, ſicut in domo finem quemdam faciunt: ſic & imperij finem eſſe limem veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus. ab eo poſtliminium dictum eſt quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat. Sed & qui captus victis hoſtibus recuperatur, poſtliminio rediiſſe exiſtimatur.

6 ¶ Præterea emancipatione quoque deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe. ſed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis obſeruationem procedebat, quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto. Noſtra autem prouidentia etiam hoc in melius per conſtitutionem reformauit: vt fictione priſtina exploſa, recta via ad competentes judices vel magiſtratus, parentes intrent: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à ſua manu dimittant. Et tunc ex edicto prætoris in bonis huiuſmodi filij, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qui quæve à parente manumiſſus, vel manumiſſa fuerit, eadem jura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea ſi impubes ſit filius, vel filia, vel cæteri: ipſe parens ex manumiſſione tutelam eius nanciſcitur.

7 ¶ Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe ei, qui filium, & ex eo nepotem vel neptem in poteſtate habebit: filium quidem de poteſtate dimittere: nepotem verò vel neptem retinere. & è conuerſo filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere, vel omnes ſui iuris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta eſſe intelligantur.

8 ¶ Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, auo vel proauo naturali ſecundum noſtras conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis interuenientibus apud competentem judicem manifeſtauerit, præſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo [præſente,] qui adoptat: ſoluitur quidem jus poteſtatis patris naturalis: tranſit autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius perſona & adoptionem eſſe pleniſſimam antea diximus.

9 ¶ illud autem ſcire oportet, quod ſi nurus tua ex filio tuo conceperit, & filiū poſtea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua: nihilominus quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur. Quod ſi poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel aui adoptiui poteſtati ſubijcitur.

10 ¶ Et quidem neque naturales liberi, neque adoptiui vllo penè modo poſſunt cogere parentes, de poteſtate ſua eos dimittere.

Quibus modis Ius patriæ poteſtatis ſoluitur?

Connexio.

Quod certo modo conſtituitur, certâ etiam ratione diſſoluitur, itaque cùm de poteſtatis conſtitutione actum ſit, de eiuſdem reſolutione agendum. Non cōſtat ad quem *tit. ff. aut C.* propriè referri poſſit iſte *tit.*

Serui liberantur à poteſtate Dominorum per emancipationem, de qua ſatis fusè actum eſt in *tit. 5. ſup. & tribus ſeqq.*

Quot modis eximuntur liberi à patria poteſtate?

Modi 7. ſoluendæ patriæ poteſt. tit. *Mors quid ſit.*

Septem: I. Morte naturali parentis qui in poteſtate habet, in princ. hîc, quę quidem mors à morſu primi hominis dicta, qui per pomi eſum mortem incurrit; eſt ſeparatio animæ à corpore, proueniens ex aliquo humorum exceſſu & intemperie, atque omnia ſoluit, *auth. de nuptiis, §. deinceps, collat. 4.* Quod, ita intelligendum, ſi mortuo patre filij filiæve ſui juris efficiantur mortuo autem auo nepotes & neptes, non aliter ſui juris fiunt, quàm ſi in poteſtatem patris recaſuri non ſint. Si ergo mortuo auo pater ſit ſuperſtes, & in poteſtate patris ſint liberi, hi poſt mortem aui in poteſtate patris ſui fiunt, ſi vero mortuo auo in patris poteſtate amplius non ſint, hoc caſu ſui iuris fient.

Deportatio.

II. Morte ciuili, videlicet deportatione *l. 1. C. de hæred. inſtit. id eſt*, in inſulam ſiue exilium perpetuum miſſione ob aliquod maleficium, cum publicatione bonorum; Deportatio ſucceſſit in locum ignis & aquæ interdictionis. *l. 2. §. conſtat, ff. de pœnis. l. 3. ff. ad leg. Iul. pecul. Cuiac. lib. 6. obſeru. cap. 39.* quibus duobus elementis ad vitam neceſſariis interdicebatur eis, qui commerciis & ſocietate hominum, ne quis eos vrbe, menſâ, lecto, aut lare reciperet, prohibebantur, perinde enim hoc erat ac ſi morte

mulctati eſſent, *l. 3. ff. ad l. Iul. pecul. l. 2. §. conſtat. ff. de pæn. l. 1. §. hi quibus, 2. ff. de legat. 3.* nam his duobns elementis priuati, quæ humanam vitam maxime continent, vrbe Roma egredi cogebantur, atque ita in aliam ciuitatem ſe conferre, vt eleganter ait *Cic. in orat. pro domo ſua.* Eſt ergo mors ciuilis expunctio ciuis è numero aliorum ciuium, ita vt amittat ciuitatem, & libertatem, ac proinde patriam poteſtatem, & ſic pro mortuo habeatur, nec vllum actum juris ciuilis condere poſſit, nempe nec teſtamẽtum inire, nec teſtimonium perhibere, &c. Quod deportatus pro mortuo habeatur paret *ex l. verũ, 63. §. vlt. ff. pro ſocio. l. 1. §. fi. ff. de bon. poſſ. cõt. tab. l. 4. §. ſi deportatus, ff. de bon. liber. Curac. lib. 3. obſeru. cap.* 10. Si tamen Principis gratiâ atque indulgentiâ in priſtinũ reſtituatur ſtatũ ciuiliter mortuus, patria poteſtas remanebit integra. De relegatione, deportatione, & exilio vide *tot. tit. ff. de interdict. & deport.*

Mors ciuilis.

Pœna ſerui.

III. Pœnâ Seruili, pœnæ autem ſerui efficiuntur qui perpetuò in metallum damnantur, *id eſt*, ad effodiendum metallum, vel beſtiis exponuntur in cibum: hodie tamen nemo Seruus efficitur ex pœnæ ſupplicio, *Nou. 22. cap.* 8. ſed in eius locum ſucceſſit pœna triremium, cum nempe ſceleris conuictus ad remos agendos damnatur, pœna operis publici, & carceris perpetui *Iul. Clar. lib. 5. ſent.* §. *fin. q. 67. n. 4. & 7.* quæ pœnæ magnam habẽt ſimilitudinem; nam quemadmodum ad metallum damnati grauiſſimis tenebantur catenis, & verberabantur, ita damnati ad triremes, & propterea fiunt pœnæ ſerui, vt cuique ſit manifeſtum: Vel etiam pœnæ ſerui ſunt qui vltimo ſupplicio damnati ſunt, *l. 29. ff. de pæn.* ideo illorum teſtamenta, & codicilli non valent, *l. ſi filiusfamilias 19. ff. qui teſtam. facer. poſſ.*

Patriciatus dignitas.

Patricij.

IV. Summâ Particiatus dignitate, & quidem de jure Inſtitutionum, quæ Patriciatus dignitas ſimilis fuit ei quam hodie Pares Franciæ vel regis conſiliarij habere videntur, & fuit ſumma dignitas poſt Cæſarem. Patriciatus dignitas ſumma fuit apud antiquos, nam vt Tutores Imperij & Principis patres dicebantur, Patricij filij erant Senatorum centum, à Romulo electorum, qui Patres dicti inſtar concilij publici habebantur, *Liu. lib.* 1. & horum filij Patricij dicti ſunt, quòd patres ciere & nominare poſſent. His temporibus liberantur filij à poteſtate parentum illâ dignitate quæ à Curia liberat. *Nou. 81. cap. 1. & Nou. 123. cap. 4. in fin.* Quæ autem illa ſit, explicatur in *Nou. 38. & 70. & in l. vlt. c. de decurion. Giphan. in §. filiumfam. hîc.*

V. Captiuitate ex iuſto bello contingente, hâc enim ſuſpenditur patria poteſtas propter jus poſtliminij, & legis Corneliæ, quæ duæ ſunt fictiones conſeruantes militum jura, qui in hoſtium poteſtatem deuenerint.

Poſtliminium.

Poſtliminium dictum eſt à limine, & poſt, § *ſi ab hoſtibus*, 5. *hîc.* quia quæ alienata ſunt cùm ad hoſtem peruenerunt, & veluti ex ſuo limine exierunt, deinde cùm poſt ad idem limen redierunt poſtliminio videntur rediiſſe, §. *eodem*, Definitur autem poſtliminium *l. poſtliminium, 19. in princ. ff. de capt. & poſtl.* jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatũ priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos, regéſque, moribus ac legibus conſtitutum. *l. poſtliminium, 19. ff. de capt. & poſtlim.* Iure ergo poſtliminij ab hoſtibus capti cùm reuerſi erant, omnia jura recuperabant, idcirco reuerſus parẽs etiam liberos in poteſtate habebat, fingit enim poſtliminium eum, qui captus eſt in ciuitate ſemper fuiſſe, neque vnquam in captiuitate manſiſſe, *l. item ei, 14. ff. ex quib. cauſ. maior. l. adeò, 7. ff. de acquir. rer. dom. l. hoſtes, 24. ff. de capt.*

Ex his inferre licet ciuitatem ab hoſtibus captam, & tandem reſtitutam, jura ſua omnia recuperare, vt ſe res habet de agris captis, & liberatis, *l. ſi captiuus, 20. §. 1. ff. de c. & de eorumdẽ vſufructu. l. ſi ager, 26. ff. quib. mod. vſusfruct. omitt.* & de rebus omnibus per poſtliminium recuperatis, *l. in bello, 12. §. codicilli, verſ. cætera, ff. de cap.* quæ omnes reuerſo reſtituuntur, exceptâ vſucapione quæ magis facti eſt quàm iuris, *l. 1. §. ſi vir, ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. Scæuola. 15. ff. ſi is qui teſt. liber.* etenim tantùm poſtliminio continentur quæ iuris ſunt vt dominium, actiones, patria poteſtas, libertas, & eiuſmodi *l. illa 32. §. is qui apud hoſtes. 1. ff. de hæred. inſtit.* Excepto etiam matrimonio, quia vxor per captiuitatem amiſſa, poſtliminio non reſtituitur, *l. non vt à patre, 8. & l. cùm duæ, 14. ff. de captiuis.* ideo captiuitas matrimonium diſſoluere dicitur *l. 1. Digeſtis de diuort. l. ſi quis. 56. Digeſtis de ſolut. matrim. latè Franc. de Amag. obſeru. lib. 2. cap. 1.*

Captiuitas matrimonium diſſoluit.

Lex Cornelia de captiuis fingebat, ſi captiuus parens non eſſet ab hoſtibus reuer-

Lex Cornelia de captiuis.

ſus, verùm apud hoſtes deceſſiſſet, tunc ex quo captus ſuiſſet, filium ſui iuris eſſe, §. *ſi ab hoſtibus, verſ. ſiverò, nam pater ex ipſo momento mortuus fingitur, l. in omnibus, 18 ff. de capt. & poſtl. m. reuerſ. l 1. Cod. de poſtlim. reuerſ.* Ergo poſtliminium jungit tempus captiuitatis & reditus, quaſi nullum intermedium fuerit, Lex verò Cornelia tempus captiuitatis, & mortis, quaſi eo momento quo caperetur mortuus eſſet.

Sunt autem illæ fictiones neceſſariæ propter actus liberorum, contractus nimirùm, & teſtamenta, quæ in abſentia parentum fiunt, de quibus teſtamentis & contractibus à filiisfamiliàs factis durante patria poteſtate, quatenus valeant, tractant Doctores, *in leg. fin. C. de ſentent. paſſ. in §. eius, qui apud hoſtes, 5. infr. quib. non eſt permiſ. fac. teſtam.* Dicit Imperator eius, qui apud hoſtes eſt teſtamentum ibi factum non valere, quamuis redierit; ſed quod dum in ciuitate fuerat fecit, ſiue redierit, valere jure poſtliminij, ſiue illîc deceſſerit valere jure legis Corneliæ.

VI. Emancipatione, quæ honor eſt maximus, §. *hoc quoque, 2. infr. per quas perſ. cuique acquir.* & beneficium, *leg. 1. in princ. ff. ſi à parent. quis manu. ſit & l. filio, 7. ff. vt legat. & fideicom. ſeru. &c.* Eſtq; patriæ poteſtatis relaxatio, vtriuſque & patris & filij interueniente conſenſu, dicta quaſi è manu traditio, vel eſt actus legitimus hominis quo quis è patria poteſtate & manu coram competente judice liberatur, patris atque filij voluntate accedente, *leg. iubemus, 5. & leg. fin. cod. de emancip. leg. actus legitimi, 77. Digeſt. de reg. iur. leg. non nudo, 3. Cod. de emancip. §. præterea, 6. hic.* Emancipare enim eſt ſacris dimittere, *leg. 3. ante fin. Cod. de bon. matern.* & à ſacris paternis remittere, *leg. 31. in princ. C de fideicom.* Quid ſit, vbi, & quomodo fieri debeat emancipatio, docet Guid. Pap *quæſt. 632. num. 2. & Pap. lib. 7. tit. 1. arr. 25.* Filius emancipatus liberè poteſt contrahere, etiam cum patre, *l. fin. Cod. de in ius voc.* teſtari & omnia facere tanquam paterfamilias, & quod acquirit ſibi acquirit, tam quoad proprietatem, quàm quoad vſumfructum, *leg. 1. in princ. ff. ſi a parent. quis manum. ſit.* Poteſt etiam filius emancipatus filio poſt emancipationem concepto pupillariter ſubſtituere, eo quòd non in aui, ſed in ipſius patris poteſtate natus ſit § *illud autem ſcire, 9. hic, & Giphan. ad §. leg ſed etiam, 14. ff. de adopt. leg. 13. ff. de cap. & poſt. reuerſ.* Emancipatus filius patrem non ampliùs habere videtur, *leg. §. 9. infr. de hered. quæ ab inteſt. defer.* etiamſi reuera poſt emancipationem maneat filius, *l. 7. in princ. ff. de Senat.*

Emancipatio quid ſit.

Filius emancipatus cum patre poteſt contrahere.

Hic notandum filium emancipatum cenſeri, ſaltem tacitè, ſi patre ſciente & permittente res ſuas tanquam paterfamilias agat, & tractet, *leg. 1. Cod. de patr. poteſt.* tum etiam ſi per 10. vel 20. annos ſeorſum à patre habitet, *text. & gloſ. in §. ſi filiusfamilias, inf. de obl. quæ ex qua. delict. & l. 1. Cod. patr. poteſt.*

Filius tacitè emancipatus.

Notandum inſuper quatuor fuiſſe emancipationis ſpecies, Veterem ſiue ſolennem, Anaſtaſianam ſiue per Principem, Leonianam à Leone introductam & Iuſtinianam: Prima fuit tantùm imaginaria quædam venditio, §. *præterea, 6. hic.* Secunda, fiebat per Principem, vel ex Imperiali reſcripto *d. §. præterea*, & ab Anaſtaſio fuit introducta, *leg. pen. cod. de emanc. liber.* Tertia, eſt in vſu hodie, quæ ſuprà definita fuit, & de qua in *l. vlt. C. de emancip. liber.* Quarta, non fuit recepta vt aït Cuiac. *lib. 6. obſeru. 9. & 10. 17. obſeru. 3.*

Quatuor emancipationis ſpecies.

VII. Adoptione ſpeciali, cùm videlicet filiusfamiliàs in adoptionem datur à patre naturali, non extraneo, ſed auo vel proauo materno, actibus interuenientibus, §. *ſed etſi pater filium, 8. hic.* Iſta adoptione filiusfamilias non fit ſui iuris, ſed mutat familiam.

Vbi notandum, quemadmodum adoptatus in poteſtate patris naturalis eſſe deſinit, ita in poteſtate patris adoptantis incipere eſſe & contrà, nam corruptio vnius, eſt generatio alterius. Alius tollendæ patriæ poteſtatis modus, eſt liberorum expoſitio, *l. ſancimus, 3. C. de infan. expoſ.* nam ſi filius infans in ſacris patris conſtitutus, à patre aut alio, ſciente ipſo, aut approbante, omni pietatis officio reiecto, expoſitus ſit, hoc ipſo à patria poteſtate liberatur *d. l. ſancimus.*

In nonnullis locis ſoluitur etiam patria poteſtas matrimonio ſiue nuptiis. *Tiraquell. in legib. Connub. in princ. num. 3. 4. & ſeq.* Non tamen ſecundum jus ciuile, *lege 1. §. 1. Digeſt. de agnoſc. & alend. liber. leg. 2. §. 1. lege quoties, 29. Digeſt. ſolut. matrimon. leg. ſi uxorem, 5. Cod. de condit. inſert. & leg. filia licet, 12. C. de collat. l. inter. 6. §. filiusfamilias, 3. leg. marito, 24 §. cæterum, 2. ff. de adult.* Quod Bodinus iniquum aſſerit & contra ius naturæ, filiam nem-

An patria poteſtas matrimonio ſoluitur.

Filia nupta in cuius ſit poteſtate.

pe nuptam non in mariti,ſed in patris poteſtate eſſe, *lib.1. de Repub.cap.3.* Tum etiam contra jus diuinum, *Geneſ.1.* relinquet homo patrem & matrem, *Geneſ.3.* Vir tuus præualebit, & dominabitur tibi,vel in te. *Epheſ.5.verſ.21. coloſſ.3.ver.18. Tit.2.verſ.4. Pet.1. Epiſt.cap.3.* Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis. Et ſanè mulier nupta mariti non patris domicilium ſequitur, jure comuni, *leg. cum quadam,19. & ibi not. ff. de iuriſd. omn.* Iudic. *& leg.exigere,65.ff.de iudic.* Ideo in domicilio mariti,non patris citanda venit, *Fab.defin. 5.cod.de in ius vocand. & defin.5.cod. de jud. Bonnat. tom.2. verbo emancipatio, quæſt.2.* An mulier ſit in poteſtate patris aut mariti, *Papo,lib.7. tit.1.arreſt.15.*

Patres poſſúntne cogi filios emancipare?

Patres nō coguntur filios emancipare,qui but iam caſibus exceptis.

Non, quia ſponte & liberaliter filium è poteſtate ſua dimittit pater, & requirit emancipatio patris & filij conſenſum. Poſſunt tamen certis de cauſis compelli patres filios emancipare, de quibus cauſis ſilet in hoc titulo Iuſtinianus. I. Si pater filium contra pietatem duriùs tractet, *l.vlt.ff. ſi à parent.quis manumiſ.* ſanè qui poteſtate ſua abutitur,ea meritò priuari debet, *leg.1.§.2.verſ.ſed & maior.ff.de his qui ſui vel alien.iur.&c.* II. Si pater leno filias ſuas proſtituat, aliámve peccandi neceſſitatem imponat, hoc enim caſu poteſtatem paternam perdit, *l. ſi lenones 13.C.de Epiſc.audient.* III. Si pater legatum ſibi ea conditione relictum vt filium emancipet,acceperit, *l.ſi cui legatum,92.ff.de condit.& demonſtr.* IV. Si quis à prædone adoptatus minor petat ſe in integrum reſtitui, *l.3.§.6.ff. de minoribus.*

Poteſt ne pater filium emancipatum in poteſtatem reuocare?

Pater poteſt filium emancipatum in poteſtatem reuocare.

Poteſt, ſi ingratus extiterit, veluti ſi valetudine aut paupertate preſſum parentem negligat; & ei alimenta non præſtet, *l.alimenta,6. & l.necare,4.ff. de liber.agnoſ.l.vn.Cod. de ingrat.liber.*

TITVLVS XIII.

DE TVTELIS.

TEXTVS:

TRanſeamus nunc ad aliam diuiſionem perſonarum. Nam ex his perſonis,quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, quædam neutro iure tenentur. Videamus ergo de his,quæ in tutela vel in curatione ſunt. Ita enim intelligemus cæteras perſonas,quæ neutro iure tenentur. Ac prius deſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt.

1 § Eſt autem tutela (vt Seruius definiuit) vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum,qui propter ætatem ſe defendere nequit, jure ciuili data ac permiſſa.

2 § Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent, éxque ipſa re nomen acceperunt, itaque appellantur tutores, quaſi tuitores atque defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.

3 § Permiſſum eſt itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in poteſtate habent, teſtamento tutores dare. Et hoc in filios, filiáſque procedit omnimodo, nepotibus verò neptibúſque ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit: nepotes ex eo non poterunt [ex] teſtamento tuo tutores habere, quamuis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet quia mortuo te, in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt.

4 § Cum autem in compluribus aliis cauſis poſthumi pro jam natis habeantur: & in hac cauſa placuit non minus poſthumis, quam jam natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modo in ea cauſa ſint, vt ſi viuis parentibus naſcerentur, ſui [hæredes,] & in poteſtate eorum fierent.

5 § Sed & ſi emancipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamento: confirmandus eſt ex ſententia præſidis omni modo, id eſt,ſine inquiſitione.

Perſonæ quæ ſui iuris ſunt quomodo diuiduntur?

Connexio

IN titulo octauo diuiſæ ſunt perſonæ in eas quæ ſui iuris, & eas quæ alieni ſunt,de ſecūdo membro actum eſt priùs, de primo agendum ſequitur. Ex his ergo perſonis quæ in poteſtate non ſunt,quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, vel neutro jure tenentur, *in princ.hic.* Eſt ergo hæc diuiſio non noua & principalis diuiſio, ſed prioris membri ſecundæ diuiſionis perſonarum in eas quæ ſui iuris & quæ alieni ſunt, ſubdiuiſio. Iſte *tit. & 13.ſeqq.* referendi ſunt ad *tit.28 & 46. ſeqq.lib.5. C. item ad tot.lib.26. & 27. Pand. tum ad nou.94.118. & 155.*

Quid eſt Tutela?

Tutela definitio.

Eſt vis, ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum,pupillum nempe, qui per ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data & permiſſa *§.1.hic.l.1. in princ.ff. eod.* Pupillus propriè dicitur, qui in tutela eſt, *in princ.infr.quib.mod.tut.fin.* Impropriè & per quandam ſimilitudinem etiam qui adhuc in poteſtate patris eſt *l. 141.§.2.ff. de verb.ſignif.l.18.C.de iur.delib.l.4.in princ. C. de neceſſ.ſeru. hæred. inſtit.* Hæc verba

vis ac

vis ac poteſtas, idem ſignificant, ita tamen vt poſteriùs explicet priùs. Hæc verba, *in capite libero*, referri poſſunt ad tutorem, qui debet eſſe liber, *leg. in ſeruili, 7. Cod. qui tut. dar. poſſ.* & quidem per Synecdochen, ſumpto capite pro homine, & ita denotatur vehemens, magna, & efficax tutoris gubernatio, quæ eſt veluti portio patriæ poteſtatis: vel poſſunt referri ad pupillum, qui etiam liber eſt, *id eſt*, non ampliùs in poteſtate patris. Hinc patet ſeruum non poſſe gerere tutelam, ſi tamen in teſtamento à Domino ſuo datus eſſet tutor, per hoc liber eſſet factus, §. *ſed vt ſeruus, 1. inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* Porro illa verba, *ad tuendum eum*, ſignificant finem & officium, vetámque notam tutelæ, nam præcipuũ tutoris officium eſt, ne indefenſum relinquat pupillum, vt ait Martianus *in l. tutoris, 30. ff. de adminiſt. & peric. tu.* Rurſus hæc verba, *qui propter ætatem ſe defendere nequit*, adiiciuntur ad ſignificandum ætatem pupillarem eſſe puerilem, teneram, & inſtabilem, *l. 18. Cod. de teſtam. milit.* Ideo Reip. valde intereſt vt debilis illa ætas inſidiis & deceptionibus expoſita defendatur, *leg. 1. ff. de minor. Nouell. 72. in princip.* Deinde ad denotandum tutorem dari maſculo minori 14. & fœminæ minori 12. annis, vt *inſt. quib. mod. tut. fin. in princ.* & ad diſtinguendum tutelam à Curatione, quæ non ſolùm propter ætatem, ſed etiam propter furorem, morbum & alia conſtitui ſolet. Denique adiicitur *iure ciuili datâ, ac permiſſa*, vt denotetur cauſa efficiens tutelæ, nam verbum *data*, ad legitimam tutelam, *permiſſa*, ad teſtamentariam, & datiuam refertur, Ex dictis patet tutores dici quaſi tuitores, atque defenſores, *l. 1. ff. de tutel. & in princ. hic.*

Præcipuũ tutoris officium.

Tutores.

Quotuplex eſt Tutela?

Tutela triplex teſtamentaria, legitima, & datiua.

Triplex, teſtamentaria, legitima, & datiua, qua diuiſio habetur, in *l. 51. C. de Epiſc. & Cler.* Tutor enim, vel à teſtatore datur, vel à lege, vel à magiſtratu, vnde vel teſtamentarius tutor, vel legitimus, vel datiuus dicitur. Eſt & alius tutor, qui honorarius appellatur, & alius, qui notitiæ cauſâ inſtituitur, *l. quod ſi forte, 14. §. 1. Digeſt. de ſolut.* Honorarius à Teſtatore, vel Prætore datur, & non gerit tutelam ſed, adiungitur tutori adminiſtranti, proſpicitque ei vt omnia fideliter, & rectè gerantur, obſeruátque omnes eius actus, *l. pupillum, 49. Digeſt. de acquir. hæred. d. l. quod ſi forte, 14. 1. Digeſt. de ſolut.* Notitiæ causâ datus is dicitur, qui ad contutores inſtruendos de rebus tutoris aut pupilli inſtitutus eſt, Vterque ſolui poteſt, eo quòd vterque adminiſtrare queat, niſi ſit expreſsè interdictum, *d. l. quod ſi forte, 14. ſunt quidam.*

Tutor honorarius.

Tutor notitia cauſa datus.

Quid eſt teſtamentaria tutela?

Teſtamentaria tutela.

Eſt quæ permittitur parentibus liberis impuberibus, tam natis, quam naſcituris, hoc eſt, poſthumis, quos in poteſtate habent teſtamento tutores dare, & hoc in filios & filias omnimodò procedit: quoad nepotes, & neptes, iis poſſunt teſtamento dari tutores, ſi poſt annum in parentum poteſtatem non ſunt recaſuri, at non ſi recaſuri ſunt. Maſucr. *pract. tit. de tut. & cur. n. 3.*

Quænam requiruntur in teſtamentaria Tutela?

Tria requiſita in teſtamentar. tutela.

Hæc tria, I. vt is, qui tutor datur ſit impubes, puberibus ſiquidem tantùm datur curator, qui teſtamento dari non poteſt, §. 1. *inſt. de Curat.* II. Vt in poteſtate teſtantis exiſtat, vnde patet à matribus non poſſe dari teſtamento tutores, eo quòd liberi non ſint in matrum, ſed tantùm in patrum poteſtate. Patet etiam ſpuriis naturalibus, & emancipatis propriè teſtamento tutorem non dari, *l. 1. §. 1. ff. de confirm. tut.* III. Vt nominatio tutoris fiat vel in teſtamentis, vel in codicillis teſtamento confirmatis.

Poſſunt-ne poſthumis dari tutores?

Poſthumus

Poſſunt, §. *cùm autem, hic.* Eſt autem poſthumus qui natus eſt poſt obitum patris, quaſi poſthumum, aut poſt inhumationem, ſiue mortem natus, vel etiam dicitur quaſi poſtremus. Ei ergo poteſt dari tutor, quia pro iam nato habetur, cùm agitur de eius commodo, ad hoc tamen vt tutor dari queat poſthumo duo neceſſaria ſunt. Primo vt natus viui patris poteſtati ſit ſubiectus: Secundò, vt ſuus hæres fuerit factus, non obſtat, *l. ventri 20.* vbi dicitur non poſſe ventri tutorem dari, nam poſthumus, aut is qui nondum natus eſt,

Obiect. *R. ſ.*

tutorē habere nequit, dum in vtero eſt, quia tutor datur ad tuendam perſonam, non eſt autem perſona is, qui adhuc in vtero exiſtit, ita quidem ſtatim atque natus eſt poſthumus, qui ante natiuitatem pro iam nato habebatur *d.§.4.*

Tutor teſtamento datus debétne à Iudice confirmari?

Tutor teſtamentarius à Iudice confirmatur.

Debet, ſi nempe filius ſit emancipatus, & quidem ſine vlla inquiſitione, *§. vlt. hic*, neque enim inquirendum ſitne idoneus tutor necne, ſed ſimpliciter proſpiciendum, remiſsâ ſatisdatione, rem pupilli ſaluam fore, quia paternum teſtimonium pro ſatiſdatione ſufficit, nec vllus affectus patrium ſuperat, *l. fin. in princ. ff. de curat. fur.* quare habetur fides electioni, & judicio teſtatoris, nec præſumit jus temerè aut inconſultè patrem filio ſuo nominaſſe turorem, ſed eū elegiſſe cuius fidē habuerit exploratam, nemo enim meliùs quàm pater pro liberis ſuis conſilium capere creditur, *leg. nec in ea, 22. ff. ad leg. Iul. de adul. leg. penult. Cod. de ſponſ.* vt cuius amor eſt inæſtimabilis. Bald. *in l. precib. 8. col. 6. C. de impub. & al. ſubſtit.* enixus & ardentiſſimus, *Gloſ. in l. Paulo Callimacho, 27. §. Pomponius ff. de leg. 3.* Certis tamen caſibus requiritur tutoris teſtamentarij confirmatio. I. Si pater filium naturalem, & legitimum emancipauerit, & poſteà teſtamento ei rurorem aſſignauerit, tunc confirmari debebit, tamen ſine inquiſitione morum, & facultatum tutoris, *§. fin. hic.* II Si pater filio naturali cui aliquid reliquit tutorem nominarit, tunc confirmatione opus erit ſine inquiſitione, *l. fin. C. de confirm. tut.*

TITVLVS XIV.

QVI TESTAMENTO TVTORES dari poſſunt.

TEXTVS.

DAri autem tutor poteſt teſtamento non ſolúm paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias.

1 § Sed & ſeruus proprius teſtamento cum libertate recte tutor dari poteſt Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepiſſe videri, & per hoc recte tutorem eſſe. Plane ſi per errorem, quaſi liber, tutor datus ſit aliud dicendum eſt. Seruus autem alienus pure inutiliter teſtamento datur tutor: ſed ita, *cum liber erit*, vtiliter datur: proprius autem ſeruus inutiliter eo modo tutor datur.

2 § Furioſus, vel minor viginti quinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut major viginti quinque annis fuerit factus.

3 § Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, vel ante hæredis inſtitutionem poſſe dari tutorem, non dubitatur.

4 § Certæ autem rei vel cauſæ tutor dari non poteſt: quia perſonæ, non cauſæ, vel rei [tutor] datur.

5 § Si quis filiabus ſuis vel filiis tutores dederit: etiam poſthumæ [vel poſthumo] dediſſe videtur: quia filij vel filiæ appellatione & poſthumus & poſthuma continentur. Quod ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, vt & ipſis quoque dati videantur: ſi modo liberos dixerit. Cæterum ſi filios: non continebuntur, aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. Plane ſi poſteris dederit tam filij poſthumi, quam cæteri liberi continebuntur.

Quinam poſſunt eſſe tutores teſtamentarij?

Connexio.

ACtum eſt de illis qui teſtamento tutores dare poſſunt, & de iis quibus dantur, nunc agitur, in hoc tit. de iis qui tutores dantur teſtamento, qui quidem tit. referendus eſt ad tit. ff. & Codice teſtamenrar ia tutele, Tutor teſtamentarius eſſe poteſt non ſolùm paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias nihil obſtanre patriâ poteſtate, quia in iis quæ publici juris ſunt, loco patrisfamiliàs habetur, *l. filiusfam. 9. ff. de iis qui ſui vel alien. jur. &c.* & per 14. *l. nā quod, Digeſt. ad Trebell.* Expedit enim Reip. plùrimos eſſe tutores, qui etiam cogi debent, *lege 9. Digeſt. de mun. & honorib.* In muneribus etiam publicis non attenditur patria poteſtas, *d. leg. 9. Digeſt. de iis qui ſui vel alien. jur. ſunt. & d. l. 14. in princ.* modò filius non ſit minor 25. annis, *§. 13. inf. de excuſ. tut.* Turela autem eſt munus publicum, neceſſarium & coactum, Tiraquell. *in tract. de vtr. retr. p. 1. § . 2.* Menoch. *conſil. 58. num 52. arg. l. poſt legatum 5. §. aduocatum, 13. ff. de his quæ vt indig.* Iaſ. *in l. cum quis res, 3. num. 7. Cod. de procurat. adeóque virile, quod fœmina exercere non poſſunt. lege fœmina, Digeſt. de reg. iur. leg. fin. Digeſt. de tut.* quia ipſarum conſilium eſt fragile, atque infirmum *leg. ſi pater, 4. in fin. Cod. de ſponſ.* ſicut & ipſæ ſunt fragiles, infirmæ, atque imbecilles, *l. ſicut, 3. ibi. non ſexus fragilitate, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. l. 2 §. verba, 2. ibi, infirmitas mulierū,*

Tutores teſtamentarij.

Tutela officium eſt virile.

& ibi

& ibi, propter imbecillitatem, *ff. ad SC. Velleianum.* Exceptis matre & auia, *auth. matri & auiæ, Cod. quand. mul. tut. offic. fungi poſſ.* quibus maximè propter pietatis & charitatis affectum quo erga liberos ducuntur, ſpecialiter conceſſum eſt, vt liberorum ſuorum tutelam, etiam ante agnatos ſuſcipere poſſint ſi velint, cogi enim non poſſunt, ad differentiam aliorum tutorum, *d. auth. Fab. defin. 2. n. 1. C. qui petant tut. & defin. 1. C. quand. mul. tut. offic. fung. pot.* Et hoc intelligendum, dummodo ſecūdis nuptiis, Senatuſconſulti Velleiani beneficio, aliiſque beneficiis muliebribus legum legitimè (tamen citra iuramentum) renunciauerint, vt *tot. tit. C. quand. mul. tut. offic. fungi poſſ.* nam hodie *l. 2. & l. fin. cod. quand. mul. tu. offic. fung. poſſ.* abrogatæ ſunt ex communi Doctorum conſenſu, Fab. *defin. 2. cod. quand. mul. tu. offic. fung.* vbi dicit mulierem quæ conuolauit ad ſecunda vota, nullo modo poſſe tutricem eſſe: quòd ſi mulier, quæ ſecundò nupſit, fuit iterum effecta vidua per mortem ſecundi mariti & vult iterum filii tutelam quam reliquit ſuſcipere, repelletur ratione præcedentis ſuſpicionis, & renunciationis, Bald. *in auth. ſacramentum in fin. Co. quand. mul. tu. off. fung.* & Marant. *repet. in l. ſi poteſt, Dig. de acquir. hæred. n. 253.* Senatuſconſultum Velleianum introductum fuit à Velleio in fauorem mulierum quę interceſſerunt vel obligârunt ſe pro alio, vt conuentæ de ſolutione illud Senatuſconſult. opponere poſſint, & ſic non teneantur, *leg. 1. ff. ad Senatuſconſultum Velleian.* Tamen quidam ſunt caſus quibus non iuuantur hoc SC. mulieres, ſi interceſſerunt, aut ſe obligârunt pro alio, quos enumerat *gloſſ. in l. 1. Dig. ad Senatuſconſultum Velleian. & glo. in l. fin. C. eod.*

Mater & auia tutelam exercere poſſunt.

SC. Velleianum.

Seruus poteſtne teſtamento tutor dari?

Quia dictum eſt tutorem liberum eſſe debere, vt etiam dicitur *in l. in ſeruili, 7. C. qui dat. tut.* & ideò dubitatur an ſeruus tutor dari queat? Reſpondetur quòd ſeruus proprius teſtamento cum libertate rectè dari queat, & ſi datus ſit ſine libertate tacitè libertatem accepiſſe videatur: de ſeruo alieno aliter ſe res habet, is enim inutiliter teſtamento tutor datur, ſed non cùm liber erit, *§. ſed & ſeruus, 1. hic.* cui non repugnat *l. etſi non adſcripta, 9. C. de fideicom. libert.* cuius verba hæc ſunt, *Etſi non adſcripta libertate teſtator ſeruum ſuum tutorem filiis ſuis dederit, receptum eſt tamen, & libertatis & ſui illorum fauore, vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eum videatur*, nam ad vitandam antinomiam breuiter dicendum cum Anton. Fab. *lib. 6. coniect. Iur. c. 16.* verba illa per fideicommiſſum *in d. l. 9.* de medio tollenda eſſe, & legendum ſimpliciter, *vt manumiſiſſe eum videatur.*

Seruus proprius poteſt eſſe tutor non alienus.

Antinomia conciliatio.

Furioſus, vel minor 25. annis poteſtne eſſe tutor teſtamentarius?

Furioſus quandiu furioſus eſt, tutelam adminiſtrare nequit, quia tutela requirit hominem ingenio pollentem, & ſanę mentis, ſi tamen conualeſcat, & mentis compos fiat, tutor eſſe poterit, *§. furioſus, inſ. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* minor 25. annis antequam maior factus ſit tutelam gerere non poterit, quia ante illud tempus, debile eſt atque infirmum eius conſilium, *d. §. furioſus, l. quæro 32. §. fin. ff. de teſtam. tut.*

Furioſus non eſt tutor.

Minor non eſt tutor.

Quomodo efficiuntur Tutores?

Non efficiuntur niſi conditione ſub qua dati ſunt completâ, poteſt autem dari tutor vel ad certum tempus, vt vſque ad feſtum Paſchatis, vel ex certo tempore vt feſto Paſchatis, vel ſub conditione, vel ante hæredis inſtitutionem, *§. ad certum tempus, 3. hic.* cui §. contraria videtur, *l. actus legitimi, 77. ff. de reg. iur.* vbi dicit Papinianus actus legitimos, prout eſt tutoris datio, in totum vitiari per temporis, vel conditionis adiectionem: verum in *d. § ad certum tempus*, agitur de tutore teſtamentario, in *l. vero 77.* agitur de tutore a Iudice dato, ille tutor non datur ſub conditione, aut ad certum tēpus: hic datur, & ſic vitatur antinomia inter *d. l. actus legitimi & d. §. ad certum tempus.*

Modi efficiendorũ tutorum.

Antinomia conciliatio.

Cui datur tutor & apud quem educandus pupillus?

Primariò & præcipuè datur perſonæ; Secundariò verò, & conſequenter rebus ac bonis. Tutoris enim adminiſtratio reſpicit negotia pupillaria, & perſonæ pupilli educationem, victum nempe, veſtitum, & habitationem pupilli, *l. vlt. ff. de alim. leg.* tum morum liberalium artium, & ingenij inſtitutionem, *lege 2. codic. de alimen. pup. præſt.* Hęc educatio plerunque fieri debet apud matrem, niſi ad ſecundas tranſierit nuptias, *lege prima, Codice vbi pupill. educ. deb.* tunc enim eſſet periculum ne vitricus vitæ pupilli inſidiaretur: Tamen poterit apud matrem educari pupillus, etiamſi ad

Tutor datur perſonæ deinde rebus.

Apud quẽ educandus pupillus.

ſecunda tranſierit vota, Robert. *rer. iudicat. lib. 1. cap. 8.* & vitricus à Iudice tutor dari, ſi agnati & cognati non contradicant, & apud eum pupillus educari, *d. l. 1. & l. 1. ff. eodem text. & gloſſ. in l. fin. de cōtrar. iud. tut. l. nonnunquam, ff. de adopt.* quod tamen negat Maſuer. *pract. tit. de tut. & cura. numero* 12. Boer. *quæſt. 266. numer. 3. Expill. cap. 141.*

Inter perſonas quibus datur tutor teſtamento, non tantùm enumerantur filii, & filiæ, ſed etiam poſthumi & poſthumæ, quia filiæ enumeratione continentur. Enumerantur etiam nepotes & neptes, ſi liberis dati ſint tutores, non ſi filiis, quia filius eſt, qui ex viro & eius vxore naſcitur. Filiorum appellatione nō venit filia, *l. Lucius, §. quæſitum, ff. de leg. 3.* maſculinum enim non concipit fœmininum, *l. 1. §. fin. ff. de iur. immun.* quod potiſſimùm in officiis locum habet, vt ſi teſtator dixit, relinquo fratres meos teſtamenti mei executores, id non intelligēdum de ſororibus, propter ſexus infirmitatem, *l. cum bonis, 9. ff. de cur. fur.* etiam in odioſis, & pœnalibus ac ſtrictis, *l. 1. §. quare, 3. ff. de ventre in poſ. mit.* quanquam aliàs appellatione fratris veniat ſoror, *l. tres fratres, 35. ff. de pactis, l. 1.* & ibi *gloſſ. ff. de verb. ſignif.* nepos verò non ex proprietate vocis, vt in *§. fin. hic,* ſed tantùm interpretatione filij continetur, *l. 201. Digeſt. de verb. ſign. text. in l. libertum, 14. in princ. ff. de excuſ. tut. l. quòd ſi nepotes, 6. ff. de teſtam. tut.* Mantic. *de Coniectur. vltim. volunt. libr. 8. tit. 8. num.* 4 & ſic vitatur antinomia *paragraphi fin. verſ. quod ſi nepotes,* vbi regulariter & propriè ſumptâ voce filii, non veniunt tali voce nepotes, & *leg. filij, 84. tum l. iuſta, 201 ff. de verb. ſignif.* in quibus legibus impropriè & ex quadam vocis interpretatione filii nomine veniūt etiam nepotes, cùm nempe iuſta ſubeſt cauſa, & æquitas ſuadet, nec non præſumpta teſtatoris voluntas.

Maſculinũ an concipiat fœmininum.

Antinomia conciliatio.

TITVLVS XV.

DE LEGITIMA AGNATORUM tutela.

TEXTVS

QVIBVS autem teſtamento tutor datus non eſt: his ex lege duodecim tabularum adgnati ſunt tutores, qui vocantur legitimi.

1 ¶ Sunt autem adgnati, [cognati] per virilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi à patre cognati: veluti frater [ex] eodem patre natus, fratris filius nepóſve ex eo: item patruus, & patrui filius nepóſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione junguntur, adgnati non ſunt, ſed aliàs naturali iure cognati. itaque amitæ tuæ filius non eſt tibi adgnatus: ſed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure coniungeris: quia qui [ex ea] naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur.

2 ¶ Quod autem [lex duodecim tabularum] ab inteſtato vocat ad tutelam adgnatos: non hanc habet ſignificationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit, quod tunc quoque accidere intelligitur, cùm is, qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſerit.

3 ¶ Sed agnationis quidem ius omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur: nam adgnatio iuris [ciuilis] nomen eſt: cognationis verò ius non omnibus modis commutatur; quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere poteſt, naturalia verò non vtique.

Quid eſt legitima tutela?

Actum eſt de teſtamentaria tutela, & tutoribus teſtamentariis: ſecunda tutelę ſpecies eſt legitima, quæ quatuor continet ſpecies agnatorum videlicet, patronorum, parentum & fratrum, de quibus, *ff. de legit. tutor. & C. de legit. tut.* & quæ eſt, quando deficiente tutore teſtamentario proximus agnatus à lege nempe 12. tabularum ad tutelam impuberis vocatur, *tot. tit. hic.* Vel breuiùs, eſt tutela à ſolo iure exiſtens: legitimum enim tutorē nemo dat, ſed lex duodecim tabularum facit. *l. legitimos, 5. ff. de legit. tut.* Cuius legis hæc referuntur verba, *Inteſtato mortuo, agnati tutores ſunto;* facit *lex, inteſtato, 6. ff. de legit. tutor.* Prima ſpecies iſtius tutelę legitimę eſt agnatorum.

Connexio.

Tutela legitima.

Quinam dicuntur agnati & cognati?

Dicti ſunt agnati, quaſi adnati, *id eſt,* iuxta nati, & definiuntur cognati per virilem ſexum, vel per maſculos coniuncti, *§. 1. hic. §. 1. inf. de legit. agn. ſucceſſ.* Ideò familia in his conſiſtit, qui à maſculis procedunt. *l. familiæ 19. §. 1. ff. de verb. ſignif. §. fin. ſup. quibus modis ius patriæ poteſtatis tol.* cuiuſmodi ſunt frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepoſve ex eo, item patruus & patrui filius, nepoſve ex eo, per mares enim familiæ conſeruantur, & domi bellique tempore Reipub. conſulitur. Cognati verò ſpecialiter ita dicti, per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, vt tu & amitæ tuæ filius, propriè cognati eſtis. *§ ſunt autem. 1. hic.*

Agnati.

Cognati.

Ergo notandum cognationis nomen eſſe

eſſe generale, & comprehendere deſcédentes, aſcendentes, & collaterales, adeóque collaterales, aut etiam agnatos per virilem ſexum, aut cognatos propriè dictos, & ſpecialiter ſumptos, per ſexum mulierem coniunctos, *l.4. §.cognationis, 2. ff. de grad.* Sunt autem cognati quaſi connati, *l.10. §.1. ff. de grad. & affin.* ex vno nati, ideo reſpectu Adami à quo homines commune naſcendi initium habent, omnes dicuntur cognati. *l.1. §.1. ff. vnde cognat.*

Quando vocantur agnati ad tutelam?

Agnati ad tutelã vocati.

Tunc vocantur, cùm quis inteſtatus deceſſit, vel ſi teſtatus eſt, tamen hæreditas non eſt adita, vel ruptum eſt teſtamentum, aut factum irritum, vel etiam cùm tutor teſtamento datus, mortuus eſt ante teſtatorem, nec vllus extat teſtamentarius tutor, *§. & his, in auth. de hæred. ab inteſtato venient. colla. 9.* Olim agnati tantùm ad tutelam legitimam admittebantur, cognatis excluſis: Sed hæc differentia per jus authenticorum nouiſſimum ſublata eſt, quoad ſucceſſionem, & per conſequens quoad tutelam (vt quem ſequuntur commoda, eum etiam ſequantur incommoda, *l. ſecundum naturam, 10. ff. de reg. iur.*) Vocantur proximiores, ſiue ſint agnati ſiue cognati, *d. §. & his autem, in auth. de hæredib. ab inteſt. venien. coll. 9. & nou. 118. c. 5.* ſi modò idonei ſint, tamen à magiſtratibus confirmari debent.

Agnatio & cognatio quomodo tolluntur?

Differentia inter agnationẽ & cognationem.

Ante omnia ſciendum agnationem Iuris ciuilis eſſe, cognationem verò iuris naturalis, quæ præcipua eſt, inter agnationem & cognationem differentia; & quæ ciuilia ſunt perimere poſſe ciuilia, non item naturalia, nam iura ſanguinis, à nullo iure ciuili tolli poſſunt, *l. 8 ff. de reg. iur.* vtpotè cognatio. Dicendum ergo agnationem quauis capitis diminutione, quæ iuris ciuilis eſt, perimi poſſe, cognationis verò ius non protſus tolli, & corrumpi, *§. ſed agnationis, 3. hic.*

Agnatio perimi poteſt non cognatio.

Poteſt autem ius ciuile mutari vel alia lege poſteà latâ, quæ priorem abrogat, *l. vet. ff. de Conſti. princ. l. 1. §. ſi ſerui, 19. ff. de queſt.* vel tacito populi conſenſu, *§. 2. ſupr. de iur. nat. gen. & ciu.* Tamen ſi correctum non reperiatur, illius diſpoſitioni ſtandum erit, etiam de iure Canonico, per *not. in cap. 1. de oper. non. nunt. Tiraq. in tract. de præſcript. §. 1. n. 2.* Vide *ſup. de iur. nat. gent. & ciuil.*

Obiect.

Atqui, *inquies*, ſeruitus tollit libertatem, *§ ſeruitus, 2. ſupr. de iur. perſ.* quæ iuris naturalis eſt, *l. ſi id quod, 64. ff. de condic. indeb. & §. 1. ſup. de iur. perſ.* Ergo ius naturale non eſt immutabile.

Reſp. 1.

Reſpondendum cùm ius naturale immutabile eſſe dicitur, id intelligendum eſſe de iure naturali poſitiuo, quod aliquid poſitiuè præcipit vel prohibet, ſed non de negatiuo, quod nihil aliqua de re ſtatuit aut præcipiendo, aut prohibendo, ſed id potiùs legis humanæ diſpoſitioni committit, cuiuſmodi eſt libertas, quæ ideo mutari poteſt. Reſponderi adhuc poteſt, ius naturale ex parte mutari ſiue alterari poſſe, ſed non in totum auferri, ſiue id ſtatuto ſiue conſuetudine, ſiue alia ratione fiat, *Ad l. in l. 1. ff. de Iuſt. & iur. Bart. in Nouell. de hæred. & Falcid. Alexander conſ. 25. n. 5. lib. 2.* cum multis aliis quos citat *Menoch. conſ. 4. num. 11.*

Reſpon.

TITVLVS XVI.

DE CAPITIS DEMInutione?

TEXTVS.

Est autem capitis deminutio, ſtatus mutatio. Eáque tribus modis accidit. Nam aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant) aut minima.

1 ¶ Maxima capitis deminutio eſt, cùm aliquis ſimul & ciuitatem & libertatem amittit. quod accidit in his, qui ſerui pœnæ efficiuntur atrócitate ſententiæ: vel libertis, vt ingratis erga patronos condemnatis: [vel his,] qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt.

2 ¶ Minor, ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur, quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: vel ei, qui in Inſulam deportatus eſt.

3 ¶ Minima capitis deminutio eſt, cùm ciuitas retinetur & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur: quod accidit in his, qui cùm ſui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe, vel contra. [veluti ſi filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, eſt capite deminutus.]

4 ¶ Seruus autem manumiſſus, capite non minuitur: quia nullum caput habuit.

5 ¶ Quibus autem dignitas magis, quam ſtatus permutatur, capite non minuuntur: & adeò ſenatu moios capite non minui conſtat.

6 ¶ Quod autem dictum eſt , manere cognationis ius etiam poſt capitis deminutionem: hoc ita eſt, ſi minima capitis deminutio interueniat, manet enim cognatio. nam ſi maxima capitis deminutio interueniat : jus quoque cognationis perit, vtputa ſeruitute alicuius cognati : & ne quidem ſi manumiſſus fuerit, recipit cognationem. Sed & ſi in inſulam quis deportatus ſit, cognatio ſoluitur.

7 ¶ Quum autem ad adgnatos tutela pertineat: non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tantùm, qui proximiores gradu ſunt: vel ſi plures eiuſdē gradus ſunt, ad omnes [pertinet: veluti ſi plures fratres ſunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur]

Quid eſt capitis diminutio?

Connexio. Quia dictum eſt in fine præcedentis tituli agnationis jus quauis capitis diminutione tolli , ideo de illa agendum venit. Referri debet iſte titulus ad *tit. ff. de capit. min. & de in integrū reſtit.* Eſt autem capitis diminutio, prioris & priuati ſtatus mutatio, *in princ. hic, & l. 1. ff. de capite min.* id eſt, ademptio illius iuris quod quis ex libertate, ciuitate, agnatione, aut familia proprium habet , Ita vt hoc in loco ſumatur caput , non pro toto homine, aut parte præcipua hominis , ſed pro numero, vel ordine quem quis obtinet, aut pro ſtatu, qui in tribus conſiſtit, tria námque ſunt quibus gaudemus, nēpe libertas, ciuitas, & familia, *l. fi. ff. de cap. min.* Status duplex eſt, perſonæ ſiue capitis, de quo hic & *tot. tit. de ſtat. hom.* tum dignitatis, de quo in §. quibus autem, 5. hic. Prior ſtatus conſiſtit in iure libertatis, ciuitatis, & Familiæ, qui ſtatus capitis diminutione mutari poteſt , non item ſtatus dignitatis.

Capitis diminutio.

Quotuplex eſt capitis diminutio?

Capite minuitur qui non remanet in ſuo ſtatu, nempe vel qui è libero fit ſeruus , vel qui ex ciue fit peregrinus , vel qui ex filiofamilias, fit paterfamilias: Ergo capitis diminutio eſt triplex, maxima, minor, minima, in princ. hic, quæ diuiſio ſumpta eſt ex triplici ſpecie ſtatus hominis, vel enim amittimus, quod minimum eſt, nempe familiam, vnde exiſtit minima capitis diminutio vel amittimus quod maximum eſt, nempe libertatem , vnde exiſtit maxima capitis diminutio , vel denique amittimus , quod eſt medium, nempe Ciuitatem, quæ medium quiddam eſt inter familiam & libertatem, Vnde oritur capitis diminutio media. Ergo cùm quis & familiam, & libertatem , & ciuitatem amittit, eſt maxima capitis diminutio, vt cùm quis in metallum vel opus perpetuum mittitur, vel cùm quis ad mortem ſiue vltimum ſupplicium damnatur , §. *minima, hic.* Cùm autem quis ciuitatem amittit, & libertatem retinet, eſt minor vel media capitis diminutio , vt cùm quis emancipatur, vel arrogatur , §. *minimo, 3. hic.* In ſeruum autem manumiſſum capitis diminutio non cadit , quia nullum caput habuit , §. *ſeruus* , 4. *hic.* hoc eſt nullum certum ſtatum, nullamque perſonam , *l. quod attinet , 32. ff. de reg. iur.* ſed mortuo comparatur, *l. intercedit, 59. in fin. §. 2. ff. de cond. & demonſt. l. ſeruitutē, 209. ff. de reg. iur.* Quod tantùm intelligendum eſt de iure ciuili, nam iure naturę omnes æquales ſumus, *l. quod attinet, 32. l. cum ſeruo. 107. l. inter, 175. l. ſeruitutem. 209. l. ſeruus Reipub. 211. ff. de reg. iur.*

Triplex capitis diminutio, minima, media, & maxima.

Maxima capitis diminutio.

Minor capitis dimin.

Seruus mortuo comparatur.

Notandum hoc in loco, eum qui eſt in exilium miſſus , & ſolo patriæ ſuæ pulſus , etiamſi amittat jus ciuitatis ex qua eſt expulſus , tamen non perdere iura communia , nam quoad ea , capax eſt ſucceſſionis, & poteſt teſtari ſecundum jus commune , *Clar. de teſtam. quæſt. 19. Tiraq. de retract. conſang. §. 1 gloſſ. 9. n. 27.*

Notandum adhuc in exilium miſſum, eundem eſſe, ac in inſulam deportatum, *Nou. 12. cap. 1.* dicique aliàs bannitum, vt in *gloſſ. rebelis in extrauag. qui ſunt rebelles.*

Denique notandum libertatem retinere illum cui aquæ & igni interdictum eſt, vel in inſulam fuit deportatus , ciuitatem verò & familiam amittere , §. *minor. 2. hic.* nēpe iure Gentiū, nō iure ciuili, & Quiritiū quo libertatē etiam perdit, & de quo eſt intelligenda *l. cognitionum. 5. §. vlt.* vt vitetur antinomia quæ videtur eſſe inter *d. §. minor, & d. §. vlt.*

A Senatu motus minuitúrne capite?

A Senatu motus dicitur, qui è numero Senatorum exemptus eſt , is autem capite non minuitur, §. *quibus autem, 5. hic.* quia ex dignitate non mutatur ſtatus, honor enim tantùm augetur, vel minuitur, neque ciuitate, neque familiâ amiſſâ. Si tamen Senator deliquerit, & ob delictum ſua priuatus ſit ſenatoriâ dignitate, notabitur infamiâ.

A Senatu motus non minuitur capite.

Quomodo capitis diminutione tollitur ius agnationis & cognationis.

Per maximam & mediam capitis di-

mi-

minutionem tollitur cognatio quoad effecta & officia, §. *quod autem*, 6. *hic. l. iura ſanguinis*, 8. *ff. de reg. iur.* vt per ſeruitutem, vel deportationem. Agnatio verò quauis capitis diminutione tollitur, quia ciuile tollit ciuile, & ſic capitis diminutione tollitur illa prærogatiua, quâ agnati præferuntur cognatis in ſucceſſionibus, & tutelis, Ratio differentiæ eſt, quia cognatio ſpecialis eſt coniunctio naturalis, quę per fœminas deſcendit: agnatio verò eſt coniunctio ciuilis, *l. 4. §. cognationis*, 2. *ff. de gradibus*. Nec obſtat quod quis dicere poſſet, ideo cognationem tolli non poſſe, quod ſit iuris naturalis, nam cognatio conſiderata quatenus eſt iuris naturalis, vt in nuptiis & delictis, tolli nequit, Ita quidē conſiderata quoad jus ciuile, *l. ſunt quedam*, 17. *ff. de pæn.* vt per deportationem, vel quoad jus gentium, *l. quod attinet*, 32. *ff. de reg. iur.* vt per ſeruitutem.

Obiect.

Reſp.

TITVLVS XVII.

DE LEGITIMA PAtronorum tutela.

TEXTVS.

Ex eadem lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberóſque eorum pertinet, quæ & ipſa legitima tutela vocatur: non quia nominatim [in] ea lege de hac tutela caueatur: ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quod hæreditates libertorum libertarúmque, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos liberóſve eorum pertinere: crediderunt veteres voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & adgnatos, quos ad hæreditatem [lex] vocat, eoſdem & tutores eſſe iuſſerit: quia plerumque vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem diximus plerumque: quia ſi à fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem vocatur, quum alius ſit tutor.

Quare Patronorum tutela vocatur legitima?

Connexio. *Patronorū tutela.* Fuit prima ſpecies legitimæ tutelæ, & modus agnationis tollendæ: ſecunda ſpecies eſt patronorum, quæ vocatur legitima, non quod expreſſis verbis legis 12. tabularum de ea caueatur, ſed quòd perinde accepta ſit per interpretationem & mentem legis ac ſi verbis legis eſſet inducta, *l. 3. ff. de legit. tut.* ad quam referendus iſte titulus: Verba legis 12. tabularum hæc ſunt; *tutores liberis in poteſtate exiſtentibus in teſtamento parentes danto, agnati qui ſucceſſionem ſperant tutores ſunto.* Quia autem lex iubebat vt Patroni libertis ſuccederent, §. 1. *infr. de ſucceſ. libert.* ſi inteſtati deceſſiſſent, putarunt veteres legem etiam tacite diſpoſuiſſe, vt tutela ad illos pertineret. Ratio eſt æquiſſima, quia ad quem ſucceſſionis commodum pertinet, is tutelæ onus plerunque ſuſtinere debet, *verſ. quia plerunque, hîc, &* vbi hæreditas ibi tutela, *l. quò tutela*, 73. *ff. de reg. iur.* quæ ratio fallit in minore agnato qui ſucceſſionis habet emolumentum, tamen tutor eſſe nequit, §. *vlt. inf. de Fiduc. tutel.* Fallit etiam in fœminis, quæ quamuis ſuccedant, tamen tutrices non ſunt, matre auiâ, & proauiâ exceptis, quæ legitimis, & datiuis tutoribus hodie præferuntur; non autem teſtamentariis, modò innuptæ maneant nuptiis ſecundis renuncient, atque omnibus muliebribus beneficiis, *auth. matri & auiæ. C. quand. mul. tut. offi. fung poſſ. Nou. 72. & 94.*

TITVLVS XVIII.

DE LEGITIMA PArentum tutela

TEXTVS.

EXEMPLO patronorum recepta eſt & alia tutela, quæ & ipſa legitima vocatur. nam ſi quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit; legitimus eorum tutor erit.

Vnde orta & quænam eſt legitima parentum tutela?

Connexio. *Parentum tutela.* Tertia ſpecies legitimæ tutelæ ſequitur, quæ eſt parentum, ratione filiorum impuberum emancipatorum, Hæc tutela neque formaliter, neque ex legis verbis expreſſis eſt deducta; ſed ad exemplum legitimę patronorum tutelæ: Nam quemadmodum Patronus ius habet in bonis libertorum; ſic ratio poſtulat vt patri idem ius concedatur in bonis liberorum emancipatorum, ſi quis ergò liberos impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit; *hoc tit. & l. 3. ff. de legit. tut.* ad quam referendus iſte titulus; tum *l. ſi ſuperſtite.* 5. *C. de dolo malo.*

Quæ ſanè tutela non tantùm eſt legitima, ſed etiam naturalis, quam nulla lex, aut conſuetudo tollere poteſt, *l. jura ſanguinis, 8. ff. de reg. iur. l. cum in adoptiuis, 10. C. de adopt. l. eas, 8. ff. de cap. min.*

TITVLVS XIX.

DE FIDVCIARIA tutela.

TEXTVS.

Est & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. nam ſi pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiſerit: legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo defuncto, ſi liberi [eius] virilis ſexus exiſtant fiduciarij tutores vel fratris, vel ſororis efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi ſunt tutores: quoniam filius quidē defuncti, ſi non eſſet à viuo patre emancipatus, poſt obitum eius ſui juris efficeretur, nec in fratrum poteſtatem recideret, ideoque nec in tutelam. Libertus autem, ſi ſeruus manſiſſet, vtique eodem jure apud liberos domini poſt mortem eius futurus eſſet. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, ſi perfectæ ſint ætatis, quod noſtra conſtitutio in omnibus tutelis & curationibus obſeruari generaliter præcepit.

Vnde dicta, & quaenam eſt fiduciaria tutela?

Connexio. Quarta legitimæ tutelæ ſpecies ſupereſt, quæ eſt fiduciaria, quæ quamuis expreſsè non habeatur in l. 12. tabularum, tamen magnam cum præcedentibus habet affinitatem: Itaque ſi pater liberos impuberes emancipauerit, legitimā nanciſcetur eorum tutelam: Defuncto verò patre, tutelâ nondum finitâ, filius perfectæ ætatis fiduciarius fiet fratris impuberis, hoc tit. Fiduciarius, *inquam*, non ſucceſſionis ſpe aliqua (licèt fratres ad emancipatorum fratrum ſucceſſionem vocentur jure nouiſſimo, *l. fin. §. ſed nec fratres, C. de legit. hæred.*) ſed quadam coniunctionis ſanguinis fiduciâ, quia frater dicitur, quaſi ferè alter, nec frater fratrem decipere debet, *l. tres fratres, 35. ff. de pactis.* In codice appellantur legitimi, qui hîc fiduciarij tutores dicuntur, *l. frater, 4. C. de legit. tut.* ad quam *l. 4.* referendus iſte tit. Quòd ſi quis rem propiùs conſideret, inueniet non tam ratione legitimæ ſucceſſionis quàm ex mera fiducia, de fratrum erga fratres amore, & fide hanc fiduciariam tutelam deferri.

Fiduciaria tutela. *Frater.*

Obiect. Atqui, inquies, liberi patroni eo mortuo fiunt legitimi tutores libertorum impuberum, ergo pari ratione, mortuo patre emancipante, eius filij fiunt legitimi tutores filij, *hoc eſt*, fratris emancipati.

Reſp. Reſpondendum conſequentiam eſſe falſam quia magnum eſt diſcrimen inter filios patroni erga libertos, & fratres reſpectu fratris emancipati, quia ſi filius emancipatus, poſt eius obitum ſui juris factus fuiſſet, nec in fratrum ſuorum poteſtatem, ac proinde nec in tutelam cecidiſſet; Verùm libertus ſi à patrono non fuiſſet manumiſſus, tunc patrono mortuo, manſiſſet in poteſtate liberorum patroni, quod non eſt in filio emancipato.

TITVLVS XX.

DE ATILIANO TVtore, & eo qui ex lege Iulia, & Titia dabatur.

TEXTVS.

Si cui nullus omnino tutor fuerat: ei dabatur in vrbe quidem à prætore vrbano, & maiore parte tribunorum plebis tutor ex lege Atilia: in prouinciis vero à præſidibus prouinciarum ex lege Iulia & Titia.

1 ¶ Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quamdiu conditio aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor dari poterat. Item ſi pure datus fuerat: quamdiu ex teſtamento nemo hæres exiſtebat, tamdiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui deſinebat eſſe tutor, ſi conditio extiterat, aut dies venerat, aut hæres extiterat.

2 ¶ Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui deſinebat eſſe tutor, ſi is, qui captus erat, in ciuitatem reuerſus fuerat. nam reuerſus recipiebat tutelam jure poſtliminij.

3 ¶ Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari: poſteaquam primo conſules pupillis vtriuſque ſexus tutores ex inquiſitione dare cœperunt, deinde prætores ex conſtitutionibus. Nam ſupradictis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda, rem ſaluam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem, quidquam cauebatur.

4 ¶ Sed hoc iure vtimur, vt Romæ quidem præfectus vrbi, vel prætor ſecundum ſuam juriſdictionem, in prouinciis autem præſides ex inquiſitione tutores crearent, vel magiſtratus

iuſſu

iuſſu præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates.

5 ¶ Nos autem per conſtitutionem noſtram huiuſmodi difficultates hominum reſecantes: nec expectata iuſſione præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti vſque ad quingentos ſolidos valeant, defenſores ciuitatum vnà cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, vel iuridicum Alexandrinæ ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela ſecundum eiuſdem conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

6 ¶ Impuberes autem in tutela eſſe naturali iuri conueniens eſt: vt is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur.

7 ¶ Cum ergo pupillorum pupillarúmque tutores negotia gerant: poſt pubertatem tutelæ iudicio rationem reddunt.

Vnde, & quis dicitur Tutor Attilianus?

Connexio. Fuerunt duæ priores tutelæ ſpecies, ſequitur tertia nempe datiua, quæ Attiliana vocatur, & à qua tutor Attilianus dictus, quia Lucius Attilius deficiente teſtamentario & legitimo tutore in vrbe à Prætore Vrbano, & maiore parte Tribunorum plebis, & in Prouinciis à Præſidibus prouinciarum tutorem dandum, qui ideo datiuus dicitur, primus ſanxit, in *princ. hic. l. datiuus, 7. ff. de in pup. ſalu. fore. l. vlt. C. de legi. tut.* Eſt ergo tutela datiua cùm tutor non exiſtente teſtamentario, aut legitimo à Magiſtratu competente datur. & ideo dicitur datiua, quia à Iudice datur, de qua fusè, *ff. de tut. & Curat. dat.* quò referédus eſt iſte titulus. A Iudice, *inquam*, loci originis, aut habitationis, vel loci in quo bona ſunt ſita, & cui Iudici nominatim, vel Senatuſconſultum, vel Princeps, vel Conſuetudo hoc ius dedit, & conceſſit: Ita vt tutoris datio proptiè neque ſit Imperij, neque Iuriſdictionis, *l. muto, 6. §. tutoris, 2. ff. de tutel.* Datiua tutela.

Quando, & quomodo habet locum datiua tutela?

Varij ſunt caſus in quibus locum habet tutela datiua ſecundum jus antiquum, quos recenſet Iuſtinianus inhoc tit. vſque ad *§. ſed ex hu.*

Caſus varij datiuæ tutelæ, tam de iure veteri quàm de nouo. I. Cùm nullus eſt teſtamentarius, nullus etiam legitimus tutor.

II. Cùm tutor teſtamento datus eſt, ſed ſub conditione, vel ex die certo, tunc ſufficiendus eſt alius tutor, vſque dum conditio, aut tempus aduenerit, *§. ſed etſi in teſtamento, 1. hic.* Item ſi teſtamẽto purè datus ſit tutor: nam ante aditam hæreditatem nullus teſtamento datus tutor poteſt ſeſe tutelæ immiſcere, ideo alius eſt eligendus vſque ad hæreditatem aditam, hâc verò aditâ, electus tutor eſſe deſinit, & teſtamentarius tutelam gerit, *d. §. ibi, item ſi purè datus.*

III. Tutore teſtamentario ab hoſtibus capto tutor datiuus ſufficiebatur in eius locum vſquedum poſtliminio reuerteretur Is qui captus erat, nam reuerſus tutor teſtamentarius tutelam recipiebat iure poſtliminij, *§. ab hoſtib. 2. hic.*

Varij ſunt etiam caſus jure nouo introducti quibus tutela datiua locum habet.

I. Vt pupillus vtriuſque ſexus ex inquiſitione tutor detur, ſi nullus ſit teſtamentarius aut legitimus, quod antea non fuerat factitatum *§. ſed ex his. 3. hic.*

II. Vt Romæ præfectus vrbi, & Prætor tutelaris *§. ſed hoc iure, 4. hic.* in Prouinciis Præſides, *§. eod.* & in ciuitatibus magiſtratus municipales, ius dadi tutores habeant, non tamen hi ſine iuſſu, vel mandato Præſidum.

III. Vt ſi facultates pupilli vel adulti vſque ad quingentos ſolidos aureos valeant, à quibuſvis magiſtratibus, Præſidum iuſſu minimè expectato tutores creentur legitimâ ſatiſdatióne præſtitâ, *§. nos autem, 5. hic.*

Quinam petunt tutorem?

Tutorem petentes. Tutorem mater, vel proximi cognati, & affines à magiſtratu petere debent intra annum, alias cadunt à iure ſuccedédi pupillo impuberi mortuo, vel ab inteſtato, vel ex ſubſtitutione pupillari, *l. ſi ne ingenua 2. §. ſi mater non petierit, 23. ff. ad S C. Tertyllian. l. ſciant, 10. C. de legit. hæred. & l. vlt. C. qui pet. tut. vel curat.* Aliquando petunt amici, educatores, creditores, & qui cum pupillis agere volunt. *Cortumn. tractat. in tit. 6. ff. & C. qui pet. tut. &c.* Quòd ſi nemo tutorem petat, Iudex ordinabit, *l. quod dicis. C. qui dar. tut.*

Tutores vbinam peti poſſunt.

Locus petendorum tutorum. Peti & dari poſſunt tutores, in tribus locis, vel in loco originis, vbi nempe pupilli pater erat oriundus, vel in loco domicilij, vbi nimirum pupillus habet domicilium, vel in loco facultatũ,

vbi videlicet bona adminiſtranda conſtituta ſunt, *leg. vnic. cod. vbi pet. tut.*

Inquiſitio in quibus conſiſtit?

Inquiſitio.

In tribus, nempe in moribus, facultatibus, & modo petendi tutelam. Debet enim inquirere magiſtratus an tutor ſit vir probus & moribus integris, an diues, ſiue locuples ſit, & an ſeipſum obtrudat, tutelámue pecuniâ redimere cupiat, *leg. ſi plures, 3. §. quamuis, 3. ff. de adminiſt. tutor. leg. ſcire oportet, 21. §. penult. & vlt. ff. de tutorib. & curat. datis ab his, &c. tot. tit. ff. & Cod. de conform. tut.*

Quorſum introducta eſt tutela dotiua?

Occaſio tutela introducenda.

Impuberes ideo debent eſſe in tutela, vt is qui perfectæ ætatis non eſt alterius tutelâ regatur, *§. impuberes 6. hic.*

Tutores ad quid obligantur?

Tutor ad quid obligetur.

Cùm tutores pupillorum negotia gerunt, tutelæ judicio poſt pubertatem geſtorum, vel non geſtorum rationem reddere compellendi ſunt, *§. vlt. hic, leg. Iulius, 81. leg. cum ſeruus, 82. ff. de condit. & demonſt. leg. ſi purè, 37. §. fin. & leg. ſi poter 37. §. ſi ſticho, ff. de fideicom.* & damna, ſiue omiſſa qualiacunque reſtituere, *leg. nomina, 2. l. quicquid, 7. c. 1. arbitr. tut. leg. in quo, 18. ff. locati.* Cùm maiorem diligentiam & curam adhibere debeat in rebus pupilli, quàm in rebus ſuis adminiſtrandis, *gl. in leg. à tutoribus, 33. & text. in leg. tutor ſecundum, 13. §. 1. ff. de adminiſtr. & peric. tut.* neque enim liberatur tutor à tutela, niſi rationibus redditis, *Hoſtienſ. in rubr. de oblig. ad rat. num. 3* Finito autem officio, adminiſtratores rerum alienarum, Reip. pupillorum, & huiuſmodi non tenentur, niſi nomine proprio ſe obliauerint, *l. fin. ff. de inſtit. act. l. curatores aliàs prior. 3. §. in eũ, 2. ff. de adminiſt. tutor. le. procurator, qui pro euictione, ff. de procurat. Aufier. deciſ. 70.*

Tutor non liberatur, niſi rationibus redditis.

Quomodo fiet rationum redditio?

Rationum redditio.

Duo complectitur rationum redditio, I. Vt tutor rationes legendas, & diſcutiendas offerat, cum vniuerſo actus ſui Inſtrumento, & ſic examinari poſſint computationes, an probè vel improbè referantur, & an accepta rectè ſint necne relata, Bart. *num. 2. in leg. 1. §. officio, 3. ff. de tut. & rat. diſtra. per leg. fin. §. inter cætera 1. ff. de liberat. legat. leg. ſi ita fuerit, 13. §. hac quæſtio, 2. ff. de manu teſtam.*

II. Vt reliqua quæ ex rebus pupillaribus ſuperſunt bonâ fide reddat, atque perſoluat tutor, *leg. non ſolum, 8. §. is qui reddere, 5. ff. de Liberat. legat. leg. ſi quis ita, 13. §. ſi duo, 2. ff. de ſtat. lib. leg. quamuis, 32. ff. de condit. & demonſt.*

Olim de iure ff. & Cod tutores pecunias pupilli fœnori dare tenebantur, *leg. ſi tutor, 15. leg. qui negotiationem, 58. pupillo, 3 ff. de adminiſt. tut. leg. tutor, 22. Cod. eod.* Hodie illud non obſeruatur de iur. nouellarum, *nouel. 72. cap. 6. & 7.*

An pecunia pupilli debeat fœnori dari.

Reddit verò rationem tutor pupillo coram Iudice, de omnibus, quæ vel fecit, vel facere debuit, præſtátque dolum, vel culpam latam, leuem non etiam leuiſſimam, & reſtituit fructus, non tantùm quos percepit, ſed quos percipere potuit, *leg. ſine hæredc. 32 §. 2. Digeſt. de admin. & peric. tut.*

Vt rectè fiat rationum redditio debet inuentarium à tutore confici. *leg. 7. in princ. ff. de adminiſt. & peric. tut. l. tutores 24. Cod. eod. leg. 26. Cod. de Epiſcop. audien. leg. 7. §. 5. verſ. & inuentorio, auth. quod nunc. Cod. de curat. furios. nou. 94. leg. fin. in fin. Cod. arbitr. tut.* quod exhibendum venit cùm rationes redduntur, *leg. 1. §. 3. ibi, de ſeruis, & ibi Dd. ff. de tut. & ration. diſtrah.* alioqui præſumitur tutor eſſe in dolo, & contra eum juratur in litem, *leg. tutor qui repertorium, 7. Digeſt. de adminiſtr. tut. leg. tutores 24. Cod. eod. leg. fin. §. fin. Cod. arb. tut.*

Requiſita in redditione rationum.

Vbinam fieri debet rationum redditio?

Eo in loco in quo tutor bona adminiſtrauit *leg. hæres abſens, §. ſi quis tutelam, ff. de iudic. leg. 1. Cod. vbi de ratiocin. tam publ. quàm priuat. agi oport.* Ratio eſt quia ibi inſtructio ſufficiens, & nota teſtimonia, & veriſſima documenta præſtari poſſunt, *leg. 2. Cod. eod. Epiſt. 2. part. cap. 17.*

Ratio ibi reddenda vbi bona adminiſtrata.

TITVLVS XXI.

DE TVTORVM AVTHORITATE.

TEXTVS.

AVctoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt, in quibuſdam non eſt neceſſaria, vt ecce ſi quid dari ſibi ſtipulentur: non eſt neceſſaria tutoris auctoritas, quod ſi aliis promittant pupilli, neceſſaria tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem

nem licere eis facere etiam ſine tutoris auctoritate: deteriorem verò non aliter quàm [cum] tutoris auctoritate. Vnde in his cauſis ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis: ſi tutoris auctoritas non interueniat: ipſi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: at inuicem pupilli non obligantur.

1 ¶ Neque tamen hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere, neque hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris auctoritate (quamuis [illis] lucroſa ſit) ne vllum damnum habeant.

2 ¶ Tutor autem ſtatim in ipſo negotio præſens debet auctor fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimauerit, poſt tempus verò, vel per epiſtolam interpoſita auctoritas, nihil agit.

3 ¶ Si inter tutorem pupillumque iudicium agendum ſit: quia ipſe tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt: non prætorius tutor [vt olim] conſtituitur, ſed curator in locum eius datur: quo [curatore] interueniente, iudicium peragitur, & eo peracto, curator eſſe deſinit.

Quid eſt tutoris authoritas?

TRes tutelæ ſpecies fuerunt expoſitæ, deinceps ſubiiciuntur, quæ illis vel omnibus ſunt. Cõmunia, vel ſingulis ſpeciebus propria communia omnibus tutelis, vel tutoribus ſunt, authoritas Tutoris, finis tutelæ, excuſatio tutoris, & eiuſdem remotio. In hoc titulo de authoritate agitur, qui præcipuus eſt tutelarum effectus, quia pupillus regulariter nihil poteſt agere, ſaltem ſeſe alij obligare nequit ſine tutoris authoritate, *leg.* 28. *in princip. ff. de pact. & in princip. hic.* Ergo referendus eſt iſte titulus ad *tit. ff: de author. tut. & ad tit. C. auth. præſtan.*

Tutoris authoritas. Definitur autem tutoris authoritas, conſenſus expreſſus tutoris præſentis animo & corpore interpoſitus, in negotiis pupillaribus: & præſtare authoritatem eſt, cùm quis dicit ſe probare id quod agitur, hoc enim eſt authorem fieri, *leg.* 3. *ff. de auth. tut. leg.* 9. §. *pen. & leg.* 10. *eod. leg.* 1. *in fin. ff. de tut.* vt ad adeundam hæreditatem, iudicium, ſuſcipiendum, tradendum aliquid, aut ſtipulandum. Nam is author eſſe dicitur, qui præſens declarat ſe probaturum quod actum eſt, *leg. pupillus*, 89. *ff. de reg. iur.*

Quando poteſt contrahere pupillus, vel non poteſt ſine tutoris authoritate?

Aliquando pupillus contrahere poteſt, aliquando non ſine tutoris authoritate. Pupillus ſiue impubes, aut contrahit cum tutore ſuo eius authoritate, quo caſu contractus eſt nullus. *leg.* 1. *in princip. & leg. pupillus*, 5. §. *item ipſe*, §. 2. *ff. de auth. tut.* aut contrahit cum tutore ſuo alterius tutoris authoritate, quo caſu valet contractus, *d.* §. *item ipſe*, aut contrahit cum alio quàm cum tutore, quo caſu ſi tutoris authoritas non interuenerit, contractus erit nullus, *leg. obligari*, 9. *in princip. ff. de auth. tut. & in princip. tum* §. *neque* 1. *hic. leg.* 1. *Cod. de auth. præſt.* aut contrahit cum alio authore tutore, & hoc caſu valet contractus poſt *princip. hic. & leg. impuberes* 13. *Digeſtis, de author. tut. idem leg. clarum*, 4. *Cod. de author. præſt.* Quòd ſi agatur de alienatione immobilium pupilli, nedum ſufficit authoritas tutoris, ſed requiritur Iudicis decretum, *leg. magis puto*, 5. §. *non paſſim.* 9. *Digeſtis, de reb. eor. leg.* 2. *leg. non ſolùm*, 4. *leg. minorum*, 6. *leg. prædiorum*, 10. *Cod. de præd. min.*

Quis eſt modus interponendæ authoritatis?

Modus interponendæ authoritatis. Modus interponendæ authoritatis in duobus conſiſtit. I. In præſentia tutoris, nam per epiſtolam, aut per nuntium non valet, §. *tutor autem*, 2. *hic.* II. In tempore, nam tunc interponenda eſt authoritas cùm negotium geritur, ſeu perficitur, confecto enim negotio fruſtrà adhibetur, *d.* §. *& leg. obligari*, 9. *pen. ff. de auth. tut.*

In quo conſiſtit tutorum authoritas?

Tutorum officia. Multa ſunt tutorum officia, vt cauere de rato, inuentarium conficere, re, niſi fortè aliqua neceſſaria & iuſtiſſima cauſa allegari poſſit cur id fieri non debeat, *leg. tutor*, 7. *Digeſt. de administrat. & peric. tut.* gerere & adminiſtrare tutelam, agere & conuenire debitores nomine pupilli, defendere pupillum, & eius nomine iudicium ſuſcipere, ſoluere, erogare, alienare, pecuniam pupillarem credere, pecuniâ pupillorum prædia emere, hæreditatem vel adire, vel repudiare, ſtipulari, corpus & ſalutem pupilli tueri, pupillum alere atque educare, & authoritatem ei quod gerit pupillus accommodare. De hoc vltimo officio potiſſimùm agitur in præſenti titulo: vt ſciamus quando valere, vel non valere debeant, ea quæ à pupillo facta fuerint.

Quando eſt neceſſaria tutoris authoritas?

Pupillus poteſt ſine tutoris authoritate conditionem facere meliorem, non deteriorem.

Vt neceſſitas authoritatis tutoris in iis quæ à pupillo facta ſunt dignoſcatur, tenenda eſt hæc regula, nempe, poſſe quidem pupillos ſine tutoris authoritate, meliorem facere conditionem ſuam, ſed non deteriorem, *in princ. ibi, namque placuit, hic, leg. 1. C. de auth. præſt. leg. 9. in princ. ff. eod. leg. 2. cum ſeq. Cod. de author. præſt. leg. obligari, 9. §. pupillus. 2. ff. de author. tut.* ne id quod in fauorem illorum introductum eſt in odium retorqueatur, contra *leg. 25. ff. de legibus.* Itaque ſi pupillus dari aliquid ſibi ſtipuletur vnde locupletior fiat, vt ſi ab aliquo centum aureos ex cauſa donationis ſtipuletur, non erit neceſſaria tutoris authoritas, & valebit contractus, in *princip. hic.* ſecùs ſi aliis aliquid promittat in ſui detrimentum, & exinde lædatur, actionéſque remittat, *leg. neque actiones, 2. cod. de author. præſt.* Hæc potiſſimùm obtinent in prodigo, cui bonis interdictum eſt, contrahente ſine authoritate Curatoris, *leg. is cui bonis, 6. ff. de verb. oblig.* Ideo in contractibus mutuis, *id eſt*, vltro citróque obligatoriis, cuiuſmodi ſunt emptiones, venditiones, locationes, conductiones, mandata, depoſita, ſi tutoris authoritas non interueniat, qui cum pupillis rationis & mentis cõpotibus, nec non pubertati proximis contrahunt, obligantur quidem, at inuicem pupilli non obligantur, quòd ſi pupillus obligatus comperiatur, ſimúlque læſus, vel tutelæ judicio conſequetur vt damnum tutor ſibi reſarciat, *tot. tit. ff. de tut. & rat. diſtr. & Cod. arbitr. tut.* vel in integrum reſtitui poterit, *tot. tit. C. ſi tut. vel curat. interuen.*

Reſpubl. pupillo cõparatur quoad reſtitutionẽ in integrũ.

Reſpub. non præiudicat factũ anteceſſorum.

Quoad reſtitutionem in integrum, Reſpublica comparatur pupillo, *leg. Reſpublica, 4. C. ex quib. cauſ. mai. leg. rempubl. 3. C. de iur. Reip.* Nec Reip. præiudicat factum anteceſſorum *tot. tit. C. res inter alios acta, leg. factum, 130. ff. de reg. iur. leg. ſi cui, 7. §. iiſdem, 2. ff. de accuſ. leg. nec ex vero, 9. cod. de acquir. poſſ.*

Caſus quibus pupillus obligatur ſine tut. auth.

Certi ſunt caſus quibus pupillus contrahendo obligatur ſine tutoris authoritate.

I. Si proximus pubertati & doli capax deliquerit, *§. in ſumma, infr. de oblig. quæ ex delict. leg. furioſus. 46. ff. de verb. oblig.* Mitiùs tamen punitur, quàm qui prouectioris ætatis fuerit, *leg. auxilium, 37. §. 1. ff. de minor.* Dicitur autem pubertati proximus, qui excedit decimum annum cum dimidio, Gloſſ. *in leg. pupillus, 49. ff. de reg. iur.* Gloſſ. *ſiu. leg. 1. ff. de noua.*

Pubertati proximus.

II. Si ex contractu, vel ex quaſi contractu factus ſit locupletior, vel ſi in negotio geſto dolum admiſerit, *leg. vnic. Cod. de reputat.* attamen conueniri poterit, ne cum detrimento alterius fiat locupletior, *leg. 3. §. pupillus. 4. ff. de neg. geſt. leg. naturaliter, 13. §. 1. & leg. ſeq. ff. de condict. indeb. leg. 3. in princ. ff. commod. & l. 5. in princ. & §. 1. ff. de auth. tut.*

III. Si obligatio ex ipſa re naſcitur, ſiue facto, ſiue conſenſu partium, *l. furioſus, 46. ff. de obligat. & action.*

Pupillus habétne legitimam perſonam ſtandi in judicio?

Pupillus regulariter non habet legitimam perſonam ſtãdi in iudicio.

Regulariter non habet, *leg. 1. Cod. qui legitim. perſon. ſtãn. in iud. hab. leg. 4. Cod. de auth. præſt.* ne ex ſua imperitia vel juuenili calore aliquid dicat vel taceat, quòd ſi prolatum, vel expreſſum non eſſet, prodeſſe illi poterat, *d. l. clarum, 4. cod. de auth. præſt.* & ita ſi tutorem habeat, citandus non erit pupillus, ſed tutor ipſe, & ſi non habeat ei vnus erit eligendus, Fab. *de fin. 3. Cod. de in ius vocan.* In criminalibus cauſis certum eſt pupillum, & adultum agere non poſſe, vel conueniri, niſi ſint tutores aut curatores. *Maſuer. pract. tit. de except. num. 22.*

Caſus excepti.

Excipiuntur duo caſus. I. In poſſeſſione momentanea, vt *l. momentanea, 3. cod. qui legit. perſ.*

II. In interdicto de libero homine exhibendò, *l. quod & lex. 3. §. ſed etſi mulier, 11. ff. de lib. hom. exhib.*

Hic notandum eſt, ſi inter tutorem & pupillum lis ſit mouenda, tutori alium tutorem, vel curatorem adiungi, & eo adiuncto tanquam authore judicium procedere, *l. ſi plures. 24. ff. de teſt. tut. l. 1. C. de in lit. dan. tut.*

Potéſtne pupillus hæreditatem adire ſine tutoris authoritate?

Pupillus poteſt adire hæreditatem ſine tut. auth.

Illa maxima quâ dicitur pupillus ſine authoritate iudicis, vel tutoris ſuam conditionem facere poſſe meliorem, non eſt vſquequaque vera, ſed exceptionem patitur: nam pupillus hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem petere, vel hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere nequit, ſine tutoris authoritate, quamuis illi lucroſa ſit, ne damnum vllum ſentiat, *§. neque tamen,*

hic. leg.

Pubertati proximus.

hic, leg. pupillorum cod. de repud. vel abſt. hæred. quia ſubeſt periculum negotiorum, vexationis, vel æris alieni, *arg. l. 32. in princip. ff. mandati, l. 4. ff. ad Sc. Trebell.* vt & metus litis, *l. 38. de pign. act.* quia etiam hæres adeundo quaſi contrahit cum legatariis & creditoribus hæreditatiis, *l. apud, 3. § fin. cum l. ſeq. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. §. hæres, 5. infr. de oblig. quæ ex qu. cont.* Itaque ſi hæreditas quam pupillus adiret, legatis, & ære alieno eſſet grauata, damnum ſentiret, quoniam creditoribus & legatariis ſatisfacere tenetur.

Obiect. Non obſtat *l. ſequitur, 4. §. pupillus, 2. ff. de vſurp. & vſucap. neque l. quamuis, 32. §. vltim. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* vbi pupillus ſine tutoris authoritate poſſeſſionem nanciſci poſſe dicitur:

Reſp. nam in illis duabus legibus agitur de poſſeſſione rei alicuius ſingularis, vbi nullum eſt periculum: hic verò agitur de poſſeſſione multarum rerum, adeóque totius hæreditatis, in qua commoda & incommoda continentur.

Pupillus regulariter non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.

TITVLVS XXII.

QVIBVS MODIS TVTELA finitur.

TEXTVS.

PVpilli, pupillæque, cum puberes eſſe cœperint, [à] tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autem majeſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum [exiſtimans,] bene putauit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideo [noſtra] ſancta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimumquartum annum completum illico initium accipere diſpoſuimus antiquitatis normam in fœminis bene poſitam, [in] ſuo ordine relinquentes, vt poſt duodecim annos completos viri potentes eſſe credantur.

Caſus excepti.

1 ¶ Item finitur tutela, ſi adrogati ſint adhuc impuberes, vel deportati: item ſi in ſeruitutem pupillus redigatur, vel [ſi] ab hoſtibus captus fuerit.

Pupillus poteſt adire hæreditatem ſine tut. auth.

2 ¶ Sed & ſi vſque ad certam conditionem datus ſit [tutor] teſtamento: æquè euenit, vt deſinat eſſe tutor exiſtente conditione.

3 ¶ Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum, vel tutorum.

4 ¶ Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti ſi ſe in adoptionem dederit, legitima tantùm tutela perit, cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima ſit, omnes tutelas tollit.

5 ¶ Prætereà qui ad certum tempus teſtamento dantur tutores, finito eo, deponunt tutelam.

6 ¶ Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel remouentur à tutela ob id quod ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex iuſta cauſa ſeſe excuſant, & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt, ſecundum ea quæ inferius proponemus.

Quomodo finitur tutela?

ACtum eſt de Conſtitutione tutelæ, nunc de eiuſdem diſſolutione dicendum: & referendus eſt iſte titulus ad *tit. C. quand. tut. vel cur. eſſ. deſ.*

Finitur tutela multis modis I. Pubertate pupilli, vel pupillæ, nam puberi non datur tutor, *l. ſexæ egreſſe, 26. ff. de tut. & cur. dat.* quę quidem pubertas non ampliùs æſtimatur, vt olim ex habitu corporis, ſed ex ſola annorum ratione, ita vt maſculi poſt decimum quartum annum completum puberes ſint, & fœminæ poſt duodecim annos completos, quo tempore ſunt connubio aptæ, *in princip. hic. & leg. vltim. cod. quand. tut. d. & cur. eſſe deſ.* Ratio diuerſitatis præcipua eſt, quòd fœmellæ citiùs pubeſcant, quàm mares, vt & Philoſophi prodiderunt, propter humoris abundantiam, Gloſ. *in leg. 1. cod. qui veniam ætat. implen.* Inde fit vt in fœminis citiùs compleatur vigor naturalis, citiùs etiam ſeneſcant & moriantur fœminæ quàm viri Gloſ. *duodecim, in leg. 3. Cod. quand. tut. vel curat. eſſe deſin.* Ariſtot. *lib. 4. de generat. anim. cap. 6.* Intelliguntur autem illi anni completi cùm vltimus dies decimi quarti, vel duodecimi venit in re fauorabili, in odioſa verò de momento ad momentum obſeruatur, vt notatur *in leg. 3. §. minorem, Digeſt. de minorib.* Etiamſi pubertate finiatur tutela, tamen tutelæ officium non finitur vſque dum redditæ ſint tutelæ rationes, Fab. *deſin. 2. Cod. vt cauſ. poſt pubert. adſit tutor.*

II. Adrogatione pupilli, quæ minima eſt capitis diminutio, *§. item finitur, 1. hic.*

III. Deportatione pupilli, nempe ſi pupillus pubertati proximus, facinus aliquod nefandum atque atrox patrarit, vnde in exilium ſit miſſus, vel in ſeruitutem redactus, *d. §. item finitur, 1. hic.*

IV. Captiuitate, vt ſi ab hoſtibus capiatur pupillus, §. *item finitur*, 1. *hic*. nam cùm ſeruus fiat hoſtium, tutorem habere nequit, vel etiam ſi capiatur tutor, nam etiamſi iure poſtliminij recuperetur tutela, non ſequitur, quin captiuitate ſit finita, Giphan. *ad* §. *item finitur tutela, hic*.

V. Conditione in tutela teſtamentaria apposita exiſtente atque completa, §. *ſed etſi vſque*, 2. *hic*. Tempore etiam finiro, §. *prætereà*, 5 *hic*.

VI. Morte vel tutoris vel pupilli, §. *ſimili modo*, 3. *hic*.

VII. Capitis diminutione tutoris maxima, & minore tolluntur teſtamentaria, & datiua tutelæ, non tamen legitima quæ agnatorum eſt. Quomodocunque autem pupilli capite minuantur, finietur tutela, § *ſed & capitis*, 4. *hic*.

VIII. Vel remotione à tutela propter ſuſpicionem vel iuſta excuſatione, vel oneris adminiſtrandæ tutelæ depoſitione, §. *vltim. hic*.

TITVLVS XXIII.

DE CVRATORIBVS.

TEXTVS.

MAſculi [quidem] puberes, & fœminæ viri potentes, vſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negotia tueri non poſſint.

1 ¶ Dantur autem curatores ab eiſdem magiſtratibus à quibus & tutores. Sed curator teſtamento non datur: datus tamen confirmatur decreto prætoris vel præſidis.

2 ¶ Item inuiti adoleſcentes curatores non accipiunt, prætetquam in litem: curator enim & ad certam cauſam dari poteſt.

3 ¶ Furioſi quoque & prodigi, licet maiores viginti quinque annis ſint: tamen in curatione ſunt adgnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed ſolent Romæ præfectus vrbi vel prætores, & in prouinciis præſides ex inquiſitione eis curatores dare.

4 ¶ Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt.

5 ¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, vtputa ſi legitimus tutor non ſit idone⁹: quoniam habenti tutorem tutor dari non poteſt. Item ſi teſtamento datus tutor, vel à prætore, aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret: ſolet ei curator adiungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed ad tempus à tutela excuſantur, ſolent curatores dari.

6 ¶ Quod ſi tutor aduerſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit, vel infans ſit: quem velit actorem, periculo ipſius tutoris, prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto conſtituet.

Quid eſt Curatela?

ACtum eſt de perſonis, quæ in tutela ſunt, ſequuntur illæ quæ ſunt in Curatela, de quibus in hoc tit. referendi *ad tit. ff. de curat. furioſ. & aliis, &c. & de cur. bon. dand.* Tum ad *tit. C. de curat. fur. & prod.* Quæ perſonæ etiamſi puberes ſint, tamen ad negotia ſua gerenda non cenſentur idoneæ vſque ad 25. annum, *in princ. hic*. tunc enim eſt perfecta ætas, *leg. fin. C. de his qui ven. ætat. impet.* vigor virilis, & perfectus ſtatus, *l. cùm pater*, 77. §. *curatore delegat. l. ſi maritus*, 15. §. *lex Iulia*, 6. *ff. ad leg. Iul. de adult.* Maior quippe 25. annis ad omnia ferè munera, etiam ad Rempubl. adminiſtrandam à legibus admittendus eſt, *leg. ad rempub.* 8. *ff. de munerib. & honor.* **Conuenio.**

Curatela, quæ curatio vel cura vulgò dicitur, *in tit. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt*. eſt poteſtas in bona ſeu negotia eius qui propter ætatem, vel propter morbum, furorem, profuſionem, aliáſve cauſas ea ipſemet adminiſtrare nequit, à lege, aut à magiſtratu data, *Giphan. ad princ. hic*. **Curatela quid ſit.**

Olim ex l. 12. tab. furioſi & prodigi erant in agnatorum tutela, § *furioſi*. 3. *hic. & leg. 1. cod. de curat. furioſ.* propter dementiam & prodigalitatem, inde factum vt minores odio habuerint curatoris nomen, timentes ne fortè mente capti, aut prodigi haberentur, *leg. 3. §. 1. Digeſt. de tutel.* & ſic tantùm ex cauſa iis dati ſint curatores à magiſtratu causâ cognitâ, vt potè, ſi malis imbuti eſſent moribus, ſi neceſſaria eſſet bonorum alienatio, ſi eſſent litigaturi, ſed hoc fuit immutatum, factúmque vt causâ non cognitâ omnes adulti curatores acciperent, ad 25. vſque annum completum, *leg. 1. ff. de minorib.* exceptis caſibus de quib Guid. Pap. *quæſt.* 35. & 410.

Quomodo conueniunt & differunt tutor & curator?

Primò conueniunt, quia ſicut tutor in ſua poteſtate habet impuberes, ita curator habet minores vſque ad annum 25. completum, *in princip. hic.* quamuis **Conuenientia inter tutorem & curatorem.**

quamuis plena pubertas ſit poſt annum decimum octauum, *leg. mela*, 14. *Digeſt. de alim. leg.* Quod vt meliùs intelligatur, de ætate hic aliquid dixiſſe iuuabit. Ætas eſt euidens, ac tempeſtiua in corpore humano mutatio, & eius tres ſunt gradus generales, nimirum Iuuentus, Virilitas, & ſenectus: Iuuentus vſque ad annum vigeſimum quintum porrigitur, & alios inferiores gradus comprehendit, nempe infantiam, quæ prima eſt ætas, vſque ad ſeptimum annum producta: dicitur enim infans, qui ſeptimum ætatis annum non eſt egreſſus, *leg. ſi infanti*, 18. *Cod. de iur. delib.* Pueritiam, à ſeptimo anno vſque ad annum 14. in maſculis, & 12. in fœminis, in quibus duabus ætatibus conſtituti impuberes ſunt, & in tutela, adoleſcentiam ab anno 14. in maſculis & 12. in fœminis, vſque ad 25. annum, in qua ætate conſtituti minores ſunt, & in curatela. Virilitas, quæ aliàs ætas conſiſtens, & florida dicitur, porrigitur vſque ad annum 50. Senectus, vel eſt prima vel ſecunda: illa excurrit à quinquageſimo vſque ad ſexageſimum, hæc à ſexageſimo vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, & vocatur decrepitudo, quam qui attigerunt, repuераſcunt, & infantibus æquiparantur, Gaill. *obſ.* 110. *num.* 34. De his ætatibus vide *Curſ. noſtrum phyſ. part. ſpec. tract.* 7. *cap.* 1. *quæſt.* 12. Vide poriſſimùm *ob Philipp. General. cur. artic.* 183. vbi ætatis gradus optimè deſcribuntur, & Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. de liberis, &c.* §. 4. *verſic. ad ætatem ſufficientem, nume.* 15. *& ſeqq.* Ætas probatur per teſtes, *leg. cum te*, 9. *& ibi gloſ. Cod. de probat.* vel per natalis diei ſcripturam *leg.* 2. *Digeſt. de excuſ.* de qua conſtat ex libro Curati, aut miniſtri, Franc. maj. *conſilit.* 1539. *artic.* 51. Maſuer. *tit. de probat. tit.* 16. rum etiam ex libro patris in quo ipſe filij natale annotauit, *leg. excuſantur*, 2. §. 1. *ff. de excuſ. tut.* Bald. *in leg. numer.* 11. *infin. Cod. de Confeſſ.* Salic. *in leg. ſi minorem*, 4. *num.* 10. *Cod. de in integr. reſt. min.* Meyr. *lib.* 3. *cap.* 37. *& lib.* 8. 2. *p. c.* 29. Vbi notandum in ætate computanda non haberi rationem temporis, quo quis conceptus, aut animatus fuit in vtero, ſed conſiderandum eſſe diem & horam natiuitatis, *leg.* 3. §. *minorum, Digeſt. de minorib. leg. qui filiam* 74. *in fin. Digeſt. ad Sc. Trebell. leg.* 1. *Digeſt. de manumiſſ.* quæ ſola certa eſt natiuitas.

Ætas quid. *Ætatis gradus.* *Iuuentus.* *Infantia.* *Pueritia.* *Adoleſcentia.* *Virilitas.* *Senectus.* *Decrepitudo.* *Ætatis probatio.*

Secundò tutores & Curatores ab eiſdem magiſtratibus, *leg.* 3. *Digeſt. de tut. & cur. datis*, §. 1. *hic.*

Denique neuter pupilli aut minoris prædia abſque decreto alienare poteſt, *tot. tit. Digeſt. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt ſine decr. non alien. & tot. tit. Cod. de præd. & a' iis reb. min. ſine decr. non alien.*

Sic differunt, I. Tutor datur impuberi, & pupillo, curator verò puberi & adulto.

Differentia inter tutorem & curatorem.

II. Tutor rectè teſtamento datur, curator inutiliter, vel non regulariter.

III. Tutor principaliter perſonis datur, ſecundariò autem rebus, curator verò rebus, ſiue negotiis, ſecundariò perſonæ, *leg. cum plures*, 12. §. *cùm tutor, Digeſt. de adminiſtr. tut.* §. *certe autem rei*, 4. *ſup. qui teſt. tut. dar. poſt leg. in copulandis, Cod. de nupt.* Hinc eſt vt minor etiam curatorem habens citari poſſit, non eius curator, qui non perſonæ, ſed bonis datur, *leg. cùm in vna*, 17. §. 1. *ff. de appell.*

IV. Non niſi petenti aut conſentienti curator datur, *leg.* 3. §. *ſi pupillus, ff. de tutel. l. curatorum*, 25. *Digeſt. de tut. dat.* in tutela quippe ſunt etiam nolentes. Inuitis adoleſcentibus non datur curator regulariter, §. *item inuiti*, 2. *hic. leg. mutus*, 42. *Digeſt. de procurat. leg.* 2. §. *penultim. & vltim. Digeſt. qui pet. tut. vel cur. leg. ſi impuberi*, 13. §. *vltim. Digeſt. de tut. & cur. dat. ab his, &c. leg. matris*, 6. *Cod. qui pet. tutor. vel cur.*

Excipiuntur certi caſus, I. Si adoleſcentes ſint litigaturi, §. *item inuiti*, 2. *hic. l.* 1. *Cod. qui pet. tut. vel cur. & l. in vniuerſis*, 11. *Cod. qui dar. tut. vel cur. poſ. &c.*

II. Si minori debitor velit, vel cogatur ſoluere, *leg. ait*, 7. §. *ſed etſi*, 2. *Digeſt. de minor.*

III. Si is, qui tutor fuit rationes reddere velit minori, *leg. admone eam*, 7. *Cod. qui pet. tut. vel cur. D. Patius cent.* 3 *quæſt.* 88.

Denique differunt, quòd tutor non detur ad certam cauſam, ita quidem curator, §. *item inuiti*, 2. *hic.*

Quotuplex eſt curator?

Duplex, legitimus & datiuus, legitimus eſt proximus agnatus vel cognatus, datiuus à Iudice datur. Teſtamentarius de iure nullus eſt, ita quidem de facto, ſi enim teſtamento datus ſit, valebit datio, eâ lege vt Iudex confirmet. Ergò curatela pendet à lege & Iudice, illo nempe Iudice, qui tutorem dare poteſt, §. *datur*. 1. *hic.* & qui mixtum habet Imperium.

Curator legitimus. *Curator datiuus.*

Maiores viginti quinque annis ſúntne in curatione?

Maiores in curatela existentes.

Sunt aliquando, nempe furioſi, prodigi, etiam inuiti, deinde mente capti, ſurdi, muti, & perpetuo morbo laborantes, quia rebus ſuis proſpicere non poſſunt, §. *furioſi quoque* 3. §. *ſed & mente*, 4 *hic.* Ideo emptio cum furioſo contracta nulla eſt, quia furioſus nullum poteſt contrahere negotium, nulla quippe furioſi voluntas *leg. furioſi*, 40. *Digeſt. de reg. iur.* nullus enim conſenſus, ideo non poteſt furioſus ſponſalia, aut matrimonium contrahere, *leg. pater.* 8. *Digeſt. de his, qui ſui vel alien. iur. leg. furor.* 8. *ff. de ſponſ. l. oratione*, 16. §. *fin. Digeſt. de rit. nupt.* Nam nuptiæ mutuo conſenſu perficiuntur, *leg. nuptias*, 30. *Digeſt. de reg. iur.* Si tamen ceſſet furor, poteſt nuptias contrahere, *gloſ. in cap. dilectus*, 24. *ad verb. furere, verſ. quandoque de ſponſalibus*, quæ non diſſoluentur, etiamſi redeat furor, *d. leg. furor.* Finitur autem curatela furioſi ſi furioſus cœperit eſſe ſanæ mentis, & curatela prodigi, ſi prodigus frugalis factus ſit, *leg.* 1. *verſic. & tandiu*, *Digeſtis, de cur. furioſ. &c.* Prodigus rectè comparatur furioſo, quia non minùs moribus deſipit prodigus quàm animo furioſus, *d. leg.* 1. *Digeſt. de curat. furioſ.* Tamen in hoc differunt, quòd furioſo ſtatim atque furere incœperit, detur curator agnatus, prodigo verò non antequam ſit interdictus.

Pupillo dantúrne etiam curatores?

Aliquando pupillo dantur curatores.

Dantur aliquando. I. Si legitimus tutor idoneus non ſit, quia habenti tutorem regulariter tutor non datur, §. *pen. hic. leg. cum iure*, 9. *Cod. qui pet. tut.* ſi nempe prior tutor ritè, & rectè datus ſit, non ſi inutiliter datus ſit, aut remotus tanquam ſuſpectus, qui vtiliter datus fuerat, vel excuſatus, vel defunctus, vel relegatus *Fab. defin.* 28. *Cod. ſi minor. ſe maior. dix. leg. licet. Cod. in quibus caſ. tut. habe. tutor vel curator. dar. poſſ.*

II. Si tutor teſtamento datus idoneus non ſit, nec tamen fraudulenter negotia gerat, ei curator adiungi ſolet, *d. leg. pen.* nedum patrem habenti tutor dari poteſt, Angel. *in* § 1. *Inſtit. de tutel.* Vincent. *de Franch. deciſ.* 10. *incip. habet mater, num.* 7. *verſ. & in hac materia, & ſeq.* cum poteſtas tutoria ſit quædam poteſtatis patriæ imago, *leg. vlt. verſ. quib. ſi damnato, Cod. de ſentent. paſſ. & reſt.* 1. Fab. *defin.* 1. *num.* 6. *Cod. de legit. tut.*

III. Curatores dantur in locum tutorum illorum qui non in perpetuum, ſed ad tempus à tutela excuſantur, *d. leg. pen. in fin.*

IV. Si tutor vel ignoret, vel iuſta cauſa impediatur, quò minus res pupilli adminiſtrare queat, & pupillus vel abſit, vel adhuc infans ſit, tunc ei adiutor periculo ipſius, à Iudice decernitur. §. *vltim. hic.*

Quomodo finitur curatela?

Iiſdem modis finitur quibus tutela, niſi quòd curatela anno vigeſimo quinto, tutela verò decimo quarto ceſſat. Item ſi datus eſt curator ad certa negotia, ſiue ad litem certam, finitur curatela negotio finito, aut lite finità *Curatela finis.*

TITVLVS XXIV.

DE SATISDATIONE TVTORum, vel curatorum:

TEXTVS.

NE tamen pupillorum pupillarúmve, & eorum qui quæve in curatione ſunt, negotia à curatoribus tutoribúſve conſumantur, vel deminuantur: curet prętor, vt & tutores & curatores eo nomine ſatiſdent. Sed hoc non eſt perpetuum. nam tutores teſtamento dati ſatiſdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipſo teſtatore adprobata eſt. item ex inquiſitione tutores vel curatores dati, ſatiſdatione non onerantur: quia idonei electi ſunt.

1 ¶ Sed ſi ex teſtamento vel inquiſitione duo pluréſve dati fuerint: poteſt vnus offerre ſatiſdationem de indemnitate pupilli, vel adoleſcentis, & cōtutori ſuo vel concuratori præferri, vt ſolus adminiſtret: vel vt contutor [aut concurator] ſatis offerens præponatur ei, vt & ipſe ſolus adminiſtret. Itaque per ſe non poteſt petere ſatiſdationem à contutore ſuo vel concuratore: ſed offerre debet, vt electionem det concuratori vel contutori ſuo, vtrum velit ſatis accipere, an ſatiſdare. Quod ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum fuerit à teſtatore, quis gerat, ille gerere debet. Quod ſi non fuerit adſcriptum, quem maior pars elegerit, ipſe gerere debet, vt edicto prætoris cauetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos, qui gerere debent, prætor partes ſuas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquiſitione datis comprobandum eſt: id eſt, vt maior pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat.

2 ¶ Scien-

2 ¶ Sciendum autem eſt, non ſolum tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cęteriſque perſonis ex adminiſtratione rerum teneri: ſed etiam in eos, qui ſatiſdationem accipiunt, ſubſidiariam actionem eſſe, quæ vltimum eis præſidium poſſit adferre. Subſidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus ſatiſdari non curauerũt, aut nó idoneè paſſi ſunt caueri. quæ quidem iam ex prudentium reſponſis, quàm ex conſtitutionibus imperialibus etiam in hæredes eorum extenditur.

3 ¶ Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, vt niſi caueant tutores & curatores, pignoribus captis coerceantur.

Contulo ſen.

4 ¶ Neque autem præfectus vrbi, neque prætor, neque præſes prouinciæ, neque quiſquam alius, cui tutores dandi ius eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo, qui ſatiſdationem exigere ſolent.

Quid eſt ſatiſdatio?

Com. ſs.

DE tutoribus & curatoribus ſeparatim actum eſt, de quibuſdam communiter ad tutores, & curatores pertinentibus agit Imperator in hoc tit. & duob. ſeqq. & quidem in hoc tit. referendo ad *tit. ff. rat. rem hab. de fideiuſſ. tut. & de magiſtr. conuen. Item ad tit. C. 42. 46. 47. & vlt. lib.* 5. agitur de ſatiſdatione, non tamen ea ſatiſdatione, ſiue cautione quę à litigantibus in iudicio præſtari ſolet, de qua in tit. vndecimo libri quarti, ſed de ſatiſdatione extra iudicium à tutoribus, vel curatoribus præſtanda, quæ nihil aliud eſt quàm fideiuſſoris datio, *l. 1. §. qui ſatiſdare cogantur*, ita vt ſatiſdare dicatur quis cùm fideiuſſores dat, *l. 61. in addit. marg. ff. de verb. ſig.* Promittit autem fideiuſſor pro tutore vel curatore rem pupilli, vel minoris ſaluam fore, *id eſt*, eorum perſonis rectè proſpectum, & eorum bona non diminutum iri, *l. legitimus, 5. in princ. ff. de leg. tut. l. 1. & tot. tit. ff. rem pupill. ſal. fore. l. de creationibus, 28. C. de Epiſc. aud. l. tutor. qui repertarium, 7. ff. de adminiſt. tut. Maſuer. in ſua praxi tit. de tut. & curat. n. 2.*

Satiſdatio.

Omnes tutores aut Curatores debéatne ſatiſdare?

Teſtamentary tutores non ſatiſdant.

Primò, tutores teſtamentarij non tenentur ſatiſdare, §. 1. *hic. l. pen. C. de tut. vel cur. qui ſat. non ded.* quia eorum fides & diligentia à teſtatore fuit approbata, cuius teſtimonium pro ſatiſdatione ſufficit, niſi fortè aliquo calamitoſo caſu eorum fides ſuſpecta reddatur.

Tutores datiui nō ſatiſdant.

Secundò, tutores datiui, quia ex inquiſitione dati ſunt, ideo non ſatiſdant, à Iudice enim eligente idonei fuerunt iudicati, *C. de tut. vel cur. qui ſat. non ded.*

Legitimi tutores ſatiſdant.

Tertiò, legitimi tutores ſatiſdant, quia de fide ipſorum non conſtat, neque patris officium aut Iudicis inquiſitio in his reperitur, loco ſatiſdationis, *l. tutores, 5. ff. de confirmand. tutor. l. vlt. §. Item reſcripſerunt, 7. ff. de adminiſtr. rer. ad ciu. pertin.*

Quamuis ex diſpoſitione iuris tutor teſtamentarius, & dator datiuus non fuerint coacti ſatiſdare ob rationes allatas. hodiè tamen omnes tutores ſatiſdare tenentur, *Bugn. lib. 2. cap. 136. & 234. de legib. abrog.*

Hodie omnes tutores ſatiſdant.

Quando plures tutores, vel curatores teſtamento, aut ex inquiſitione dati ſunt, quis debet ſatiſdare?

Si pluribus tutoribus teſtamento datis alter alteri optionem det, vt vel ſatiſdet, vel ſibi ſoli ſatiſdatione acceptâ rem gerere permittat, hoc caſu alter, quamuis teſtamento tutor datus ſit, ſatiſdare tenetur, vel alteri rerum adminiſtrationem cedere, §. 1. *hic, l. pen. C. de tut. vel curat. qui ſat. non ded.* Et ratio eſt, quia præſtat vt vnus ſolus adminiſtret, quàm duo, vel plures, quod enim pluribus expediendum committitur, id plerumque ſegniùs expeditur, iuxta illum verſiculum.

Segniùs expediunt commiſſa negotia plures.

Quænam perſona tenentur ex adminiſtratione ſi non fuerit ſatiſdatum, vel minùs idoneè ſatiſdatum?

Quinam tenentur ex adminiſtratione tutelæ.

Si plures ſimul dati ſunt tutores, qui non adminiſtrarunt, illi primo loco conuenientur, & eorum bona excutientur, & ſi habeant vnde ſatisfieri poſſit pupillo fideiuſſores non conuenientur, alioqui conuenientur quoque fideiuſſores, eorúmque bona excutientur, quòd ſi exinde ſatisfieri non poſſit pupillo, actione ſubſidiaria conuenietur magiſtratus, *l. aduerſus. 4. cum l. ſeq. C. de mag. conueni.* Quòd ſi plures dati ſint tutores, & adminiſtratio tutelæ diuiſa ſit, ita vt vni tantùm eorum cum ſatiſdatione imponeretur; ſi hoc caſu nihil geſſit, conuenietur primùm ipſe gerens, & excutientur eius bona, deinde ipſius collegę, fideiuſſores, & magiſtratus in ſubſidium. Iſta actio ſubſidiaria tantùm datur contra illos magiſtratus, qui dolo, vel culpâ admoniti, vel compellati, aut tutores non dederunt, aut idoneos non

dederunt, ſed ſine ſatiſdatione, vel cum ſatiſdatione, at non idoneâ §. *ſciendum. 2 hic. & tot. tit. ff. & C. De Mag. conuen. l. 1. §. ſi praeſes. 3. verſ. teneri magiſtratus, quatenus dolo vel latâ culpâ verſati ſint. & l. quod ad hæredem, 6. ff. de magiſt. conuen.* Eiuſmodi magiſtratus hoc nomine vtili tutelæ vel negotiorum geſtorum actione tenentur, non ſecus ac tutor ipſe qui non geſſit, *l. AEmilius, 13. verſ. tut. & magiſtratuum, ff. de adminiſt. tut. gloſſ. vlt. verb. vtilis. l. 1. l. 5. & ibi gloſſ. in verb. vtilem, C. eod.*

TITVLVS XXV.

DE EXCVSATIONIBUS tutorum, vel curatorum.

TEXTVS.

EXCVSANTVR autem tutores & curatores variis ex cauſis: plerumque tamen propter liberos, ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis quinque: à tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cæterorum munerum. nam & tutelam & curam placuit publicum munus eſſe. Sed adoptiui liberi non proſunt. In adoptionem autem dati, naturali patri proſunt. Item nepotes ex filio proſunt, vt in locum patris ſui ſuccedant: ex filia non proſunt. Filij autem ſuperſtites tantùm ad tutelæ vel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti autem non proſunt. Sed ſi in bello amiſſi ſunt: quæſitum eſt, an proſint? & conſtat eos ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.

1 ¶ Item diuus Marcus in Semeſtribus reſcripſit, eum, qui res fiſci adminiſtrat, à tutela vel cura, quamdiu adminiſtrat, excuſari poſſe.

2 ¶ Item qui reipublicæ cauſa abſunt, à tutela vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores [dati,] deinde reipublicæ cauſa abeſſe cœperint: à tutela vel cura excuſantur, quatenus reipublicæ cauſa abſunt: & interea curator loco eorum datur: qui ſi reuerſi fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni habent vacationem, vt Papinianus libro quinto Reſponſorum ſcripſit. nam hoc ſpatium habent ad nouas tutelas vocati.

3 ¶ Et qui poteſtatem aliquam habent, ſe excuſare poſſunt, vt diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam tutelam deſerere non poſſunt.

4 ¶ Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excuſari non poteſt: niſi fortè de omnibus bonis, vel hæreditate controuerſia ſit.

5 ¶ Item tria onera tutelæ non adfectatæ, vel curæ, præſtant vacationem, quamdiu adminiſtrantur. vt tamen plurium pupillorum tutelâ vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

6 ¶ Sed & propter paupertatem excuſationem tribui, tam diui fratres, quam per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſſit docere.

7 ¶ Item propter aduerſam valetudinem. propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.

8 ¶ Similiter eos qui literas neſciunt, eſſe excuſandos, diuus Pius reſcripſit, quamuis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.

9 ¶ Item ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem: ſicut per contrarium non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant.

10 ¶ Non eſſe autem admittendam excuſationem eius, qui hoc ſolo vtitur, quod ignotus patri pupillorum ſit, diui fratres reſcripſerunt.

11 ¶ Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit: ſi capitales fuerunt: nec reconciliatio interuenit: à tutela vel cura ſolent excuſare.

12 ¶ Item is, qui ſtatus controuerſiam à pupillorum patre paſſus eſt, excuſatur à tutela.

13 ¶ Item maior ſeptuaginta annis à tutela & cura ſe poteſt excuſare. minores autem viginti quinque annis, olim quidem excuſabantur: noſtra autem conſtitutione prohibentur ad tutelam vel curam adſpirare: adeo, vt nec excuſatione opus ſit. Qua conſtitutione cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: quum ſit inciuile, eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire.

14 ¶ Idem & in milite obſeruandum eſt, vt nec volens ad tutelæ onus admittatur.

15 ¶ Item Romæ grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt: à tutela & cura habent vacationem.

16 ¶ Qui autem vult ſe excuſare, ſi plures habent excuſationes, & de quibuſdam non probauerit: aliis vti intra tempora [conſtituta] non prohibetur. Qui autem excuſare ſe volunt, non appellant: ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerint ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare debent, cuiuſcumque generis ſint, id eſt, qualitercumque dati fuerint tutores: ſi intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, vbi tutores dati ſunt. Si vero vltra centeſimum lapidem habitant: dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum, qui tamen [vt Scæuola dicebat) ſic debet computari, ne minus ſint, quam quinquaginta dies.

17 ¶ Datus autem tutor, ad vniuerſum patrimonium datus eſſe creditur

18 ¶ Qui tutelam alicuius geſſit, inuitus curator eiuſdem fieri non compellitur: in tantum, vt licet paterfamilias, qui teſtamento tutorem dedit,

Digitized by Google

dit, adjecerit ſe eumdem curatorem dare:tamen inuitum eum curam ſuſcipere non cogendum, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

19 ¶ Iidem reſcripſerunt maritum vxori ſuæ curatorem datum, excuſare ſe poſſe,licet ſe immiſceat.

20 ¶ Si quis autem falſis allegationibus excuſationem tutelæ meruerit:non eſt liberatus onere tutelæ.

Quid eſt Tutorum vel Curatorum excuſatio?

Connexio. SVprà de tutoribus vel curatoribus conſtituendis illorúmque officio & actione dictum eſt,& quia ſæpè tutores, vel curatores excuſationes, quibus ſe à tutelis vel curatelis liberant, obiiciunt, ideo excuſationum modi varij enumerantur in hoc titulo, referendo ad *tit. ff. de excuſ. tut. vel curat. & de temp. eat. & ad tit. 7. ſeqq.* quorum modorum tractatus eſt vtiliſſimus *l. 1. ff. de excuſſ. tut.*

Tutela eſt munus publicū & ad Reip. vtilitatem ſpectat, idcircò etiam inuitis defertur niſi ſe excuſent, *l. 1. ff. de adminiſt. & peric. tut. l. nullus, 28. C. de Decurion.* *Excuſatio.* Eſt autem excuſatio,legitimæ cauſæ allegatio ob quam aliquis ſe prorſus ab onere tutelæ vel curæ immunem aſſerit. *Vultei. ad princ. de excuſ. tutor. vel curat. hic. num. 4.*

Quas ob cauſas excuſantur tutores vel curatores à tutelâ aut curâ?

Variæ excuſationum cauſæ. Liberorū numerus excuſat. Ob varias, Prima, eſt liberorum numerus,ſiue in poteſtate ſint,ſiue non. Itaque ſi quis Romæ tres habuiſſet liberos ſuperſtites, vel in Italia quatuor, vel in Prouinciis quinque, à tutela vel cura excuſabatur, *l. 2. §. numerum, & ibi gloſſ. determinatum, ff. de excuſ. tut.* hodie 5. liberos habens excuſatur, *l. vlt. C. de his qui num. lib. ſe excuſ.* Exemplo cæterorum munerum publicorum, ciuilium & perſonalium, in *princ. hic.* ita iudicatum *Pariſiis, 5 Ianuar.* 1561. Per liberos hoc in loco debent tantùm intelligi, naturales & legitimi ſimul,non etiam adoptiui, & ſpurij, *l. 2. §. 2. ff. de excuſ. tut.* ne quis per adoptiones à muneribus publicis ſe liberare,aut illegitimè ſuſceptâ prole priuilegium conſequi poſſit. Deinde liberi emancipati & liberi in adoptionem dati patri naturali proſunt, non adoptati, in *princ. hic. & l. 2. adoptiui. ff. de vacat. munerum.* Nepotes ex filio, non ex filia proſunt, item ſuperſtites tantùm non mortui, *l. 2. §. 1. & ibi gloſſ. legitimos. ff. de excuſ. tut.* niſi in acie ſint amiſſi, *in princ. hic.*

Adminiſtratio rerum fiſci excuſ. Secunda, eſt adminiſtratio rerum fiſci quamdiu illa durat, *§. item diuus. 1. hic. & l. adminiſtrantes. 41. ff. eo.* ſic excuſantur exactores tributorum durante tempore exactionis, *l. exactores, 10. C. de excuſat. tut.* Ratio eſt fauor & vtilitas tam fiſci, quàm pupilli, nam quantum curæ & diligentię impenderetur alteri, tantum neceſſe eſſet alteri decedere, *arg. § 2. ſup. de tuſt. & tur. l. 10. §. 1. ff. de excuſ. tut.*

Fiſcus quid. Fiſcus dicitur ille qui pecuniæ principis curam habet, aut fiſcalem pecuniam exigit, aliàs præfectus fiſci, vel Theſaurarius dicitur. Principis autem theſaurus ſiue pecunia dicitur fiſcus à fiſcis, *id eſt*, ſportulis, vel ſacculis, in quibus ea reconditur, *l. 2. §. hoc interdictum, 4. ff. ne quid in loc. publ.* Dicuntur enim fiſci ſportea vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas, authore Aſcanio, vndę quia maior ſumma pecuniæ publicæ quàm priuatæ eſſe ſoleat, factum eſt vt fiſcus pecunia publica, & inde confiſcare dicatur: appellatur etiam arca fiſcalis, in quam tributa inferebantur, *l. 4. & ibi gloſ. C. de numerar. actuar. &c.*

Ærarium. Populi verò vel Reipub. pecunia dicitur ærarium, ab ære, quod recondebatur in ęde Saturni *Rucec. in §. 1. hic.* inſeruiens expenſis adminiſtrationis ciuilis tempore pacis, Hanc tamen inter fiſcum & ærarium diſtinctionem non ſemper obtinere ait *Greg. Tholoſ. ſyntag. lib. 3 cap. 2. n. 7.* vbi dicit confundi poſſe fiſcum & ærarium, per *l. Edicto, 13. ff. de iur. fiſci, & l. neque 5. C. de teſtam. milit.*

Abſentia Reip cauſa excuſat. Tertia, eſt abſentia Reipub cauſà, abſunt autem Reipub. cauſâ capti ab hoſtibus, *l. 9. l. 14. l. 15. ff. ex quib. cauſ. maior.* quia pro mortuis habentur *l. 209. ff. de reg. iur.* Tunc ſubſtituitur curator in locum abſentis vſquedum reuertatur, *§. item qui Reipub. 2. hic. l. qui tutoris. C. ſi tut. vel cur. reip. cauſ. abſ. l. 5. §. ſi quis futurus, ff. de ſuſpect. tutorib. l. 12. quæſitum eſt ff. de tutel.* Ratio eſt quia abſens quodammodo pro nullo habetur. Quod de anno dicitur, infra quem poſt reditum qui Reipub. causâ abfuerat, ad tutelam vocari non poterat, de noua tutela ſuſcipienda, non de iam ſuſcepta intelligendum eſt, *§. eod. hic.* abſentem Reip. cauſæ fauore dignum eſſe dicit *Peleus Lib. 1. act. 15. fol. 58.*

Functio muneris publici excuſat. Quarta, eſt poteſtatis ſiue Imperij aut muneris publici functio, qui enim hanc poteſtatem vel à Principe vel à Senatu nactus eſt, excuſatur, *l. athleta, 13. §. remittuntur, ff. eo.*

Lis cum pupillo aut minore excuſat.

Quinta, eſt lis cum pupillo vel minore ſuſcepta de omnibus bonis, vel maxima eorũ parte aut hæreditate, §. *itẽ propter litem. 4. hic.* etenim lis de re ſingulari nõ eſſet legitima excuſatio, *l. ſi pupillum, 20. l. propter litẽ 21. ff. de excuſ. tut. l. ſi vt allegas, 16. C. eod. §. item propter litem, 4. hic.*

Multitudo tutelarum excuſat.

Sexta eſt multitudo tutelarum, nam qui iam triplex tutelę, vel curatelæ onus ſuſtinet, excuſatur à quarto onere, §. *item tria. 5. hic. l. 2. §. fin. ff. de excuſ. tut.* quia tot tutelis non poteſt commodè ſupereſſe niſi eas ambierit, *l. ſpadonem, 17. §. fin. ff. de excuſ. tut. l. voluntaria, 12. C. eod. l. vn. C. qui num. tut. ſe excu.*

Paupertas excuſat.

Septima, eſt paupertas, quâ qui premitur oneri impoſitio eſt impar, §. *ſed & propter paupertatem. 6. hic. l. paupertas, 7. ff. de excuſ. tut.* & in iure noſtro multis gaudet priuilegiis, quæ congeſſit *Franciſc. Viuius deciſ. 222. & 268.* Adde quòd pauperum fides in ſuſpicionem vocetur: Pupilli ſanè intereſt, vt tutorem habeat locupletem, cuiuſmodi non eſt pauper, qui vix ſatiſdationem dare poteſt. Tamen pauper licèt reperiatur tutor cùm ſuſcipit adminiſtrationem tutelæ, ſi poſteà diues euadat, non præſumitur de bonis pupilli factus diues, ſed propriâ induſtriâ & labore, *l. ſi defunctus, 10. C. arbitr. tut.*

Aduerſa valetudo excuſat.

Octaua, eſt aduerſa valetudo, ſi perpetua eſt, quâ grauatus, ne quidem ſuis intereſſe poteſt negotiis, §. *item propter aduerſam, 7. hic. l. vn. C. qui morb. ſe excuſ.* quæ autem non eſt perpetua ad tempus excuſat, & interim curator datur donec conualuerit valetudinarius.

Literarum imperitia excuſat.

Nona, eſt literarum imperitia, quando quis ſcribere, legere, & literas neſcit, cũ ſimplicitate, & ruſticitate coniuncta, §. *ſimiliter eum, 8. hic. l. ſi duas, 6. §. vlt. ff. hoc tit.* Tamen vſu rerum periti, quamuis illiterati ſint, onera tutelæ ſubeunt, *d. §. ſimiliter eum. l. ſi duas, 6. §. fi. ff. de excuſ. tut.*

Aliud eſt literas neſcire, & aliud imperitum eſſe.

Nota aliud eſſe literas neſcire, aliud literatum imperitum eſſe, qui literas neſcit, nullo pollet ingenio, ideo excuſandus literarum imperitus, etiam ſi literis non ſit inſtitutus, tamen in rebus & negotiis poteſt eſſe exercitatus, & tutelam adminiſtrare, §. *9. hic. l. 3. ff. de accuſ. l. 10. & l. pen. C. de teſtam.*

Inimicitia capitalis excuſat.

Decima, eſt inimicitia illa capitalis, quæ interceſſit inter patrem teſtatorem, & eum qui teſtamento tutor datus eſt, §. *item ſi propter inimicitias, 9. hic.* non aliam ob cauſam quàm vt tutela multo ære alieno intricata oneribus, & moleſtiis ſupponeretur: ſanè grauari nemo debet alterius odio, *l. ſi quis ſuo, 33. in fin. C. de inoffic. teſtam. l. non debet alteri, 74. ff. de reg. iur.* & iniquum eſt alium alterius odio prægrauari, *d. l. ſi quis ſuo.*

Capitalis inimicitia

Sunt autem capitales inimicitiæ, ſi adeò vehemens & acerbum fuit odium vt alter alterum occiderit, aut clancularias inſidias ei ſtruxerit: quòd ſi recõciliatio interuenerit, non erit excuſationi locus. §. *inimicitiæ. 11. hic.* neque enim inimicitia allegari poteſt poſt reconciliationem, *Bart. in l. 3. §. non ſolùm in fi. ff. de adim. leg.*

Status controuerſia excuſat.

Vndecima, eſt ſtatus ſiue ſeruitutis controuerſia quam quis paſſus eſt à pupillorum patre, vt cùm quæſitum eſt, ſitne aliquis liber, an ſeruus, libertus an ingenuus, filius necne? quia talis controuerſia capitalis æſtimatur, ideo excuſat, §. *item ii qui ſtatus, 12. hic. & l. athleta, 13. §. ampliùs, 18. ff. eodem.*

Ætas infirma excuſat.

Duodecima, eſt ętas infirma, qualis eſt eorũ qui ſeptuagenarij ſũt, *l. 2. ff. de excuſ. tut. in princ. l. vn. C. qui ætate.* & eorum qui minores ſunt annis viginti quinque, eſſet enim abſurdum eos tutelam vel curatelam adminiſtrare, qui aliorum regimini ſuppoſiti ſunt, §. *item maior, 3. hic.* Eſt autem à Lacedæmoniis accepta illa excuſationis cauſa, apud quos Licurgi legibus ſenectutis magnus honor habebatur, etiamſi quinquaginta quinque anni ſufficere videantur ad hoc vt aliquis excuſetur ab oneribus publicis, ciuilibus & perſonalibus. *l. fin. C. qui ætat. vel profeſſ. & l. non tantùm, 11. ff. de Decurion.* tamen excipiuntur tutela & curatela in gratiam iuuenum quorum imprudentia ſenili prouidentiâ rectè gubernatur.

Militia excuſat.

Decima tertia eſt militia, gaudent enim milites multis priuilegiis, §. *idem & in milite, 14. hic.*

Diſciplinarũ profeſſio excuſat.

Decima quarta, eſt facultatum & diſciplinarum profeſſio, ita Romæ Grammatici, Rhetores, & Medici, & qui in patria ſua has artes exercent, adeóque intra numerum ſunt, ab Antonio pio conſtitutum, excuſantur, §. *item Romæ, 15. hic.* ne alioqui publicis muneribus ſubducantur. Numerum autem Grammaticorum, Rhetorum, & Medicorum excuſandum in minoribus, maioribus, & maximis ciuitatibus, *l. ſi duas, 6. §. Grammatici, 1. ff. eod.* Philoſophi philoſophiam profitentes etiam excuſantur, *l. ſed & reprobari 6. ff. de excuſ.* Theologi quoque, quia ab omnibus oneribus & officiis ciuilibus

uilibus liberantur, vt paſſim. *C. de Epiſc. & cler.* Mathematici Muſicam, Arithmeticam, Geometriam, & Aſtronomiam legentes non excuſantur, *l. Geometriæ, ff. eod.* aduocati tamen non excuſantur, ſed tātùm Anteceſſores, ſeu Profeſſores publici qui Romæ legerint, *l. ſed & reprobari. 6. §. fin. ff. de excuſ.* vel in aliqua Regia Academia *l. hac autem in proœm. ff. Greg. Tholo. ſyntag. lib. 12. cap. 6.*

Alij adhuc poſſunt ſe excuſare, vt qui non habitat in illo loco in quo tutela datur. *l. idem Vlpi. l. 12. §. fi. ff. de excuſ. tut. l. non tantùm 17. §. itẽ ſi vna, 1. eod. l. illud vſitatiſſimum, 19. l. propter litem, 21. §. licet d. tut. l. fin. eod. l. 2. & 11. C. eod* Item is de cuius fratris aut filiorum tutela agitur, *l. humanitatis, 23. C. de excuſ. tut.*

Si tutor plures habeat excuſationes & aliquas non probauerit, poterit ne aliis vti?

Excuſationes probandæ ſunt.

Excuſationes adduxiſſe non ſufficit niſi probentur, ſi autem probatio vnius non bene ſucceſſerit, ad aliarum probationes pergere licebit intra tempora conſtituta, *§. qui autem vult, 16. hic.*

An appellare licet ab electione Tutoris vel Curatoris?

Non, ſed ſimpliciter excuſatio eſt obijcienda, & hæc ſi non admittatur, appellationi locus erit, *l. ſi quidem. 13. ſi quis tutor, 1. ff. quand. appell. ſit. l. tutores. 18. Cod. de excuſ. tut. l. quinquaginta, 6. C. eod.*

Maritus poteſtne ſe excuſare ob vxoris ſuæ curatela?

Poteſt, *§. idem reſcripſerunt, 20. hic. l. ampliſſimi, 4. Cod. de excuſ. tut.* ad ſuſpicionem euitandam; poteſt nihilominus maritus ſe bonis vxoris immiſcere tanquam eorum vſufructuarius, vel tanquam procurator: tunc matrimonium non eſt excuſatio, ſed incapacitas, quia maritus vxoris ſuæ curator eſſe nequit, Maritus eſt bonorum receptitiorum procurator, non autem paraphernalium, quorum legitimus eſt adminiſtrator, *l. vlt. Cod. de pact. conuen. tam ſuper dot.* &c. Dicuntur bona paraphernalia ἀπὸ τοῦ παρὰ quod eſt præter, & φερνὴ dos, quia ea ſunt, quæ à fœminis præter dotem adducuntur, & marito dantur cuſtodienda, *l. 8. Cod. de pact. Conuen. l. ſi ego, 9. §. cæterum, 3. ff. de iur. dot.* poſſuntque à muliere vendi viro etiam præſente, interueniente læſione, verùm in integrum reſtitutioni locus erit, *Fab. def. 2. C. de eo quod met. &c.* De iis maritus inuitâ vxore nihil poteſt diſponere, cùm maneat illorum domina, *l. hac lege, 8. & l. fin. Cod. de pact. conuent.* tum *l. ſi ego, 9. §. dotis, 2. ff. de iur. dot.* Habent autem cauſam ſeparatam, & à dotalibus multùm differunt, vt doctè docet *Menoch. conſ. 56. n. 2. & 6. lib. 1. & lib. 3. præſumpt. 8. n. 1.* & aliquot ſeqq. Maritus lucratur fructus paraphernalium pro labore & cura adeóque iure coniugalis adminiſtrationis, *Veſenbec. conſ. 108. num. 28. & 32. Tiraq. de legib. connub. in fi. gloſſ. 7. n. 1. 2. cum ſeqq.* Dotalium bonorum maritus eſt dominus, *in princ. quib. alien. licet vel non infr. l. ſi ego, 9. § 1. in fi. l. quamuis, 75. ff. de iur. dot. l. doce ancillam. 9. C. de rei vendic. l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. l. dota e, 13. §. dota e, 2. ff. de fund. dot.*

Maritus eſt bonorū vxoris procurator.

Bona paraphernalia.

Maritus lucratur fructum paraphernalium

TITVLVS XXVI.

DE SVSPECTIS TVtoribus & curatoribus:

TEXTVS.

SCIENDVM eſt, ſuſpecti crimen ex lege duodecim tabularum deſcendere.

1 ¶ Datum eſt autem jus remouendi tutores ſuſpectos Romæ prætori, & in prouinciis præſidibus earum, & legato proconſulis.

2 ¶ Oſtendimus, qui poſſint de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſſint. Et poſſunt quidem omnes tutores fieri ſuſpecti, ſiue ſint teſtamentarij, ſiue non ſint: ſed alterius generis tutores. Quare & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit Quid ſi patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus, famæ patroni parcendum eſſe, licet vt ſuſpectus remotus fuerit.

3 ¶ Conſequens eſt, vt videamus, qui poſſint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt, omnibus patere. Quin immo & mulieres admittuntur [ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini] ſed eæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine ductæ, ad hoc procedunt: vt puta mater, nutrix quoque, & auia poteſt & ſoror, ſed & ſi qua alia mulier fuerit, quam prætor propenſa pietate intellexerit, ſexus verecundiam non egredientem, ſed pietate productam, non ſuſtinere iniuriam pupillorum: admittet eam ad accuſationem.

4 ¶ Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare. puberes autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum ſuſpectos poſſunt ac-

guere : & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

5 ¶ Suſpectus autem eſt, qui nõ ex fide tutelam gerit, licèt ſoluendo ſit, vt Iulianus quoque ſcripſit. Sed & antequam incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum remoueri: idem Iulianus ſcripſit, & ſecundum eum conſtitutum eſt.

6 ¶ Suſpectus autem remotus, ſi quidem ob dolum: famoſus eſt. ſi ob culpam: non æquè.

7 ¶ Si quis autem ſuſpectus poſtulatur: quoad cognitio finiatur: interdicitur ei adminiſtratio, vt Papiniano viſum eſt.

8 ¶ Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta fuerit, poſteaquam tutor vel curator deceſſerit, extinguitur ſuſpecti cognitio.

9 ¶ Si quis tutor copiam ſui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur: cauetur epiſtola diuorum Seueri & Antonini, vt in poſſeſſionem bonorum eius pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi jubentur. Ergo vt ſuſpectus remoueri poterit, qui non præſtat alimenta.

10 ¶ Sed ſi quis præſens negat propter inopiam alimenta poſſe decerni: ſi hoc per mendacium dicat: remittendum eum eſſe ad præfectum vrbi puniendum placuit: ſicut ille remittitur, qui data pecunia miniſterium tutelæ adquiſierit, vel redemerit.

11 ¶ Libertus quoque, ſi fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum vrbi remittitur puniendus.

12 ¶ Nouiſſimè autem ſciendum eſt: eos, qui fraudulenter tutelam adminiſtrant, etiam ſi ſatis offerant, remouendos eſſe à tutela: quia ſatiſdatio tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. Suſpectum etiam eum putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit. Enimuero tutor vel curator, quamuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi ſuſpectus.

Vnde pendet ſuſpecti crimen?

Connexio.

EXpoſitis excuſationibus variis Tutorum & Curatorum, cùm multi eorum fideliter non adminiſtrent, ideo in hoc tit. oſtendit Imperator quando ſuſpecti crimine poſtulentur; qui tit. referri debet ad *tit. ff. & C. de ſuſpect. tut. & curat.* Ac primùm quidem oſtenditur ſuſpecti crimen vnde deſcendat: Secundò, per quos remoueantur Tutor & Curator: Tertiò, quinam remoueantur: Quartò, quinam accuſare poſſunt: Quintò, ex quibus cauſis: denique pœna ſuſpecti proponitur.

Suſpecti crimẽ vnde deſcẽdat.

Deſcendit ſuſpecti crimen, ſiue iudicium, aut accuſatio, ex *l.* 12. tabularum, in *princ. hic. & l.* 1. §. 2. *ff. de ſuſpect. tut.* cuius verba hæc ſunt, *Suſpecti tutores remoueantor.*

Quibuſnam conceſſum eſt ius remouendi ſuſpectos?

Tutor per quem remoueatur

Hodie generaliter omnes Iudices de hoc crimine cognoſcunt qui Tutores dare poſſunt, §. *datum*, 1. *hic.* Cùm nihil tam naturale ſit quàm vnumquodque eodem modo diſſolui quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale*, 35. *ff. de reg. iur.*

Quinam fieri poſſunt ſuſpecti tutores vel curatores?

Quinam remoueãtur à tutela.

Omnes tam teſtamentarij, quàm legitimi, & datiui, §. *oſtendimus*, 2. *hic. l.* 1. §. *oſtendimus*, 5. *ff. de ſuſpect. tut.* nam etſi fides & diligentia tutorum teſtamentariorum, & datiuorum à patre & matre electa, & approbata ſit, tamen fieri poteſt vt qui primùm bonæ vitæ videbatur, poſteà malè ſe gerere incipiat, *l. plures*, 3. §. *quamuis*, 3. *ff. de adminiſt. & per. tutor.* Fieri tamen poteſt vt motum improbitas antè celata, vel ignorata tandem emergat, *l. in confirmando*, 8. *ff. de confirmand. tut. vel curat.* adeóque ſemel approbatus poſtmodum reprobari queat, *arg. l. vt gradatim*, 11. §. *reprobari*, 3. *ff. de muner. & honor.* vtvt ſit leges ciuiles & municipales non permittunt, vt quiſquam à tutela & curatela remoueatur ſine cauſæ cognitione.

Quinam accuſare poſſunt de ſuſpicione?

Accuſare de ſuſpicione poſſũt omnes.

Hæc accuſatio publica eſt, omnibúſq; Patet, §. *conſequens eſt*, 3. *hic.* Ita vt etiam mulieres, putà matres & auiæ, quamuis à publicis excluſæ ſint muneribus, ad excuſandum admitti queant, eo quòd pupillis & minoribus ſanguine jungantur, §. *conſequens*, 3. *hic.* modò probent dolum, & pietate motæ atque ductæ eorum iniuriam ſuſtinere non poſſint. *l.* 1. § *quinimò*, 7. *ff. de ſuſpect. tut.*

Impuberes poſſunt-ne ſuos Tutores ſuſpecti accuſare, & puberes ſuos Curatores?

Impuberes accuſare non poſſunt, ſed puberes ex cõſilio.

Impuberes non, quia non habent legitimam perſonam ſtandi in Iudicio ac proinde nec accuſare poſſunt. Puberes poſſunt, ex conſilio tamen ſuorum conſanguineorum propter grauitatem iudicij, quo ob dolum condemnatus fit infamis §. *impuberes*. 4. *hic. l. impuberibus*, 7. *ff. de ſuſp. tut.*

Quis dicitur ſuſpectus tutor, aut curator, & quæ eius pœna?

Suſpectus tutor aut curator.

Is, qui non fideliter, ſed fraudulenter, dolo, malâ fide, & ſegniter tutelã gerit, *l. ſi creditores*, 16. §. *ſed ſuſpectus*. 1. *ff. de priuil. cred.*

cred. quamuis ſoluendo ſit, §. *ſuſpectus, autem eſt, hic. l. in poſtulandis*, 5. C. *de ſuſp. tut.* & qui in re pupilli aut minoris malè verſatur, *leg.* 3. §. *nunc videamus*, *ff. de ſuſp. tut. vel cur.* nec non qui fraude, dolo, aut culpâ adminiſtrationis ſuæ officia intermittit. Poteſt autem remoueri tutor tanquam ſuſpectus à tutela ob dolum, ſiue fraudem, & culpam: qui ob dolum remouetur, notam infamiæ ſuſtinet, ita vt infamia ſit ſuſpecti tutoris pœna, §. *ſuſpectus hic.* & aliquando is grauiùs puniatur, §. 10. & 11. *hic l. quamuis*, 11. *ff. de reb. cor.* & *c. l.* 1. §. *vlt. l.* 3. §. *tutores, qui ff. de ſuſpect. tut. leg. ob fœnus*, 49. *ff. de admin. tut.* non autem punitur, qui remouetur ob culpam, nam dolus malus eſt calliditas, fallacia, machinatio fraudulenta ad alterum conueniendum, fallendum, decipiendum inſtructa, *leg.* 1. §. 1. *Digeſtis, de dolo malo.* Culpa potiſſimùm prouenit à negligentia & ſegnitie, ruſticitate, & ſimplicitate. Culpa generaliter accepta dolum etiam comprehendit, qui enim dolum committit, eſt in culpa. Culpa vel eſt lata, vel leuis, vel leuiſſima: lata eſt non intelligere, quod omnes intelligunt, *l. lata*, 2. 3. *ff. de verb. ſig.* leuis eſt ignorare quod diligens paterfamiliàs non ignorat, *d. l.* & *igitur, ff. de pig. act.* Leuiſſima eſt ignorare quod quiuis diligentiſſimus paterfamilias intelligeret, §. *item is cui. verſ. at is qui infr. quib. mod. re contrah. oblig.* Vide quæ dicta ſunt infr. ad *fin. tit.* 15. *quib. mod. re contrah.* ... *oblig. lib.* 3.

Dolus malus.

Culpa lata, leuis & leuiſſima.

Qui de induſtria abeſt vel qui præſens eſt, & alimenta non ſuppeditat, poteſt-ne vt ſuſpectus remoueri?

Sanè ſi tutor dolo abſit, & ſui copiam non faciat vt pupillo alimenta non decernantur, jure cautum eſt vt pupillus in poſſeſsionem bonorum tutoris mittatur §. *ſi quis tutor copiam*, 9. *hic.* aliquando accidit vt tutor etiam præſens pupillo alimenta deneget ob tenuitatem facultatum, ergo ſuſpectus cenſetur, ſi id falſum eſſe comperiatur, §. *ſed ſi quis*, 10. *hic.* Debet enim tutor pro modo facultatum pupillo ſuppeditare alimenta, *l. ſi. C. de alim. pupill. præſtand.*

Tutor debet p... alime... admi... ſtrare.

Tutor eſt-ne ob paupertatem remouendus?

Inter cauſas ob quas tutor vel curator ſeſe excuſare poteſt, annumerata fuit paupertas, tamen in hoc tit. ſtatuit Imperator tutorem, vel curatorem pauperem tanquam ſuſpectum non eſſe remouendum, quia fieri poteſt, vt nihilominus fidelis ac diligens ſit, poterit tamen aliàs repelli, eo quòd ſatisdari non poſſit, §. *vlt. hic.* vel ſaltem curator locuples ei adiungendus erit, vt pupillo magis ſit cautum, *leg. pietatis.* 6. *Cod. de ſuſpect. tut.*

Tutor per se quam... ſpectus... mouen... dus.

LIBRI SECVNDI TITVLVS I.

DE RERVM DIVISIONE ET ACquirendo ipſarum dominio.

TEXTVS.

SVPERIORE libro de jure perſonarum expoſuimus: modò videamus de rebus, quæ vel in noſtro patrimonio, vel extra patrimonium noſtrum habentur. Quædam enim naturali jure communia ſunt omnium quædam publica, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum, quæ ex variis cauſis cuique adquiruntur, ſicut ex ſubiectis apparebit.

1 ¶ Et quidem naturali jure communia ſunt omnium hæc: aer, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis, & monumentis & ædificiis abſtineat: quia non ſunt juris gentium, ſicut eſt mare.

2 ¶ Flumina autem omnia, & portus, publica ſunt, ideóque jus piſcandi omnibus commune eſt in portu fluminibúſque.

3 ¶ Eſt autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.

4 ¶ Riparum quoque vſus publicus eſt jure gentium, ſicut ipſius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare, ſed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis hærent, qua de cauſa arbores quoque in iiſdem natæ, eorundem ſunt.

5 ¶ Littorum quoque vſus publicus eſt, & iuris gentium ſicut & ipſius maris, & ob id cuilibet liberum eſt caſam ibi ponere, in quam ſe recipiat: ſicut retia ſiccare, & ex mari deducere: proprietas autem eorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed eiuſdem juris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari terra vel arena.

6 ¶ Vniuerſitatis ſunt, non ſingulorum, quæ in ciuitatibus ſunt theatra, ſtadia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum.

7 ¶ Nullius autem ſunt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ, quod enim diuini juris eſt, id nullius in bonis eſt.

8 ¶ Sacræ res ſunt, quæ ritè per pontifices Deo conſecratæ ſunt: veluti ædes ſacræ & donaria quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam per noſtram conſtitutionem alienari & obligari prohibuimus: excepta cauſa redemptionis captiuorum. Si quis autem auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit: ſacrum nō eſt, ſed profanum. Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ: etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet, vt & Papinianus ſcripſit.

9 ¶ Religioſum locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum. [In communem autem locum purum inuito ſocio inferre non licet.] In commune verò ſepulchrum etiam inuitis cæteris licet inferre. [Item ſi alienus vſusfructus eſt: proprietarium placet, niſi conſentiente vſufructuario, locum religioſum non facere.] In alienum locum conſentiente domino licet inferre: & licèt poſtea ratum [non] habuerit, quàm illatus eſt mortuis, tamen locus religioſus fit.

10 ¶ Sanctæ quoque res vel uti muri & portæ [ciuitatis,] quodammodo diuini juris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos dicimus, quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideò & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus aduerſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones vocamus.

11 ¶ Singulorum autem hominum multis modis res fiunt: quarundam enim rerum dominium nanciſcimur jure naturali, quod (ſicut diximus) appellatur ius gentium: quarundam [vero] iure ciuili. Commodius eſt itaque à vetuſtiore jure incipere. palàm eſt autem vetuſtius eſſe jus naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit, ciuilia autem jura tunc eſſe cœperunt, cùm & ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

12 ¶ Feræ igitur beſtiæ, & volucres, & piſces, & [omnia] animalia, quæ mari, cœlo, & terra naſcuntur: ſimul atque ab aliquo capta fuerint, jure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt, quod enim antè nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur, nec intereſt, feras beſtias & volucres vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno: Planè qui alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia: poteſt à domino, ſi is præuiderit, prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis: eouſque tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur. Cùm verò tuam euaſerit cuſtudiam, & in libertatem naturalem ſeſe receperit: tuum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis ſit eius perſequutio.

13 ¶ Illud quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, vt capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligatur? [Et] quibuſdam placuit, ſtatim eſſe tuam & eouſque tuam videri, donec eam perſequaris, quòd ſi deſieris perſequi: deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alij verò putauerunt, non aliter tuam eſſe, quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiā nos confirmamus; quòd multa accidere ſoleant vt eam non capias.

14 ¶ Apium quoque fera natura eſt. Itaque [apes,] quæ in arbore tua conſederint, antequàm à te aluco includantur, non magis tuæ intelligūtur eſſe, quàm volucres quæ in arbore tuà nidum fecerint, ideóque ſi alius eas incluſerit: is earum dominus erit. Fauos quoq; ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Planè integra re, ſi præuideris ingredientē fundum tuū, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque quod ex alueo tuo euolauerit, eouſq; intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſequutio eius eſt, alioquin occupantis fit.

15 ¶ Pauonum quoque & columbarum fera natura eſt, nec ad rem pertinet, quòd ex conſuetudine euolare & reuolare ſolent, nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. Ceruos quoque quidam ita manſuetos habent, vt in ſyluam ire, & redire ſoleant: quorum & ipſorum feram eſſe naturam, nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula comprobata eſt: vt eouſque tua eſſe intelligantur, donec animum reuertendi habeant, nam ſi reuertendi animum habere deſierint: etiam tua eſſe deſinunt. & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur deſinere habere tunc, cùm reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

16 ¶ Gallinarum autem & anſerum non eſt fera natura, idque ex eo poſſumus intelligere, quòd aliæ ſunt gallinæ, quas feras vocamus: item alij ſunt anſeres, quos feros appellamus. Ideóque ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæve euolauerint: licèt conſpectum tuum effugerint, quocunq; tamen loco ſint, tui tuæve eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

17 ¶ Itē ea, quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeò quidem, vt & liberi homines in ſeruitutē noſtrā deducantur: qui tamen, ſi euaſerint noſtrā poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint: priſtinum ſtatum recipiunt.

18 ¶ Item

18 ¶ Item lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, jure naturali ſtatim inuentoris fiunt.

19 ¶ Item ea quæ ex animalibus dominio tuo ſubiectis nata ſunt, eodem jure tibi adquiruntur.

20 ¶ Præterea quod per alluuionem agro tuo flumen adiecit, jure gentium tibi adquiritur. Eſt autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi non poſsit, quantum quoquo temporis momento adiiciatur.

21 ¶ Quod ſi vis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio attulerit: palam eſt eam tuam permanere. Planè ſi longiore tempore fundo vicini tui hæſerit, arboreſque, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vicini fundo acquiſitæ eſſe.

22 ¶ Inſula, quæ in mari nata eſt, (quod rarò accidit) occupantis fit, nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata (quod frequenter accidit) ſiquidem mediam partem fluminis tenet: communis eſt eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident: pro modo [ſcilicet] latitudinis cuiuſque fundi, quæ prope ripam ſit. Quod ſi alteri parti proximior ſit: eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident. Quod ſi aliqua parte diuiſum ſit flumen, deinde infra vnitum, agrum alicuius in formam inſulæ redegerit: eiuſdem permanet is ager, cuius & fuerat.

23 ¶ Quod ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alueus eorum eſt, qui prope ripam eius prædia poſſident: pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque agri, quæ prope ripam ſit, nouus autem alueus eius juris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen eſt, id eſt publicus. Quod ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen: rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui prope ripam ejus prædia poſſident.

24 ¶ Alia ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit, neque enim inundatio fundi ſpeciem commutat: & ob id, ſi receſſerit aqua, palam eſt eum fundum eius manere, cuius & fuit.

25 ¶ Quum ex aliena materia ſpecies aliqua facta ſit ab aliquo: quæri ſolet, quis eorum naturali ratione dominus ſit: vtrum is, qui fecerit, an potiùs ille, qui materiæ dominus fuerit? vt ecce, ſi quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut ſpicis vinum aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulſum miſcuerit: vel ex medicamentis alienis emplaſtrum aut collyrium compoſuerit: vel ex aliena lana veſtimentum fecerit, vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel ſubſellia fabricauerit. Et poſt multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media ſententia exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poſſit: eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit, ſi non poſſit reduci: eum potiùs intelligi dominum, qui fecerit: vt ecce, vas conflatum poteſt ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci, vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel ſpicas reuerti non poteſt, at ne mulſum quidem ad vinum & mel reſolui poteſt. Quod ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena ſpeciem aliquam fecerit quis: veluti ex ſuo vino, & alieno melle mulſum miſcuerit, aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum aut collyrium, aut ex ſua lana & aliena veſtimentum fecerit: dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominum, qui fecerit: cùm non ſolum operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdem materiæ præſtiterit.

26 ¶ Si [tamen] alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuerit: licèt pretioſior ſit purpura, tamen acceſſionis vice cedit veſtimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum, qui ſubripuit, habet furti actionem, & condictionem ſiue ipſe ſit, qui veſtimentum fecit, ſiue alius, nam extinctæ res, licèt vindicari non poſſint, condici tamen furibus, & quibuſque aliis poſſeſſoribus poſſunt.

27 ¶ Si duorum materiæ ex voluntate dominorum confuſæ ſint: totum id corpus, quod ex confuſione fit, vtriuſque commune eſt: veluti ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti vel auri conflauerint. Sed & ſi diuerſæ materiæ ſint, & ob id propria ſpecies facta ſit: fortè ex vino & melle mulſum, aut ex auro & argento electrum, idem juris eſt: nam & hoc caſu communem eſſe ſpeciem non dubitatur. Quod ſi fortuitu, & non voluntate dominorum confuſæ fuerint, vel eiuſdem generis materiæ, vel diuerſæ: Idem juris eſſe placuit.

28 ¶ Quod ſi frumentum Titij frumento tuo miſtum fuerit, ſi quidem ex voluntate veſtra commune eſt: qui ſingula corpora, id eſt, ſingula grana, quæ cuiuſque propria fuerunt, ex conſenſu veſtro communicata ſunt. Quòd ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate, non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia, durant. Sed nec magis iſtis caſibus commune fit, frumentum quàm grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titij tuis pecoribus miſta fuerint. Sed ſi ab alterutro veſtrum totum id frumentum retineatur: in rem quidem actio pro modo frumenti cuiuſque competit: arbitrio autem iudicis continetur, vt ipſe æſtimet, quale cuiuſque frumentum fuerit.

29 ¶ Cùm in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipſe intelligitur dominus ædificij: quia omne quod ſolo inædificatur, ſolo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, deſinit dominus eius eſſe: ſed tantiſper neque vendicare eam poteſt, neque ad exhibendum de ea te agere, propter legem duodecim tabularum, qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus ſuis junctum eximere cogatur, ſed duplum pro eo præſtet per actionem, quæ vocatur de tigno juncto. Appellatione autem tigni omnis materia ſignificatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo prouiſum eſt, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit. Quòd ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificium, poterit materiæ dominus, ſi non fuerit duplum jam conſequutus, tunc eam vindicare, & ad exhibendum de ea te agere.

30 ¶ Ex diuerſo, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificauerit, illius fit domus,

cuius,& ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem eius amittit: quia voluntate eius intelligitur eſſe alienata,vtique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare: & ideo licèt diruta ſit domus,materiam tamen vindicare non poteſt. Certè illud conſtat,ſi in poſſeſſione conſtituto ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſoluat pretium materiæ,& mercedes fabrorum: poſſe eum per exceptiooem doli mali repelli: vtique ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit,qui ædificauit. Nam ſcienti alieoum ſolũ eſſe, poteſt obijci culpa, quod ædificauerit temere in eo ſolo,quod intelligebat alienum eſſe.

31 ¶ Si Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diuerſo,ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij planta erit, ſi modo vtroque caſu radices egerit, ante enim, quam radices egerit, eius permanet, cuius fuerat. Adeo autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur: vt ſi vicini arbor ita terram Titij preſſerit, vt in eius fundum radices egerit: Titij effici arborem dicamus: ratio enim non permittit, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quam cuius in fundum radices egerit. Et ideo propè confinium arbor poſita,ſi etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit.

32 ¶ Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coaleſcunt,ſolo cedunt, eadem ratione frumenta quoque,quæ ſata ſont,ſolo cedere intelliguntur. Cæterum ſicut is, qui in alieno ſolo ædificauit: ſi ab eo dominns petat ædificium, defendi poteſt per exceptionem doli mali, ſecundum ea, quæ diximus: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is, qui alienuio fundum ſua impenſa,[bona fide] conſeuit.

33 ¶ Literæ quoque, licèt aureæ ſint, perinde chartis membraniſve cedunt, ac ſolo cedere ſolent ea,quæ inædificantur, aut inſeruntur, ideóque ſi in chartis membraniſve tuis carmen, vel hiſtoriam, vel orationem Titius ſcripſerit: huius corporis noo Titius, ſed tu dominus eſſe videris. Sed ſi à Titio petas tuos libros,tuáſve membranas, oec impenſas ſcripturæ ſoluere paratos ſis: poterit ſe Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique ſi earum chartarom membranarũve poſſeſſionē bona fide nactus eſt.

34 ¶ Si quis io aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere: aliis videtur,picturam,qualiſcunque ſit tabulæ cedere: ſed nobis videtur melius eſſe, tabulam picturæ cedere. Ridiculum eſt enim picturam Apellis vel Parrhaſij in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere. Vnde ſi à domino tabulæ imaginem poſſideote, is, qui pinxit, eam petat, nec ſoloat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri. At ſi is qui pinxit,[eam] poſſideat: conſequens eſt, vt vtilis actio Domino tabulæ aduerſus eum detur: quo caſu ſi noo ſoluat impenſam picturæ poterit per exceptionem doli mali repelli, vtique ſi bona fide poſſeſſor fuerit ille,qui picturam impoſuit. Illud enim palam eſt, quod ſiue is,qoi pinxit, ſubripuit tabulas, ſiue alius: competit domino tabularum furti actio.

35 ¶ Si qois à non domino, quem dominum eſſe crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliáve qualibet juſta cauſa æquè bona fide acceperit: naturali ratione placuit fructus, quos percepit, eius eſſe pro cultura & cura. Et ideo ſi poſtea dominus ſuperuenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt. Ei vero qui alienum fondum ſciens poſſederit, non idem conceſſum eſt: Itaque cum fundo etiam fructus, licèt conſumpti ſint, cogitur reſtituere.

36 ¶ Is verò ad quem vſusfroctus fundi pertinet, non aliter fructuom dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos perceperit. Et ideo licèt maturis fructibus,nondum tamen perceptis, deceſſerit: ad hæredes eius non pertinent, ſed domino proprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colooo dicuntur.

37 ¶ In pecudum fructu etiam fœtus eſt,ſicuti lac, pilos & laoa itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & ſuculi ſtatim naturali jure dominij fructuarij ſunt. Partus vero ancillæ in fructu non eſt, itaque ad dominum proprietatis pertinet,abſurdum enim videbatur, hominem in fructu eſſe: quum omnes fructus rerom natura gratia hominis comparauerit.

38 ¶ Sed ſi gregis vſumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius ſubmittere debet, (vt & Iuliano viſum eſt) & in vinearum demortuarum vel arborum locum,alias debet ſubſtituere: rectè enim colere, & quaſi bonus paterfamilias vti debet.

39 ¶ Theſauros, quos quis in loco ſuo inuenerit, diuus Hadrianus naturalem æquitatem ſequutus, ei conceſſit, qui [eos] inuenerit. Ideinque ſtatuit, ſi quis in ſacro,aut religioſo loco fortuito caſu inuenerit. At ſi quis in alieno loco,non data ad hoc opera, ſed fortuitu inuenerit: dimidium domino ſoli conceſsit, & dimidium inuentori. Et connenienter,ſiquis in Cæſaris loco inuenerit,dimidium inuentoris,& dimidium eſſe Cæſaris ſtatuit. Cui conueniens eſt [vt] ſi quis in fiſcali loco vel publico vel [ciuitatis] inuenerit,dimidium ipſius eſſe [debeat] & dimidium fiſci,vel ciuitatis.

40 ¶ Per traditionem quoque jure naturali res nobis adquiruntur: nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratã haberi: & ideo,cuiuſcumq; generis ſit corporalis res,tradi poteſt,& à domino tradita alienatur. Itaque ſtipendiaria qooque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem ſtipendiaria & tributaria prædia, quæ in prouinciis ſunt, inter quæ, nec non & Italica prædia,ex noſtra conſtitutione nulla eſt differentia,ſed ſi quidem ex cauſa donationis aut dotis,aut qualibet alia ex cauſa tradantur,ſine dubio transferuntor.

41 ¶ Venditæ verò res & traditæ,noo aliter emptori adquiruntur, quàm ſi is venditori pretium ſoluerit, vel alio modo ei ſatisfecerit, veluti ex promiſſore aut pignore dato,qood qoanquam cauetur ex lege duodecim tabularum, tamen rectè dicitur & iure gentium, id eſt, jure naturali,id effici,ſed ſi is,qui vendidit,fidem emptoris ſequutus fuerit,dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri.

42 ¶ Nihil autẽ intereſt,vtrum ipſe dominus tradat

tradat alieni rem ſuam, an voluntate eius alius, [cui eius rei poſſeſſio permiſſa ſit.]

43 ¶ Qua ratione, ſi cui libera vniuerſorum negotiorum adminiſtratio permiſſa fuerit à domino, iſque ex his negotiis rem vendiderit & tradiderit: faciet eam accipientis.

44 ¶ Interdum etiam ſine traditione nuda voluntas domini ſufficit ad rem transferendam: veluti ſi rem, quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit, [poſtea aut vendiderit tibi,] aut donauerit, [aut dotis nomine dederit.] Quamuis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit: eo tamen ipſo, quod patitur tuam eſſe, ſtatim tibi adquiritur proprietas, perinde ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet.

45 ¶ Item ſi quis merces in horreo depoſitas vendiderit, ſimul atque claues horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

46 ¶ Hoc ampliùs, Interdum & in incertam perſonam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce, prætores & conſules, cùm miſſilia jactant in vulgus, ignorant quod eorum quiſque ſit excepturus: & tamen quia volunt quod quiſque acceperit, eius eſſe: ſtatim eum dominum efficiunt.

47 ¶ Qua ratione verius eſſe videtur, ſi rem pro derelicto à domino habitam occupauerit quis, ſtatim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, vt id [in numero] rerum ſuarum eſſe nolit: ideóque ſtatim dominus eius eſſe deſinit.

48 ¶ Alia ſane cauſa eſt earum rerum, quæ in tempeſtate leuandæ nauis cauſa eijciuntur: hæ enim dominorum permanent: quia palam eſt eas non eo animo eiici, quod quis eas habere nolit, ſed quo magis cum ipſa naui maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec longe videntur diſcedere ab his, quæ de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt.

Rei vocabulum quomodo ſumitur?

Connexio. PErſonarum ius expoſitum fuit in præcedenti libro, in hoc ſecundo agere incipit Imperator de rerum jure, *in princ. hic.* Et quidem huius tituli primi duæ ſunt partes. Prima de rerum diuiſione, ſecunda de earundem dominio acquirendo. Referri debet iſte tit. *ad tit. Digeſt. de rer diuiſ. & qual. & de acqu. rer. dom.* Rei vocabulum non tantùm ipſam rem comprehendit, ſed etiam cauſam & fructum rei, item iura & ſeruitutes ipſi rei debitas, *leg. rei appell. 5. cum gloſſ. Digeſtis, de verb. ſignific. leg. 23. Digeſtis. eod.* Eſtque generaliſſimum *leg. 1. Digeſt. ſi certum petatur, leg. nam quod, 14. §. fin. Digeſtis ad SC. Trebell.* comprehendens ea quæ in patrimonio, & ea quæ extra patrimonium noſtrum

Res quid comprehendat.

ſunt, *leg. rei appell. 5. Digeſt. de verb. ſignific.* Deinde eà quæ corporalia, & ea quæ incorporalia ſunt, *leg. 1. ff. de rer. diuiſ.*

Quomodo diuiduntur res?

Generaliter diuiduntur ſecundùm qualitatē, in eas, quæ in patrimonio noſtro, & eas quæ extra patrimonium noſtrum ſunt, *in princ. hic.* Illæ ſunt quarum proprietatem plenam, plenúmq; dominium habemus, quas ideo alienare poſſumus, & de quibus actionem & exceptionem habemus, *gloſſ. pen. in d. leg. res appellat. 5. Digeſtis, de verb. ſignific.* & vocantur bona patrimonialia quæ pleno jure noſtra ſunt. Hæ verò ſunt, quarum vſum aliquem habemus, proprietatem & dominium non item. Vbi per patrimonium non ſunt intelligenda bona paterna, ſeu à patre profecta, vel pecunia quam liberi ex paterna hæreditate accipiunt, *leg. cum pupillus, 9. Digeſt. rem pupil. vel adoleſ. ſal. for.* Quomodo ſumit *Cic. lib. 2. Epiſtol. ad Curionem, his verbis.* Filio meo ſatis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei, ſed quidquid in bonis eſt, vel extra bona. *leg. 1. Digeſt. de diuiſ. rer. & qualit.* adeóque pecuniam, *leg. res appellat. 5. Digeſt. de verb. ſignific.* actiones, *leg. rem in bonis 52. Digeſt. de acqu. rer. dom.* & nomina, *leg. meorum, 91. D. de verb. ſignific.* Patrimonij ſui facultatem & vires vnuſquiſque ſcire præſumitur, *l. quiſquis, 15. Cod. de rei vend. vend.* Rerum extra patrimonium noſtrum exiſtentium quatuor ſunt ſpecies, aliæ ſunt communes, aliæ publicæ, aliæ vniuerſitatis, aliæ nullius, *in princ. hic. & d. l. 1.* Res quæ ſunt in patrimonio noſtro dicuntur priuatæ, quæ ad ſingulos pertinent *l. 1. §. hæ autem. 1. ff. de diuiſ. rer.* à verbo antiquo priuus, ſingulos ſignificante, & vel iure gentium vel ciuili acquiruntur, & quidem variis modis, vt poſteà videbitur, *in princ. hic.*

Res in patrimonio.

Res extra patrimonium exiſtentes.

Patrimonium.

Reſponſa.

Quænam res dicuntur omnium communes?

Res omnium hominum, & animantium communes ſunt aër, aqua profluens, *id eſt*, ſemper fluens nempe fontana, vel aqua perennis fluminum, mare, & per hoc littus maris, *§. & quidem naturali, 1. hic.* nimirum reſpectu vſus, *l. iniuriarum actio, 13 §. fin. Digeſtis,*

Res communes.

Digitized by Google

de iniur. leg.3.ff. ne quid in loc. pub. Animalia reſpirando aerem attrahunt per pulmones veluti per folles, vt cor inſiti caloris fons refrigeretur. Aqua profluẽs dicitur res communis, ad differentiam aquæ ſtagnalis & pluuialis, atque ex priuatis fontibus fluentis, quæ priuata non communis res eſt, *leg.1.ff.vt in flu. publ. nau. lic.* Eſt littus maris quatenus hybernus fluctus maximus excurrit, §.3.*hic.* & eſt veluti pars & acceſſorium maris, acceſſorium autem ſequitur principalis naturam, *l.etiam, C.de iur. dot. reg. acceſſorium 42. de reg. iur. lib. ſexto.* Et extinguitur principali perempto, *l.2 ff. de pecul. leg.l.1.§ ſi quis ſub conditione, 14. ff. vt leg. nom. cau. l.3. §. hæc verba, 6. ibi ſed ſi quid, ff. de neg. geſt.* Tiraqu. *conſtit.13. limit.7. num.40. leg. qui liberis, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. leg. cum principalis, vbi* Dec. *ff. de reg. iur.* Surd. *conſ.*318. *num.*5.

Aqua profluens, & ſtagnalis.

Littus maris.

Quænam ſunt res publicæ?

Reſpublica.

Illæ quæ populum reſpiciunt vt vectigalia, *leg.34 ff. ex quib. cauſ. ma.* Inde publicani dicuntur, qui publica, *id eſt*, populi vectigalia conducunt *leg.1. de public.* & Caius *in leg. 16. ff. de verb. ſignif.* tum quæ in populi patrimonio ſunt, *leg. quod in littore, 14. ff. de acquir. rer. dom. leg. 1. ff. de rer. diuiſ. leg. inter. 17. ff. de verb. ſignif.* & quæ vſu communes ſunt omnium, proprietate verò ad aliquem populum pertinent, cuiuſmodi ſunt flumina perpetuò fluentia per loca publica, portus, ius piſcandi, ius paſcendi in loco publico, quod Galli appellant Blairie, ius nauigandi, & vſus riparum, §. *flumina autem, 2. hic. leg. flumínum, 24. ff. de damn. infect.* Curſus enim aquarum, flumina, & lacus pertinent ad eum, ad quem pertinent regalia, *not. in l. 2. ff. quid. in loc. publ. in gloſſ. in cap. ex ſcilicet municipalis*, quæ ſunt iura quædam Regibus conſtituta, vt Iuſtitiam ſubditis impertiantur, *Matth. de afflict. comm. ſup. lib. feud. rub.33. quæ ſint Regalia. n.7.* & Remp. conſeruent, Borcholt. *in repet. c. vn. quæ ſint regal. num.2. Vult. lib.2. Feud. cap.5. nu.6. & ſeqq.* Cuiuſmodi ſunt viæ publicæ, flumina nauigabilia, portus, vectigalia, monetæ, bona vacantia, angariarum, & perangariarum præſtationes, de quibus in *lib.2. feud. tit.56.* palatia, piſcationes, aurifodinæ, & argenti fodinæ, ſalinæ, & eiuſmodi alia ſuperioritatis iura, Guid. Coquill. *in inſtitutione ſua, cap.2. Du droict de Royauté*, Pap. *lib.2. tit.3. & Veſemb. conſ.45.* Hæc iura non qualia in ſe ſunt & quoad proprietatem, ſed quoad vtilitatem cum facultate exercendi ea quæ pertinent ad perceptionem, in feudum concedi & transferri poſſunt.

Regalia quæ.

Quomodo differunt res publicæ à communibus?

Sic I. Communium proprietas nullius eſt: publicarum verò proprietas alicuius populi eſt, ideo dicuntur publicæ quaſi populicæ, & publica appellantur, quæ populi ſunt, *leg. bona ciuitatis 15. ff. de verb. ſignif.*

Rerum publicarum & communium differentia.

II. Res communes occupando fieri poſſunt priuatæ, & à ſingulis acquiri, *leg. riparum, 5. in fin. leg. ſeq. Digeſtis, de diuiſ. rer.* non item publicæ, cùm iam antè alicuius populi propriæ factæ ſint: quare in iis ædificari non poteſt, ſine decreto Iudicis *leg.2. merito, 10. & §. ſi quis à princ. 16. ff. ne quid in loc. publ.* Denique rerum communium vſus communis eſt, ſic nemo ad litt⁹ maris accedere prohibetur: maris enim vſus communis eſt omnibus hominibus, *leg. littora, 3. ff. ne quid in loc. publ. & §. flumina, 2. & §. littorum quoque 5. hic.* at rerum publicarum vſus, eſt tantùm certi alicuius populi, ita vt quilibet ex illo piſcare poſſit in portu, fluminibúſque, & naues ad ripas appellere, funes arboribus ibi natis ligare, onus aliquod in his reponere, ſicut per ipſum flumen nauigare, tamen proprietas riparum illorum eſt quorum prædiis hæret; ideo arbores, in eiſdem natæ eorundem ſunt, §. *riparum, 4. hic.*

Licet ne in flumine molendinum extruere?

In flumine publico non nauigabili, & multò magis in priuata ſua aqua, licet cuiquam molendinum extruere, *leg.2. ff. de flumin.* Iaſ. *in leg. quò minus, 2. num.12. ff. de flum. leg. altius, 8. & ibi Dd.* Cod. *de ſeruit.* In flumine verò publico & nauigabili non item, ſaltem ſine principis conceſſione, *d. leg.2.* Batth. *in leg. quò minus 2. ff. de flum.* vbi exacta extat molendinorum explicatio. *Tuſchus, lit. M. Maſuer. Pract. tit. de poſſeſſorio, num. 71. & ſeqq.*

Molendini extructio.

Quænam ſunt res Vniuerſitatis?

Vniuerſitatis, *id eſt*, vnius ciuitatis ſunt quæ non ad omnes regionis alicuius incolas, ſed tantùm ad ciuitatem aliquam, vel corpus, vel collegium pertinent, cuiuſmodi ſunt theatra, ſtadia, forum, viæ ſtatuæ, & his ſimilia, §. *vniuerſitatis, 6. hic.* item paſcua publica, ſylux cæ-

Res vniuerſitatis.

duæ,

duæ, *l. ciuitatibus, 122. ff. de legat. 1.*

Quænam res nullius ſunt?

Res nullius.

Illæ quæ quaſi ab omni humano Iure liberæ & ſolutæ nulli homini ſeruiunt, ſed diuini juris ſunt, *l. 1. ff. de diuiſ. rer.* ac proinde diuinæ appellantur, & ſoli Deo dicatæ ſunt ex hominum diſpoſitione, vt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ: nam quod diuini juris eſt, nullius ſcilicèt priuati hominis in bonis eſt, nec in commercio hominum, §. *nullius autem, 7. hîc.*

Commercium.

Nota commercium deriuatum eſſe à mercibus, quæ re venales nuncupantur, & eſſe commercium quaſi commutationem mercium, adeóque ius emendi, atque vendendi inuicem, *id eſt*, de re aliqua vendibili contrahendi *Vultei. ad §. 2. ſupr. de iur. verſ. n. 4.*

Modi quibus res in nullius bonis ſũt.

Nota inſuper res dici eſſe in nullius bonis, multis modis, vt naturâ, feras nempe beſtias, facto, nimirum res pro derelicto habitas, tempore, vt Theſaurum reconditum, caſu, videlicet hęreditem iacentem, *gloſ. nullius, l. 1. §. 1. ff. de diu. rer. Vult. in comm. Inſtit. ad §. nullius huius titul:* Adde res diuinas, ſacras videlicet, ſanctas, & religioſas quæ ſunt iuris diuini, & quas in nullius hominis aut vniuerſitatis dominio eſſe intelligimus, *l. in tantum. §. ſacra, ff. de re. diui.* ideo prohibitum eſt eas rebus profanis admiſcere, v. g. Pontificem dum ſacra facit in ius vocare, vel eos qui propter loci reuerentiam inde ſe mouere non poſſunt, vt ait *Vlpian. in l. 2. ff. de in ius voc.*

Quænam ſunt res ſacræ?

Res ſacræ.

Sacræ res ſunt quæ publicè conſecratæ ſunt, non priuatim, *l. in tantum, 6. §. 3. ff. de diuiſ. rer.* vel quæ ritè per religionis antiſtites Deo ſolenniter conſecratæ ſunt, *auth. de Eccleſ. tit. &c. §. 7. & 10. coll. 9.* vt ædes ſacræ ad Dei miniſterium dedicatæ, quia inibi domus Dei, *Exod. 34. Deut. 7. 12. 16.* tum donaria, ſigna, & municipalia ſacra, diis ſacri, & ſi quæ ſunt eiuſmodi.

Poſſunt-ne res ſacræ alienari?

Res ſacræ alienari no poſſunt niſi ſeruatis variis ſolemnitatibus.

Non niſi æs alienum vrgeat, vel euidens vtilitas, aut æquitas ſuadeat, *auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſan. Eccleſ.* nempè redemptione captiuorum, vel pauperum ſuſtentatione tempore famis. *c. aurum. c. ſacrorum 12. quæſt. 2.* vel ſi conditio Eccleſiæ melior reddatur, atque ita talis alienatio Eccleſiæ expediat, vt ſi res minùs ſit vtilis, & expediat vtiliorem & fructuoſiorem acquirere, *d. auth. hoc ius. C. vt ſupr. de reb. Eccl. non alienand. nou. 7. & 120.* quæ omnia examinanda ſunt, & legitimus conſenſus ſiue authoritas interuenire debet. Qui autem contra formas bona Eccleſiaſtica alienauerit, is ſecundum ius Canonicum vt ſacrilegã punietur, & excommunicabitur. *c. omnes Eccleſiæ, 17. q. 4.* & ſecundum ius ciuile Eccleſia rem alienatam vendicabit, ſine reſtitutione pretij. *auth. qui res, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Trentl. conſ. 85. Edict. Henr. 4. an. 1606. Guid. Pap. quæſt. 149. Pap. lib. 1. tit. 12.*

Quænam ſunt res religioſæ?

Res religioſa.

Quæ priuato alicuius facto, & authoritate Religioni, *id eſt*, ſepulturæ conſecrantur, §. *religioſum, hîc.* Vocantur loca religioſa in quæ inferuntur mortui, à relinquendo ita appellata, *l. 2. ff. de religioſ. & ſumpt. fune.* & in quibus ſepeliuntur, atque terrâ conduntur, *l. diui fratres, ff. de relig. & ſumpt. fun.* vulgò cœmiteria, i. dormitaria nã cœmiterij vocabulũ venit à græco vocabulo, κοιμάω, quod eſt dormire facio, quia propter ſpẽ reſurrectionis, mortui conſueuerunt dormientes appellari, & dormientes in domino. Illi qui ſe interfecerunt non ſepeliuntur in cœmiteriis, nam vel comburuntur vel per carnificẽ educti in campo ſepeliuntur, *Schneid. ad §. religioſum, hîc,* Religioſum locum vnuſquiſque pro arbitrio facit dum mortuum infert in locum ſuum, *l. in tantum, 6. §. 4. ff. de diuiſ. rer. l. ſi necdum, 10. Cod. de religioſ. & ſump. funer.*

Cœmiteria.

Cadauera ſepeliẽda.

Nota hic defunctorum cadauera ſepeliri propter vtilitatem publicam, ne inſepulta iaceant, *l. ſunt perſonæ, 43. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* & ita appellata eſſe à cadendo.

Cadauera vnde dicta.

Quænam ſunt res ſanctæ?

Res ſancta.

Sanctum eſt, quod ab hominum iniuria defenſum, atque munitum eſt, & dicitur ſanctum à ſagminibus: ſagmina autem ſunt quædam herbæ quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. *l. ſanctum, 8. ff. de diuiſ. rer.* Sicuti Legati Græcorum ferebant ea quæ vocabantur cerycia id eſt, caducea, *l. ſanctum, ff. de diuiſ. rer.* Vel etiam ſanctum dicitur quod ab iniuria hominum munitur, quales ſunt legum ſanctiones, muri, & portæ ciuitatis §. *ſancta quoque, 10. hîc: l. ſanctum, 8. §. in municipiis. ff. de diui. rer.*

Eſt enim capitis pœna in eos conſtituta, qui aliquid in muros deliquerint, vt potè qui inde lapides ſuſtulerint, vel damnum muro intulerint, aut murum tranſcenderint, *l. 1. fi. ff. de diuiſ. rer. Ludou. Rom. ſing. 743. Farinac. quæſt. lib. 1. tit. 3. quæſt. 10. n. 146.* Vide tamen *Boer. deciſ. 232. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæſt. cent. 5. caſ. 453. n. 5. Papo. lib. 6. tit. 1. arr. 5.* Ideo Remus Romuli frater traditur occiſus, ob id quòd muros tranſcendere voluerit vrbis ſeu aggeres, aut foſſas eius. *l. fin. C. de diuiſ. rer.* Vnde Lucanus: *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* non ergo dicuntur res ſanctæ quia ſint diuini iuris, cùm in eis neque conſecratio, neque religio ſit, *gloſ. quodammodo, l. 1. §. 1. ff. de diuiſ. rer.*

Quid, & quotuplex eſt dominium?

Hîc incipit ſecunda huius tituli pars de acquirendo rerum dominio, noſtrum enim quippiam dici nequit, priuſquam acquiratur, *l. pretia rerum 63. in princ. ff. ad leg. Falcid.* Eſt autem dominium dictum à do & manu; Et eſt jus quo ita res eſt noſtra, vt de ea perfectè diſponere, eámque vindicare poſſimus, niſi lex, aut conuentio obſtet, incipit enim rerum dominium à poſſeſſione. *l. 1. ff. de acquir. poſſ.* ideo nec poteſt dominium ſine poſſeſſionis traditione transferri, nec acquiri ſine eiuſdem apprehenſione, *Hotom. quæſt. Illuſtr. lib. quæſt. 11.* Ita dominium definiunt Dd. vt refert *Bart. in l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquir. poſſeſſ.* Dicitur *ius*, ad differentiam rei, quæ facti eſt, in *rub. ff. de acquir. rer. domin. l. & an eadem, 14. §. actiones, 2. ff. de except. rei iudic.* ideo non incurrit dominium in ſenſus, ſed per intellectum tantùm apprehenditur, qui habet rei dominium poteſt perfectè de ea diſponere, *l. in re mandata, 21. C. mand.* Hæc vltima verba, *niſi lex & conuentio obſtet*, adiiciuntur, quia nonnulli ſunt, qui licèt rei dominiũ habeant, tamen non poſſunt de ea pro libitu diſponere, niſi ſolemnitatibus quibuſdam interpoſitis, vt *tot. tit. de prad. min. & in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccle.* Eiuſmodi eſt maritus, qui lege prohibetur, *in princ. verſ. nam dotale, in fi. quib. alien. lic. vel non.* Item lege prohibentur, pupillus, furioſus, & prodigus, *in princ. verſ. vnde in his. ſupr. de auth. tut. l. is cui bonis, 6. ff. de verb. oblig.* Prohibetur quoque conuentione creditor de re ſibi à debitore obligata diſponere. Res ad Eccleſiã pertinentes etiã alienari nequeũt regulariter, vt dictũ eſt. Ergo cauſa efficiens dominij eſt voluntas vtriuſque contrahentis: cauſa materialis, eſt res de qua fit conuentio; formalis, eſt traditio & apprehenſio vacuæ poſſeſſionis: finalis, eſt commodum & emolumentum, rei quæ tum in bonis eſſe incipit, *Hotom. quæſt. illuſt. lib. quæſt. 11.*

Dominiũ. *Dominij cauſa.* *Dominiũ quomodo diuidatur.*

Dominium, vel eſt verum vel fictum: verum, vel eſt plenum vel non plenum: plenum dicitur, cùm quis & vſum ſiue vſumfructum, & proprietatem rei habet, *l. cum in fundo, 78. in princ. ff. de iur. dot. §. fin. inſt. de vſufr.* non plenum, eſt cùm vnus proprietatem rei habet, alter verò vſum, ſiue vſumfructum, *d. § fin.* Illud dominium [illegible]plenum, diuiditur in verum vel qua[illegible]m: verum, eſt dominium rei ipſius: Dominium quaſi verum, eſt dominium juris in re ſiti, vnde oritur alia dominij diuiſio in directum & vtile, *l. ſi quis vi, 17. §. 1. & ibi add. marg. ff. de acquir. poſſ.* Licèt non ſatis bene tráſferantur vocabula directi & vtilis ab actionibus ad iura in rem. Directum conſiſtit in proprietate, & poſſeſſione ciuili ſine fructu, cum ſpe tamen conſolidationis, quale eſt quod habet dominus fundi ſiue Emphyteuſis. Qui dominium iſtud habet, eſt verè dominus, & proprietarius. *l. ſi domus, 71. §. vlt. ff. de leg. 1.* Vtile conſiſtit in proprietate & poſſeſſione naturali rei, & hoc dominium habent vſufructuarius & Vaſallus ſiue Emphyteuta, qui appellatur dominus, *l. poſſeſſores, 12. in fin. C. de fun. pat.* nempe vtilis Domino directo cenſum ſoluens, vel Dominus ſuperficiarius vtiles tantùm habens actiones, *l. in prouinciali, 3. §. pen. ff. de nou. oper. nunt. l. ſi domus, 71. §. vlt. ff. de leg. 1. l. 3. §. penult. ff. de non. oper. nuntiat. l. 2. ff. ſi ager vectigal. vel emphyt. pet.* Dominiũ fictũ eſt, v.g. illud quod maritus habet in bonis vxoris, de quo *in l. in reb. 17. ff. de iur. dot.* vel quod legatarius habet in legato quod ſperat aut cuius fictione iuris dicitur dominus à die mortis teſtatoris, non tamẽ verè poſſidet ante aditionem & traditionem, *l. à Titio, 64. ff. de furt.* nec ex eo quicquam acquirere poteſt *gloſ. in l. vn. §. in nouiſſimo, C. de cadu. tollend.*

Domin. directum. *Dominium vtile.*

Quomodo differant dominium, & poſſeſſio?

Quamuis dictum ſit dominium rerum à poſ-

à poſſeſſione incipere, in multis tamen differunt dominium & poſſeſſio. I. Dominium aliquando nobis inuitis remanet, poſſeſſio non item, *l. ſi quid vi. 17. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* II. Ex vna tantùm cauſa domini eſſe poſſumus, nã quod noſtrum eſt, ampliùs noſtrum fieri nequit, vel per legatum, vel per donationem, vel per venditionem: at ex pluribus cauſis poſſeſſores eſſe poſſumus, nam & pro hærede & pro emptore poſſidere poſſumus. III. Dominium eſt juris, poſſeſſio facti. Vide plures differenrias apud *Connan. 66. 3. cap. 3.*

Dominiũ & poſſeſſio differunt.

Dominiũ quomodo differat.

Quinam ſunt modi generales acquirendi & amittendi Dominij?

Varij modi acquirendi dominij.

Dominium vel pẽdet à Iure gentium, vel à iure ciuili: acquiritur ergo rerum dominium aut jure gentium, aut jure ciuili, *§. ſingulorum, 11. hic.* Primò agendum de illis modis, quibus acquiritur rerum dominiũ jure naturali, ſiue gentiũ, qui 19 ſunt, vſque ad finẽ huius tituli: Deinde à titulo de vſucapione, vſque ad tit. de obligationibus agitur de modis ciuilibus. Ratio huius ordinis eſt, quia jus naturale vetuſtius eſt, & cognitu facilius iure ciuili, illud enim cum ipſo genere humano rerum natura prodidit, hoc verò tunc eſſe cœpit cùm ciuitates condi, magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt, *d. §. ſingulorum, ibi: palam eſt autem.* Quot autem ſunt modi acquirendi dominij, tot etiam ſunt modi eius amittendi, *l. ferè. 195. ff. de reg. iur. l. 1. ff. pro derelicto.*

Quis eſt modus acquirendi dominij iure Gentium?

Occupatio rerum.

De rebus priuatis ad ſingulos pertinentibus agendum ſequitur, quarum acquirẽdarum modus primus eſt Occupatio rerum, quæ in nullius priuati bonis ſunt, ſed eſſe poſſunt, quæ tres ſpecies continent, Venationem à Vento, vel à venis deriuatã, Aucupium, & piſcationem, cuiuſmodi ſunt feræ beſtiæ, volucres, piſces, & omnia animalia quæ mari, aëre, & terra naſcuntur, quę ſtatim atque ab aliquo capta fuerunt, iure Gentium illius eſſe incipiunt, *§. feræ igitur beſtiæ, 12. hic.* Ratio eſt, quia quod nullius eſt id naturali ratione occupantis fit, *§. eo. l. 3. ff. de acquir. rer. dom. l. quod in littore. ff. eod.* Venatione capiuntur feræ ſylueſtres & terreſtres in terra: aucupio illa-

Venatio, aucupiũ, & piſcatio.

queantur aues in aere: piſcatione occupantur piſces in aqua. Deinde omnium ferarum occupatio eſt permiſſa ab Imperatore hoc in loco, tamen de iure conſuetudinario & feudali, ad vrſos tantùm, apros, & lupos extenditur, *§. ſi quis ruſticus. verſ. nemo. de pace tenenda, in vſib. feud.*

Capta animalia quo vſq; fiunt capientis?

Tandiu capientis eſſe intelliguntur quamdiu cuſtodiuntur, *§. feræ. verſ. quidquid, hic. l. 3. § vlt. ff. de acquir. rer. dom.* & in viuariis piſcinis, aluearìis, aut leporariis includuntur, tunc enim occupantis non fiunt, *l. 3. §. item feras beſtias, 14. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quòd ſi euaſerint, & in libertatem naturalem ſeſe receperint, illius eſſe deſinunt, & rurſus noui occupantis fiunt, *l. 1. §. in beſtiis, 10. ff. ſi quadr. pauper. feciſſe dicatur.* Naturalem autem libertatem recuperare intelliguntur, cùm vel oculos eius effugerunt, vel ita in conſpectu eius fuerunt vt difficilis ſit perſecutio, *§. feræ igitur beſtiæ 12. hic.*

Animalia tādiu capientis ſunt quādiu cuſtodiuntur.

Poteſt-ne capi fera beſtia in fundo alieno?

Poteſt, *§. feræ igitur beſtiæ, 12. ibi, nec intereſt, hic.* ita tamen vt qui fundum alienum venandi vel aucupandi gratiã ingreſſus fuerit, poſſit impediri à domino ſi præuiderit, *d. §. ibi planè qui alienum.* Nam per agrum alienum ſeruitutem nõ debentem, inuito domino ire non licet, *l. per agrum, 11. C. de ſeruit. & aqua.* Ingreſſus autem contra prohibitionem, iniuriarum actione tenebitur. *l. qui in domum, 23. ff. de iniuriis.* Interim tamen animalia in illo fundo capta ipſe ſua facit, *l. 3. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*

Capi poteſt fera in fundo alieno.

Fera beſtia vulnerata pertinet-ne ad vulnerantem, aut capientem?

Breuiter dicimus ad capientem pertinere iure ciuili, niſi aliter ferat locorum conſuetudo, quia multa accidere ſolent, vt etiam vulnerata capi non poſſit, *§. illud quæſitum eſt, 13. verſ. ſed poſteriorem, hic.*

Fera beſtia vulnerata ad capientem pertinet.

Apes cuiuſnam ſiunt?

Apium natura fera eſt, *§. apium quoque 14. hic. & l. naturalem, 5. §. apium, 2. ff. eo.* Itaque ſi in arbore tua conſederint antequam alueo includantur, non magis tuæ

Apiũ natura fera eſt.

intelliguntur eſſe quàm volucres, quæ in arbore ſua nidum fecerint. Eſt autem alueus, aliquando locus per quem fluuius labitur *l. adeò, §. inſula quæ eſt, ff. de acquir. rer. domin.* ſed hic, eſt apium receptaculum, vel vas vbi apes manent, & in quo mellificant, in *d. §. apium, 14. hîc.* ideo ſi alius eas incluſerit, is earum dominus erit, fauos quoque ſi quos effecerint, eximere poteſt quilibet. Quòd ſi totum examen euolarit ex alueo, tandiu tuum eſſe intelligitur, quandiu in conſpectu tuo eſt, aliàs fit occupantis, *d. §. apium natura*, quia recuperauit libertatem naturalem, & incipit in nullius bonis eſſe, *§. examen, hîc.* Apud Gallos pertinebit ad eum qui habuerit altam & ſupremam Iuriſdictionem. *Io. Fab. in d. §. examen, hîc.* Eſt examen apium ſoboles de nouo extructa quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas quærendas ſedes exire cogunt, *l. naturalem, 5. §. examen, 4. ff. de acquir. rer. dom.* quæ à Virgilio appellatur Iuuentus, *lib. 4. Georg. poſt princ.*

Alueus. *Examen.*

Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere ſuo, ludétque fauis emiſſa iuuentus.

Animalia quæ abire & redire ſolent cuiuſnam fiunt?

Quædam ſunt animalia, vt pauones, columbæ, cerui, & eiuſmodi alia, quæ naturâ ſuâ fera ſunt, & euolare, atque reuolare, abire, & redire ſolent, illa eò vſque tua eſſe intelliguntur quandiu reuertendi animum habent, quòd ſi reuertendi animum habere deſierint, tua eſſe deſinent, & occupantium fient: tunc autem reuertendi animum habere deſinere videntur, cùm reuertendi conſuetudinem non ampliùs obſeruant, *§. pauonum, 15. hîc*, ſed primæuâ ſuâ libertate fruuntur.

Animalia reuertendi animũ habentia noſtra manent.

Animalia natura non feræ cuiuſnam fiunt?

Animalia manſueta domini permanẽt. Quædam ſunt animalia manſueta & domeſtica vt gallinæ & anſeres, quæ etſi effugerint, & domini ſui conſpectum euaſerint, tamen domini permanent, & qui ea lucrandi animo ceperit ac detinuerit furtum commiſerit, *§. gallinarum 16. hîc. & l. naturalem, 5. §. gallinarum, 6. ff. de acquir. rer. domin.*

Venatio eſt-ne ſubditis licita?

Venatio Eſt iure Gentium, quo non ſolùm in ſuo, ſed & in alieno fundo venari, & quę capta ſunt retinere licitum eſt *§. feræ, 12. hîc.* Verùm non iure Canonico, *c. 1. diſt. 34.* neque moribus hodiernis, *Cuiac. lib. 4. obſeru. c. 2.* Deinde lege Regia plebeis omninò venari non licet, ne ab agricultura & operis auocentur, ſuo & publico incommodo: clericis quoque, ne à diuino cultu ad hanc voluptatem deficiant, *c. 1. & 2. de cler. ven.*

an ſit licita.

Ius piſcandi eſt-ne omnibus commune?

Eſt in fluminibus, *§. flumina, 2. & ibi. gloſſ. hîc. l. riparum, 5. ff. de diuiſ. rer. & qual. Capol. cap. 31. tit. de fluminib. n. 6.* & iure naturali piſces capientium efficiuntur, *l. 1. §. fin. ff. de acquir. rer. dom.* Idem enim eſt ius piſcandi cum iure venandi, *l. item ſi fundi, 9. §. aucupiorum quoque, 5. in fin. ff. de vſufr.* facit *text. in c. 1. §. nemo retia de pace tenenda.*

Ius piſcandi an omnibus cõmune.

Sunt tamen & in Gallia & in aliis regionibus quædam flumina proſcripta in quibus dominis inuitis piſcari non licet, & qui piſcatus fuerit, mulctabitur pœnâ pecuniaria, piſces reſtituet, retia, hamos, & piſcatoria inſtrumenta omnia committet.

Quis eſt ſecundus modus quo res propriæ & priuatæ fiunt?

Eſt captiuitas, per quam non ſolùm rerum dominia acquiruntur, ſed etiam perſonarum, quæ ergo ab hoſtibus capimus in bello, iure Gentium ſtatim noſtra fiunt, ſiue ſint res mobiles, ſiue perſonæ liberæ quæ in ſeruitutem noſtram deducuntur, *§. item ea quæ ex hoſtibus 17. hîc. l. naturalem, 5. §. fi. l. transfugam, 51. ff. de acquir. rer. dom.* Hodie tamen capti in bello illæſi ſeruantur, nec tanquam ſerui habentur, & ſe vitámque ſuam pecuniâ redimere poſſunt. Quod ad res immobiles attinet, eæ nõ fiunt occupantium, ſed domino belli cedunt, *l. ſi captiuus, 20. §. 1. ff. de capt. & poſtl. reuerſ.* Quæ hîc dicuntur, intelligenda ſunt ſi durante adhuc bello, hoſtibúſque nondum deuictis, aliquid capiatur, & ſi bellum iuſtum, legitimum, ac licitum ſit.

Captiuitas.

Quis eſt tertius modus?

Eſt inuentio: Nam ſi quis eas res, quæ in litore maris, vel alio loco communi inueniuntur, cuiuſmodi ſunt lapilli, qui obſcuræ ſunt materiæ, & gemmæ, quæ perlucidæ ſunt materiæ, *l. 19. §. 17. ff. de aur.*

Inuentio.

Digitized by Google

aur. argen. &c. in littore maris jnuenerit, iure naturali ſtatim inuentoris fient, §. *item lapilli*, 18. *hic. l. 3. ff. de diuiſ. rer.* Hoc ergo requiritur vt per inuentionem rerum dominium acquiratur, quòd locus in quo res inuenta eſt, ſit communis, & inuentor rem inuentam occupauerit, vel apprehenderit. *l. 1. §. 1. ff. de acquir. poſſ. Pet. Greg. in Syntag. iur. vniuerſ. lib. 20. cap. 3.*

Quis eſt quartus modus?

Eſt natiuitas, quæ enim ex animalibus *Natiuitas.* dominio tuo ſubiectis naſcuntur, tibi iure naturali acquiruntur, §. *in pecudum*, 37. *hic. l. 2. ff. de acquir. rer. domin. l. partum, C. de rei vindic.* nam ad eum pertinet acceſſo- *Ad eum pertinet acceſſoriũ ad quem principale.* rium ad quem principale, §. *item ea quæ ex animalibus.* 19. hic. ſequiturque acceſſorium naturam ſui principalis, *l. cum principalis.* 138. *l. nihil dolo*, 171. §. *cum principalis.* 1. *ff. de reg. iur. l. Aurelius*, 28. §. *legatum*, 6. *ff. de libert. leg.* Sic equo vendito, ſella, & frænum venditioni ceduntur, *Dd. in l. ædiles*, 38. *in princ. &* §. *vendendi*, 11. *ff. de ædilit. edict.* cenſetur enim partus vẽtris, & viſcerum pars, *l. 1. §. 1. ff. de inſpic. vent. l. vlt. Cod. de liber. cauſ. & l. partum*, 7. *C. de rei vendicat.*

Quis eſt quintus modus?

Eſt alluuio, quæ dicitur incrementum *Alluuio.* latens, facto fluminis interueniens, *l. adeò*, 7. § 1. *ff. de acquir. rer. dom. &* §. *prætereà*, 20. *hic.* cùm flumen latenter, ſenſim, ac paulatim hinc inde alluendo, & adlambẽdo de alicuius agro aliquid detrahit, & alij adiicit, ita vt non poſſit dignoſci oculis per imbecillitatem viſus humani quid & quantum quovis momẽto adiectum ſit, ſed pars iſta cum terra cui adiecta eſt perfectè coaluerit: contrà ſi nondum coaluerit, §. *quod ſi vis*, 21. *hic.* & dicitur incrementũ latẽs quod ita adiectũ eſt, & poterit hoc caſu pars detracta cõ- cõdici condictione certi, *l. ſi quis*, 4. §. *vlt. ff. de reb. cred.* Quod enim adiicitur, iure Gentium tibi acquiritur, §. *prætereà, quod per alluuionem*, 20. *hic. l. adeò quidem*, 7. §. *præterea*. 1. *ff. de acquir. rer. dom. l. hoc amplius*, 9. §. *Alphenus*, 2. *ff. de damn. infect.* Quòd ſi vis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio adiecerit palàm eſt eam tuam permanere, niſi tandiu fundo vicini tui adhæſerit donec radices egerint appulſæ arbores, tunc enim arbores vicini fiunt, §. *quod ſi vis fluminis* 22. *hic. Schneid. ad* §. 1. *prætereà.* 20. *hic.* Iſtud alluuionis augmentum proprietario accedit quoad proprietatem, & vſufructuario quoad vſumfructum, *Molinæ. ad conſuet. Pariſ. §. 1. gloſ. 1. n. 45 49.*

Inſula cuiuſnam ſit?

Inſula, dicitur ſecundùm Iſidorum *Inſula, quid ſit.* pro domo in mari poſita quia in ſalo: vel pro qualiber domo, vt *in l. inſulam, ff. de verb. oblig* ſed propriè, eſt locus circumdatus aquâ, *gloſ. in inſulis, in l. 3. §. 2 ff. de offic. præfect. vigil.* ergo inſula in mari nata, *Inſula cuius ſit.* quod rarò accidit, occupantis fit quoad dominium, quia nullius eſſe creditur, vt & ipſum mare, *l. 7. §. inſula, 3. ff. de acq. rer.* *Inſulæ iuriſdictio.* *dom.* Iuriſdictio autem pertinet ad eum qui mare diſtinguit, vbi nata eſt, *l. inſulæ, 9. cum gloſ. ff. de iud.* Quando inſula in flumine producitur, quod frequenter accidit; fit eorum quoad dominium, qui ab vtráque parte prædia poſſident proxima, ſi nempe mediam fluminis partem teneat illa, *l. 29. ff. de acquir. rer. dom.* Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum tantùm erit, qui ab ea parte propè ripam prædia poſſederint, §. *inſula*, 22. *hic. & d. l.* 29. Et iuriſdictio ad illum ſpectat cuius eſt territorium *l. adeò*, 7. §. *inſula.* 3. *ff. de acquir. rer. dom.* In Gallia aliter res ſe habet, nam inſulæ & terræ incrementa ad eum pertinent, qui habet altam Iuriſdictionem, eo quòd reuerâ nullius ſingularis perſonæ in bonis ſint, tum quòd agri, vel bona ruralia per confinia & limites dari ſoleant, quo caſu ius alluuionis & inſulæ ſecundum ius Romanorum locum non habet, *l. in agris*, 16 *ff. de acquir. rer. domin.*

Notandum inſulam in flumine publico natam vſu publicam eſſe, conſideratam reſpectu extremitatis illius quæ ripæ loco eſt, §. *riparum.* 4. *hic. l. riparum*, 5. *ff. de diuiſ. rer. l. ergo*, 30. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* Sed non conſideratam ſecundum ſe totam, hoc enim modo proprietate & vſu priuata eſt eorum, qui proximiora inſulæ prædia poſſident. *Hotam. obſeru. c. 23.*

Quis eſt ſextus modus?

Eſt ſpecificatio, vel ſpeciei expreſſio, *Specificatio.* cùm quis ex aliqua materia, eadẽ aut diuerſa, propria aut aliena ſpeciẽ vel corp⁹ produxit. Cuius autem illa ſpecies eſſet, magna fuit inter Iuriſconſultos Procu- *Controuerſia de dominio ſpecificationis.* lianos videlicet à Proculo, & Sabinianos à Sabino dictos, controuerſia. hi exiſtimarunt eum eſſe dominum ad quem pertineret materia, illi cõtrà eũ Dominũ

eſſe putarunt, qui ſpeciem feciſſet, *l. Iulianus*, 9. §. *ſi quis rem*, 2. *ff. ad exhibendum*, quia forma dat eſſe rei, *l. Diuus* 7. *ff. de in integr. reſt. l. Iulianus*, 9. §. *ſi quis rem*, 2. *ff. ad exhibendum. l. qui heredi*, 44. *l. meuius*, 55. *ff. de condit. & demonſt.* vnde mutatâ formâ tota res mutata & extincta cenſetur. *l. Seia*, 6. *ff. de aur. & arg. leg.* **Deciſio.** Verùm alij Iuriſconſulti mediam tenuerunt opinionem Iuſtiniano approbatam, videlicèt ſi ſpecies ex aliena materia facta ad rudem materiam poſſit reduci, eum eſſe dominum qui fecerit. v. g. aliquis vas confecit ex alieno auro vel argento, quia autem poteſt illud ad rudem auri vel argenti materiam reduci, erit illius cuius aurum vel argentum fuerit. Contrà, ex alienis oliuis vel vuis oleum & vinum expreſſit, at quoniam oleum & vinum in oliuas & vuas reduci nequit, ideo vtrunque illius erit qui confecit, §. *cùm ex aliena*, 25. *verſ. & poſt multam Sabinianorum*, *hic. l. adeò*, 7. § *cùm quis*, 7. *ff. de acquir. rer. dom.* Vt ſpecificatum ex aliena materia fiat ſpecificantis, tria requiruntur, nimirum bona fides, item quòd ſuo nomine, & quòd non poſſit redire ad priorem materiam, *gl. in nomine, in d.* §. *cùm quis.* Quòd ſi partim ex ſua, partim ex aliena materia ſpeciem vel corpus confecerit, nullum erit dubium quin dominus ille ſit qui fecerit, cùm & operam, & materiæ partem ſuppeditauerit, *ibid.*

Quis eſt modus ſeptimus?

Acceſſio. Eſt acceſſio induſtrialis, nam quæ ad rem principalem accedunt, eius fiunt cuius res principalis iam eſt, quia principale trahit ad ſe acceſſorium, **Principale trahit acceſſorium.** *cap. acceſſoriũ, de reg. iur. lib. 6. l. hæres meus*, 100. §. *fin. ff. de leg.* 3. Eſtque regula generalis, adeóque acceſſoriũ principali cedit, *l. ſi quando*, 29. *ff. de aur. arg. mun. &c.* vt & adiunctum ſubiecto, & acceſſiones eiuſdem ſunt naturæ cuius ſunt bona quibus accedunt, *l. fin.* §. *quoniam verò comperimus. C. de re milit. l. ſi conuenerit*, 18 §. *ſi nuda* 1. *ff. de pign. act.* Sic gemmæ auro ornatus causâ incluſæ, cedunt auro, & è diuerſo aurum cedit gemmis, ſi ornatus causâ illis adhibitum eſt, *l. cùm aurum vel argentũ* 19. §. *perueniamus*, 13. *ff. de aur. arg. mun. &c.* Itaque ſi purpuram aliquis veſti intexuerit, eius ornandæ gratiâ, cedet veſti, quamuis fortè purpura veſte ſit pretioſior, §. *ſi tamen alienam*, 26. *hic.* neque enim pretiũ hic ſpectatur, ſed quid cui cedat, *l. ſi in emptione*, 34. *in princ. ff. de contrah. empt. l. cùm aurum*, 19. §. *perueniamus.* 13. *&* §. *fi. ff. de aur. & arg. leg.* nec ex pretio aut ex qualitate rei iudicamus, quid ſit principale, ſed quid cuius rei causâ factum eſſe dicatur: vt quod alterius causâ factum eſſe dicetur, ſit acceſſio, quamuis talis acceſſio pretioſior ſit ſuo principali, *l. ſi in emptione, in princ. ff. de contrah. empt. l. etſi non ſunt* §. *perueniamus, &* §. *vlt. ff. de auro & arg. leg.* Quòd acceſſio ſequatur naturam principalis, non tantùm locum habet in corporibus quæ induſtriâ hominis in vnam maſſam rediguntur, cuiuſmodi ſunt domus & nauis, ſed etiam in corporibus diſtantibus & quæ ſibi inuicem non ſunt connexa, ſed alterum ad alterius vſum ex ratione ciuili neceſſario paratum eſt, prout dicimus villam *id eſt*, ædificium quod ruri habetur, fundi acceſſionem eſſe, & fundi partem, *l. fundi, ff. quib. mod. vſufr. amit. l. ſi ita teſtamento*, §. *vlt ff. de fundo inſtructo.*

Quis eſt modus octauus.

Eſt confuſio, quâ vna quædam exurgit ſpecies & materiæ mixtæ non manent in eadem ſubſtantia, ſed ſimul confunduntur, *l.* 5. *ff. de rei vind.* **Confuſio.** veluti cùm ex vino & melle fit mulſum, fieri enim poteſt, vt voluntate duorum dominorum confundantur materiæ, quo caſu totum illud corpus vtriuſque fiet commune, nec vlla rei vindicatio locum habebit, ſed actione communi diuidundo agendum erit, ſiue materiæ illæ fortuitò, ſiue voluntate confuſæ fuerint, §. *ſi duorum materia*, 27. *hic. l.* 3. §. 2. *& l. ſeq ff. de rei vindic.*

Quis eſt modus nonus?

Cõmixtio. Eſt commixtio, quâ diuerſa corpora iuncta nouam ſpeciem non componunt, ſed ab inuicem ſeparari queunt, vt cùm oues, triticum, & eiuſmodi alia iunguntur, *l. rerum mixtura*, 30. *ff. de Vſur.*

Quenam propriè cõfundãtur, & miſceãtur. Nota materias confundi, & ſpecies miſceri propriè loquendo, §. *ſi duorum*, 27. *&* §. *quòd ſi frumentum* 28. *hic.* Si ergo volentibus & conſentientibus dominis mixtio facta ſit, quod ex commixtione factum eſt commune manet, & competit actio communi diuidundo, non autem de rei vindicatione, Quòd ſi caſu, & fortuitò mixtio facta ſit, mixtum non erit commune, & competet rei vindicatio, cùm adhuc corpora mixta durent, §. *quòd ſi frumentum*, 28. *hic. d. l.* 3. §. 2.

cum l.

ſequent. Digeſtis de rei vindication.

Quis eſt decimus modus?

Ædificatio.

Eſt ædificatio, quæ dupliciter fit: Primò cùm quis in ſuo ſolo ex aliena materia; Secundò cùm quis in alieno ſolo ex ſua materia ædificat: Priori caſu ædificans erit dominus ædificij, quia regulariter ædificium ſequitur ſoli conditionem ſi ei ſit affixum, & ſuperficies ſolo cedit, *leg. ſi duo, §. ſed ſi, 7. ff. vti poſſid. leg. ſi area legata, 39. ff. de legib. 2.* nam ſi ſolo non ita ſit affixum vt inde amoueri ſine magno incommodo queat, non ei cedet, *leg. Titius, 60. ff. de acquir. rer. dom. & leg. granaria, 18. ff. de action. empt.* Ille tamen ad quem materia pertinebat, eius dominus eſſe non deſinet, quáuis vel rei vindicatione, vel ad exhibendum agere non poſſit, ne ædificia ſub hoc prætextu diruantur, & eorum euerſione publicus deformetur aſpectus, domos enim deſtrui, columnas, & cætera affixa ſubtrahi prohibitum eſt, ne deformentur ciuitates, *leg. 2. Cod. de ædific. priuat. leg. Senatus, Dig. de contrah. empt. leg. cætera, §. 1. Digeſt. de leg. 1.* agere tamen poſsit actione quæ vocatur de tigno iniuncto, quâ tenetur ille qui tignum alienum iniunxit, & iniunctum habet, ita vt cogatur pretium materiæ, & duplum eius perſoluere, vt docet Vlpian. *leg. 1. ff. de tig. iniuncto, gloſ. in leg. in rem actio, 23. §. tignum, 6. Digeſt. de rei vindic. & leg. 1. §. vlt. Digeſt. de flum.* Tigna dicuntur à tegendo, *leg. 1. §. 1. ff. de tigno iniuncto,* & ſunt trabes quibus ſumma domus contegitur, vnde & contignationes dictæ ſunt, vel etiam ſunt materia illa ex qua domus confici poteſt, *leg. tigni, 62. Digeſtis, de verb. ſignific.* Ergo ſtante ædificio, dominus materiam ſuam non poterit conſequi, *§. cum in ſuo, 29. hic.* Diruto verò ædificio, conſequetur & vindicabit materiam ſuam: quæ enim iuncta ſunt ædibus alienis, ſoluta & ſeparata dominus vindicare poteſt, *leg. de eo, 63. Digeſt. de don. inter vir. & vxor. & leg. ſi quis, 7. §. 2. Digeſt. de except. rei iudicata.* Quòd ſi pretium illud non fuerit perſolutum, & ædificium fortè corruat, materiam ſuam vindicare, & ad exhibendum agere poterit materiæ dominus.

Ædificiū ſolo cedit.

Tignum.

Poſteriori verò caſu illius fiet ædificium cuius erit ſolum, tamen diſtinctione vtendum erit, vel enim quis bona fide ædificauit, vel malâ, ſi bona non deijcietur, niſi dominus ſoli pretium materiæ, & opificum mercedes ei ſoluerit, & hanc ob cauſam habebit ille, qui ædificauit, actionem non directam, ſed vtilem, *l. ſi pupilli, 8. §. ſed & ſi quis, 3. ff. de neg. geſt.* nam hoc naturâ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento debere fieri locupletiorē, *l. nam hoc naturâ, 14. D. de condict. indeb.* Guid. Coquill. *quæſt.* 198. Si mala fide & dolo ædificauit, nihil conſequi poterit, nam donaſſe præſumitur, qui ſciens in alieno fundo ædificauit, *§. cùm in ſuo ſolo, 29. & 30. hic, l. 2. in princ. C. de rei vindic. l. ſi is contra quem, 5. cod. de ædif. priu.* Ratio poteſt eſſe, quia ſcienter indebitum ſoluens non repetit, *l. 1. Dig. de condict. indeb. l. indebitum 9. in princ. C. eod.* Scienti autem & conſentienti non fit iniuria, *l. nemo, 187. de reg. iur.* Ergo antinomia, quæ videtur eſſe inter *§. 30. hic.* vbi diruto ædificio dominus materiæ eam vindicare non poteſt, ſed ad dominum ſoli pertinet, & *legem 2. C. de rei vind.* in qua materia ad priſtinum dominum redit, tollitur, quòd *d. §. 30.* loquatur de eo, qui ex propria materia in alieno ſolo ſciens ædificauit, in quo ceſſat vindicatio materiæ etiam diruto ædificio, quia animo donandi ædificaſſe videtur: *d. verò l. 2.* agat de eo qui ex aliena materia mala fide ædificauit, tunc locum habet vindicatio, quia is non præſumitur donaſſe, cùm res non ſit ſua. Vel ſic conciliantur illi duo textus, quòd *d. §.* verus ſit inſpecto iuris rigore, & *dict. leg. 2.* vera ſit inſpecta æquitate, Borcholt. *ad d. §. ex diuerſo, n. 11. hic.*

Nemo cum alterius detrimento debet locupletior fieri.

Scienter indebitū ſoluens nō repetit.

Antinomia conciliatio.

Quis eſt vndecimus?

Plantatio.

Eſt plantatio, cùm videlicet planta alicuius in alieno ſolo radices egit, & caudicem habuit, tunc eius fiet cuius erit ſolum, *l. fin. Digeſt. quod. ſi vi aut clam. l. adeò, 7. §. ſi alienam, 13. Digeſt. de acquir. rer. dom. §. ſi Titius, 31. hic. l. qui ſcit. 25. ff. de vſur.* Quidquid enim in alieno plantatur, ſolo cedit, *§. ſi Titius, 31. ibi & ex diuerſo hic.* eo quòd non ſit æquum, vt alterius ſit arbor, & alterius fundus in quem radices egit, & ex quo originaliter tota alitur, nam ſi radicibus vicini arbor alatur, tamen eius erit in cuius fundo origo eius fuerit, *leg. ſi plures, §. vltim. Digeſtis, arb. furt. caſ.* antequàm verò radices egerit, eius permanet cuius fuit, *§. ſi Titius alienam, 31. hic. leg. 7. §. penultim. Digeſt. de acquir. rer. dom.*

Plantatū ſolo cedit.

Quis eſt modus duodecimus?

Satio. Satum ſolo cedit.

Eſt ſatio, cùm quis alienum agrum ſeuit, tunc enim frumentum ſatum ſolo cedit, §. *qua ratione autem* 32. *hîc.*

Quòd per ædificationem, plantationem, & ſationem acquitatur dominium, patet adhuc, *ex leg. ſi quis ſciens*, 11. C. *de rei vindic.* vnde verſus,

Quidquid plantatur, ſeritur, vel ædificatur.
Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit.

Sata enim ftumenta in alieno ſolo, ſicut & plantæ, & ædificatum, cedunt ſolo, & iiſdem tegulis procedunt, §. *qua ratione*, 32. *hîc.*

Quis eſt decimus tertius modus?

Scriptura an charta cedat.

Eſt ſctiptura, nam ſi quis in aliena charta ſiue membrana ſcripſetit, tunc ſcriptura, licèt aurea cedet chattæ, vel membranæ, & ſic fiet eius, cuius charta, vel membtana fuerit: tamen is qui bona fide ſctipſerit, impenſas repetet, qui vetò mala fide ſcripſerit, exceptione doli mali repelletut, §. *literæ quoque*, 33. *hic.* Hodie quia papyrus noſtta ex panno viliſſimo conflatut, conttà res ſe habet, multò enim pluris æſtimatur ſcriprura hodie quàm charta, *leg. in rem*, 23. §. *ſed. & id*, 3. *ff. de rei vind.*

Quis eſt decimus quartus modus?

Pictura ce dat tabulæ.

Eſt pictuta, ſi quis in aliena tabula pinxerit, tabula cedet picturæ, *leg. qua ratione*, 9. §. *ſed non*, 2. *Digeſtis de acquir. rerum dom.* & §. *ſi quis*, 34. *hîc.* quia plus eſt in manus pretio, quàm in re, *leg.* 13. §. 1. *Digeſt. de verb. ſignific.* ridiculum enim eſt picturam Apellis tabulæ viliſſimæ cedere, *d.* §. *ſi quis.*

Quis eſt modus decimus quintus?

Fructuum perceptio. Fructus vnde, & quid.

Eſt fructuum perceptio, §. *is verò*, 36. *hic.* Fructus dicitur à ferendo, vel potiùs à fruendo, quòd rebus ex fundo perceptis fruamut, & eſt tei acceſſio, cx re vel rei occaſione ab homine ad ſui vtilitatem percepta. *tot. tit. Dig. de vſur. & fruct. & cauſ. & omnibus acceſſ. & mor. leg.* 28 §. 1. *ff. de vſur.* cuiuſmodi ſunt fœtus ex pecudibus natus, agni nempe, hœdi, vituli, equuli, §. 37. *hic.* item lac, pilus, lana, *d.* §. 37. olera, ſegetes, oliuæ, vuæ, poma, & alia, *leg.* 78. *Digeſtis, de rei vind. leg.* 68. §. 1. *ff. de vſufr. leg.* 48. §. *fi. ff. de acquir. rer. dom.* vinum, frumentum, fœnum, cædua, lignum, *leg.* 77. *ff. de verb. ſignific. leg.* 40 §. 4. *ff. de contrah. empt. l.* 48. §. 1. *ff. de vſufr.* deinde lapides, cteta, arena, & vatia metallotum genera, dummodò hæc omnia tenaſcantut, *leg.* 32. *ff. de iur. dot. leg.* 7. §. 13. *cum l. ſeq. ff. ſolut. matrim. leg.* 9. §. 2. *ff. de vſufr.* Si quis ergo bona fide à non domino quem dominum eſſe putabar, fundum acquiſiuetit, is pro cultura & cura fructus ſuos faciet, quamuis vetus dominus poſteà ſuperuenerit intta præſcriptionis tempota, fructus enim ad dominum ſpectant, *leg. ſi dominium*, *Cod. de pignor. leg.* 2. & 3. *Cod. de pignor. act.* ideo rei reſtitutio omnes fructus complectitur, *l. ex diuerſo*, 35. §. 1. *l. qui reſtituere*, 68. *leg. eius.* 46. *ff. de rei vindic leg. reſtituere*, 35. *ff. de verb. ſignif.* nempe & pendentes, *leg. fructus*, 23. & *l.* 44. *ff. de rei vind.* & perceptos, *leg.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ. leg. antepen. ff. de rei vind.* l. *fundum*, 17. *Cod. eod.* & eos, qui honeſtè percipi potuetunt, *l. fructus*, 33. .. *fundus*, 44. *ff. de rei vind.* Tamen bonæ fidei poſſeſſor titulum habens etiam poſt litem conteſtatam, excuſatut à teſtitutione ftuctuum perceptotum, *gloſ. in l. ſi nauis*, 62. §. *generaliter*, *verb. gene aliter*, *verſ. vnde non habet*, *ff. de rei vind. leg. ſi fundum*, 17. *verb. non rectè Cod. eod.* Ant. *Fab. lib.* 4. *coniect.* 27. *Vult. lib. ſing. Scholaſt. diſp. cap. fin.* ptopter *l. bonæ* 48. *ff. de acquir. rer. dom. Bounot. tom.* 2. *verb. fructus*, *quæſt.* 1. Poteſtque vti retentione donec ſibi ſoluantur impenſæ, reparationes, & meliotationes, Maſuer. *Pract. tit. de petitorio.* Conttà ſi alienum fundum quis ſciens comparauerit hoc caſu, & naturales & induſtriales fructus petcepti reſtituentur, quia ſi adhuc pendeant, conſtituent fundi pattem, *leg. obligationum fere*, §. 1. *ff. de oblig. & act.* §. *ſi quis à non domino*, 35. *hic. leg. fructus*, 44. *ff. de rei vindic.* non tamen propriè, ſed impropriè quoad hunc effectum, vt re vindicatâ ſequi debeant ftuctus pendentes, quamuis nihil de iis ſit actum. *Donel. in l. ſi filius*, 78. §. *cùm fundum*, 11. *ff. de verb. oblig.* & fundo acquiſito etiam fructus ſint acquiſiti, *leg. nunquam*, *ff. de vſucap.* ſic dicimus partum, antequàm edatur, mulietis portionem eſſe, vel viſcerum, *leg.* 1. §. *ex hoc*, 1. *Digeſtis, de vent. inſpic.* Quod ad vſufructuarium attinet, is non alitet fructuum dominus fit, quàm ſi ipſe eos perceperit, idcircò quamuis maturis fructibus nondū tamen perceptis deceſſerit, ad eius hæredes

Fructus ad dominum ſpectant.

Rei reſtitutio omnes fructus complectitur.

Bonæ fidei poſſeſſor quos fructus reſtituat.

Malæ fidei poſſeſſor quos fructus reſtituat.

Fructus pendentes ſunt pars fundi.

Partus non editus eſt pars viſcerum.

redes non pertinent, ſed domino proprietatis acquiruntur, quia morte vſufructuarij finitur vſusfructus, §. *si vero ad quem* 36. *hic.*

Fructus naturales. Fructus naturales dicuntur qui ſponte ſua abſque hominum induſtria & cura producuntur atque excreſcunt, vel in quibus natura plus confert, quàm cura hominum, cuiuſmodi ſunt pira, pruna, nuces, ceraſa, poma, ligna, ſylux cæduæ, ficus glandes, lac, pilus, lana, agni, hœdi, vituli, ſucculi, quos fructus nunquam poſſeſſor etiam bonæ fidei ſuos facit, *l. ſequitur* 4. §. *fructus* 5. *Digeſt. de vſucap.* §. *in pecud.* 37. *hic.* *l. fructus* 45. *ff. vſur. l. ſi nauis* 62. *l. ſi eius fundi* 78. *ff. de rei vind.*

Fructus induſtriales. Fructus induſtriales, ſiue artificiales ſunt qui hominum curâ & induſtriâ opus habent, & in quibus plus operatur induſtria, quàm natura, vt ſegetes, vuę, & alia id genus, *l. ſi eius fundi* 78. *ff. de rei vindic. l. bonæ fidei* 48. *in princ. ff. de acquir. rerum domin. l. ex diuerſ.* 35. *ff. de rei vind.* Ad fructus induſtriales referri poſſunt fructus qui à

Fructus ciuiles. Doctoribus ciuiles appellantur, & de quibus loquitur, l. *ſi nauis* 62. *ff. de rei vind.* vt vſura, merces, vectura, nauis, & eiuſmodi aliæ acceſſiones ciuiles, quæ ex pactis & conuentionibus hominum proueniunt, & de quibus Guid. Coquill. *quæſt.* 296. Præterea fructus iam percepti

Fructus percepti. dicuntur qui à vero poſſeſſore à terra ſunt ſeparati & in horreo repoſiti, l. *ſi fructuarius meſſem*, 13. *ſ. quib. mod. vſuſr. amitt.* alij ſunt percipiendi qui adhuc pendent à terra nondum ſunt ſeparati, & quandiu pendent, dicuntur pars fundi, l. 9. ff. *ad leg. Falcid. l. obligatorum fere* 44. §. *placet*, *in fin.* ita vt fundus vſucapi non poſſit ſine fructibus pendentibus, & contrà, *lege nunquam* 26. ff. *de vſucap.*

Animalia fœtus ſunt in fructibus. Hic ergo notandum nomine fructuum intelligi etiam animalium fœtus, cuiuſmodi ſunt, lac, pilus, & lana, quæ omnia ad vſufructuarium pertinent, vt nuper dictum eſt, excepto ancillæ partu, id eſt, opetis, l. 4. ff. *de operis ſeruor.* qui ad dominum pertinet, §. *in pecudum.* 37. *verſ. partus, hic. l. ancillarum* 27. *Digeſt. de petit. hæred. lege in pecudum* 28. *Digeſtis de vſur. l. qui vas*, 48. §. *ancilla*, 5. *verſ. ex furtiuis*, *Digeſtis de furtis.* abſur-

Homo non eſt in fructu. dum enim eſſet hominem in fructu eſſe, *l. vetus fuit*, 68. *Digeſtis de vſuſruct.* cùm omnes fructus à naturâ hominis gratiâ comparati ſint, *l. in pecudum*, 28. *in princip. &* §. 1. *hic.* Cic. *libro ſecundo, de natura Deorum, circa finem.*

Fructus & vſura differentia. Notandum eſt diſcrimen inter fructum & vſuram, quòd fructus rei ſit, & vſura pretij, l. *item* 18. §. *penultimo Digeſtis de petition. hæredit.* aliàs tamen vſura pecuniæ fructus dicitur, l. 88. §. *final. Digeſtis ad legem Falcidiam*, l. 62. *Digeſt. de rei vind.* & fructus cùm vſuris compen-

Fructus cum vſuris compenſantur. ſantur, l. 40. §. *prædia*, D. *de min.* l. 1. §. 3. *ff. de pignor.*

Quis eſt decimus-ſextus modus?

Theſaurus inuentus inuentoris ſit. Eſt inuentio Theſauri: ſi quis enim in ſuo loco in quo domicilium habuerit theſaurum vel fortuitò vel aliter inuenerit, inuentoris fiet, ac proinde præfertur hoc caſu vtilis dominus domino directo, *lege* 1. *Digeſtis, ſi ager vectigal. & leg. in cauſa*, 27. §. 1. *Digeſtis de Procurat.* Idem tenendum ſi in ſacro, vel religioſo loco fortuitò eum inuenerit, at ſi in alieno loco repertus ſit fortuitò theſaurus nullâ datâ operâ inuentor dimidiam partem habebit, & dimidiam dominus loci. Idem obtinet ſi in loco fiſcali, vel publico, vel ciuitatis inuentus ſit theſaurus, §. *theſauros*, 39. *hic.* quòd ſi magicâ, aut aliâ malâ arte inuentus ſit theſautus, totus fiſci erit, *leg.* 1. *Cod. de theſaur.* Huic §. videtur contraria l. non intelligitur, 3.

Antinomiæ conciliatio. §. *ſi in locis*, *Digeſtis de iur. fiſci*, vbi Calliſtratus ita loquitur, ſi in locis fiſcalibus vel publicis, religioſiſve, aut in monumentis theſauri reperti fuerint, diui fratres conſtituerunt, vt media pars ex his fiſco vendicaretur. Tamen nulla eſt antinomia ſiue contrarietas, eò quòd in *d. leg.* 3. *ſi in locis*, agatur de locis religioſis fiſcalibus, in quibus theſaurus fortuitò inuentus pro dimidiâ parte fiſco, & pro altera parte inuentori cedit, non de locis quibuſcunque religioſis, qui ipſius inuentoris, vel nullius ſunt.

Theſaurus quid ſit. Vbi notandum hic per theſaurum intelligendam eſſe pecuniam in craſtinum depoſitam, vel veterem quandam depoſitionem pecuniæ ab ignotis dominis factam cuius non ſuccurrit memoria, ita vt nullus iam ſit dominus, & in nullius bonis ſit, *lege vnic. cod. de theſaur. lege nunquam*, 31. §. 1. *Digeſtis, de acquirend. rerum dom.* Non eſt ergo theſaurus cùm conſtat quis depoſuerit, & quando, quare ſi

quis, vel lucti, vel metus, bellorum, vel latronum, aut custodiæ gratiâ pecuniam abſconderit, non ſit inuentoris, cùm proprietas & poſſeſſio ſit eius qui condidit, *d.§.1.* ac proinde dominium non cedet inuentori, & qui effoderit, furtum commiſerit, *leg. nunquam nuda, 31. §. theſaurus, 1. Digeſtis de acquirend. rerum domin.*

Quis eſt decimus-ſeptimus modus?

Eſt traditio, ſic dicta quaſi transdatio, quæ in frequenti eſt vſu, vtpotè omnibus contractibus communis, & naturali æquitati valde conſentanea, ideò eſt acquirendi dominij modus iure naturali omnium digniſſimus, *§. per traditionem, 40. hic. l. traditionibus, 20. Codice de pact. auth. niſi tricennale, Codice de acquiren. bonis maternis, leg. tertia, codice de acquiren. poſſeſſion.* Maſcard. *de probat. conclſ. 537. numero ſeptimo.* Eſt autem traditio vacuæ poſſeſſionis conceſſio, vel rei de manu in manum facta traditio, *l. qua ratione, 9. §. hæ quoque res 3. & §§. ſequentibus, l. traditio, 20. & l. nunquam, 31. Digeſt. de acquiren. rerum domin.* Quæ duplex eſt, propria, & impropria: Illa eſt rerum corporalium & mobilium quæ de manu in manum dantur, vt annulus, veſtis, liber, &c. ſiue immobilium, dummodo in commercium venire queant, tamen loco immobilium traditionis eſt in poſſeſſionem miſſio: Hæc incorporalium, quæ propriè non traduntur, *le. ſeruus, 42. §. incorporales, Digeſtis de acquirend. rerum domin. lege tertia, §. ſi iter 3. Digeſtis de action. empt.* cuiuſmodi ſunt ſeruitutes, quæ per patientiam tradi dicuntur.

Traditio.

Traditio propria.

Traditio impropria

Ad hoc autem vt traditione transferatur dominium multa requiruntur, neque enim ſola debet eſſe traditio: *dicta l. nunquam nuda 31. Digeſtis de acquir. rer. domin.*

Requiſita in traditione dominij.

I. Requiritur vt qui tradit dominus ſit rei traditæ, vel ſaltem quaſi dominus, *§. per traditionem, 40. hic.* nemo enim plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet, *l. traditio, 20. in principio, Digeſtis de acquirend. rerum domin.* Neguz. *tract. de pign. 1. memb. 5. p. p. numero quinquageſimo-ſexto.* iuxta communem regulam, nemo dat quod non habet, *l. ſi filius 14. codice de donation.* Dec. *in lege nemo plus iuris 152. num. 2. ff. de reg. iur. l. traditio, ff. de acq. rer. dom.* Tuſch. *tom. 2. lit. D. concl. 17.*

Nemo dat quod non habet.

II. Vt ſit perſona ad tradendum habilis, ſic pupillus, furioſus & prodigus tradendo alienare non poſſunt, *l. 1. ff. de curat. furioſ. §. nunc admonendi 2. infr. quib. alien. lic. vel non. l. obligari enim, §. pupillus 2. ff. de author. & conſen.*

III. Vt præcedat vera cauſa, vel iuſtus titulus, verbi gratiâ, emptionis, donationis, dotis, legati, &c. *d. l. nunquam 31. ff. de acq. rer. dom.*

IV. Vt res in commercio hominum ſit, nec prohibita alienari.

Traditio quando transfert dominium contracta venditionis?

Tunc tantùm cùm emptor venditori pretium ſoluit, vel alter ei ſatisfecit, vt fideiuſſore, aut pignore dato, vel etiam cùm venditor emptoris fidem ſequutus eſt, *§. vendita 41. hic.* Itaque ante ſolutum pretium, vel ſolutione non præſtitâ poteſt venditor rem venditam tanquam ſuam vendicare, niſi venditor emptoris fidem ſit ſequutus, vel emptor paratus ſit venditori ſatisfacere, *lege tactuli, 12. Codice de rei vindicatione.*

Venditione tráſfertur dominium per traditionem.

Nota transactione, non minùs quàm venditione dominium per traditionem transferri, *l. numquam nuda 31. Digeſtis de acquirend. rerum domin. leg. tranſactionem, 35. C. de tranſact. l. in ſumma 65. §. 1. ff. de condict. indeb.*

Transactione etiã transfertur dominium.

An poteſt transferri dominium nudâ voluntate?

Poteſt, etiamſi nulla interueniat actualis traditio, nempe ſi rem quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit, poſteà aut vendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, *§. interdum etiam, 44. hic. l. qua ratione 9. §. interdum 5. ff. de acquiren. rer. domi.* Sola etiam rei præſentia in contractu traditionem operatur, *l. 1. §. ſi iuſſerim 21. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. quod meo 18. §. ſi venditorem, 2. ff. eadem.* Tamen illa voluntas adiunctam debet habere certam cauſam aut titulum à iure ciuili approbatum. *l. ſi quis ei, §. differentia, ff. de acquir. poſſ. l. nuda, ff. de contrah. empt. l. iuris gentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pact.*

Nudavoluntate transfertur dominium.

Traditione clauium transfertúrne dominium, & poſſeſſio?

Transfertur, *l. clauibus, 73. Dig. de contrahen. empt. §. item ſi quis merces 45. hic. l. 1. §. ſi iuſſerim, 21. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* verbi gratia, ſi quis merces in horreo depoſitas vendi-

Dominiũ tráſfertur traditione clauium.

vendiderit, ſtatim arque claues horrei tradiderit emptori tranſlata cenſebitur mercium proprietas ad emptorem: quòd ſi nullus præceſſerit juſtus ritulus nulláque lègitima cauſa traditio clauium cuſtodiæ gratiâ præſumetur facta. *Horreum.* Per horreum intelligere debemus quodlibet vel vini, vel frumenri, vel aliarum rerum repoſitorium, *Dd. in leg. tabernam, 7. Digeit. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Inde horrearius qui præpoſitus eſt horrei cuſtodiæ.

Iſte acquirendi modus inter fictos ponendus vt deguſtatio in vini venditione, *leg. 1. & leg. 4. ff. de peric. & com.* & demonſtrario in columnæ venditione, *leg. 1. §. pen. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Quis eſt modus decimus octauus?

Eſt apprehenſio rei in vulgus proiectæ donationis gratia, ſtatim enim quilibet efficirur dominus eius quod acceperit, *§. hoc amplius, 46. hic.* Miſsilia erant *Miſſilia.* diuerſarum rerum donaria, quæ emerendæ popularis auræ, vel lætitiæ publicæ gratiâ in perpetuam rei memoriam ab Imperatoribus, Prætoribus, & Conſulibus, in vulgus mittebantur & ſpargebantur, ideò à mirtendo miſsilia appellata ſunt, quod adhuc hodie in vſu eſt, cùm agitur de Principibus inaugurandis, ſed conſulibus prohibitum, *leg. ordinem, 2. ff. de conſulib. &c.*

Quis eſt modus decimus nonus & vltimus?

Res pro derelicto habita. Eſt occupatio rei pro derelicto habitæ: ſi quis enim rem derelictam occupauerit ranquam donaram, ſtatim eius fiet dominus, & juſta erit poſſeſsionis cauſa, *l. 1. ff. pro derelict.* Illud autem pro derelicto habetur, quod dominus, ea menre abiecit, vt animum derelinquendi habuerit, *§. quâ ratione, 47. hic.* & ad ſe pertinere noluerit, *l. 36. ff. de ſtip. ſeru.* ac proinde primo occupanti donare viſus ſit, *l. quod ſeruus, 36. ff. eod. tit.* Deinde pro derelicto habuiſſe videtur ædes dominus longo ſilentio, *leg. ſi finita, 15. §. 21. ff. de damn. infect.*

Norandum tamen eiecta nauis leuandæ gratiâ non dici derelicta, quia nó eo animo eiecta fuerunt, vt derelinquerentur, ſed naufragij vitandi gratiâ, *leg. qui leuandæ, 8. Digeſt. ad leg. Rhod. de iactu. leg. 2. §. fin. Digeſt. eod. leg. qua ratione, 9. §. fin. Digeſt. de acquir. rer. dom.* Itaque ſi quis ea occupauerit, furtum commiſiſſe dicetur, *§. alia ſanè cauſa, 48. hic.* niſi is qui eiecit animum recuperandi habuerit quia tunc quod eiectum eſt eius manebit, *leg. falſus, 43. §. ſi iactum, 11. Digeſt. de furtis.* Ad hunc modum referri poteſt Heſpaua, quæ dicitur omne illud quod *Heſpaua.* oberrar, *leg. 3. §. nerua filius, Digeſt. de acquir. poſſeſſ.* Chaſſan. *de Inſt. §. 1. verſic. heſpaua, num. 1.*

TITVLVS II.

DE REBVS CORPORALIBVS & incorporalibus.

TEXTVS.

Qvædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales.

1 ¶ Corporales hæ ſunt quæ tangi poſſunt: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles.

2 ¶ Incorporales autem ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea, quæ in jure conſiſtunt: ſicut hæreditas, vſusfructus, vſus [& obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continétur: nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale eſt: veluti fundus, homo, pecunia. nam ipſum ius hæreditatis, & ipſum ius vtendi fruendi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt.

3 ¶ Eodem numero ſunt jura prædiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes vocantur.

Quomodo adhuc diuiduntur res?

IN præcedenti titulo generalis rerum *Connexio.* adducta fuit diuiſio ſecundum qualitarem, in hoc tit. referendo ad titulum, *Digeſt. de diuiſ. rer. & qual.* noua earundem proponitur diuiſio, ſecundum ſubſtantiam, in corporales & incorporales, *in princip. hic.* Res corporales ſunt quæ naturâ ſuâ tangi poſſunt, & ſub ſenſum viſus, vel potentiâ, vel actu cadunt, cuiuſmodi ſunt homo, veſtis, aurum, & argentum, & res aliæ innumerabiles, *§. 1. hic. leg. 1. §. 1. Digeſt. de diuiſ. rer.* quæ quia corporales ſunt, tanguntur, nihil enim tangi poteſt niſi corpus, aut corporeum ſit, quod dicitur hîc hominem, veſtem, &c. eſſe res corporales, hoc intelligendú de indiuiduis, hoc homine, hac veſte, non de ſpecie logica, vel genere iuridico, *leg. 54. in princip. Digeſt. de verb. obligat.* Et quamuis

Rerum diuiſio in corporales & incorporales.

Res corporales.

impoſsibile ſit nonnullas res actu tangere, cœlos, ſtellas & res omnes, quæ in profundo maris exiſtunt, vel montibus occultatæ, aut in terræ penetralibus abditæ ſunt, tamen ſui naturâ & poteſtate res illæ tangi queunt, *gloſ. ſui naturâ in princ. hic.*

Res incorporales. Incorporales ſunt, quæ nec tangi, nec demonſtrari, nec oculis corporeis obiici poſſunt, ſed mente & intellectu percipiuntur, cuiuſmodi ſunt hæreditas, ſeruitus, vſusfructus, vſus, habitatio, actiones, & obligationes quoquo modo contractæ, vſucapio, præſcriptio, & eiuſmodi alia in jure tam diuino quàm humano conſiſtentia, quæ ſolâ cogitatione diſcernuntur, *§. 2. & 3. hic, l. 1 ff. de diuiſ. rer.*

Obiect. Atqui, inquies, res corporales continentur in hæreditate, ergo hæreditas non eſt de numero rerum incorporaliũ.

Reſpon. Reſpondendum res hæreditarias, vel in hæreditate contentas, eſſe quidem corporeas, vt fundum, prædia, & non tamen ipſam hæreditatem, *id eſt*, jus ipſum per ſe defuncti perſonam referens, quomodo ſumitur *tot. tit. ff. & Cod. de petit. hæred. & leg. 24. ff. de verb. ſignificat.* aliud enim eſt hæreditas, & aliud res hæreditaria, *leg. 1. Cod. de euiction.* vbi de hæreditate vendita non datur contra venditorem actio pro rebus ſingularibus euictis, *Boer. deciſ. 33. num. 26. Ruin. in conſ. 44. num. 4. volum. 2.*

TITVLVS III.

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM & VRBANORVM PRÆDIORVM.

TEXTVS.

Rvſticorum prædiorum jura ſunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter eſt jus eundi ambulandi hominis non etiam jumentum agendi, [vel vehiculum.] Actus eſt jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet: qui actum habet, & iter habet, [eoque vti poteſt] etiam ſine jumento. Via eſt jus eundi & agendi & ambulandi: nam & iter & actum via in ſe continet. Aquæductus eſt jus aquæ ducendæ per fundum alienum.

1 ¶ Prædiorum vrbanorum ſeruitutes ſunt hæ, quæ ædificiis inhærent: ideo vrbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia, vrbana prædia appellamus, etſi in villa ædificata ſint. Item vrbanorum prædiorum ſeruitutes ſunt, vt vicinus onera vicini ſuſtineat: vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere: vt ſtillicidiũ vel flumen recipiat quis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam: ne altiùs quis tollat ædes ſuas, ne luminibus vicini officiat.

2 ¶ Inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes quidam computari rectè putant aquæ hauſtum, pecoris ad aquam adpulſum, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

3 ¶ Ideo autem hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt, nemo enim poteſt ſeruitutem adquirere vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium.

4 ¶ Si quis velit vicino aliquod jus conſtituere: pactionibus atque ſtipulationibus id efficere debet. Poteſt etiam teſtamento quis hæredem ſuum damnare ne altiùs tollat ædes ſuas, ne luminibus ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem ſuum immittere, ſtillicidiúmve aduerſus eum habere: vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquámve ex eo ducere.

Quid eſt Seruitus?

Connexio. IN præcedenti titulo dictum eſt res incorporales in jure conſiſtere, quales ſunt ſeruitutes, hæreditates, &c. Ideo de ſeruitutibus incipit agere Imperator, in hoc tit. qui debet referri ad *tot. lib. 8. Pand. & ad tit. C. de ſeruit. & aq.*

Seruitus alia eſt merè perſonalis, alia merè realis, alia mixta, nempe partim realis, partim perſonalis. *Seruitus merè perſonalis.* Merè perſonalis dicta eſt à ſeruando, quâ perſona ſeruit perſonæ, ſeruus nempe domino, de qua actum eſt in primo libro. *Seruitus merè realis.* Merè realis, quæ & prædialis dicitur, eſt quæ à re rei, *id eſt*, prædio debetur, & inhæret, cuiuſmodi eſt ſeruitus prædialis, *leg. vnus ex ſociis, ff. de ſeru. ruſt. præd.* v. g. Seruitus lignandi in ſylua, ad vſum & neceſsitatem prædij alicuius realis, *gloſſ. in l. 1. §. fin. verb. computanda, Digeſt. de ſeruit. ruſt. præd. leg. liberto, 31. §. qui aliena, 3. ff. de neg. geſt.* item aquæ ductus, ad vſum fundi, *leg. 3. leg. 6. ff. de ſeru. ruſt. præd.* naturà etiam comparatum eſt ex jure gentium, vt vnus ager alteri ſeruiat ſecundùm ſitum agrorum, *l. 1. §. vlt. ff. de aqua pluu. arc.* *Seruitus mixta.* Partim realis, partim perſonalis, quæ aliàs mixta dicitur. *Dd. in l. 1. ff. de ſeruit.* à re debetur perſonæ, cuiuſmodi ſunt vſusfructus, vſus, & habitatio, de quibus agitur in duobus ſeqq. titulis, *l. non ſolùm, 2. §. tale legatum 3. ff. de liberat. legat.* vel à perſona rei debetur & locum habet in libertis, colonis, & cenſitis, *d. l. 1. & ibi gloſ. add. marg.* quæ tamen impropriè ſeruitus appellatur, eò quòd ſit potiùs onus quoddam liberæ perſonæ impoſitum.

Ser-

Seruitus prædialis, de qua hîc, definitur, jus quod habemus in re alterius, vt is aliquid patiatur, vel aliquid non faciat. definitur jus, *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. de diuiſ. rer.* §. *vlt. tit. prox. ſupr. l. hac autem iura*, 6. *ff. de ſeruit. præd. vrban.* Seruitutem habemus in re alterius, quia res ſua nemini ſeruit, *l. vti frui*, 5. *ff. ſi vſufr. pet. l. ſi communi*, 27. *ff. de ſeruit. ruſt. præd. Surd. de alimen. tit.* 8. *priuil.* 49. *n.* 7. *& deciſ.* 46. *n.* 2. Seruitus in eo conſiſtit vt aliquis aliquid patiatur, vel aliquid non faciat, *l. quoties*, 15. §. *ſeruitutum*, 1. *ff. de ſeruit.* v. g. ſi haberem ius itineris in fundo Titij, deberet ille pati vt per fundum illum irem, vel ſi haberem ius in ædibus vicini ne feneſtram faciat, me reluctante feneſtram facere nequit, & tale jus ſeruitus vocatur: quæ quidem ſeruitus etſi corporibus accedat, tamen incorporalis eſt, *l. ſeruitutes*, 14. *ff. de ſeruit.* §. *fin. ſupr. de reb. corp. & incorp.*

Res ſua nemini ſeruit.

Quotuplex eſt ſeruitus prædialis, & vnde dictum prædium?

Duplex eſt ſeruitus prædialis, vel enim eſt prædij ruſtici, vel prædij Vrbani, vnde etiam prædialis ſeruitus appellatur §. *ideo autem*, 3. *hîc.* Prædium dictum fuit à præſtando reditum & vſum, eo quòd valde & abundè dent præſtentque prædia, *l.* 1. *& ibi add. ff. com. præd.* vel à priùs dando, vel à præda, quòd agri capti inter milites tanquam præda diſtribuerentur.

Prædij etymon.

Quid eſt prædium ruſticum?

Prædium ruſticum. Eſt fundus quilibet, ſiue ſtabulum, aut ædificium pecorum habitationi, vel fructibus exponendis præparatum, ſiue ruri ſiue in vrbe, *l. eo iure*, 4. §. *ſtabula.* 1. *ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. Ferrarius Montanus tit. de ſeruit.*

Quid eſt prædium Vrbanum?

Prædium vrbanum. Eſt omne ædificium inhabitandi gratiâ conſtructum, ſiue in vrbe, ſiue extra vrbem in vicis villiſve, §. *prædiorum Vrbanorum, hîc. gloſ. in Rubr. ff. de ſeruit. ruſt. & vrb. præd.* quia locus non facit prædium vrbanum, ſed vſus & materia, *l.* 198. *ff. de verb. ſignif.*

Quænam dicuntur ruſticorum prædiorum ſeruitutes?

Ruſticorũ prædiorũ ſeruitutes. Dicuntur illæ quæ prædiis ruſticis inhærent, cuiuſmodi ſunt iter, actus, via, aquæductus, quæ nominatæ dicuntur, *in princ. hîc. l.* 1. *in princ. & ibi gloſ. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* item aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, ius calcis coquendæ, ius arenæ fodiendæ quæ innominatæ appellantur, §. *inter ruſticorũ*, 2. *hîc. & d. l.* 1. §. 1. Appellantur autem prædiorum, vel prædiales ſeruitutes, quoniã ſine prædiis conſtitui nequeunt, nec poteſt quis acquirere vrbani vel ruſtici prædij ſeruitutem ſi prædium non habet, neque poteſt ſeruitutem debere aliquis, niſi qui prædium habet, §. *ideo autem* 3. *hîc.*

Quid eſt iter?

Iter ab eundo dictum eſt & appellatur aliàs via compédioſa vel ſemita, & definitur ius eundi, ambulandi hominis per fundum vicini, fructuum tamen cauſâ, ſiue ipſe eat pedes aut eques, ſiue ſellâ aut lecticâ vehatur, attamen iumentum & vehiculum agere aut ducere nequit, *in princ. hîc.* *Iter.*

Nota itineris latitudinem vulgò dici duorum pedum, quamuis iure communi nihil certi & determinati de illa latitudine ſtatui poſſit, cùm à conuentione & arbitrio pendeat, *l. certo generi*, 13. §. *latitudo*, 2. *ff. de ſeruit. præd. ruſt.* Talis tamen debet eſſe itineris latitudo, vt vnuſquiſque ire poſſit. *Itineris latitudo.*

Quid eſt actus?

Eſt ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum onuſtum, vel non onuſtũ, vel agendi vehiculum, *in princ. hîc.* aut carrucam quâ in dignitate conſtituti vti poſſunt, *l. vn. C. de hono. vehicul.* & quæ vehiculi geſtatorij genus eſt, *l. vxori, ff. de aur. & arg. leg.* ideo dicitur actus ab agendo, Iumentum nomen habet à iuuando, nam hominem iuuat terram colendo, onus ferendo, & vehiculum trahendo, vel etiam à iungendo. Latiùs ergo patet actus quàm iter, quia omnis actus eſt iter, non contrà. *Actus.* *Carruca.* *Iumentũ.*

Notandum actus latitudinem vulgò dici quatuor pedum, quamuis iure ciuili actus, vt itineris nulla certa ſtatui poſſit latitudo, *d. l. certo generi.* Hæc tamẽ debet eſſe latitudo actus, vt quis commodè agere poſſit iumentum. *Actus latitudo.*

Quid eſt via?

Via dicta eſt, quaſi vehia, quia ſcilicèt vehantur fructus, & eſt ius eundi & agendi & ambulandi hominis, nam via & iter & actum in ſe continet, *in princ. hîc.* neque enim in itinere & actu eſt ius trahendi lapides & ligna, aut rectam ha- *Via.*

ſtam ferendi, id eſt, exercitum ſiue peditatum ducendi, modò fructus non lædat, *l. qui ſella 7. ff. de ſeruit. ruſt. præd.* ſicut in via.

Via latitudo. Notandum viæ latitudinem eſſe octo pedum, in porrectum, & ſedecim in anfractum ſinuoſum, & flexum propter vehiculorum vehendorum & vertendorum facilitatem, *l. viæ latitudo, 8. ff. de ſeruit. præd. ruſt.*

Notandum adhuc eum qui debet viã alicui, non poſſe ædificare in præiudicium eius cui debetur ſeruitus, *l. ſi domus 21. Dig. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi in loco 9. ff. ſi ſeruit. vindic.* nemini etiam licere deteriorem facere viam vel ſuper ea pontem conſtruere, *l. 2. §. tractatum ff. ne quid in loc. publ.*

Quid eſt aquæ ductus?

Aquæ ductus. Eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum, *in princ. hic. & l. 1. ff. de ſeruitut. ruſt. præd.* ad irrigandam, eã tamen conditione, vt nemini iniuria fiat. Eſt enim regula, quòd aqua in qua priuatus ius habet, *Aqua non debet a ſolito curſu diuerti.* non poſſit à ſolito curſu diuerti, *l. 2. ad ſi. C. ad l. Aquil. l. præſes 6. & l. ſi manifeſte, 7. Co. de ſeruit. & aqu. l. ſi quis diuturno, 10. in prin. & per tot. ff. ſi ſeru. vind.* nedum poſſit aqua in flumen nauigabile influens, vel ex flumine nauigabili à quoquam duci, Principe prohibente, *l. quo minus 2. Dig. de flumin.* Iſtius ſeruitutis exemplum tale eſto; Habebas fundum aquis abundantẽ, habebam & ego fundum aquis carentem, rogaui te vt mihi liceret, ex fonte qui in tuo oritur, aquam in fundum meum deducere, id mihi conceſsiſti, hæc ſeruitus dicitur aquæ ductus, meatus nempe per quem aqua fluit, & ducitur.

In aquæ ductu non tantum inſpiciendum eſt aquæ initium, ſed etiam inſpici debent loca vnde decurrit, & alui, & meatus, & vetuſtiſsimus aquæ curſus, vt ſecundùm eorum omnium qualitatem de vſu aquæ iudicium feratur. *Paul. Pariſ. in conſi. 129. n. 6. libr. 4. ex text. in l. 1. §. fina. ff. aqu. pluu. arc.* vbi vetuſtas vicem legis obtinere dicitur.

Quid eſt aquæ hauſtus?

Aquæ hauſtus. Eſt ius aquæ hauriendæ ex flumine, fonte, aut viuo puteo alieno quatenus ad ipſum fundum, cui ſeruitus illa debetur, opus eſt, & in tantum quatenus ſeruitus conſtitui poſſe putatur, *l. ergo 5. §. & in fin. & l. ſequen. Dig. de ſeruit. præd. ruſt.* Cõceditur autem ius iſtud vel vni vel pluribus pro aquæ copia & quantitate, & certis diebus, ac diuerſis temporibus limitatur, *l. 2. §. 1. ff. de seruit. ruſt. præd. l. Lucio, 4. ff. de aqua quot. & æſtiu.*

Quid eſt pecoris ad aquam appulſus?

Pecoris ad aquã appulſus. Eſt ius ad vicini aquas appellendi pecoris, eius adaquandi gratiã, *l. pecoris 4. & l. ſequ. Dig. de ſeruit. præd. ruſt.* In hac ſeruitute pecoris nomine veniunt oues, boues, capræ, equi, muli, aſini, aliæque quadrupedes, vt ſunt Elephanti, cameli, canibus, vrſis, & leonibus exceptis, *l. 2. ff. ad l. Aquil. l. ædiles aiunt, 38. §. iumentorum, 4. Dig. de ædilit. edict.*

Quid eſt ius paſcendi?

Ius paſcendi. Eſt ius pecus paſcendi in fundo alieno prędij dominantis cauſà conſtitutũ, *l. 1. §. 1. l. item ſic 3. in princ. l. pecoris 4. l. veluti, 6. in fin. Dig. de ſeruit. præd. ruſt.* Nullum eſt dubium quin ius iſtud ſit ſeruitus, *l. item ſic, 3. l. pecoris 4. Digeſt. de ſeruit. ruſt. præd.* Et quidem ſeruitus diſcontinua atque realis, quippe quæ non perſonæ, ſed prædio debeatur, *l. pecoris 4. & l. pen. ff. de ſeruit. ruſt. præd.*

Paſcua. Dicuntur autem paſcua, vbi animalia paſci ſolent, vt ſyluæ, prata, *l. ſylua cædua, §. fin. Dig. de verbor. ſign. & tot. tit. C. de paſcu. publ. vel priua.*

Ius paſcendi competens villæ aut vniuerſitati quomodo probatur?

Probatio iuris paſcendi. Debet aliter probari, quàm per homines villę aut vniuerſitatis, quando ſingulorum beſtiæ ibi depaſcunt, quia dicitur teſtimonium in re propria, ex quo ad eum ſpectat commodum, *l. 1. §. in proprio, ff. quand. appel. ſit. l. omnibus 10. C. de teſtibus. Cœp. in tract. de ſeruitu. ruſt. præd. c. 11. de ſeruit. iuris paſcendi, n. 28. verſ. ſed aliud dubium.*

Quid eſt ius calcis coquendæ?

Ius calcis coquendæ. Eſt ius coquendi, ac parandi calcem in fundo alieno, ad vtilitatem prædij dominantis reſpiciens, *l. 1. §. 1. l. ergo, 5. §. 1. l. veluti, 6. § 1. ff. de ſeruit. præd. ruſt.* Fit autem calx ex lapidibus duris in fornace *Calx.* coctis ad ædificandum.

Quid eſt ius arenæ fodiendæ?

Eſt ius fodiendi, & tollendi arenam in agro alterius, *l. 1. §. 1. & l. veluti, 6. §. 1. ff. de ſeruit. præd. ruſt.*

Ius arenæ fodiendæ. Hæc duo iura, nempe calcis coquendæ, aut parandæ, & arenæ fodiendę, non ſunt regalia, quia inter fodinas, aut minetas non enumerantur, ſed emuntur ex foſſione terræ, *tot. tit. hic.* ideò non ad proprietarium, ſed ad vſufructuarium pertinent, *l. veluti, 6. in prin. verb. vſufructus erit, & ibi gloſſ. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. item, 9.*

tem,9.§.ſed & ſi lapidicinas, 2.ff.de vſufr. l.ſi ex lapidicinis, 32.ff. de iur. dot. Arena ſæpe ſumitur pro amphiteatro in quo ſpectacula edebantur, nam ibi ſpargebatur arena quæ ſanguinem effuſum ex vulneribus ſiue ferarum ſiue gladiatorum ebiberet, *l.is qui iudicio,ff.de accuſat.* vt adhuc videre poſſumus Nemauſi. Adde etiam jus eretæ fodiendæ,& lapidis eximendi, quatenus ad prædium opus ſit,cuius gratiâ tale jus conſtituit, *l.ergò,in fi. & l.ſeq.ff. de ſeruit.ruſt.præd.*

Quænam ſunt vrbanorum prædiorum ſeruitutes?

Vrbanorũ prædiorũ ſeruitutes

Hæ potiſſimùm, quæ prædiis ſiue ædificiis vrbanis inhærent, I.Seruitus oneris ferendi, cùm parieti tuo hæc ſeruitus imponitur,vt domum meam ſuſtineat, *l. etſi fortè, 6.§. etiam; 2.ff. ſi ſeruit. vindic.l.cum debere: ff. de ſeruit.vrban.præd.* II. Seruitus tigni immittendi in parietem vicini, *Schneid. ad §.prædiorum n.5. & ſeq. hic.* Immittere tignum, eſt illud ex vno ędificio in aliud porrigere, *l.ſicut, 8.§.1.ff.de ſeruit.vindic. l.hoc quod. 25.ff.de ſeruit. vrb. præd.* Quæ de tigno hîc dicuntur, intelligi debent de omni ſpecie & materia quæ tigni appellatione venit, *l.1.ff.de tign.iniũct.l.tigni,62.ff.de verb. ſign.l.adeò,7.§.cũ in ſuo,10.ff.de acquir.rer. dom. l.tigni,7.ff. ad exhibend.* Vide ſupr. modum decimum de *rer.diui. & acq.rer. dom.* III. Stillicidium auertendi in tectum,vel aream aut cloacam vicini, vel non auertendi, *l.ſeruitutes 20.§.1.& l.ſeq. ff. de ſeruit. vrb. præd.* Nemo autem ſtillicidium conuertere poteſt ſuper ſolum vicini, niſi ius ſeruitutis habeat conſtitutum, *l.1.ff.de ſeruit. vrb.præd.* Dicitur area præcipua pars domus, *l. qui res ſuas, 98.§.aream, 8.verſ.non ex his ſimilis area,ff. de ſolutionib.* Dicitur ſtillicidium quaſi ſtillarum cadium, quòd guttatim cadãt guttæ vbi è tectis fluunt. IV. Altiùs tollendi,vel non tollendi ædes, *id eſt*, ædificandi, vel non ædificandi altiùs ne lumen & proſpectus vicini impediatur, aut minuatur, *§.prædiorum vrbanorum, 1. hic.l.1.cum ſeqq.ff.de ſeruit.vrb.præd.* Neque enim licere debet cuiquam inuito vicino parietem confinem apetire,& ibi feneſtras proſpectorias conſtruere, per quas ſępè ad arma,& rixas fit proceſſus, & odia conciliantur, *arg.l.ſi cuius,13.§.ſed ſi, 3.ff. de vſufruct. &c.* Adde quòd noſtrâ intereſt vt in propriis ædibus ſecretò habitemus, neque viuendi rationem noſtram alienis oculis ſubiiciamus, nonnulli enim ita ſunt curioſi, vt quid in ædibus noſtris geratur ſcire cupiãt. Deinde habemus textum expreſſum in *l. eos, ff. de ſeruit. vrb. præd.* vbi dicitur præcisè non licere ſine ſocij conſenſu feneſtram facere in communi pariete gratiâ luminis recipiendi. Idem tenent *Dd.in d.leg.* Si ergo in detrimentum vicini aliquid fiat & conſtruatur, nouum opus nuntiabitur,de quo in *l.vn.C.de nou.oper.*

Immittere tignum. — *Area.* — *Stillicidium.*

Duæ adhuc ſunt ſeruitutes vrbanorum prædiorum, vt ſeruitus protecti,& projectus, ſeruitus proiiciendi aquam, vel quiſquilias,de quib.agit *Greg. Tholoſ. ſyntag.lib.4.cap.12.& 13.*

Quomodo conſtituuntur ſeruitutes?

Seruitutẽ conſtituẽdarũ modi.

Variis modis, I. A lege, vel conſuetudine, aut ſtatuto loci, *l.7.C.de ſeruit.l. venditor,13.§.1.C.com.præd.l.1.§.vlt.& l.ſeq. Digeſtis de aqua & aq. pluu.arc.l.1.C.de ædific. priu.*

II. A Iudice,qui poteſt imponere aliquam ſeruitutem vt alij alium ſeruum faciat, *l.item labeo,22.§.ſed etiam, 3.fam. erciſc.* Vel quaſi in duobus fundis ſeruitutem imponere, *l.communi, 7.§.1.Digeſtis com.diuid.*

III. Per contractum inter viuos initum, vt potè per pactionem aut ſtipulationem, *§.ſi quis velit, 4. hic. l.4.Digeſt.de ſeruit.aqua.*

IV. Per teſtamentum, vt ſi quis ius eundi per ſuum fundum alicui leget,aut ius aquam ex fundo ducendi, *§.eod.hic.*

V. Vſucapione, & longi temporis præſcriptione, *l. vlt. in fin.C.de præſcript. long. temp.* nec non præſcriptione longiſſimi temporis, *Commun.opin.Guid.Pap. quæſt.407.l.ſi aquam.2.C.de ſeruit.*

Quomodo amittuntur ſeruitutes?

Seruitutũ amittẽdarũ modi.

Iiſdem ferè modis quibus vſu acquiruntur ſeruitutes, vel per non vſum amittuntur, vt *not. Accurſ.& Dd.in l.hæc autem, 6.ff.de ſeruit. vrb. & in l.ſi ſic conſtituta, 7. Digeſt. quemad. ſeruit. amitt.* Tamen ſeruitus rei debita non venit, nec cenſetur vendita, ſi res vendita fuerit, niſi de ea facta ſit expreſſa mentio, *l.in vendendo,ff. de contrah.empt.*

Seruitus continua.

Vt hæc meliùs intelligantur, notandum aliam ſeruitutem eſſe continuam, aliam diſcontinuam;Continua eſt, quæ continuam & perpetuam habens cauſam, continuo hominis facto non habet opus, ſed ſemel conſtituta, ſemper

durat, vel actu, vel poteſtate, vt tigni immittendi ſeruitus, altiùs ædificandi, vel ſtillicidij recipiendi, *l. flumine, 38. ff. de ſeruit. præd. ruſt. l. foramen, 28. ff. de ſeruit. vrb. præd.* talis ſeruitus, & diuturno vſu, & longi temporis præſcriptione inducitur, niſi interrupta fuerit, *l. ſi aquam, 2. C. de ſeruit. & aq.*

Seruitus diſcõtinua Diſcontinua eſt, quæ cauſam habet, & cuius vſus non poteſt haberi, niſi hominis facto interueniente, vt ius eundi, agendi, &c nemo enim ita continuè ire, vel agere poteſt, vt nullo temporis momento eius poſſeſſio interpellari videatur. *Accurſ. & Dd. in l. ſeruitutes, 14. ff. de ſeruitutib.*

TITVLVS IV.

DE VSVFRVCTV.

TEXTVS.

VSVSFRVCTVS eſt jus alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia. Eſt autem ius in corpore: quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.

1 ¶ Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipit: idque pluribus modis accidit: vt eccc, ſi qois vſumfructum alicui legauerit. nam hæres nudam habet proprietatem, legatarius verò vſumfructum. Et contrà, ſi fundum legauerit deducto vſufructu: legatarius nudam habet proprietatem: hæres verò vſumfructum. Item alij vſumfructum, alij deducto eo fundum legare poteſt. Sine teſtamento [verò] ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere: pactionibus & ſtipulatiooibus id efficere debet. Ne tameo in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente vſufructu: placuit certis modis extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

2 ¶ Conſtituitur autem vſusfructus non tantùm in fundo & ædibus, verùm etiam in ſeruis, & iumentis, & cæteris rebus: [exceptis iis, quæ ipſo vſu conſumuntur.] Nam hæ res neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt vſumfructum, quo [in] numero ſunt vinom, oleum, frumentum, veſtimeota: quibus proxima eſt pecunia numerata. namque ipſo vſu aſſidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis cauſa ſenatus cenſuit, poſſe etiam earum rerum vſumfructum conſtitui: vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ vſusfructus legatus ſit: ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius ſatiſdet hæredi de tanta peconia reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed æſtimatis his, ſatiſdatur: vt ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituator, quanti hæ fuerint [æſtimatæ.] Ergo ſenatus non fecit quidem earum rerum vſumfructum, (nec enim poterat) ſed per cautionem quaſi vſumfructum conſtituit.

3 ¶ Finiturautem vſusfructus morte vſufructuarij, & duabus capitis deminutionibus, maxima & media, & non vtendo per modum & tempus: quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio. Item finitur vſusfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur: (nam cedendo extraneo, nihil agitur) vel ex contrario ſi vſufructoarius proprietatem rei adquiſierit: quæ res conſolidatio appellatur. Eo amplius conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, vel etiã terræ motu, vel vitiu ſuo corruerint: extingui vſumfructum, & ne areæ quidem vſumfructum deberi.

4 ¶ Cùm autem finitus fuerit totus vſusfructus, reuertitur ſcilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus iocipit plenam in re habere poteſtatem.

Quid eſt vſuſfructus?

MErè reales expoſitę ſunt ſeruitutes in pręcedẽti titulo, ſequitur agendũ de ſeruitutib⁹ mixtis: inter quas primò occurrit vſufructus, qui definitur ius ſiue facultas rebus alienis vtẽdi fruendi, ſaluâ rerum ſubſtantiâ, *in princ. hic.* Iſte titulus referendus eſt ad *7. tt. priores, & vlt. tit. lib. 7. ff. & ad tit. C. de vſufr. & hab'i.* *Connexio*

Vſufructus.

Vbi notandum jus iſtud corpori inhærere, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt, *l. 1. ff. eod.* & in *princ. hic*, aliud eſt precarium, quod non juris eſt, ſed facti. *l. ſi precario, 17. ff. Com. præd.*

Verba illa, *alienis rebus*, denotant vſufructuarium non eſſe dominum rei in qua conſtitutus eſt vſufructus, nemo enim rei ſuæ poteſt eſſe vſufructuarius, *l. vtifrui, 5. in princ. ff. ſi vſufruct. petat.* ſed tantùm habere ius vtendi & fruendi, quod quidem jus à proprietate eſt abſtractum, & in re aliena tantùm conſtituitur, *d. prin.* Diſtinguunt etiam vſufructuarium ab hærede grauato, qui tanquam hæreditatis dominus re ſua & non aliena vtitur, fruitur, *l. 1. §. 1. & l. quamuis, 40. ff. ad Trebell.* tum à marito, qui vt dominus dotis, ſaltem fictitius, non alienis, ſed ſuis rebus vti, ac frui videtur. Deinde ab Emphyteuta, qui quaſi dominus eſt agri, vectigalis, *l. poſſeſſores, 12. C. de fund. patrim.* quem alienare poteſt, *l. tutor, 6. ff. de pign. l. ſi domus, 71. §. vlt. ff. de leg 1.*

Verba *vtendi & fruendi*, oſtendunt vnde vſufructus dicatur, nempe ab vti & frui, quorum illud neceſſitatis, hoc voluntatis eſt, qui enim vſumfructum habet: ille non ſolùm omnia ſibi neceſſaria ex re aliena conſequitur, ſed etiam omni-

omnibus fructibus ad voluptatem pro arbitrio ſruitur, quia eorum verus eſt dominus, eóſque locare, vendere & donare poteſt, tamen re abuti non debet, ſed tantùm vti ſrui. *l. vſusfructus, 1. ff. de vſufr. l. arboribus, 12. §. vſufructuarius, 2. ff. de vſufr. l. ſi quis domum, 9. §. 1. ff. locat.* neque enim ſibi, ſed domino poſſidet vſufructuarius, *Cuiac. lib. 9. obſeru. cap. 33. in fin. per l. acquiritur. 10. §. fin. ff. de acq. rer. dom. & l. certe, 6. §. is qui rogauit, 2. ff. de precario.*

Deinde vocabulum *Vtendi*, oſtendit differentiam inter vſumfructum, & ius illud quod creditor in pignore habet, quo vti non poteſt citra furti pœnam, *§. furtum, 6. inſt. de oblig. quæ ex delic. naſc.* Vocabulum verò *fruendi*, facit differre vſumfructum ab vſuario, qui tantùm vti poteſt in ſui & ſuorum commodum, atque vtilitatem. Ergo vti frui re aliquâ poſſe eſt de definitione vſusfructus, *l. 1. ff. de vſufr. in princ. h. t. l. 5. ff. ſi vſusfr. pet. Vigel. Meth. iur. ciuil. lib. 2. cap. 26. q. 1.*

Hæc clauſula, *ſaluâ manente ſubſtantiâ*, oſtendit vſufructuarium ita vti frui debere ne proprietas deterior fiat, *l. ſi cuius, 13. §. fructuarius. 4. ff. de vſufr.* quam ob causã ſatiſdare cogitur ne vlla læſio ex vſufructu proprietati adferatur, *l. vſufructu conſtituto 4. C. de vſufruct.*

Poteſt-ne vſusfructus à proprietate ſeparari?

Vſusfructus à proprietate ſeparari poteſt.

Poteſt, adeò vt vnus poſſit habere vſum, & alter proprietatem: Ita tamen vt proprietas longè dignior ſit & melior, maiórque vſufructu, *ſciendum. §. poſſeſſor, vbi Iaſ. n. 3. C. qui ſe iſd. cog.* ſic teſtator poteſt alicui legare vſumfructum, & alium hæredem in proprietate inſtituere, vel contra, & tunc vſusfructus inter eos communicabitur, *l. ſi alij, 19. l. Sempronius, 26. §. ſi fundus, 1. ff. de vſu & vſufr. l. ſi tibi, 6. ff. de vſufr. ear. rer.* Etiam pactionibus & ſtipulationibus poteſt ſeparari vſusfructus à proprietate item ſẽtentiâ Iudicis, vt in Iudicio diuiſorio. Tamen ſemper debet vſusfructus extinctus ad proprietatem redire, ne generaliter fruſtra ſint proprietates, *§. vſusfructus pluribus modis, 3. ff. de vſufr.*

Laudemia ad vſufructuarium pertinent.

Notandum Laudimia quæ obueniunt pendente vſufructu ad vſufructuarium pertinere, non ad proprietarium, vt poſt *Iul. Clar. ait Fab. defin. 6. C. de vſufr.* quia ſunt ex fructibus feudi, & dominij directi, *id. Fab. def. 1. n. 17. Cod. de iur. emphyt. &c.*

In quibus conſtituitur vſusfructus?

Vſusfructus conſtitutio.

Non tantùm in fundo, & ædibus conſtituitur, ſed etiam in ſeruis & iumentis, cæteriſque rebus, exceptis iis, quæ ſolo conſumuntur vſu, nam quæ vſu pereunt, neque naturali neque ciuili ratione vſumfructum recipiunt, cuiuſmodi ſunt oleum, vinum, frumentum, veſtimentũ, tum pecunia numerata, quæ etiã res eſt cõſumptibilis, & inter mobilia habetur, *Dd. in l. cætera, 41. §. ſed ſi paraanit, vbi Iaſ. n. 22. ff. de leg. 1. Boer. deciſ. 209. n. 1.*

Pecunia vſus.

Vbi notandum pecuniam propter commutationem inſtitutam eſſe, ſubleuandæ videlicet indigentiæ, tollendæque difficultatis in rerum neceſſariarum permutatione, gratiâ, idcircò pecunia toties per tot manus aſſiduo commutationis vſu iactata, quodammodo conſumpta & extincta videtur quippe quæ ſeruari non poſſit, *l. Iulianus, 30. ff. de petit. hæred.* Ideo pecunia dicitur eſſe de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *§. conſtituitur, 2. hic. l. Iulianus, 30 ff. de petit. hæred. l. Ariſto. 5. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de iur. delib.* & venit nomine mobilium, *§. & qui parum, auth. de nupt.* Attamen cùm harum rerum quæ vſu conſumuntur, non poſſit eſſe proprius vſusfructus, improprius vtilitatis causâ fuit introductus, *§. conſtituitur, 2. hic.*

Pecunia venit nomine mobilium.

Quomodo finitur vſusfructus?

Modi varij quibus finitur vſusfructus.

I. Morte naturali vſufructuarij, *§. finitur, 3. hic. l. 3. §. fin. ff. de vſufr.* quia eſt ius naturale quod in hæredes non tranſit: nam ea quę facti ſunt, vt vſusfructus, perſonam non egrediuntur, *§. ſed cum factum, 2. inſt. de ſtip. l. quia tale, 13. ff. ſolut. matrim.* & tunc ad proprietatem res redit, atque cum ea conſolidatur, *l. 1. damnas eſto, in f. l. generali, 32. §. 7. circa fi. ff. de vſufr. leg.* & de precario dicitur, quod finitur morte conſtituentis, nec ad hæredem tranſit, niſi velit conſtituens, *l. cum precario aliquid datur, §. 1. ff. de preca. Papp. lib. 14. tit. 2. arr. 13.*

II. Morte ciuili, nempe capitis diminutione maximâ, & mediâ, *§. finitur, 3. hic. l. pen. C. eod. l. 1. in princ. ff. quib. mod. vſusfr. fin.* morte proprietarij, vſufructuario adhuc viuente non finitur vſusfructus, *l. 3. & l. ſi domina, 10. C. de vſufr. l. ſi ſocrus tua, 18. C. de iur. dot.*

III. Non vtendo per modum & tempus, *d. §. 3. hic.*

IV. Cedendo proprietario, *d. §. 3. hic.*

V. Conſolidatione, *id eſt*, proprietatis cum vſufructu coniunctione, quæ fit dominij acquiſitione vt ſi vſufructuari⁹ nanciſcatur proprietatem, & contrà, *d. §. 3. hic. l. ſi tibi. 17. l. ſi ſeruo, 18. ff. quib. mod. vſufr. &c. l. ſi fructuarius, 4. ff. vſufr. quemad. cau.* incipiátque proprietarius habere plenam in re poteſtatem, *§. vlt. hic.*

VI. Rei mutatione, *d. §. finitur. l. ſi ager, 26. ff. quib. mod. vſufr. amit. l. repeti, 5. §. rei mutatione, eod.*

VII. Rei interitu totali cuius datur vſusfructus, *d. §. finitur. Pap. lib. 14. tit. 2. art. 4.*

VIII. Finito tempore, vel exiſtente cõditione, ad quam conceſſus fuit vſusfructus, *l. & puto 16. §. vſusfructus, 2. ff. fam. erci; c. l. ambiguitatem, 12. C. de vſufr. l. vſusfructus, 6. ff. de vſufr. lega.*

IX. Reſoluto iure eius, qui conſtituit vſumfructum, *l. ſi ſub conditione, 16. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.* Quæ omnia accipienda ſunt de vſufructu vero, nam quaſi vſusfructus, ſolâ morte naturali, & capitis diminutione extinguitur, *l. 9. & 10. Digeſtis. de vſufr. ear. rer. quæ vſ. conſum.* Cùm autem vſusfructus eſt finitus, ad proprietatem reuertitur, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus plenam in re poteſtatem habere incipit, *§. fin. hic.*

TITVLVS V.

DE VSV, ET HABITATIONE

TEXTVS.

ISDEM illis modis, quibus vſusfructus conſtituitur, etiam nudus vſus cõſtitui ſolet: iiſdemque illis modis finitur, quibus & vſusfructus deſinit.

1 ¶ Minus autem juris eſt in vſu, quàm in vſufructu, nam is, qui fundi nudum habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis ad vſum quotidianũ vtatur: in eóque fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento: nec vlli alij jus, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere poteſt: [quum is, qui vſumfructum habet, poſſit hæc omnia facere.]

2 ¶ Item is, qui ædium vſum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipſe tantùm inhabitet, nec hoc ius ad alium tranſferre poteſt, & vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitem ei recipere liceat: & cum vxore, liberiſque ſuis, item libertis: nec non perſonis aliis liberis, quibus non minùs, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter, ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat.

3 ¶ Item is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tantùm opera atque miniſterio eius vti poteſt: ad alium verò nullo modo jus ſuum transferre ei conceſſum eſt. Idem ſcilicet iuris eſt & in iumento.

4 ¶ Sed & ſi pecorum, vel ouium vſus legatus ſit: neque lacte, neque agnis, neque lana vtetur vſuarius, quia ea in fructu ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti poteſt.

5 ¶ Sed ſi cui habitatio legata, ſiue aliquo modo conſtituta ſit, neque vſus videtur, neque vſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod jus: quamquam habitationem habentibus, propter rerum vtilitatem, ſecundum Marcelli ſententiã noſtra deciſione promulgata, permiſimus non ſolùm in ea degere, ſed etiam aliis locare.

6 ¶ Hæc de ſeruitutibus, & vſufructu, & vſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, ſuis locis proponemus. Expoſuimus ſummatim quibus modis iure gentium res adquiruntur: modò videamus, quibus modis legitimo & ciuili jure adquiruntur.

Quid eſt vſus?

COgnata vſusfructus ſunt vſus, & habitatio, de quibus agitur in *tit. ff. de vſ. & hab & tit. de vſu & vſufr. &c. & in tit. C. de vſufr. & habit.* Definitur vs⁹, Ius ſiue facultas rebus alienis vtendi, cũ cautione pro neceſſitate, saluâ earum ſubſtantiâ, *l. 1. & ibi gloſ. verb. vtendi. l. 2. ff. de vſufr. & 5. t.* Non adhibetur in hac definitione fruendi verbum, quia vſuarius poteſt quidem vti, ſed non frui, *l. huic 5. §. ſed ſi vſus, 1. ff. vſufructuar. quem. cau.* deinde vſus conceditur ſine dominio à quo differt, *tot. tit. ff. de vſ. & habit.* Vbi notandũ vſus & vſusfructus eandẽ ferè eſſe rationem quoad conſtitutionem, & prorſus eandem quoad finem ſiue amiſſionem, in *princ. hic. l. 3. § fin. ff. de vſufr.* Commentarij. Vſus.

Eſt ne idem ius in vſu vt in vſufructu?

Non, quia qui fundi nudum habet vſum, re frui non poteſt, & nihil prætereà habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis, ad vſum quotidianum, neceſſarium, proprium, & ſuorum, vel interdum etiam conuiuarum, ſiue hoſpitum quos recipit, vtatur, *l. plenum, 12. in princ. & §. 1. ff. de vſu & habit.* tum etiam vt in eo fundo morari poſſit, domino fundi non ſit moleſtus, neque impedimen- *Vſus & vſusfructus differentia.*

mentum aliquod adferat iis per quos opera ruſtica fiunt, neq; vlli alii ius quod habet locet, aut vendat, aut gratis concedat & in alium alio modo transferat, quod tamen vſufructuario permiſſum eſt §. *minus autem*, 1. *in fin.* §. *item is, qui*, 2. *& ſeq hic*. *leg*. 67. *Digeſt. de vſufr. leg.* 2. § *domus*, & *l g*. 1. *cum alias ſeqq. Digeſt. d. vſu & hab t.* ius reale habenti, quod in vtendo fruendo conſiſtit, & de quo in *d. leg.* 67. non etiam vſufructuario habenti vtendi & fruendi jus primæuum & merè perſonale, quod vſufructuario ita inhæret, vt ad alium tranſire nequeat; nam quæ perſonæ inhærent, ad alios non tranſeunt, *leg.* 7. *in princip. Digeſt. de except.* quod videre eſt in hærede, qui reſtituta hæreditate jus iſtud non amittit *leg* 7. §. 10. *Digeſt. de minor.* 25. *ann. & §. reſtituta*, 3 *inſ. de fideicommiſſ. hæred.* nec poteſt illud vendere, *le*;. 2. *& tot. tit. ff. de hæred. & action. vend.*

Tres caſus quibus vſus in alium transferri poteſt. Tres excipiendi ſunt caſus quibus vſus in alium transferri poteſt, I. propter neceſſitatem diuiſionis, ita vt Iudex alteri vſum adiudicet, *leg. item quam ut*, 10. *Digeſtu ſi vſus*, 1 *Digeſt.s com. diuid.* II. Si vſus ſylua procul remotæ legatus ſit, poterit legatarius ad vitandos ſumptus de lignis vendere, ad compenſationem ſumptuum, *gloſ. in leg. diuus* 22. *Digeſtis de vſu & habit.* III Si vini & frumenti procul ſit petendus vſus, ab vſuatio etiam poterit alienatio fieri pro ſumptibus, Greg. Tholoſ. *Syntagm. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 5.

Qui vſum ædium habet quid iuris habet in illis?

Vſus ædium qualis. Hoc, vt ipſe cum vxore, liberis, & domeſticis inhabitet, interdum tamen hoſpitem recipiat & ius illud alii non concedat: Deinde ſi vxori ædium vſus ſit conceſſus, eas cum marito inhabitet, eo quòd viri & vxoris idem debeat eſſe domicilium, §. *item is qui ædium*, 2. *hic.*

Qui vſum ſerui habet vel iumenti quid in iis iuris habet?

Vſus ſerui vel iumenti. Is tantùm opera, atque miniſterio ſerui vti, & ad alium nullo modo ius ſuum tranſmittere poteſt idem jus eſt in jumento, §. *item is ad quem*, 3. *hic.*

In vſu pecorum & ouium quid juris

Qui vſum pecorum habet, is ad vſum ſuum vel ſuorum rectè poteſt pecoribus vti, item ad agrum ſuum ſtercorandum, *id eſt*, pinguefaciendum, inſpergendo fimum vti debet, & cui conceſſus eſt ouium vſus, is neque lacte, neque agnis, neque lanâ vti poteſt. quia ea in fructu ſunt *id eſt*, ad eum pertinent qui ouium vſufructuarius, §. *ſed et ſi pecorum*, 4. *hic.* *Vſus pecorum.* *Vſus ouium*

Quid eſt habitatio?

Habitatio Eſt jus ſiue facultas inhabitandi ædes alienas ſaluâ earum ſubſtantiâ, *leg.* 2. §. *domus*, 1. *Digeſtis de vſu & habi*. Dicitur *ius, in princ. hic, leg. cùm antiquitas*, 13. *ibi, ius proprium, Cod. d. vſuf. vſu, & habit.* Dicitur *ius inhabitandi ædes alienas*; quia res ſua nemini ſeruit, *leg. vti frui*, 5. *in princi*: *Digeſt. ſi vſufr. pet* Salua manere debet ſubſtantia, ideo habitator ſatisdare cogitur, *l.* 1. *& leg. hu. c ſtipul. titul.* 5. §. 1. *ff. vſufruct. quem. caueat.*

Quomodo differt habitatio ab vſu?

Sic I. Vſus ædium iuris eſt ciuilis, ſaltem quoad confirmationem, certis acquirendi & amittendi modis: habitatio eſt facti, vt ſeruorum opus, *leg.* 1. *ff. de oper. ſeru.* *Habitationis & vſus differentia.*

II. Vſus capitis diminutione amittitur, ſed non habitatio, *l.* 2. *ff. eod.*

III Vſuarius non poteſt ius ſuum alteri locare, qui autem ius ædes inhabitandi habet, eas vel integras, vel partem tantùm locare, aut gratis alteri concedere poteſt, §. *ſed ſi cui habitatio*, 5. *hic. leg. caterùm*, 4. *Digeſtis de vſu & habit. leg. cum antiquitas*, 13. *Cod. de vſuf. vſu, & habit.*

IV. Habitatio in ſola domo conſtituitur, & in prædiis vrbanis, *argum. leg.* 10. §. 2. *Digeſt. hoc t.* vſus verò vt & vſusfructus in omnibus aliis rebus, modò vſu non conſumantur, §. 1. 2. *& hic.*

V. Vſus eſt ſeruitus, ſine qualitate prædij perſonæ ſeruientis, *leg.* 1. *Digeſtis de ſeruit.* at habitatio eſt locus, *leg.* 8. *in fin. Digeſtis ad leg. I. L. de adult. coerc. leg.* 13. *Digeſtis de ſupell. leg. l.* 6. *Digeſtis de aliment. leg.* Vel certè ipſe habitandi actus, *leg. penultim. Digeſtis de capit. minut.* vel onus certo ædificio impoſitum talis eſt annua præſtatio ex certo fundo, *l.* 12. *Digeſt. de ann. leg.*

TITVLVS VI.

DE VSVCAPIONIBVS ET longi temporis præſcriptionibus.

TEXTVS.

IVre ciuili conſtitutũ fuerat, vt qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cũ crederet eum dominum eſſe, rem emerit, vel ex donatione, aliáve quauis juſta cauſa acceperit, is eam rem, ſi mobilis erat, anno vbique vno: ſi immobilis, biennio tantùm in Italico ſolo vſucaperet, ne rerum dominia in incerto eſſent. Et quum hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis ſufficere ad inquirendas res ſuas præfata tempora: nobis melior ſententia reſedit, ne domini maturiùs ſuis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur: & ideò conſtitutionem ſuper hoc promulgauimus, qua cautum eſt, vt res quidem mobiles per triennium: immobiles verò per longi temporis poſſeſſionem (id eſt, inter præſentes decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiantur, & his modis non ſolùm in Italia, ſed etiam in omni terra, quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum juſta cauſa poſſeſſionis præcedente adquirantur.

1 ¶ Sed aliquando etiam ſi maximè quis bona fide rem poſſederit: non tamen illi vſucapio vllo tempore procedit: veluti ſi quis liberum hominem, vel rem ſacram, vel religioſam, vel ſeruum fugitiuum poſſideat.

2 ¶ Furtiuæ quoque res, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempore bona fide poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt, nam furtiuarum rerum lex duodecim tabularum, & lex Atilia, inhibent vſucapionem: vi poſſeſſarum, lex Iulia & Plautia.

3 ¶ Quod autem dictum eſt, furtiuarum & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe: non eo pertinet, vt ne ipſe fur, quive per vim poſſidet, vſucapere poſſit (nam his alia ratione vſucapio nõ competit, quia ſcil. mala fide poſſident) ſed ne vllus alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi jus habeat. Vnde in rebus mobilibus non facilè procedit, vt bonæ fidei poſſeſſoribus vſucapio competat. Nam qui [ſciens] alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius committit.

4 ¶ Sed tamen id aliquando aliter ſe habet, nam ſi hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, vſucapere poſſit, dubium non eſt: quippe cùm ea res in furti vitium non ceciderit: quum vtique hæres, qui bona fide tamquam ſuam alienauerit, furtum non committat.

5 ¶ Item ſi is, ad quem ancillæ vſusfructus pertinet, partum ſuum eſſe credens vendiderit, aut donauerit, furtum non committit. furtum enim ſine affectu furandi non committitur.

6 ¶ Aliis quoque modis accidere poteſt, vt quis ſine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, vt à poſſeſſore vſucapiatur.

7 ¶ Quod autem ad eas res, quæ ſolo continentur, expedit, jus ita procedit, vt ſi quis loci vacantis poſſeſſionem propter abſentiam aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe mala fide poſſideat (quia intelligit ſe alienum fundum occupaſſe) tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſſione res adquiri: quia neque furtiuum, neque vi poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam veterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi locive furtum fieri, & eorum vtilitati, qui res ſoli poſſident, principalibus conſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa & indubitata poſſeſſio debeat auferri.

8 ¶ Aliquando etiam furtiua, vel vi poſſeſſa res vſucapi poteſt: veluti ſi in domini poteſtatem reuerſa fuerit, tunc enim vitio rei purgato, procedit eius vſucapio.

9 ¶ Res fiſci noſtri vſucapi non poteſt. Sed Papinianus ſcripſit, bonis vacantibus fiſco nondum nunciatis, bonæ fidei emptorem traditam ſibi rem ex his bonis vſucapere poſſe: & ita diuus Pius, & diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

10 ¶ Nouiſsimè ſciendum eſt, rem talem eſſe debere, vt in ſe non habeat vitium, vt à bonæ fidei emptore vſucapi poſſit, vel qui ex alia juſta cauſa poſſidet.

11 ¶ Error autem falſæ cauſæ vſucapionem non parit: veluti ſi quis cùm non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſſideat: vel cùm ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat.

12 ¶ Diutina poſſeſsio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi, & bonorum poſſeſſori continuatur, licèt ipſe ſciat prædium alienum eſſe, quòd ſi ille initium juſtum non habuit, hæredi & bonorum poſſeſſori, licèt ignoranti, poſſeſsio non prodeſt. Quod noſtra conſtitutio ſimiliter & in vſucapionibus obſeruari conſtituit, vt tempora continuentur. Inter venditorem quoque & emptorem coniungi tempora, diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

13 ¶ Edicto diui Marci cauetur, enim, qui à fiſco rem alienam emit, ſi poſt venditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitutio autem diuæ memoriæ Zenonis bene proſpexit iis, qui à fiſco per venditionem, aut donationem vel alium titulum accipiſſe aliquid: vt ipſi quidem ſecuri ſtatim fiant, & victores exiſtant, ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſsimum ærarium vſque ad quadriennium liceat eis intendere, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones. Noſtra autem diuina conſtitutio, quam nuper promulgauimus, etiam de iis, qui à noſtra, vel venerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

Quid

Quid eſt vſucapio?

Connexio. IN primo titulo oſtendimus à ſingulis hominibus acquiri rerum dominium, vel iure Gentium, vel iure Ciuili, hucuſque vidimus modos quibus acquiritur rerum dominium iure Gentium, ſequuntur illi quibus dominium acquiritur iure Ciuili, qui duo ſunt, vel enim acquiritur rerum dominium ciuiliter per ſingularitatem, vel per vniuerſitatē: per ſingularitatem, vſucapione, & præſcriptione, legato, & fideicommiſſo ſingulari. Per vniuerſitatem, vel hæreditate, aut per teſtamentum, aut ab inteſtato competente, vel miſſione in poſſeſsionem, vel arrogatione, vel literarum conſeruandarum cauſâ additione. In hoc tit. de vſucapione & longi temporis præſcriptione agitur, qui referendus venit ad *tit. Digeſt. de vſucap. & vſurp. atque* 7. *ſeqq.* nec non ad *tit. Cod. de præſcript. long. temp. &* 8. *ſeqq.*

Modi acquirendi dominij ciuiliter.

Vſucapio vnde etymō. Appellatur vſucapio, eo quòd ſolo vſu, *id eſt*, poſſeſsione *leg.* 15. *Digeſt. de verb. ſignific.* iuſta res capiatur, vel quòd capiò ſit acquiſitio ſine adeptio per vſum, aut poſſeſsionem facta, *leg.*19. *Digeſt. ex quib. cauſ. maior.*

Vſucapio quid ſit. Definitur vſucapio adiectio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti, *leg.* 2. *Digeſtis h.t.* vbi per adiectionem, intelligere debemus acquiſitionem ſiue adeptionem. Vel clariùs definitur jus dominii quod quis bonâ fide acquiſiuit, & per tempus lege definitum continuatâ poſſeſsione detinuit, continuata, inquam, *id eſt*, nullo modo interruptâ,

Vſucapionis cauſa. Vſucapionis cauſa efficiens, eſt lex quæ illam introduxit: cauſa impellens, eſt bonum publicum; materialis, ſunt res omnes mobiles, immobiles, corporales, incorporales, ſi modò vitio careant, *leg.cùm ſit probatum, leg.ſi mat. eam, leg.*1. *& leg.*2. *cod. de vſucap. pro empt.&c.* Formalis, ſunt bona fides, iuſtus titulus, tempus continuum lege definitum, *leg.partem, & leg. venditioni, c.eod.* Finalis, eſt litium finis, & vt certum conſtituatur rei cuiuſque ſuæ repetendæ tempus.

Quomodo ſe habent inter ſe vſucapio & præſcriptio?

Non immeritò hæc proponitur quæſtio, quia præſens titulus non tantùm inſcribitur de vſucapionibus, ſed etiam de longi temporis præſcriptionibus, nonnulli putarunt vſucapionem & præſcriptionem non differre, niſi in eo quòd vſucapio ſit minoris temporis, & præſcriptio vel longi vel longiſsimi, meliùs tamen cum aliis dicimus vtramque quatuor potiſsimùm modis differre.

Vſucapionis & præſcriptionis differentia.

I. Vſucapio ſe habet vt cauſa, præſcriptio verò vt effectus: eſt enim præſcriptio veluti quidam effectus & fructus vſucapionis, nempe peremptoria illa exceptio, quæ actoris repellendi gratiâ proponitur, vel etiam præſcriptionis forma eſt poſſeſsio, *leg.*25 *ff. de vſurp. & vsucap.* vnde illud, non vlterius præſcriptum, niſi quatenus poſſeſſum.

Tantum præſcriptū quantum poſſeſſum.

II. Vſucapio poriſsimùm refertur ad ius dominij ſiue poſſeſsionis, præſcriptio verò ad tempus poſſeſsionis.

III. Omnis vſucapio eſt præſcriptio, ſed non contrà, nam vera vſucapio eſt rerum corporalium tantum, quæ verè poſsidentur: præſcriptio verò rerum corporalium & incorporalium.

IV. Vſucapio eſt rerum mobilium, præſcriptio verò rerum immobilium, *leg.* 2. *C. in quib. cauſ. ceſſet long. temp. præſcript. leg. reſcriptis,* 9. *Digeſt. de diuers. temp. præſcript.* Quæ differentia non eſt ab omnibus recepta, cùm vſucapio rerum immobilium etiam eſſe poſsit, vt *tot. hoc tit. & ff. eod.* potiſsimùm in *leg. eum qui,*23. *& leg. et à quo,* 21. *ff. hoc tit.* §. *pen. in fi. per quas perſ. cuique acquir.*

Quo iure conſtituta eſt vſucapio?

Vſucapio pendet à iure ciuili. Iure ciuili, vt qui bonâ fide ab eo qui dominus non erat, cùm crederet eum eſſe dominum, rem emerit, vel ex donatione aliáve juſtâ cauſâ acceperit, is eam rem, ſi mobilis erat, anno vbique vno: ſi immobilis, biennio, tantùm in Italico ſolo vſucaperet, in hunc videlicèt finem ne rerum dominia diu & ferè ſemper in incerto eſſent, *leg.*1. *Digeſtis de vſucap.*

Vſucapio rerum mobilium & immobilium. Hodie autem illud non obſeruatur, nam res mobilis per triennium, & immobilis per longi temporis poſſeſsionem vſucapitur, in *princip. hic.leg.vn.Cod.de vſucap. transform.* Quæ immutatio aut correctio ideo eſt introducta ne domini maturiùs rebus ſuis defraudentur, & ne certo loco beneficium hoc concludatur.

Longum tempus. Præſentes. Notandum per longum tempus intelligi decennium inter præſentes; *id eſt*, eos qui in eadem Prouincia domicilium habent, degunt, & ſui copiam faciunt ac præbent, *leg. cùm in longi,*12. *verſic. ſancimus, de præſcript. long.*

temp. Menoch. *lib.2. arbitr. indic. cent.* 1.*c.* 26.*num.*2. licèt non in eadem ciuitate commorentur, vel ibidem domicilium habeant, *leg.fin. C. de præſcr. long.temp.* 10. *vel* 20.*ann.* & *Nou.* 119. Et vicennium inter abſentes, *id eſt*, eos qui in diuerſis prouinciis domicilium habent & degunt, ita vt domicilium pro præſentia habeatur, *l.vn.C.de vſucap. transf.leg.fi.*C.*de præſcript.long.temp.* Enchirid.Imbert.*in verb. abſentia*, & *addit.*

Abſentes.

An promiſcuè res omnes bona fide poſſeſſæ vſucapi poſſunt?

Res quæ vſucapi nõ poſſunt.

Non, cuiuſmodi ſunt liber homo, res ſacra, res religioſa, ſeruus fugitiuus, res pupilli, res furtiua, quæ vitio contrectationis afficitur ſi quis enim res iſtas poſſideat etiam bonâ fide, non procedet vſucapio, *l. g.vbi* 24. *Digeſtis de vſucap.* In hanc rem notandi ſunt verſus à Gregor. Tholoſ. relati in *Syntag. lib.* 40. *cap.*2. *numer.*1.

Hoſtis, ſchiſma, minor, confinia, res ſacra, dotes.
Eccleſia neruus, Laicis res ſpiritualis,
Viſito, coniugium, via publica, liber, obedit.
Functio, res fiſci, publicum ius, de repetundis,
Si vacat Eccleſia, ſuſpenſio, ſub patre natus,
Vxor, conditio, ſi res non poßideatis.
Res pupillaris, his atque peculia iungis,
Impedimenta vetant hac, ne præſcribere poßis.

Quomodo eſt prohibita rerum furtiuarum, & vi poſſeſſarum, vſucapio?

Rerum furtiuarũ & vi poſſeſſarum vſucapio prohibita.

Vel à fure aut quouis alio malæ fidei poſſeſſore captæ ſunt illæ res, vel à bonæ fidei poſſeſſore: priori ſenſu non valet vſucapio, §.*furtiua*, 2.*hic ex leg. duodecim tabular.* & *leg. Attilia ſeu Attinia*, & *Plantia*, *leg.*4.§.*quod autem*, 6. *leg. non ſolùm*, 33. *Digeſtis*, *de vſucap. leg. poteſtatis*, 215. *Digeſtis de verb. ſignificat.* Ita quidem poſteriori. Dicitur autem malæ fidei poſſeſſor, qui ſcit rem ad alium pertinere, *leg. fin.* & *ibi Dd. Cod. vnde vi.* Is autem nullo tempore præſcribit, *cap. poſſeß. extra. de reg. iur. in* 6. & tenetur indifferenter ad fructus conſumptos, & non conſumptos, perceptos & percipiendos, l.*certum C. de rei vindic.* quòd ſi res furtiua in domini ſui poteſtatem reuerſa ſit, rectè procedet vſucapio, quia rei vitium purgatum eſt, §.*aliquando*, 8. *hic.* Purgatur autem plerunque, ſi res in domini poteſtatem *reuertantur*, *d.* §.*aliquando*, *hic.*

Ad hoc vt vſucapio procedat quænam requiruntur?

Hæc quinque, bona fides, juſtus titulus, res non vitioſa, iuſta poſſeſsio, & tempus continuum lege præfinitum.

Bona fides requiritur in vſucapione.

Bona fides requiritur, *in prin. hic*, & *l.ſi non aliena*, 10. *l. Celſus*, 27 *ff. de vſur.* & *vſuc. l.bonæ fidei*, 48. §. 1. *ff. de acq. rer. dom.* Ita vt poſſeſſor acquiſiuerit ab eo quem putabat alienandi facultatem habere, ac proinde verum dominum eſſe, aut veri domini tutorem, vel procuratorem, *leg.ſi exiſtimans*, 48. *ff. de vſurp.* & *vſucap. leg.bona fides*, 109. *ff.de verb. ſignific.* hæc bona fides iure ciuili requiritur tantùm in principio, §. *diutina*, 12. *hic. leg.vnic.*C. *de vſurp. transf.leg. ſi is qui*, 15.§ *penult.leg. juſto*, 44. §. *etſi poſſeſſionis*, 2.*ff. de vſurp.* & *vſucap.* Iure verò canonum, bona fides requiritur toto vſucapionis tempore, *c.vltim. extr. de præſcr. c. ſi poſſeſſor*, *de reg. iur. lib.*6.

Iuſtus titulus requiritur in vſucapione

Titulus juſtus requiritur, in *princ. ibi rem emerit, hic*, *l.Celſus*, 27. *ff.de vſurpat* & *vſucap. l. diutino*, 4. *l.nec petentem*, 5 C.*de praſc.long. temp.* Ita vt deficiente juſto titulo, deficiat juſta poſſeſsio. Per titulum hoc in loco non intelligimus inſcriptionem, neque dignitatem, ſed iuſtam cauſam, ſiue ius poſſeſsionis, *l. non ſolùm*, 33. §.1. *ff. de vſurp.* & *vſucap. l.*2.§.1. *ff.pro hæred.*l.2.§. *genera* 21. *ff de a qui .vel amit.poſſeſſ.* v. g. rogo te, vnde hanc rem habes, & poſsides? Et dicis, quia mihi donata eſt, titulus eſt pro donato, aut quia emi, & titulus eſt pro empto, aut in dotem mihi data eſt, & titulus eſt pro dote.

Quænam res vſucapi poſſint.

Quænam res vſucapi poſsint & quæ non poſsint, patet ex dictis: poſſunt enim res omnes vſucapi, quæ in dominio noſtro eſſe & à nobis poſsideri poſſunt, niſi ratione aliqua ſpeciali prohibeantur, vt potè quòd in commercio hominum non ſint, vel furtiuæ, vel vi poſſeſſæ ſint.

Iuſta poſſeſſio requiritur in vſucapione.

Iuſta poſſeſsio requiritur, & quidem neceſſariò, quia vſucapio ab vſu, *id eſt*, poſſeſsione fuit appellata: nec procedit vſucapio ſine poſſeſsione, *leg.*25. *Digeſtis de vſucap.* Dicitur autem iuſta poſſeſsio, quam quis vel authoritate iuris, vel conceſsione Principis habet, *leg. iuſtè poßidet*, 11 *l.qui authore*, 179 *ff.de reg.iur. l.*3.*ff.quod metus cauſa.* Et bonæ fidei poſſeſſor

Bonæ fidei poſſeſſor.

ſeſſor dicitur qui authoritate Iudicis poſsidet, l. *qui author, Dig. de reg. iur.* Quid enim ad firmandam & legitimandam alicuius rei venditionem efficacius fieri poteſt, quàmſi ea authoritate magiſtratus vendatur? Quæ venditio ſi non ſubſiſteret, vix ſaltem difficulter reperirentur emptores, qui res ſic venditas emerent, nec eſſet tutus aliquis eas emens, eſſentque incerta rerum dominia Angel. *in leg. ſtipulandum, Dig. de verb. obligat. Treutler. conſ. 1. num.* 58. Hinc eſt vt ſubhaſtatio omnem euictionem, omnemque actionem excludat, Coler. *de proceſſ. execut. p. 3. cap. 9. num.* 112. Maſuer. *de execut. num.* 20. tum qui ſpecie probitatis deluſus bona fide rem à non domino adeptus eſt, *leg. bonæ fidei* 109. *Dig. de verb. ſignif.* etenim bonæ fidei poſſeſſor etiamſi dominus non ſit, pro domino in iure habetur, Barr. *per text. in leg. quoties,* 21. §. 1. *Digeſt. de nox. leg. qui ſcit,* 25. *verſ. porrò, ff. de vſur. leg. bona fides tantundem,* 178. *ff. de reg. iur.* eſt enim bona fides cùm quis ignorat eſſe rem alienam & putat eſſe ſuam, *leg.* 190. *ff. de verb. ſignific. §. furtiuæ. Inſt. de vſucap. l. ſi fundum, Dig. de acq. poſſ. leg. vlt. c. vnde vi.* Iniuſtè verò poſsidet qui clam aut manifeſtâ vi occupat rem alienam: Deinde qui contra leges mercatur, *leg. quemadmodum,* 7. *Cod. de agri. & Cenſit.* vt qui emit ab eo quem ſciebat vendere non poſſe, vt à pupillo ſine authoritate tutoris, *leg. quia quolibet,* 27. *ff. de contrah. empt.* Item qui emit res Eccleſiaſticas, quas notum eſt alienari non poſſe, *auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. coll.* 2. talis eſt malæ fidei poſſeſſor.

Iniuſte quis poſſideat.

Poſſeſsionis etymon.

Dicitur poſſeſsio, vel à ſedis poſitione quaſi ſedium poſitio, *leg. 1. in princ. Dig. de acquir. vel amitt. poſſ.* quia naturaliter *id eſt*, corporaliter, tenetur ab eo qui ei inſiſtit, vel à pedibus, quaſi pedum poſitio, quòd pedem ponere ſit poſsidere. Definitur poſſeſsio in genere detentio rei vacuæ & corporalis in commercio exiſtêris, & non prohibitæ poſſideri cum animo ſibi eam habendi, & ei inſiſtendi coniuncta. Eſt *detentio, leg. 1. in princip. Digeſtis, de acquir. vel amit. poſſeſſ. leg. ab hoſtibus,* 15. § 3 *ibi, ſi inchoata ſit bonæ fidei poſſeſsionis detentio, Digeſtis, ex quib. cauſ. maior.* Eſt *detentio rei corporalis*, quia res incorporales propriè non poſsidentur, ſed quaſi poſſidentur. Deinde *rei in commercio exiſtentis, & non prohibitæ poſſideri*, ad excludendum res ſacras, ſanctas, religioſas, atque publicas, quæ iuris diſpoſitione, hominum commerciis exemptæ ſunt, *leg. qui vniuerſas,* 30. §. 1. *Dig. de acq. vel amit. poſſeſſ.* Denique *cum animo ſibi eam habendi coniuncti*, ad excludendum eos, qui alieno nomine poſsident, cuiuſmodi ſunt colonus, inquilinus, fructuarius, procurator, amicus, depoſitarius, commodatarius, & eiuſmodi alij, qui ipſi verè non poſsident, ſed per eos dominus, & ita non habent affectionem & animum ſibi, ſed alteri habendi, §. *de iis autem,* 4 & §. *ſeq. Inſt. per quas perſ. cuique acquir.* §. *poſſidere autem videtur,* §. *inf. de in editis.* Vide *tot. tit. inf. de Interdictis.* Hæc verba *et inſiſtendi*, deſumpta ſunt ex *l. 1. in princ. ff. de acqu. vel amit. poſſ.*

Poſſeſsio quid ſit.

Res incorporales quaſi poſſidentur.

Tempus continuũ requiritur in vſucapione.

Requiritur denique tempus continuum lege præfinitum, quod olim ex lege duodecim tabularum quoad mobilia erat annus, & quoad immobilia, biennium, & iure nouo quoad mobilia triennium, quoad immobilia longi temporis præſcriptio, quæ eſt decennij inter præſentes, & vicennij inter abſentes.

Veritas temporis filia.

Tempus enim pro veritate eſt, per *not. in leg. 1. Cod. de ſeruitut.* Dictáque fuit veritas à quodam Poeta, referente Gellio *libr. 12. cap.* 11. temporis filia, quòd ea quamuis interdum occulta maneat, tamen ſucceſſu temporis pateat. Ratio autem cur præſentibus breuius tempus concedatur quàm abſentibus, eſt, quia præſentes citiùs rebus ſuis proſpicere, eáſque à poſſeſsoribus reuocare poſſunt, quam abſentes. Deinde continuitas temporis eſt in præſcriptione neceſſaria, quia præſcriptio interrupta nulla eſt, *leg. 3. verb. per continuationem, Digeſtis de vſucap.* Interrumpitur autem litis conteſtatione, *leg. 1. l. nec bona* 10. *Cod. de præſcript. longi temp. leg. cum notiſsimi,* 7. §. *illud, Cod. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum*, vel quaſi conteſtatione, putà extrajudiciali quoque denunciatione, libelli oblatione, *leg. vt perfectius*, 2 *Cod. de ann. except.* Maſuer. *pract. tit. de præſcript. num* 7 *leg. cum notiſsimi circa finem, Cod. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum, & c. illud, extr. de præſcriptione*, & poſtulatione in judicio depoſita, *leg. ſicut,* 3 *verſ. aut in iudicio poſtulatione depoſita, C. de præſc.* 30 *vel* 40 *ann.* Sic nulla eſt præſcriptio ſeruitutis ſi

Interruptio præſcriptionis.

contradictione & prohibitione effectum habente interrupta ſit, l.1. *Cod. de præſcr. long. temp.* l.2. *&* 3. C. *de ann. except.* Interrumpitur etiam præſcriptio ſolutione vſurarum, vel particulæ ſortis, Louet. *in lit. P. cap.* 2. *l. fin. de duobus reis & l. fin. C. eod.* Iſta continuitas pacificam & quietam includit poſſeſſionem, quis autem pacificè poſſediſſe dicatur, conſule *gloſ. pragm. ſanct. in tit. de pacific. poſſeſſ.* Probatur autem iſta continuitas & pacifica poſſeſſio ſine intermiſſione per fructuum perceptionem integro anno, Tiraq. *in Tract. de præſcript.* §.1. *gloſ.* 5. *n.* 1.

Præſcriptio longi temporis locum habet in rebus omnibus non vitioſis priuatorum, bonâ fide poſſeſſis.

Quænam præſcribantur longiſſimi temporis præſcriptione. At alia eſt præſcriptio longiſsimi temporis 30. vel 40. annor. quâ præſcribi poteſt res furtiua vel vi poſſeſſa, bonâ fide tamen acquiſita: item pignus à tertio quodam poſſeſſum, *l. ſicut in rem,* 3. C. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Item vſurarum petitio poſt 30. annos præſcripta eſt, l. *ſi quis emptionis*, §. *fin. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Opponi quoque poteſt contra Principem, Remp. Eccleſiam. *Authent. quas actiones C. de Sacroſanct. Eccleſ. Louet. lit. P. cap.* 1. Hæc præſcriptio 30 annorum opponi poteſt contra agentes actione reali, & actione perſonali ex contractibus, l. *ſicut.* 3. l. *cùm notiſſimi.* 7. C. *de præſcript.* 30. *vel* 40 *ann. &* l. 1. §.1. C. *de ann. except.* & non tantùm tituli præſumptionem, ſed juſtum titulum directúmque dominium inducit, pro veritate habetur, & pleniſſimam parit ſecuritatem. *Weſemb. conſil.* 5. *n.* 7.

Præſcriptio immemorialis. Eſt quoque præſcriptio immemorialis, cuius initij non extat memoria, vel cuius origo memoriam exceſsit, quæ opponi poteſt in ſeruitutibus diſcontinuis, vel aquæ ductu l. *hoc iure*, 3. §. *ductus aquæ Dig. de aqu. quot. & æſt.* l.1. § *fin. D. de aq. & aq. pluu. arc.* quæ vim priuilegij habet, tituli legitimi, & legis, l.1. *&* §. *vltim. & leg.* 2. *in princ. Digeſtis de aqu. & aqu. plu. arc.* l. 3. §. *ductus*, 4. *Cod. de aqu. quot. & æſt.* Matth. *de afflict. decis.* 239. *in fin.* maiórque eſt centenaria, idem *decis.* 277. *num.* 8. Inducitur enim tituli præſumptio ex diuturnitate temporis, Baldus *in conſilio* 301.

Præſcriptio centum annorum. Alia eſt præſcriptio centum annorum, quæ opponi poteſt contra Eccleſiam Romanam, de qua præſcriptione eſt *Nou.* 9. *Nou.* 111. *& Nou.* 131. Ex qua *Nou.* 131. ſumpta eſt, *auth. quas actiones. Cod. Sacroſanct. Eccleſ.* ſed valde deprauata, vt tradit Giphan. *ad leg.* 19. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Annua etiam penſio centum annorum ſpatio præſcribitur, Guid. Pap. *quæſt.* 406. Fab. *deſin.* 19. *Cod. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* Tertius poſſeſſor præſcribit contra dominum directum poſt 40. annos, hæres verò illius qui recognouit donatarius, aut legatarius, tantum poſt centum annos, Expill. 2. *part. cap.* 183.

Aliæ ſunt præſcriptiones à Iure & cõſtitutionib' introductæ, vt decem dierum in appellationibus *auth. hodie cod. de appell.* *Præſcriptio 10. dierum.* triginta dierum in inchoatione, & 60. in perfectione inuentarij l. *fin. C. de iur. delib.* §. *fin. in auth. de hæred. &* Falcid. *coll.* 1. *Præſcr. 30. & 60 dierum.* Sex menſium in mercibus minutatim venditis, Rebuff. *in tract. de mercat. minut. vend. per tot.* C *nſtr*. *Lud.* 12. *articul.* 68. *Præſcriptio 6. menſium.* Annalis iniuriarum actionum ex conuitiis ortarum, *glo. in* §. *ſed & lex Cornel. in verb. ſat. aduſit Inſtit. de iniur.* *Præſcriptio annalis.* Actionis Prætoriæ, & pœnæ perſecutoriæ, *inſt. de perp. & temp. act. in princ.* In complainta, vt loquuntur, intentanda. Franciſc. I. 1539. *art.* 61. *leg.* 1. *ff. de interd.* Præſcriptio biennalis, in non numerata pecunia, *leg. in contractibus*, 14. *in princ. & ibi Dd. Cod. de non num. pecun.* *Præſcriptio biennalis.* In famulorum ſalariis, Rebuff. *in tract. de famul. ſal.* vbi limitationes quædam in Aduocatorum & procuratorum patrociniis, ita judicatum Pariſiis, 1 Febr. 1547. Deinde quatuor annorum contra fiſcum qui vendit rem alienam, *lege* 2. *Cod. de quadri. præſcr.* *Præſcriptio 4 annorum.* Item quinque annorum vt querelæ inofficioſi teſtamenti, *lege ſi quis filium, in fin. Cod. de inoff. teſtament.* *Præſcriptio 5. annorum.* Reſciſsio contractus alteriúſve cuiuslibet actus præſcribitur decennio in Gallia, Ludou. 12. 1512. *artic.* 46. *Conſtitut. Abentl. articul.* 224. *Præſcriptio 10. annorum.* Clauſula conſtituti ſecundùm *Fabr. defin.* 10. *Cod. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* nihil operatur poſt decennium, hodie tamen, & quidem iure Iuſtinianeo non transfertur & acquiritur poſſeſsio rei immobilis niſi poſt triennium, quo tempore elapſo ſecurus eſt poſſeſſor, vt ſuprà probatum eſt. *Rei immobilis poſſeſſio præſcribitur poſt 30. annos.*

Qui omnes in corpore iuris poſitas præſcriptiones ſummatim & dilucidè videre volet, legat Damhond. *prax. cap.* 51. item *Cuiac. in lib. de diu. temp. præſcript. cap.* 20.

Notandum præſcriptionem fuiſſe introductam in odium eorum, qui res ſuas

Occaſio introducēda præſcriptionis. ſuas ab alio poſſeſſas legitimo tempore negligunt repetere, & ideo negligentia dicitur præſcriptionis mater: tum etiam ne rerum dominia in incerto manerent, & ne lites in immortalitatem abirent, *l.1.ff.de vſurp.& vſucap. l. vlt. in princ.ff.pro ſuo.* durum ſanè eſſet ſi aliquo tempore mercatarum rerum poſſeſſio non eſſet ſecura, durũ quoque ſi fortunas noſtras per tot manus peruagatas vindicare liceret. Vide quæ dicta ſunt *inſt.de perp. & temp. action.*

Quanam non præſcribātur. Notandum adhuc res Emphyteuticarias Principis aut Eccleſiæ nunquam præſcribi, *l.vniuerſas.2.C.ne rei dom.* neque publicam functionem ſeu ciuilem canonem, vel aliam quamlibet publicam functionem, *l. competit, 6.C.de præſcript.30.an.* neque dominium, *l.ſi qua,vlt. C.ne rei dom.Franc.* 1.1539. *die* 30. *Iun.Guid. Pap. quæſt.* 416. neque decimas. *cau.16.q.3. parte* 8.*verſ.prouentus.cap.7.de præſcr.*

TITVLVS VII.

DE DONATIONIBVS.

TEXTVS.

EST & aliud genus adquiſitionis, donatio. Donationum autem duo ſunt genera: mortis cauſa, & non mortis cauſa.

1 ¶ Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet is, qui accepit. ſin autem ſuperuixiſſet: is, qui donauit, reciperet: vel ſi eum donationis pœnituiſſet: aut prior deceſſerit, cui donatum ſit. Hæ mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia: nam cum prudentibus ambiguum fuerat, vtrum donationis, an legati inſtar eã obtinere oporteret, & vtriuſque cauſæ quædam habebat inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant: à nobis conſtitutum eſt, vt per omnia ferè legatis connumeretur, & ſic procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio eam formauit. Et in ſumma, mortis cauſa donatio eſt, cùm magis ſe quis velit habere, quàm eum, cui donat: magiſque eum, cui donat, quàm hæredem ſuum: ſic & apud Homerum Telemachus donat Piræo.

Πείραι', οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔςαι τάδ' ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηςῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες, πατρῷια πάντα δάσωνται.
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω.
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων. i.e.

Piræe, incertus quoniam rerum exitus harum eſt,
Si tacita incautum ſtolidi me forte necare
Morte proci poterunt, & opes vexare paternas:
Hac ego te malo, quàm illorum quempiam habere.
Sin ego eos iuſta meritos affecero clade,
Tum mihi tu læto reddes illa omnia lætus.

2 ¶ Aliæ autem donationes ſunt, quæ ſine vlla mortis cogitatione fiunt, quas inter viuos appellamus, quæ non omnino comparantur legatis: quæ ſi fuerint perfectæ temere reuocari non poſſunt. Perficiuntur autem, cùm donator ſuam voluntatem ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit. Et ad exemplum venditionis, noſtra conſtitutio eas etiam in ſe habere neceſſitatem traditionis voluit: vt etiam ſi non tradãtur, habeant pleniſſimum & perfectum robur, & traditionis neceſſitas incumbat donatori. Et cùm retro principum diſpoſitiones inſinuari eas actis interuenientibus volebant, ſi maiores fuerant ducentorum ſolidorum: conſtitutio noſtra eam quantitatem vſque ad quingentos ſolidos ampliauit, quam ſtare etiam ſine inſinuatione ſtatuit: ſed & quaſdam donationes inuenit, quæ penitus inſinuationem fieri minimè deſiderant, ſed in ſe pleniſſimam habent firmitatem. Alia inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus, quas ſuper his expoſuimus, colligẽda ſunt. Sciendum eſt tamen, quod etſi pleniſſimæ ſint donationes: ſi tamen ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt, donatoribus per noſtram conſtitutionem licentiam præſtitimus certis ex cauſis eas reuocare: ne illi, qui ſuas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos.

3 ¶ Eſt & aliud genus inter viuos donationis, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, poſtea autem à iunioribus diuis principibus introductum eſt, quod ante nuptias vocabatur: & tacitam in ſe conditionem habebat, vt tunc ratum eſſet cùm matrimonium eſſet inſequutum. Ideóque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nũquam poſt nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iuſtinus pater noſter, cùm augeri dotes & poſt nuptias fuerat permiſſum: ſi quid tale eueniret, & ante nuptias augeri donationem & conſtante matrimonio, ſua conſtitutione permiſit: ſed tamen nomen inconueniens remanebat, cùm ante nuptias quidem vocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſſimo fini tradere ſanctiones cupientes, & conſequentia nomina rebus eſſe ſtudentes, conſtituimus, vt tales donationes non augeantur tantùm, ſed etiam conſtante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, ſed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquentur, vt quemadmodum dotes conſtante matrimonio non ſolùm augentur, ſed etiam fiunt: ita & iſtæ donationes, quæ propter nuptias introductæ ſunt, non ſolùm antecedant matrimonium, ſed eo etiam contracto augeãtur, & conſtituantur.

4 ¶ Erat olim & alius modus ciuilis adquiſitionis, per ius adcreſcendi, quod eſt tale: Si communem ſeruum habens aliquis cum Titio, ſolus

libertatem ei impoſuerit vel vindicta, vel teſtamento: eo caſu pars eius amittebatur, & ſocio adcreſcebat. Sed cùm peſſimum fuerat exemplo, & libertate ſeruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, ſæuioribus autem dominis lucrum accedere: hoc quaſi inuidia plenum pio remedio per noſtram conſtitutionem mederi neceſſarium duximus. Et inuenimus viam, per quam & manumiſſor, & ſocius eius, & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur libertate cum effectu procedente (cuius fauòre antiquos legumlatores multa etiam contra communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt) & eo, qui eam libertatem impoſuit, ſuæ liberalitatis ſtabilitate gaudente: & ſocio indemni conſeruato, pretiúmque ſerui ſecundum partem dominij, quod nos definiuimus, accipiente.

Quid eſt donatio?

Connexio. SEquitur ſecundus modus acquirendi dominij iure Ciuili per ſingularitatem, nempe donatio dicta à dono, quaſi donum datum, *Donationis etymo[logia].* & eſt vox a Græco deducta, nam Greci dicũt δῶρον καὶ δωρεῖσθαι *id eſt*, donum & donare, *l. ſenatus*, 35. § 1. *ff. de mort. cauſ. donat.* Iſte titulus referendus ad *tit. ff. de donat. & t. de don. int. vir. & vx. & tit. de mort. cauſ. donat.* Item ad *tit. C. de donat. & tit. prox. ſeq. tum ad tit. de donat. an. nupt. & de donat. int. vir. & vx.*

Donatio quid ſit. Definitur donatio, mera munificentia vel liberalitas, quam quis in alium exercet, nullo iure aut neceſſitate cogente, ita vt ex ſola animi benignitate procedar, *l. donari*, 29. *ff. de donat. & l. donari*, 82. *ff. de reg. iur.* Ad hoc autem vt propria & perfecta ſit donatio, debet purè ac ſimpliciter fieri, & ex mera liberalitate proficiſci, *l. 1. ff. eod. & d. l. donari, ff. de reg. iur.* nam donator non tam fidem, quàm liberalitatem præſtat, nec debet fieri ex neceſſitate, alioqui donatio non eſſet, *l. rem legatam*, 18. *ff. de adim. leg.* donari enim dicitur quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari* 29. *ff. de donat.* neque ob cauſam, *d. l. hoc iure*, §. 1. *& fi. ff. de donat.* alioqui eſſet remuneratio, & nõ donatio, ſaltẽ propriè, *Fab. defin. 3 n. 4. C. de reuoc. donat. Iul. Clar. in §. donatio, quaſt. 3. & l. Aquilius*, 27. *ff. de donat.* neque enim dicitur vera donatio ſi officium aliquod quadam mercede remuneretur, *l. hoc iure §. 1. l. Aquilius, l. ſi pater, §. 1. ff de don.* Tamen donatio impropriè dicta ſit aliquãdo ob cauſam, vt nempe à donatario aliquid fiat, vel non fiat, cuiuſmodi eſt ſponſalitia largitas & donatio propter nuptias, tum donatio ſub conditione, quæ in euentum ſit, nempe ſi mors ſequatur, *l. 1. & l. Senatus*, 35. *ff. de mort. cauſ. donat.* Differt donatio à munere, quia hoc cum cauſa, illa ſine cauſa à mera liberalitate proſciſcitur *l. inter donum, ff. de verb. ſignif.*

Atqui, inquies, traditio eſt modus acquirendi dominij iure Gentium, §. *per traditionem tit. 1. huius lib.* Sed donatio eſt traditio, ex cauſa enim donationis res traduntur §. *eod.* Ergo eſt modus acquirendi iure naturali, vel gentium. *Obiect.*

Reſpondendum id verum fore ſi eodem inſtanti traditio donationem ſequeretur, & ſi ambæ ſimul eſſent tempore, atque naturâ, quod verum non eſt, nã traditionem præcedit donatio, ſaltem naturâ, vt cauſa effectum, ideo conſtituunt varios acquirendi modos. Adde quòd donatio poſſit eſſe juris gentium ratione ſuæ materiæ, ſed non ratione formæ, nam nihil tam vſitatum in mundo quàm donare, verùm donandi formę in diuerſis populis, & ciuitatibus obſeruatæ variæ ſunt, *in princ. hic.* *Reſp.*

Quotuplex eſt donatio?

Duplex, alia eſt donatio cauſâ mortis, alia non mortis cauſâ, *id eſt*, inter viuos, *in princ. hic.* illa impropriè, hæc propriè donatio eſt. *Donatio duplex.* Atqui, inquies, legatum eſt donatio, *l. legatum*, 36. *ff. de leg. 2.* tamen neque eſt donatio cauſâ mortis neque donatio inter viuos, ergò non valet hæc diuiſio. *Obiect.*

Reſpondendum diuidi hîc tantùm donationem quæ donationis nomine deſignatur, non aliam. *Reſp.*

Quid eſt donatio cauſâ mortis?

Eſt liberalitas, quæ propter mortis ſuſpicionem vel intuitu mortis imminentis, aut futuræ exercetur, cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet is, qui accepit, ſin autem ſuperuixiſſet, is qui donauit reciperet, *Donatio cauſâ mortis.* qui autem donat cauſâ mortis, mauult ſeipsũ habere, quàm eũ cui donat, & eũ cui donat quàm hæredem ſuum, §. *mortis cauſâ, ibi, & in ſumma, hic. l. 1. & l. Senatus cenſuit*, 35. §. 1. *ff. de mortis cauſ. donat.* Ergo hæc donatio non eſt perfecta, nec confirmatur niſi morte donantis *l. 1. l. 3. C. de donat. int. vir. & vx. l. ſi mortis cauſâ*, 29. *l. 1. ff. de donat. cauſ. mort.* cuius expreſſa debet fieri mentio; nam mortis euentu perficitur, *l. non videtur*, 32. *ff. de donat. cauſ. mort.* alioqui habebitur pro donatione inter viuos, ſecundum *gloſ. hic in verb.*

ſi quid

ſi quid humanitut, & *l. Seia*, 42. *in fin. ff. de donat. cauſ. mort. l.* 5. *C. eod. l.* 2. *C. de iur. dot. l. Seia*, 11. *ff. de dot. priuil. l. qua dotis*, 31. *ff. ſolut. matrim.* Vel etiam confirmatur cùm donator donat iam iam certò moriturus vel cùm aliter quoquomodo mortis contemplatione, aut metu donat propter aliquod periculum imminens, *l.* 2. *ff. de mort. cauſ. donat.* Hinc eſt vt donatio cauſâ mortis in omnibus magis vltimæ voluntati comparetur, quàm contractui *l. illud.* 37. *ff. de donat. cauſ. mortis.* ſiue reſpiciamus modum donandi & contrahendi, *l. quæ ſub conditione*, 8, §. *in mortis*, 3. *ff. de condit. inſtit. l. vlt. C. de donat. cauſ. mort. & l. vlt. C. de Codicil.* ſiue donatoris perſonam, *l.* 1. §. 1. *ff. de tutel. & ration. diſtrah.* aut donatarij, *l. in omnibus*, 9. & *l. Senatus*, 35. *ff. de donat. cauſ. mort.* latè *Tiraq. de leg. connub. gloſ.* 3. *n.* 62. cum multis ſequent. Ad donationem cauſâ mortis refertur donatio facta ab eo qui eſt in via ad hoc vt vitam viuat monaſticam: perinde enim eſt ac ſi morti naturali eſſet proximus, *Guid. Coquil. quæſt.* 246. Hæc donatio cauſâ mortis requirit 5. teſtes, *l. vlt.* §. *fi. C. de Codicil.*

Donatio cauſâ mortis quinque teſtes requirit.

Poteſt-ne reuocari donatio cauſâ mortis?

Tribus caſibus reuocatur donatio cauſâ mortis.

Poteſt, & quidem in tribus caſibus, I. Si donator conualuerit, & priſtinæ valetudini fuerit reſtitutus, *l. non omnis*, 19. *in princ. ff. de reb. cred. l. cùm quis mortis*, 12. *ff. de condict. cauſ. dat. non ſecut. l.* 1. *in princ. & l.* 2. *in fin. ff. de donat. cauſ. mort.*

II. Si donatorem donaſſe pœnituerit, *l. mortis cauſâ donatio*, 16. & *l. qui mortis*, 30. *l. Senatus* 35. §. *mortis cauſâ*, 4. *ff. de donat. cauſ. mort. Nouel.* 87. *in princ. Iul. Clar. lib.* 4. *recept. ſent.* §. *donatio, quæſt.* 25. *verſ. ſciendum Chaſſin. ad Conſuet. Burgund. rubr.* 7. §. 5. *n.* 9. Quia voluntas vſque ad mortem mutabilis & ambulatoria eſt, *l. non videtur* 32. *ff. de donat. cauſ. mort. Pithard. ad* §. *poſteriore, n.* 9. *Inſtitu. quib. mod. teſtam. infi. m. & ad princ. Inſtit. de adempt legat. n.* 9. & 23. Videbitur autem pœnituiſſe ſi rem cauſâ mortis donatam poſteà in teſtamento alteri legauerit, *l. cum pater*, 77. §. *mater*, 2. *ff. de leg.* 2.

III. Si donatarius deceſſerit ante donatorem, §. *mortis cauſâ donatio, hic. l. non omnis*, 19. *ff. de reb. cred. l. cùm quis*, 12. *ff. de condict. cauſ. dat. l. filiof. ff. eod.* Quòd ſi vterque pariter deceſſerit, ſatis erit vt valeat donatio ſi donator non ſit donatario ſuperſtes, *l. ſi quis inuicem*, 26. *ff. de donat. cauſ. mort.*

Quibus caſibus adde, ſi deficiat conditio in quam facta eſt, aut ſi cauſa propter quam promiſſa eſt non præſtetur, *l. non omnis*, 19. *ff. ſi cert. pet. & ibi Dd. & l. Senatus*, 35. §. *ergo qui mortis*, 3. *ibi, nec dubitauerunt, ff. de donat. cauſ. mort.* aut ſi poſt donationem alij naſcantur liberi: reuocatur enim hæc donatio etiam per ſuſceptionem liberorum, vt latè confirmat *Tiraq. in l. ſi vnquam* 8. *verb. donatione largitus, C. de reuoc. donat. n.* 245. & *ſeqq.*

Donatio cauſâ mortis eſt-ne eadem cum legato?

Eſt ferè eadem, §. *mortis cauſâ donatio*, 1. *hic. l.* 1. §. 1. *ff. ſi quid in fraud. patro.* Nam vtrumque eſt liberalitas, vtrumque reuocari poteſt vſque ad mortem. Tamen in nõnullis differunt, vt tradunt *Dd. in l. ſi Stichum*, 16. § *fi. ff. de verb. oblig. & not. in l. cùm de mortis cauſa*, 4. *C. de donat. cauſâ mortis. Vide de lega. infr.*

Conueniũt & differunt donatio cauſâ mortis & legatum.

Quid eſt donatio quæ non mortis cauſâ fit?

Eſt liberalitas, quam quis in alium acceptantem exercet, ſine vlla mortis cogitatione, cum verbo *irreuocabili*, § *alia autem*, 2. *hic. l.* 1. *ff. de donat. l. vbi ita donatur l. Senatus*, §. 2. *ff. de donat.* Et dicitur inter viuos fieri, quia viuo adhuc donatore effectum ſuum ſortitur. Si hanc donationem donatarius non acceptauerit, non valebit nec fiet rei donatæ dominus *l. abſenti*, 10. *ff. de donat.*

Donatio inter viuos.

Differunt ergo donatio cauſâ mortis & donatio inter viuos quatuor potiſſimùm modis.

Donatio cauſâ mortis & donatio inter viuos differunt.

I. Illa propter ſuſpicionem mortis fit, hæc ſine ſuſpicione: tamen ſi morbo laborans donet inter viuos, talis donatio non cenſebitur facta cauſâ mortis, *l. Seia*, 42. §. 1. *ff. de donat. cauſ. mort.* etiam ſola mentio mortis non ſtatim facit donationem cauſâ mortis, *l. vbi ita*, 27. *ff. eod.* vbi mentio mortis non ponitur cauſa finalis, & quia apparet quòd donator voluit donationem eſſe reuocabilem.

II. Illa non ſortitur effectum poſt mortem donatoris: hæc contrà.

III In illa non eſt tradendi neceſſitas; ita quidem in hac.

IV. In illa non eſt opus inſinuatione; in hac, contrà.

Eſt ne hæc donatio eadem cum legato?

Non, qua non reuocabitur donatio

non mortis cauſâ facta, niſi perperam, & ſine iuſta cauſa facta fuerit, ita quidē legatum, Tamen in hoc conueniunt, quòd vtrumque modum acquirendi dominij conſtituat, & lucrandi titulo ſit.

Quomodo perficitur hæc donatio?

Perficitur cùm donator voluntatem ſuam ſcriptis, aut ſine ſcriptis, nempe tradendo rem donatam, manifeſtauit, quæ tamen traditio illicò non ſequitur. Præterea ad hoc vt valeat donatio, ſi excedat quingentorum ſolidorum valoré, inſinuatione opus eſt, *hoc eſt*, publicatione vel redactione in publica acta, & documenta, §. *alia autem*, 2. *hic. l. pen.* §. *vlt. C. eod.* Inſinuare enim propriè ſignificat publicare, & apud acta coram Iudice teſtari, *Gothof. ad l.* 25. *C. de teſtam.* Quæ quidem inſinuatio in immobilibus duntaxat requiſita eſt, in mobilibus nequaquam: & fieri debet intra quatuor menſes in regno Franciæ, vel ſex menſes quantum ad eos qui abſunt à regno, *Carol.* 9. 1566. *art.* 58.

Inſinuatione perficitur donatio. Inſinuare quid ſit.

Eſt autem inſinuatio, actus authenticus coram publicis perſonis factus, quo donator liberalitatem ſuam erga donatarium explicat, atque firmat, & eſt introducta inſinuatio vt innoteſcat donatio iis quorum intereſt, & ne fraus committatur, *l. data*, 27. *C. de donationibus*. Deductúmque eſt inſinuationis vocabulum ex *l. in hac*, 30. *C. de donat.* Eſt autem inſinuatio in donationibus neceſſaria & in contractibus de iure ſuperflua, *l. data.* 27. *& l. fi. C. de donat.* Vt autem vitari poſſint illæ fraudes quæ in donationibus committi poſſent, Franciſcus I. anno 1539. Conſtitutione ſua donationum inſinuationes introduxit, vt cum aliquo contracturus, inquirere poſſet an is donaſſet, necne.

Inſinuatio quid ſit.

An reuocari poteſt donatio inter viuos?

Non regulariter, §. *perficiuntur*, *hic. l. donatis. C. de donat.* niſi grauiſſimæ & vrgentes interueniant cauſæ quæ enumerantur in *gloſſ. ad* §. *ſciendum*, *hic. & in l. fin. C. de reuocand. donat.* V. g. ſi ſeſe donatarius ingratum præbeat erga donatorem, deinde ſi donatori alij poſt donationem naſcantur liberi qui ſuperuenientes appellantur, cùm tempore donationis nullos donator haberet, *l. ſi vnquam*, 8. *C. de reuocand. donat.* de quibus ſi donator cogitaſſet non donaſſet, *l. tale pactum*, 40. §. *fin. ff. de pactis*, ceſſante enim ratione legis, ceſſat & ipſa lex. *Tiraq. in præfat. comment. in l. ſi vnquam*, 8. *C. de reuocand. donat. n.* 63. Ex coniectura illa pietatis fit vt nemo propriam ſobolem alienæ anteponere voluiſſe videatur, *Fab. def.* 2. *C. de inoffic. donat. n.* 8. *per l. cùm acutiſſimi* 20, *in fin. C. de fideicomm. l. generaliter*, 6. §. *cùm autem*, *C. de inſtit. & ſubſtit.*

Ob graues tantùm cauſas reuocatur donatio inter viuos.

Ingratitudinem variæ cauſæ inducũt, videlicèt ſi donatarius donatori fuerit iniurioſus, ſi in eum manus coniecerit, ſi grandem jacturam rebus donatoris fecerit, ſi eius vitæ inſidiatus ſit, ſi pactum quod interceſſit non ſeruet, §. *alia*, 2. *hic. l. vlt. C. de reuocand. donat.* quæ lex inſignis eſt, & ſingularis: ſi donatarius donatorem inopem alere neglexerit, & ſic de aliis cauſis, de quibus *gloſ. & Dd. in d. l. fi. C. de reuoc. don. & in c. fin. de don.* vnde verſus;

Cauſa ingratitudinem inducentes.

Quinque modis perdo mihi quæ donata fuere.
Infero ſi damnum grauiter donantis in ære?
Si per me ſit huic atrox iniuria facta,
Et ſuæ perſonæ naturalis vulnere tacta.
Quando ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor.
Ingratum factum dic me, ſi fregero pactum.

Poſſúnt-ne donationem inter viuos reuocare donatoris hæredes?

Non, ſi donator dum viuebat, non retractauit donationem & tacuit, *l.* 1. *& l. fi. C. de reuoc. don.* quæ quidem leges intelligi debent, ſi donator non ignorauit donatarij ingratitudinem, ſed eam paſſus ſit, vt colligere eſt ex vocabulo paſſus, *in d. l. fi.* tunc videbitur remiſiſſe ingratitudinem, ſed nō ſi donator ignorauit, nam ſupplere poterit hæres præſumptam donatoris voluntatem, *arg. l. in confirmando*, 8. *l. voluntatem ff. de confirm. tut.* Vel etiam dicendum aut præceſſiſſe apertam reuocandi voluntatem, vel non: priori caſu, hæredem petere poſſe donationem reuocari, ſed non poſteriori, *Guid. Pap. quæſt.* 214. *n.* 2.

Donatoris hæredes non reuocāt donationem niſi donator ingratitudinem ignorauit.

Eſt ne alia donationis ſpecies præter prædictas?

Eſt, quæ non aſſimilatur omninò donationi cauſâ mortis, nec inter viuos, *gloſ. fin. in l. res vxoris*, *C. de donat. in. vir. & vxor.* nempe ea quæ veteribus prudētibus

tibus penitùs incognita, à junioribus principibus introducta fuit, & ab iis ante nuptias appellata, quia tantùm ante nuptiarum celebrationem fiebat, & tacitam conditionem de futuro matrimonio continebat, vt nempè valeret ſi matrimonium eſſet ſecutum. Nunc verò donatio propter nuptias dicitur, quia liberalitates, ante matrimonium conceſſæ conſtante matrimonio augeri poſſunt, §. *eſt & aliud*, 3. *hic*. Nullum enim eſt dubium quin pater & mater dotem à ſe conſtitutam augere poſſint, *l. inter* 26. §. *cùm inter*, 2. *ff. de pact. dotalib. l. etiam*, 8. *C. de iur. dot.* Quòd etiam verum eſt de muliere, & quouis extraneo, *l. ſi conſtante*, 19. *cum auth. ſeq.* C. *de don. ante nupt. Nou.* 97. *De æqualitat. dotis*, *cap.* 2. nec non de marito, vt notant omnes in *l.* 1. *C. de donat. ant. nupt.*

Donatio ante nuptias.

Dos augeri poteſt.

Definitur autem donatio propter nuptias, Liberalitas ſponſalitia in compenſationem & aſſecurationem dotis facta, & fit iiſdem protſus ſtipulationibus, quibus dos, & quemadmodum dotes conſtante matrimonio augentur & fiũt, ita & donatio propter nuptias, §. *eſt & aliud*, 3. *hic*. Deinde ſicut rerum propter nuptias donatarum dominium in vxorem tranſit, ita dotis dominium in maritum deuoluitur, *Nou.* 61. *cap.* 1. *auth.* permiſſa. C. de donat. ant. nupt. Et ſicut dos ad mulierem reuertitur ſoluto matrimonio, vel ad eum qui dotem conſtituit, ita etiam donatio propter nuptias ad maritum redit exceptis tamen vtrinque lucris nuptialibus, quæ æqualia eſſe debent, *auth. æqualiter* .*C. de pact. conuent. Nouell.* 97. *cap.* 1. Ergo vt dotes ſic donationes ante nuptias & poſt nuptias, vel augeri vel minui, vel de nouo conſtitui poſſunt, ita vt donatio æquis paſſibus eat cum dote, *gloſ. in integrum*, *hic.* at dotes nec minui, nec deteriores fieri poſſunt, *l. Attilicinus*, 17. *ff. de pact. dotal.*

Poteſt-ne donatio propter nuptias ob ingratitudinem reuocari?

Donatio propter nuptias nõ poteſt reuocari.

Non, Saltem in Delphinatu, vt iudicatum fuit Gratianopoli anno 1603. *Expill.* 2. *part. cap.* 126. *Imbert. Enchirid. in verb. donatio inter viuos.*

Donationes debent-ne inſinuari omnes?

Donatio cauſâ mortis nõ inſinuanda.

Suprà expoſitum eſt quid ſit inſinuatio, & cur introducta. In donatione causâ mortis, non eſt opus inſinuatione, *l. vlt. C. de donat. cauſ. mort. Ferrar. in form. libel. donationis, verb. ſolenniter, n.* 1. & 5. *Carol. IX.* 1566. *art.* 98. niſi contineat ſubſtitutionem. *Bonnot. tom.* 2. *verb. matrimonium contractum*, *quæſt.* 7. Tamen hæc donatio quinque teſtium requirit præſentiá, quia vltimæ voluntati æquiparatur, in qua ad minimum quinque adhibendi ſunt teſtes, *l. vlt.* §. *fi. C. de Codicil. l. fi. C. de mort. cauſ. donat. Papo. lib.* 11. *tit.* 16. *art.* 25. *Meyn. lib.* 5. *cap.* 2. In donatione inter viuos requiritur inſinuatio, vt patet ex ſuprà dictis, ſi nempe quingentos aureos excedat, §. *alia autem*, 2. *hic. l. ſancimus*, 34. & *l. pen. C. de donat. Ferrar. in form. don. verb. ſolenniter. n.* 5. *Franc. I.* 1539. *art.* 139. *Carol. IX.* 1566. *art.* 58. Excipiuntur quatuor donationes.

Donatio cauſâ mortis. 5. *teſtes requirit.*

Donatio inter viuos inſinuanda.

Caſus excepti.

I. Donatio pro redimendis captiuis, *l. penult. in princ. C. de donat.*

II. Donatio remuneratoria, *Dd. in d. l. Aquilius* 27. & *l. ſeq.* §. 1. *ff. hoc tit.*

III. Donatio facta ad ædes reparandas; *d. l. penult.* §. *eandémque Cod. de donat.*

IV. Donatio mutua, quæ remuneratio cenſetur, *commun. opin.*

Ius Romanum inſinuationes limitans ad ſummam quingentorum aureorum, eſt abrogatum in Gallia per *Conſtit. Franc. I.* 1539. *art.* 132.

Donatio propter nuptias an inſinuandá.

Donatio propter nuptias inſinuatione non indiget, quamuis quingentorum aureorum ſummam excedat, quia reuocari non poteſt, vtpotè facta in fauorem & contemplationem matrimonij, *l. perfecta*, 4. *C. de donat. quæ ſub mod.* neque ob ingratitudinem, *Fab. defin.* 1. *C. de reuoc. donat. Expil.* 2. *part. cap.* 126. *Boer. quæſt.* 27. neque ob ſuperuenientiam liberorum, *id. defin.* 2. *eod.* quia ob cauſam fit, videlicet ob dotis compenſationem. Si tamen de lucro donationis & dotis quod quingentos ſolidos excedat agatur, non facta inſinuatio viro nocebit, ſed non mulieri *auth. eò decurſum Cod. de donat. ant. nupt.* Per *Conſtit. Henr. II.* 1549. donationes in contractu matrimonij factæ inſinuari debent.

Quinam donare poſſunt, & non poſſunt?

Omnes qui teſtari etiam donare poſſunt cauſâ mortis.

Mortis causâ donare poſſunt omnes qui teſtamentum condere poſſunt, quia vltimæ voluntati æquiparatur hæc donatio reſpectu confirmationis & effectus, §. *mortis causâ*, 1. *verſu*, *hæ mor-*

tis, *hic. l. vlt. Cod. de donat. cauſ. mort.* adeóque filius in poteſtate exiſtens poteſt donare cauſâ mortis de conſenſu patris ſui, *l. tam is, ff. de donat. cauſ. mort.* non tamen teſtari, *ibid.*

Inter viuos donare poſſunt omnes non prohibiti. Inter viuos donare poſſunt omnes qui non prohibentur, *arg. l. mutuus, 43. §. 1. ff. de procurat. l. cùm Prætor. 12. ff. de Iudic. & l. qui accuſare*, 8. *Digeſtis de accuſat.* In ſumma donare poſſunt omnes quibus permiſſa eſt alienandi facultas *arg. l. 7. in princ. Digeſtis de donat. Schneid. Mynſing. & Dd. in §. alia*, *hic.* Iniquum enim eſſet ingenuos homines non habere liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, per *text. in l. 3. Digeſtis ſi quis a par. manum.*

Quinam donare nõ poſſunt. Donare non poſſunt pupilli, prodigi, furioſi & ſimiles, *l. is cui bonis*, 6 *Digeſtis de verb. oblig.* neque donare poſſunt mulieres, quæ ad ſecunda vota tranſierunt, ſecundo aut vlteriori marito plus quàm vni liberorum prioris matrimonij *l. hac edictali*, 6. *C. de ſecund. nupt. Franc. I.* 1560. *Henr. III.* 1585. neque lucra à primo viro prouenta, alij quàm liberis primi matrimonij, *l. fœmina.* Cod. *ead.* Prohibitum etiam eſt donare bona Eccleſiæ, aut pupillorum, item Iudicibus mura aut donare aut accipere *Lucas de penna in l. fi. cal. penult. Cod. de vend. reb. ciuit. lib.* 11. neque etiam tantum donandum vt donator egeat, *l. & exhæredatum*, 49. *in fi. & l. ſeq. ff. de re iudic.* Sunt quoque prohibitæ donationes inter virum & vxorem matrimonio conſtante, *l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. ſi ex voluntate*, 7. *Cod. eod. tit. l. cùm multa*, 20 *§. ſancimus, vlt. Cod. de donat. ant. nupt.* quibus domus efficitur pauperior & eiuſmodi prohibitioni renunciari non poteſt, *gloſ. in verb. nullatenus auth. ſi qua mulier*, *Cod. ad Velleian.*

Quare donationes inter vir. & vxor. prohibitæ. Rationes ob quas prohibitæ ſunt donationes inter virũ & vxorẽ, hæ ſunt, Ne amicitia venalis eſſe videatur, ne mutuato amore inuicem ſpolientur vir & vxor, ne amicitia & concordia pretio potiùs, quàm obſequio, virtute & induſtriâ comparatæ cenſeantur; deinde quia amor honeſtus ſolis animis æſtimatur, *l. 1. 2. & 3. Digeſtis de donat. inter vir. & vxor.* officia tamen quadam

Remuneratio non eſt propriè donatio. remuneratione compenſari poſſunt, & eiuſmodi remuneratio non eſt donatio, *l. hoc iure, 19. §. 1. l. Aquilius, 27. Digeſtis de donat.* ſed bonæ fidei agnitio, quæ maximè abundare debet inter maximâ amicitiâ coniunctos. Hinc eſt vt ius permittat remunerationes, & honeſta munera ab iis fieri qui aliàs donaro non poſſunt, *l. cùm plures*, 12. §. *cùm tutor*, 3. *Digeſtis de adminiſt. tut.* Notandum tamen valere donationem ſi maritus ſenex, vel ignobilis, donet vxori ſuæ iuueni, pulchræ, aut nobili, vel fateatur dotem recepiſſe quam non habuit, nam eſt donatio reciproca & remuneratoria, quæ permiſſa eſt, *Caſtr. l. pater puellæ, in fi Cod. de inoffic. teſt* & ſic compenſatur inæqualitas, *arg. leg. quod autem, § ſi vir & vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Quid poteſt donari?

Res quæ donari poſſunt. Donari poteſt omnis res cuius eſt commercium, vel quæ vendi poteſt, *leg. in ædibus*, 9. *§. fi.* D*igeſtis de donat.* Etiam res aliena ſi dominus conſentiat, *l. ſi ego, 9. §. ſi res 1. ff. de iur. dot. l. ſi filius* 14. *Cod. de donat. l. 4. §. quæſitum, 18. ff. de dol. mal. & met. except.* res corporales & incorporales, mobiles & immobiles, *l. 1. 2. & 3 & l. ſi quis argentum, per totam*, *Cod. de donat.* res ſingulares & vniuerſales, aliquo retento.

Valét-ne donatio omnium bonorum præſentium & futurorum?

Donatio omnium bonorum no valet. Non: ſi donator nihil ſibi reſeruauerit quia liberam teſtandi facultatem adimit, quod fieri nequit, *l. ſtipulatio hoc modo concepta*, 61. *ff. de verb. oblig.* Deinde donatio omniũ bonorũ ad egeſtatẽ reduceret donatorem, contra *legem, in condemnatione*, *ff. de reg. iur.* Vt ſi pater omne patrimonium ſuum impetu quodam immẽſæ liberalitatis in filium effudit, ſi mater patrimonium ſuum profunda liberalitate euiſceratis opibus ſuis exhauſit: ſi omnes facultates ſuas per donationes vacuas fecit, tales donationes erunt inofficioſæ, vt dicitur paſſim *tot. tit.* Cod. *de inoffic. donat. Fab. defin.* 9. *Cod. de donat. quæ ſub &c.* Præſumitur omnium bonorum præſentium & futurorum donatio inofficioſa re & conſilio, adeóque fraudulenta, *l. omnes*, 17. *§. Lucius*, 1. *ff. de his quæ in fraud. credit.* & ita non ad legitimam vſque, ſed prorſus, debet reſcindi, *Tiraq. in l. ſi vnquam*, 8. *in verb. totum, n.* 4. *Cod. de reuocand. donat.* Valet tamen donatio per quam quis poſt mortem ſuam omnia ſua præſentia bona alicui donat, *Dd. in l. fi. C. de poſt.*

Donationes inofficioſæ.

Clar.

clar. in §. *donatio. qu.*19. *num.*7. Veſemb. *conſil.*38. *num.*52. Bouuot. *tom.*2. *verb.matrimonium contractum,&c. quaſt.*67.

Quid eſt ius accreſcendi?

In fine huius tituli agitur de jure accreſcendi, non quòd ad donationis naturam pertineat, ſed quòd modum dominij acquirendi conſtituat, §. *erat olim,* 4. *hic.* Eſt autem ius iſtud, cùm portio vnius accreſcit portioni alterius qui vel idem ius habet, vel eandem ſucceſsionem, §. *ſi eadem res,* 8. *inſt.de legat. leg. vn.*§. *his ita definitis,* Cod.*de caduc.toll.* Et videtur eſſe tacita ſubſtitutio, *leg.ſi Titio,* 61 §. *Iulianus,* 1.D*igeſt.de legat.*2. Habétque locum ſi is cui portio deficiens accreſcit hanc portionem medio iuris accreſcendi petierit, *gloſſ. in leg.ſi pones,* 23 § *vlt m. verb. accreſcit. ff. de inoffic.teſtam.* Et eſt inuentum ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſsiſſe dicatur. *gloſſ. fin. in leg. quoties,*13. C*od.de hæred.inſtit. leg. ſi ſeruus communis ab extero,* 67. *Digeſtis de acquir.hæred.*

Ius accreſcendi.

Quomodo obſeruatur ius accreſcendi?

Iuris accreſcendi obſeruatio & vſus.

Cùm teſtator vel expreſsè, vel tacitè de bonis ſuis diſpoſuit, ideo præſertim in diſpoſitionibus vltimis locum habet jus accreſcendi, quo partes non petentium petentibus accreſcunt, *tot. tit.* Cod. *quand. non pet. part. peten. accreſc.* non habet ergo locum ius iſtud in contractibus lucratiuis, Gomez. *reſol.tom* 1. *cap.*10.*num.*1. *& text. eſt in leg.ſi mihi & Titio,ff.de verb.oblig.* Guid.Pap. *quæſt.*204. & actibus inter viuos regulariter, *leg. ſi mihi & Titio.*110.D*igeſtis de verb.oblig.*Sed tantùm in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus pro hæreditaria portione,in legatis pro virili,*leg.vn* §.*ſed vt,*8 *&* § *vbi autem,*11.C*od.de cad. toll. l. Mæuia* 41. D*igeſtis de leg.*2.*leg ſi duob.*16. §.*fin.leg.planè,* 34 §.*ſi coniunctim,*9. *Digeſt.de leg.*1. *l. re coniunct.,* 89. *Digeſt.de leg.*3. *leg* 1. §.*interdum.* 4. *ff.de vſufr.accreſc.* Excipitur legatum alimentorum in quo non habet locum jus accreſcendi *leg.dominus,*57.§ *fin.*D*igeſtis de vſufr.* Sed redit ad hæredem, non ad alios legatarios, ita ſe res habet in legato ad tempus certum, vel incertum, *leg. fin.*C*od.de legat.*

Ius accreſcendi non habet locum in cōtractib.

Ius accreſcendi tantùm in inſtitution. & ſubſtitutionib.

1 Vbi notandum portionem quæ accreſcit pluribus cohæredibus, non accreſcere æqualiter, ſed pro portionibus hæreditariis,*leg.Mæuio,*41. *in princ.hic.Digeſt. de leg.*2. *l.liber homo,* 59. §.*cùm quis,* 3. D*igeſtis de hæred.inſtit.*

Notandum adhuc portionem filiæ quæ renunciauit, non accreſcere fratribus omnibus,ſed ſoli hæredi, Guid.Pap. *quæſt.*192. *&* 599. & aliquando ipſi hæreditati, cùm nempe ſeparanda ſunt bona hæredis à bonis teſtatoris, quod accidit in detractionibus ex fideicommiſſo faciendis,Fab.*d f.*28. C*od.de pactis.*

Notandum inſuper ius accreſcendi non habere locum in portionibus agnitis & agnoſcendis, *l.vn.*§.*his ita definitis,* C*od.de caduc.tollend.* ſed in deficientibus tantùm aut morte,aut repudiatione. *leg. ex pluribus,*9.*de ſuis & legit.*

TITVLVS VIII.

QVIBVS ALIENARE LIcet, vel non.

TEXTVS.

Accidit aliquando, vt qui dominus ſit,alienare non poſſit: & contrà qui dominus non ſit,alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædium maritus inuita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare: quamuis ipſius ſit,dotis cauſa ei datum, quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem ſtatum deduximus. Cùm enim lex in ſolis tantummodo rebus locum habebat, quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhibebat,quæ inuita muliere fiebant, hypothecas autem earum rerum,etiam volente ea: vtrique remedium impoſuimus, vt etiam in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta ſit alienatio vel obligatio: vt neutrum eorum neque conſentientibus mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur.

1 ¶ Contrà autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non ſit,alienare poteſt. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, quia ab initio contractus pactus eſt, vt liceret creditori pignus vendere, ſi pecunia non ſoluatur. Sed ne creditores jus ſuum perſequi impedirentur, neque debitores temere ſuarum rerum dominium amittere viderentur: noſtra conſtitutione conſultum eſt, & certus modus impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſsit procedere: cuius tenore vtrique parti, creditorum & debitorum,ſatis abundè prouiſum eſt.

2 ¶ Nunc admonendi ſumus,neque pupillum, neque pupillam vllam rem ſine tutoris auctoritate alienare poſſe. Ideoque ſi mutuam pecuniā ſine tutoris auctoritate alicui dederit,non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis, ideoque vindicari nummi poſſunt, ſicubi extant. Sed ſi nummi, quos mutuò minor dederit, ab eo, qui accepit, bona fide con-

ſumpti ſunt, condici poſſunt. ſi mala fide, ad exhibendum de his agi poteſt. At ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ ſine tutoris auctoritate rectè dari poſſunt. Idcoque ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam euidentiſſima ratione ſtatutum eſt in conſtitutione, quam ad Cæſarienſes aduocatos ex ſuggeſtione Triboniani viri eminentiſſimi, quæſtoris ſacri palatij noſtri, promulgauimus: qua diſpoſitum eſt, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem ſoluere, vt priùs judicialis ſententia ſine omni damno celebrata, hoc permittat: quo ſubſequuto, ſi & judex pronunciauerit, & debitor ſoluerit: ſequatur hujuſmodi diſſolutionem pleniſſima ſecuritas. Sin autem aliter, quàm diſpoſuimus, ſolutio facta fuerit, pecuniam autem ſaluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior ſit, & adhuc eandem pecuniæ ſummam petat: per exceptionem doli mali poterit ſubmoueri. Quòd ſi malè conſumpſerit, aut furto, [aut vi] amiſerit: nihil proderit debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemnabitur: quia temere ſine tutoris auctoritate, & non ſecundum noſtram diſpoſitionem ſolueret: ſed ex diuerſo, pupilli vel pupillæ ſoluere ſine tutoris authoritate non poſſunt, quia id, quod ſoluunt, non fit accipientis: quum ſcilicet nullius rei alienatio eis ſine tutoris auctoritate conceſſa ſit.

Quis eſt effectus dominij?

Connexio. ACtum eſt ſuprà de acquirendo rerum dominio, ſequitur præcipuus dominij fructus, & effectus, qui eſt, de re ſua poſſe pro arbitrio diſponere eámque alienare, *leg. fructus rei*, 72. *Digeſtis de reg. iur.* *Alienatio* Eſt autem alienatio, omnis actus per quem transfertur dominium, *leg.* 1. *Cod. de fund. dotal. leg.* 2. *alienatum*, *Digeſtis de verborum ſignificat. leg. ex hoc edicto*, 8. *in* §. *alienare*, 2. *Digeſtis de alien. mut. iudic. cauſ. fact. leg. fin. Cod. de rebus alien. non alienan.* qualis eſt venditio, donatio, permutatio, & eiuſmodi alij contractus.

Fit enim alienatio emptione, permutatione, oppigneratione, donatione, & in vniuerſum poſſeſsionis mutatione.

Habétne dominus & non dominus alienandi poteſtatem?

Ne quis putet perpetuum eſſe, vt qui dominus rei ſit, alienandi poteſtatem habeat, & è contrario, qui dominus non ſit, alienare nequeat, duo proponuntur caſus, *in princip. hic.*

Primus eſt, quòd quidam quamuis rerum ſuarum ſint domini, tamen eas alienare nequeant, eò quòd vel lege, vel conuentione prohibeantur, cuiuſmodi ſunt maritus reſpectu rerum dotalium, pupillus vel minor ſine tutoris vel curatoris authoritate, debitor ratione pignoris, Emphyteuta & Vaſallus, qui ſunt domini vtiles, ſine conſenſu domini directi. *Quidam domini nō poſſunt alienare.*

Secundus caſus eſt, quòd quidam, licèt non ſint domini, tamen de rebus alienis diſponere queant, v.g. creditores ratione pignoris, vt probabitur infrà. *Quidam non domini poſſunt alienare.*

Maritus poteſt-ne alienare prædium dotale?

Per prædium dotale intelligitur quælibet res immobilis in dotem data, cuius maritus conſtante matrimonio dominus eſt, & adminiſtrator, *leg fin.* C. *de ſeru. pign. dat.* quam tamen vendere nequit, *in princip. hic tot. tit. Digeſtis de fund. dot. leg. vn.* §. *& cùm lex.* Cod. *de rei vxor. act.* ita quidem immutare, dummodò non fiat conditio mulieris deterior. Maſuer. *pract. tit. de empt. & vendit, num.* 1. *Prædium dotale.* *Maritus non poteſt vendere res dotales immobiles & inæſtimatas.* Et fructus dotis lucratur maritus pro oneribus matrimonij, *leg. pro oneribus*, 20. *Cod. de iur. dot.* adeòque ea omnia quæ vxor operis ſuis acquirit, *leg. quintus*, 51. *Digeſtis de donat. int. vir. & vxor.* Acceſſorium enim ſequitur principale, & cauſatum cauſam. Fructus dotis poteſt maritus vendere durante matrimonio, nam cùm quis rem non propriè ſuam vendit, videtur vendere jus quod in ea re habet *l. qui tabernas Digeſtis de contrah. empt. l. ſi domus*, §. *vlt. Digeſtis de leg.* 1.

Eſt etiam dotale prædium quod pecunia dotali emptum fuit, *l. ita conſtante*, 26. *Digeſt. de iur. dot. leg. ſi cùm dotem*, 22. §. *vlt. & ibi* Bart. *num.* 1. *Digeſt. ſolut. matrimon.* Quod intelligendum eſt de rebus immobilibus, nam maritus ſi ſit ſoluendo poterit rem vxoris mobilem alienare, *l.* 1. *Cod. de ſeru. pig. dat. manum.* quod etiam intelligendum de rebus dotalibus inæſtimatis, *leg. doce ancillam* 9. *Cod. de rei vindic.* quas inuitâ vxore, nedum eâ conſentiente, vel etiam jurante ſe non contrauenturam alienare non poteſt, neque enim actus à lege ciuili prohibitus juramento firmari poteſt. Ratio eſt, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciē ſubſtantiæ mulierum conuertatur, & ne mulieres hac alienatione in repentinam & inopinatam reducantur inopiā. Intereſt enim Reipublicæ mulieres eſſe dotatas, & earum dotes conſeruari. E-

iuſmo-

iuſmodi res eodem modo reſtituuntur ſoluto matrimonio, quo tunc reperiuntur cùm reſtituere expedit, nec damnum, aut lucrum contingens ad maritum, aut eius hæredes, verùm ad vxorem, & eius hæredes pertinet, *leg. plerumque* 1. *Digeſt. de iur. dot. leg. vn. §. cùm ex ſtipulatu Cod. de rei vxor. act.* & durante matrimonio non pariuntur creditoris executionem ſi debitum poſt conſtitutam dotem fuerit conceptum, Guid. Pap. *quæſt.* 447. Mulier enim tacitam hypothecam habens prefertur omnibus creditoribus, exceptis iis qui expreſſam habent, *leg. aſſiduis*, 12. *Cod. qui pot. in pign. hab.* Fab. *defin.* 3. *cod. de priuileg. dot. def.* 16. *Cod. qui pot. in pignor. hab.* Nam mulier in bonis mariti ſtatim à tempore nuptiarum habet ius hypothecæ & prælationis nomine dotis, Neguzant. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 72. Iaſ. *in §. fuerat*, *num.* 48. *in tit. de act.* ſi modò probet receptam, *gloſſ. & Dd. in leg.* 1. *Cod. de dot. caut. non num.* Contrà patitur creditoris executionem ſi debitum creatum ſit ante dotis conſtitutionem, *leg. creditor*, 52. *§. prædium* 1. *Digeſt. de act. empt.* Ratio eſt quia conſtante matrimonio maritus eſt dominus dotis, *leg. doce*, 9. *Cod. de rei vindicat. leg. in rebus*, 30. *Cod. de iur. dot. leg. dotale*, 3 §. 2. *Digeſt. de fund. dotal.* Et communis eſt regula maritum pro vxore non teneri *tot. tit. Cod. ne vxor pro marito*, &c.

Mulier præfertur omnibus creditoribus mariti non expreſſam hypothecã habentib.

Quando mulier patiatur creditoris executionem.

In rebus æſtimatis aliter ſe res habet, nam maritus illas alienare poteſt, quia cenſetur eas emiſſe, & pretij debitor factus eſſe, *leg. quoties*, 5. *Cod. de iur. dotal.* Nec tenetur niſi de æſtimationis pretio adueniente reſtitutionis caſu, *leg. æſtimata*, 51. *Digeſtis, ſolut. matrimon.* Deinde maritus poteſt alienare rem vxoris in pondere, numero, & menſura conſiſtentem, quia in ſuo genere functionem recipit, *leg.* 2. §. 1. *Digeſtis ſi cert. pet.* Eſt enim in ipſius periculo, & ſolutum matrimonium, ipſe, vel eius hæres, aliam eiuſdem generis vel qualitatis reſtituit *leg. res in dotem*, 43. *Digeſtis de iur. dotal.* quia æſtimatione factâ, dos tranſiit in contractum venditionis, factúſque eſt maritus debitor ſummæ vel pretij æſtimatæ dotis, Fab. *def.* 27. *num.* 8. *Cod. de pact. conuent.* &c.

Maritus poteſt alienare res dotales æſtimatas.

Dos æſtimata eſt vendita.

Creditor poteſt-ne pignus alienare?

Creditor pignus ex pactione, quod conuentionale pignus vocatur, quamuis ſuum non ſit, alienare poteſt; §. *contrà hic. leg. fin. Cod. de iur. dom. impetr.* ſi debitor ſit in mora *leg. in condemnatione*, 133 §. *vnicuique* 2 *ff. de reg. iur.* id eſt ſi ſoluere differat: eſt enim mora temporis dilatio debiti ſoluendi vel recipiendi cum culpa, *leg. quod debet* 51. *ff. de peculio*; *leg. contra mores*, 16. *Cod. de inoffic. teſtam. leg. ſi debitori*, 21. *ff. de iudic.* Ita enim factæ ſunt conuentiones vt liceat creditori pignus vendere ſi debitum non ſoluatur, *leg. ſi conuenit* 4. *ff de pign. act.* v.g. Centum à te ſolidos accepi mutuò, & fundum meum tibi in cauſam pignoris obligaui, conuenit autem inter nos vt anno elapſo, & debito non ſoluto pignus tibi liceat vendere; Ecce, hic creditor etſi dominus non ſit, rectè tamen alienat. Quòd ſi talis conuentio non interuenerit, debitor interpellari debebit vt ſoluat, etſi à die interpellationis biennio ceſſarit, pignus poterit vendi, at ſi nullus competiatur emptor, monendus erit debitor, qui ſi adhuc ceſſet, creditor ſibi impetrabit jus dominij in illo pignore. Verùm ne temerè debitor rerum ſuarum dominium amittat, ſi poſt biennium debitum offerat cum vſuris, pignus recuperabit, *leg. vltim. Cod. de iur. domin. impetr.* Et hæc oblatio curſum fructuum & vſurarum impediet, ſi ei adiuncta ſit conſignatio ſiue depoſitio, *leg. ſi creditori*, 6. *leg. ex prædiis*, 11. *& leg. acceptam* 19. *Cod. de vſur.* Fab. *def.* 15. *num.* 1. *Cod. de act. empt.* Mora enim quælibet oblatione, & depoſitione ſimul purgatur, ſimul, inquam, quia vna ſine altera non valet, *leg. ſi creditori* 6. *Cod. de vſur. leg. obſignatione* 9. *Cod. de ſolut. cum ibi not. & in leg. acceptam* 19. *Cod. de vſur.* & eſt depoſitum in loco publico factum. Conſignare autem eſt obſignare & deponere in manibus *d. leg. acceptam*, at ibi non eſt mora vbi iuſta cauſa, Iaſun. *in leg. properandum*, 13. §. *ſin autem alterutra. col.* 2. *Cod. de iudic.* Neque vbi debitum non eſt liquidum, *leg. in fideicommiſſi*, 3. *in princip. Digeſtis de vſur.* Neque quando peſtis graſſatur, excuſat enim peſtis à mora, *Ripa de priuil. contract. cau. peſt. num.* 1. Neque cùm nulla eſt interpellatio, aut diei aut hominis, *leg. mora*, 32. *& ibi gloſſ. Digeſtis de vſur.* Hodie quoad pignoris diſtractionem, non obſeruatur Iuſtinianea Conſtitutio, verùm ſi res ſit mobilis denuntiatione debitori facta, Iudex rem diſtrahi permittet publicè

Creditor pignus poteſt alienare

Mora.

Oblatio curſum fructuum & vſurarum impedit

Mora oblatione & depoſitione purgatur.

Oblatio ſine obſignatione non valet.

Pignoris diſtractio.

auctione, ſi verò ſit res immobilis, tunc Prætoria auctoritate, & per programma denunciatione factâ, incantationibus præmiſſis, publicè, & ſub haſta venderur, *vid. tit. Cod. de diſtr. pignor. & tit. Cod. debit. vend. pign. imped. non poſſ.*

Pupillus & minor poſſúntne rem ſuam diſtrahere?

Pupillus & minor non poſſunt alienare ſine authoritate.

Quamuis pupillus & minor bonorum ſuorum domini ſint, tamen alienare nequeunt ſine Tutoris vel Curatoris authoritate, ob conſilij infirmitatem, imperfectæ ætatis comitem, §. *nunc admonendi*, 2. *hic*, *leg. lex quæ tutores*, 22. *Cod. de adminiſtr. tut. l.* 11. *Digeſt. de acq. rer. dom. leg. ſi curatorem*, 3. *Cod. de in integr. reſtit. minor. &c.* Ratio eſt, quia pupilli meliorem, ſed non deteriorem poſſunt facere conditionem ſuam ſine tutoris authoritate, *ſupr. de auth. tut.* & aliquando alienare non poſſunt ſine judicis decreto, & causâ cognita, *leg. ob æs alienum* 12. *& tot. tit. Cod. de prædiis & al. reb. minor. &c.* Papo, *lib.* 16. *tit.* 1. *art.* 4. Sibi ergo imputet qui eum eo contraxit cuius qualitatem ignorare non debuit, *leg.* 19. *Digeſt. de reg. iur.* Certum eſt actum ſuper re pupilli, vel minoris curatorem habentis ſine tutoris vel curatoris authoritate factum eſſe ipſo iure nullum, *leg.* 4 *C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* ita vt reſtitutione non ſit opus, *leg.* 3 *Cod. de in integr. reſt.* Quòd ſi minor non habuerit curatorem, rectè contrahet, & efficaciter obligabitur, læſus tamen in integrum reſtituetur, *leg. ſi curatorem*, 3. *Cod. de in integr. reſtit. minor. & tot. tit. Digeſt. de in integr. reſtit. min.* *Afflict. deciſ.* 322. *num.* 7. Socin. Iun. *in conſil.* 47. *num.* 6. *& ſequ. volum.* 4. potiſſimùm contra donationem omnium bonorum, vel maioris partis Alciat. *conſil.* 107. *numer.* 11. Contra fideiuſſionem *gloſſ. in leg* 1. *Cod. de filiofamil. minor.* ſiue principalis debitor ſit ſoluendo, ſiue non, quia intereſt minoris potiùs non ſoluere quàm ſolutum repetere, *leg. ideo*, 3. *Digeſtis de compenſ.* Contra omiſſam probationem, *leg. minor* 25. *annis omiſſam*, 36. *Digeſtis, de minor. leg. penult. Cod. de in integr. reſtitut. minor.* Contra omiſſam appellationem, ſi probet minor ſe minorem & habere inſtrumenta, teſtes, & alia per quæ in cauſa appellationis obtinuiſſet, *Bart. in leg. nam poſteaquam*, §. *ſi minor* 4. *num.* 6. *Digeſtis de iureiurand.* Contra aditionem hæreditatis, *leg. minoris viginti quinque* 6. *Dig. de minor.* ne litibus inuoluatur minor, etiamſi hæreditas ſit opulenta & non damnoſa. Contra omiſſam inuentarij confectionem, §. *pupillus*, *in auth. de hæred.* & Falcid. *gloſſ. in leg. auxilium*, 38. *ff. de minor.* quæ peti poteſt intra quadriennium, vt latè *Pariſ. in conſil.* 67. *num.* 55. *vol* 3. Surd. *conſ.* 95. *num.* 7. *Vide Fabr. def* 3. *Cod. ſi min. ſe abſtin. ab hæred.* Contra venditionem ſine decreto iudicis factam, *leg* 1. *& tot. tit. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel curat. ſunt ſine decr. non alien. Vide Fabr. def* 10. *Cod. de in integr. reſt. minor.* Contra ceſſionem, *Fab. def* 4. *Cod. de in integr. reſt. min.* Contra omiſſam exceptionem non factæ excuſſionis, *leg. minor*, 18. §. 1. *& leg. minor*, 36. *ff. de in integr. reſt. min.* Contra rem iudicatam, *leg. cùm & minores*, 4. *Cod. ſi aduerſus rem iudic.* Minoris autem læſio ob quam ipſe potiſſimùm reſtituitur ex variis cauſis contingit, de quib. *Fab. defin.* 4. *Cod. ſi a tutor. vendit.*

Minor læſus reſtituitur, & contra quæ.

Intra decennium poſt maioritatem petit minor reſtit. in integr.

Nota ad petendum reſtitutionem ex cauſa minoris ætatis decennium eſſe hodie conſtitutum à die vigeſimi anni compleri computandum. Rebuff. *tom.* 2. *tract. de reſt. gloſ.* 2. *Fab. def.* 1. *Cod. de temp. in integr. reſtit. Conſtit. Reg. ann* 1539.

Minores tantùm causâ cognita reſtituuntur

Nota adhuc non facilè reſtitui minores in integrum, ſed tantùm causâ cognita & ſi ſui facilitate inconſulta læſi proponantur *leg. verum*, 11. §. *ſciendum*, 3. *Digeſtis de minor. viginti quinque ann.* Itaque ſi pupillus mutuam pecuniam ſine tutoris authoritate alicui dedit, non contraxit obligationem, quia pecuniam non fecit accipientis, ideoque vindicari poſſunt nummi ſi adhuc extent penes eum, qui mutuò accepit, & qui mutuò dedit, poteſt rei vindicatione agere quâ pecuniam illam recuperet, Quòd ſi bona fide conſumpti ſint ab eo qui accepit, tunc mutuò dati peti poſſunt, non actione in rem, neque ad exhibendum, verùm condictione certi, *leg. non omnis*, 19. §. 1. *Digeſtis de reb. cred. ſi cert. pet.* Res enim extinctæ quamuis vindicari nequeant, tamen condici poſſunt, vel à furibus, vel à quibuſdam aliis poſſeſſoribus, §. *ſi tamen*, 26. *ſupr. de rer. diuiſ.* Sed non ſi malâ fide, nempe ſi accipiens non ignorauit pupillum eſſe eum cum quo contraxit, tunc enim actio ad exhibendum, competit, §. *nunc admonendi*, 2. *hic.* Quod de pupillo hîc dicitur, etiam de adulto dicendum eſt: Si tamen pupilli aut adulti maiores facti, ea

quæ

quæ vel per ſe, vel per tutores, aut alios egerunt rata habuerint, pro confirmatis habebuntur, Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 78 Menoch. *remed. recup. poſſ. u*, 146. nec beneficio reſtitutionis erit locus, *leg.* 1. *&* 2. *Cod. ſi mai. fact. rat. hab.*

Triplex actio competens ad repetendum id quod ſine auth. tut. dedit.

Ex dictis paret pupillum triplici actione agere poſſe ſi pecunias ſine tutoris authoritate alicui dederit. Prima, eſt rei vindicatio, nempe ſi pecuniæ nondum ſint conſumptæ, ſed extent adhuc. Secunda, eſt condictio certi ex mutuo, contra eum qui pecunias mutuò accepit, & qui ignorans mutuantem eſſe pupillum, eas bonâ fide conſumpſit. Tertia, eſt ad exhibendum, quæ pupillo competit contra eum qui accepit, & qui ſciens dantem eſſe pupillum, eas malâ fide conſumpſit.

Liberatúrne ille qui pupillo ſoluit?

Aliquando bene, aliquando male pupillo ſoluitur.

Liberatur ſi judicis ſententia ſine omni damno lata & tutoris conſenſus interueniat, hoc enim caſu ſecurus erit debitor: his autem non obſeruatis, ſi debitor pupillo ſoluat, nihil ſoluiſſe videbitur, & poterit pupillus iterum debitum exigere, niſi pecunia adhuc apud pupillum extet, *leg.* 15. *ff. de ſolut.* aut eâ locupletior factus ſit, hoc caſu ſi pupillus iterum debitum petit, poterit exceptione doli mali ſummoueri, §. *nunc admonendi*, 2. *hic.* *&* *leg. apud Celſum*, 4. §. *ſi quis pupillo*, 4. *ff. de dol. mal. except.* Ratio eſt, quia nemo debet locupletari cum alterius jactura, *l. nam hoc natura*, 14. *ff. de condict. indeb. l. iure natura* 06. *ff. de reg. iur. l. vlt.* C. *de vſucap. pro empt.* Tunc enim creditur pupillus locupletior factus ex pecunia mutuo accepta, cùm eam vtiliter in proprios vſus, aut patrimonium ſuum conſumpſit, fortè autem domum ſuſtulit, aut fundos excultiores reddidit, aut creditores diuiſit, aut præceptoribus mercedes præbuit, ac ſoluit: debet ergo creditor probare pecuniam in rem pupilli, vel minoris fuiſſe verſam, *l.* 1. *&* 2. *&* *ibi Dd.* C. *ſi aduerſ. cred. leg.* 2. C. *de filiofam. minor.*

Nemo debet locupletari cũ damno alterius.

Quando pupillus locupletior factus credatur.

Poteſt-ne pupillus alij ſoluere ſine tutoris authoritate?

Pupillus non poteſt ſoluere ſine tut. author.

Non: quia id quod ſoluit non fit accipientis, nam nullius rei alienatio ſine tutoris authoritate pupillo, etiamſi dominus ſit, conceſſa eſt, §. *nunc admonendi*, 2. *in fin. hic.*

TITVLVS IX.

PER QVAS PERSONAS cuique acquiritur.

TEXTVS.

ADQVIRITVR vobis non ſolùm per voſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habetis: [item per ſeruos, in quibus vſumfructum habetis:] Item per homines liberos, & per ſeruos alienos quos bona fide poſſidetis, de quibus ſingulis diligentiùs diſpiciamus,

1 ¶ Igitur liberi veſtri vtriuſque ſexus, quos in poteſtate habetis, olim quidem, quicquid ad eos peruenerat (exceptis videlicet caſtrenſibus peculiis) hoc parentibus ſuis adquirebant ſine vlla diſtinctione: & hoc ita parentum fiebat, vt etiam eſſet eis licentia, quod per vnum vel vnam eorum adquiſitum eſſet, alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocumque modo voluerant, applicare. Quod nobis inhumanũ viſum eſt: & generali conſtitutione emiſſa, & liberis pepercimus, & patribus honorem debitum reſeruauimus. Sancitum etenim à nobis eſt, vt ſi quid ex re patris ei obueniat, hoc ſecundùm antiquam obſeruationem totum parenti adquiratur. Quæ enim inuidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti? Quod autem ex alia cauſa ſibi filiusfamilias adquiſiuit: huius vſumfructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei ſuis laboribus, vel proſpera fortuna acceſſerit, hoc in alium perueniens, luctuoſum ei procedat.

2 ¶ Hoc quoque à nobis diſpoſitum eſt & in ea ſpecie, vbi parens emancipando liberos ſuos ex rebus, quæ adquiſitionem effugiebant, ſibi tertiam partem retinere (ſi voluerat) licentiam ex anterioribus conſtitutionibus habebat, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum ſuarum ex hac emancipatione dominio pro parte [tertia] defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod ſui juris effectus eſſet, hoc per rerum diminutionem decreſceret. Idcóque ſtatuimus, vt parens pro tertia parte dominij, quam retinere poterat, dimidiam non dominij rerum, ſed vſusfructus; retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro tertia dimidia potiturus.

3 ¶ Item vobis adquiritur, quod ſerui veſtri ex traditione nanciſcuntur: ſiue quid ſtipulentur, ſiue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia cauſa adquirant. Hoc enim vobis ignorantibus & inuitis obuenit. Ipſe enim ſeruus qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt. Sed ſi hæres inſtitutus ſit, non aliàs niſi veſtro juſſu, hæreditatem adire poteſt. Et ſi vobis jubẽtib⁹ adierit: vobis hæreditas adquiritur, perinde ac ſi vos ipſi hæredes inſtituti eſſetis. Et cõuenienter ſcilicet vobis legatũ per eos adquiri-

tur. Non ſolùm autem proprietas per eos, quos in poteſtate habetis, vobis adquiritur: ſed etiam poſſeſsio. Cuiuſcumque enim rei poſſeſsionem adepti fuerint, id vos poſsidere videmini. Vnde etiam per eos vſucapio, vel longi temporis poſſeſsio vobis accidit.

4 ¶ De iis autem ſeruis, in quibus tantummodo vsũfructum habetis, ita placuit: vt quicquid ex re veſtra, vel ex operis ſuis adquirant, id vobis adiiciatur: quod verò extra eas cauſas conſequuti ſunt, id ad dominum proprietaris pertineat. Itaque ſi is ſeruus hæres inſtitutus ſit legatúmve quid ei, aut donatum fuerit: non vſufructuario, ſed domino proprietatis adquiritur. Idem placet & de eo, qui à vobis bona fide poſſidetur: ſiue is liber ſit, ſiue alienus ſeruus. Quod enim placuit de vſufructuario, idem placet & de bonæ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra iſtas duas cauſas adquiritur: id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt: vel ad dominum, ſi ſeruus eſt. Sed bonæ fidei poſſeſſor cùm vſuceperit ſeruum, (quia eo modo dominus fit) ex omnibus cauſis per eum ſibi adquirere poteſt. Fructuarius verò vſucapere non poteſt: primùm, quia non poſsidet, ſed habet jus vtendi fruendi: deinde quia ſcit ſeruum alienum eſſe. Non ſolùm autem proprietas per eos ſeruos, in quibus vſumfructum habetis, vel quos bona fide poſsideris, aut per liberam perſonam, quæ bona fide vobis ſeruit, vobis adquiritur: ſed etiam poſſeſsio. Loquimur autem in vtriuſque perſona ſecundum diſtinctionem, quam proximè expoſuimus: id eſt, ſi quam poſſeſsionem ex re veſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.

5 ¶ Ex his itaque apparet, per liberos homines, quos neque veſtro juri ſubiectos habetis, neque bona fide poſsidetis: item per alienos ſeruos, in quibus neque vſumfructum habetis, neque poſſeſsionem juſtam: nulla ex cauſa vobis adquiri poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe: excepto eo, quod per liberam perſonam (veluti per procuratorem) placet non ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantibus vobis adquiri poſſeſsionem, ſecundum diui Seueri conſtitutionem: & per hanc poſseſsionem etiam dominium, ſi dominus fuerit, qui tradidit: vel vſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem, ſi dominus non ſit.

6 ¶ Hactenus tantiſper admonuiſſe ſufficiat, quemadmodum ſingulæ res vobis adquirantur, nam legatorum jus, quo & ipſo ſingulæ res vobis adquiruntur: item fideicommiſſorum, vbi ſingulæ res vobis relinquuntur, opportuniùs inferiore loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per vniuerſitatem res vobis adquirantur. Si cui ergo hæredes facti ſitis, ſiue cuius bonorum poſſeſsionem petieritis, vel ſi quem adrogaueritis, vel ſi cuius bona libertatum conſeruandarum cauſa vobis addicta fuerint: eius res omnes ad vos tranſeunt. Ac priùs de hæreditatibus diſpiciamus, quarum duplex conditio eſt, nam vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ad vos pertinent. Et priùs eſt, vt de his diſpiciamus, quæ ex teſtamento vobis obueniunt, qua in re neceſſarium eſt, initium de ordinandis teſtamentis exponere.

Dominium per quas comparatur perſonas?

EXpoſitis in præcedenti titulo perſonis quæ dominum alienare vel non alienare poſſunt, rectè in hoc titulo, referendo ad *leg. acquiruntur. 10. ff. de acquir. rer. dom. & ad tit. Cod. per quas perſ. nob. acq.* declaratur per quas perſonas dominium acquiratur. Iſte titulus videtur idem eſſe cum titulo vigeſimo nono tertij libri, qui eſt per quas perſonas obligatio acquiritur, tantùm in hoc differunt, quòd præſens titulus ſit de acquirendo dominio, vel acquirenda poſſeſſione, vigeſimus nonus ſit de acquirenda obligatione. Dominium autem eſt poſſeſsio rerum, obligatio verò perſonarum eſt. Nobis dominium acquiritur rerum per noſmet ipſos quod ſine dubitatione verum eſt, per liberos noſtros quos in poteſtate habemus, per ſeruos proprios quos etiam in poteſtate habemus, per ſeruos in quibus vſumfructum vel vſum habemus, per homines liberos, & per ſeruos alienos quos bonâ fide poſsidemus, per rerum noſtrarum adminiſtratores, qui procuratores, tutores aut curatores dicuntur, & per negotiorum geſtores, *in princip. hic.*

Connexio.

Dominiũ per quos nobis acquiritur.

His perſonarum generibus duo adjici poſſunt, nempè Monachi qui nihil proprij tenent, ſed quod acquirunt, monaſteriis acquirunt, *c. cùm ad monaſterium, circa princ. extra. de ſtat. monach.* Deinde Eccleſiarum prælati, ſiue Epiſcopi, qui ſuis Eccleſiis acquirunt, nec de acquiſitis diſponere poſſunt, *auth. licentiam, Cod. de Epiſc. & Cleric.*

Quomodo nobis per liberos acquiritur?

Olim quicquid per liberos acquirebatur, exceptis bonis caſtrenſibus, patribus acquirebatur. Iuſtinianus verò legem ſanxit, vt ſi quid ex re patris liberis obueniat, id totum patris ſit, tam quoad vſumfructum, quàm quoad proprietatem: æquitas enim poſtulat, vt quod ex patris occaſione profectum eſt, ad patrem reuertatur. Verùm quod ex alia cauſa liberi in patria poteſtate conſtituti acquiſiuerint, patri acquiſitum cenſebitur quoad vſumfructum, & liberis quoad proprietatem, *§. igitur, 1. hic. leg. cùm oportet, 6. Cod. de bon. quæ liber.* Ergo liberi parentibus in quorum poteſtate ſunt, acquirunt, peculio caſtrenſi & quaſi caſtrenſi, tum etiam proprietate bonorum

Quod liberi acquirunt ex re patris, patri acquirunt.

Quid liberi patri non acquirant.

norum aduentitiorum exceptis, *d.l.cùm oportet cum 16.not.*

Bona caſtrenſia.

Vbi notandum bona filiorumfamiliàs alia eſſe caſtrenſia, alia quaſi caſtrenſia. Bona caſtrenſia ſiue Caſtrenſe peculium, dicitur quod à parentibus, vel amicis, vel cognatis, vel aliis penitus extraneis perſonis filiofamiliàs ad militiam eunti, & in militia degenti donatũ eſt quò militare poſſit, vel quod ipſe ſecum in caſtra detulit concedente patre, vel ſi quid ipſe filiusfamiliàs acquiſiuit quod niſi militaſſet non acquiſiuiſſet, vt ſunt hæreditates eorum, qui niſi per occaſionem militiæ, mortui non fuiſſent, *l.1.C.de Caſtrenſ. pecul.mil.*

Bona quaſi caſtrenſia.

Peculium quaſi caſtrẽſe dicitur, quod filiusfamiliàs acquirit ex artium liberalium profeſſione, muneris publici functione, cauſarum patrociniis, & eiuſmodi aliis, quæ dicitur militia togata: Aduocatorum enim quædam vrbana & inermis militia eſt, ideo militibus æquiparantur aduocati, *l.aduocati 14. C. de aduoc. diuerſ. iud.* & eorum quæſtus quaſi caſtrenſe peculium dicitur, *l. vlt.C.de inoffic. teſtam. glo. l. cùm oportet. Cod.de bon. quæ lib.*

Aduocati militibus comparati.

Pater nihil habet in bonis caſtr. acq. caſtr. filij.

In eiuſmodi bonis pater nihil habet, ſed propria filiisfamiliàs ſunt, poſsúntq; filijfamiliàs de iis teſtari etiam ſine conſenſu patris, nec tenentur conferre *l.1. §. 15.ff.de vll.bon.l.certum, C.fam. erſciſc. l. fi.C. de Collat.*

Peculium profectitiũ.

Duplex eſt adhuc peculium filijfamiliàs quod paganum appellatur, *l. fi. C.de inoffic. teſt.* nempe profectitium, quod ex patre, vel ex re patris proficiſcitur, & paternum dicitur, *vt per Bart. in l. cùm oportet, 6. C.de bonis quæ lib.* imò dicitur profectitium etiam illud quod patris intuitu & contemplatione ad filium peruenit, *l. profectitia, 5. in princ.ff.de iur.dot.Manti. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 16.nu.1.Peregrin.de fideicõ.art.36.n.108.*

Peculium aduentitium.

Deinde aduentitium quod filiusfamiliàs, non ex patris ſui ſubſtantia, neque eius occaſione acquiſierit, ſed vel à matre generéque materno, vel ab aliis quibuſcunque cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel propriis laboribus ſuis non militaribus ad eum peruenerunt, *l. cùm oportet, 6.C.de bon.quæ liber.* In illo peculio filius nihil habet, neque vſumfructum, neque proprietatem, neque de eo teſtari poteſt, l.qui in poteſtate *6.ff. qui teſtam. fac. poſſ.* In hoc verò pater habet vſumfructum etiamſi ad alias tranſuolet nuptias, *l. fi. C. de bon. mat.* & filius proprietatem, *l. cùm oportet, 6. Cod. de bon.quæ liber.l.1.& fi.C.de bon.mater.*

Filius nihil habet in peculio profectitio, in aduentitio habet tãtum vſũfructum.

Fallit primò in donatis à Principe, *l. 7. C. eod.* Fallit ſecundò ſi teſtator prohibuerit ne vſusfruct⁹ ad patrem perueniat, *auth.excipitur, C.eod.* Vide alias fallentias apud *Berlich. deciſ.136.* In quibus bonis filij pater habeat vſumfructum, vide *Maſuer.Pract.tit.de vſufr.num.11.*

Quomodo nobis per ſeruos proprios acquiritur?

Ratio acquirendi per ſeruos

Sic: Quod ſerui noſtri ex traditione, ſtipulatione, donatione legato & alia ex cauſa nacti ſunt, id nobis & ignorantibus & inuitis acquiritur: nam ſeruus in poteſtate domini exiſtens nihil ſuum habere poteſt: excipienda eſt hæreditas quã fruſtrà adit ſeruus, niſi domini iuſſus interueniat, *§.item vobis, 3.hic.l.10.§.a.ff.de acq. rer. dom.* Non tantùm per ſeruos quos in poteſtate habemus, nobis acquiritur proprietas, ſed etiam poſſeſſio, vſuſucapio, & longi temporis poſſeſſio. *d.§. item nobis.*

Quid nobis per ſeruos fructuarios acquiritur?

Serui duplicis ſunt generis, alij ſunt in quos domini abſolutum habent imperium, atque dominium, alio vſumfructum habente, *in princ. & §.alienus, infra. de hæred. inſtit.* Alij quorum tantùm vſumfructum habent. Illi dicuntur proprij, hi alieni: proprij ſunt in quibus pleno iure ſolidam habent domini proprietatem, vel etiam nudam, alio vſumfructum habente, in *princ. infr. de hæred. inſtit.l.rectè dicimus.25.ff.de verb.ſignif.* Alieni verò ſunt in quibus domini vſumfructum tantùm habent, *d. §. alienus*, 1. De illis ſeruis actum eſt, de his ſtatuimus cum Imperatore, vt quicquid ex re noſtra, vel ex operis ſuis acquiſiuerint, id nobis acquiſitũ ſit, quod verò aliunde acquiſiuerint, id ad nos proprietatis jure pertinere debeat, *§. de his autem. 4. hic. leg. 10. §. idem placet. 4. Digeſtis de acq. rer. dom.*

Serui proprij & alieni.

Quid nobis per hominem liberum & ſeruum alienum, à nobis bona fide poſſeſſum, acquiritur?

Idem nobis acquiritur quod per ſeruum fructuarium, omnes enim quod ex re noſtra acquirunt, nobis acquirunt. Tamen liber homo quod ex re aliena

acquirit, ſibi acquirit, verùm homo ſeruus non ſibi, ſed domino acquirit, §. *ex his itaque. 5. hic.*

An nobis aliquid per extraneum acquiritur?

Non, niſi procurator ſit qui ex mandato noſtro egerit: poteſt enim procurator, nobis etiam ignorantibus acquirere, *d. §. ex his itaque 5. hic. l. 1. C. de acq. poſſeſſ. Barthol. de bon. poſſeſſ. c. 4. n. 31.* v. g. ſi quis mihi prædium quod alio in loco ſitum eſt, vendat, neque ego illûc proficiſci poſſim, ſi procuratorem meum mittam, & hic poſſeſſionem prædij accipiat, poſſeſſio mihi per eum acquiretur.

Procurator nobis acquirit.

TITVLVS X.

DE TESTAMENTIS ordinandis.

TEXTVS.

TESTAMENTVM ex eo appellatur, quòd teſtatio mentis ſit.

1 ¶ Sed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum eſt, olim quidem duo genera. Teſtamentorum in vſu fuiſſe: quorum altero in pace & otio vtebantur, quod calatis comitiis appellabant, altero, cùm in prælium exituri eſſent, quod procinctum dicebatur. Acceſſit deinde tertium genus teſtamentorum, quod dicebatur, per æs & libram: ſcilicet quod per emancipationem, id eſt, imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque teſtibus, & libri pende, ciuibus Romanis puberibus præſentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera teſtamentorum ex veteribus temporibus in deſuetudinem abierunt: quod verò per æs & libram fiebat, licèt diutius permanſerit, attamen partim & hoc in vſu eſſe deſiit.

2 ¶ Sed prædicta quidem nomina teſtamentorum ad ius ciuile referebantur, poſteà verò ex edicto prætoris forma alia faciendorum teſtamétorum introducta eſt. Iure enim honorario nulla emancipatio deſiderabatur: ſed ſeptem teſtiũ ſigna ſufficiebant, cùm iure ciuili ſigna teſtium non eſſent neceſſaria.

3 ¶ Sed cùm paulatim tam ex vſu hominum, quàm ex conſtitutionum emendationibus cœpit in vnam conſonantiam ius ciuile & prætorium jungi: conſtitutum eſt, vt vno eodémque tempore (quod ius ciuile quodammodo exigebat) ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtiũ (quod ex conſtitutionibus inuentum eſt, & ex edicto prætoris) ſignacula teſtamentis imponerentur: ita, vt hoc ius tripertitum eſſe videatur: & teſtes quidem & eorum præſentia vno contextu teſtamenti celebrandi gratia, à iure ciuili deſcendant, ſubſcriptiones autem teſtatoris & teſtium, ex ſacrarum conſtitutionum obſeruatione adhibeantur: ſignacula autem, & teſtium numerus, ex edicto prætoris.

4 ¶ Sed his omnibus à noſtrá conſtitutione propter teſtamentorum ſinceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt: vt per manus teſtatoris vel teſtium nomen hæredis exprimatur, & omnia ſecundum illius conſtitutionis tenorem procedant.

5 ¶ Poſſunt autem omnes teſtes & vno annulo ſignare teſtamẽtum. quid enim ſi ſeptem annuli vna ſculptura fuerint, ſecundũ quod Papiniano viſum eſt? Sed & alieno quoque annulo licet ſignare [teſtamentum.]

6 ¶ Teſtes autem adhiberi poſſunt ij, cum quibus teſtamenti factio eſt. Sed neque mulier, neque impubes, neque ſeruus, neque furioſus, neque mutus, neque ſurdus, neque is, cui bonis interdictum eſt, neque ij quos leges jubent improbos inteſtabiléſque eſſe: poſſunt in numerum teſtium adhiberi.

7 ¶ Sed cùm aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tempore liber exiſtimabatur, poſtea autem ſeruus apparuit: tam diuus Hadrianus Catonio, quàm poſtea diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt, ſubuenire ſe ex ſua liberalitate teſtamento: vt ſic habeatur [firmum,] ac ſi, vt oportebat, factum eſſet: cùm eo tempore quo teſtamentum ſignaretur, omnium conſenſu hic teſtis liberi loco fuerit: neque quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.

8 ¶ Pater, nec non is, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, vtique teſtes in vno teſtamento fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

9 ¶ In teſtibus autem non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Sed ſi filiusfamilias de caſtrenſi peculio poſt miſſionem faciat teſtamentum; nec pater eius rectè adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate eiuſdem patris eſt. reprobatum eſt enim in ea re domeſticum teſtimonium.

10 ¶ Sed neque hæres ſcriptus, neque is, qui in poteſtate eius eſt, neque pater eius qui eum habet in poteſtate, neque fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſſunt: quia hoc totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter teſtatorem & hæredem agi. Licèt autem totum ius tale conturbatum fuerat, & veteres quidem familiæ emptorem, & eos qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, à teſtamentariis teſtimoniis repellebant: hæredi [autem,] & iis, qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare: licèt ii, qui id permittebant, hoc iure minimè abuti eos debere ſuadebant: tamen nos eandem obſeruationem corrigentes, & quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſſitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris merito nec hæredi, (qui imaginem vetuſtiſſimi familiæ emptoris obtinet) neque aliis perſonis, quæ ei (vt dictum eſt) coniunctæ ſunt, licentiam concedimus, ſibi quodammodo teſtimonia præſtare: ideoque nec eiuſmodi veteres conſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſimus.

11 ¶ Legatariis autem & fideicommiſſariis, quia

quia non iuris ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis coniunctis teſtimonium non denegamus: immo in quadam noſtra conſtitutione & hoc ſpecialiter eis conceſſimus. Et multò magis iis, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in poteſtate, huiuſmodi licentiam damus.

11 ¶ Nihil autem intereſt, teſtamentum in tabulis, an in chartis, membraniſve, vel in alia materia fiat.

13 ¶ Sed & vnum teſtamentum pluribus codibus conficere quis poteſt, ſecundum obtinentem tamen obſeruationem omnibus factis. quod interdum etiam neceſſarium eſt: veluti ſi quis nauigaturus & ſecum ferre, & [domi] relinquere iudiciorum ſuorum conteſtationem velit, vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſſitatibus imminent.

14 ¶ Sed hæc quidem de teſtamentis, quæ ſcriptis conficiuntur, [ſufficiunt. ſi quis autem ſine ſcriptis voluerit ordinare iure ciuili teſtamentum: ſeptem teſtibus adhibitis, & ſua voluntate coram eis nuncupata, ſciat hoc perfectiſſimum teſtamentum iure ciuili, firmúmque conſtitutum.

Quomodo ad nos pertinent hæreditates?

Connexio. EXpoſiti fuerunt nonnulli modi quibus acquiritur dominium iure ciuili per ſingularitatem; duo ſuperſunt ſuis locis commodiùs explicandi, nempe legatum & fideicommiſſum ſingulare. In hoc tit. incipit agere Imperator de primo acquirédi dominij modo per vniuerſitatem, qui eſt hæreditas, vel hæreditatis aditio, quæ fit duobus modis, aut ex teſtamento, aut ab inteſtato. De Teſtamento ergo hîc agitur per quod hæreditas primò defertur, & quidem de teſtamento ordinando, Iſte titulus debet referri ad *t. ff. qui teſtam. fac. poſſ. & quemad. teſtam. fi. tum ad tit. C. de teſtam. & quem. teſtam. ord.*

Vnde dictum, & quid eſt teſtamentum?

Teſtamẽ. etymon. Nominalis teſtamenti definitio eſt, quòd dicatur quaſi teſtatio mentis, vt *hic, in princ.* id eſt, voluntatis noſtræ, quia in eo mens potiſſimùm dominatur, *l. qui teſtamento §. vlt. ff. de teſtam. ordin.* vel teſtatio manens. *Teſtamentum quid ſit.* Alij dicũt teſtamẽtum dici à verbo teſtari, quod eſt ſignificare, vel declarare. Realis definitio eſt, quòd ſit iuſta voluntatis noſtræ ſententia, de eo quod poſt mortem fieri volumus, cum hæredis inſtitutione *l. 1. ff. qui teſtam. fac. gloſ. 1. & ibi add. marg. in dictam l. 1.*

Dicitur *ſententia*, quia teſtamentum, non intelligitur niſi quis ſe hoc, vel illud fieri velle decernat.

Dicitur *iuſta*, id eſt ſolennis, & iuris ſolennitatibus ſubnixa, *gloſ. in princ. hic*, quia debet fieri ſeruatis iuris ſolennitatibus, ad excludendum teſtamẽtũ nõ ſolenne, vel imperfectum, vt *infr. de hæred. quæ ab inteſt. defer. in princ.* ad excludendum etiam illegitimum ſiue reprobatum, vt cùm inſtituitur incapax, vel indignus, v. g. deportatus, ex inceſtu ſuſceptus.

Dicitur *voluntatis noſtræ*, quia teſtamẽtorum iura non debent ex alieno arbitrio & voluntate aliena pendere, neque ex interrogatione, aut ſuggeſtione *l. 114. §. vt quis hæredem, 6. ff. de leg. 1. Guid. Coquill. quæſt.* 193. nam captatoria voluntas non valet. *l. illa. 32. l. captatorias 70. ff. de hæred. Inſtit.* Tum ad differentiam ſeruorum, filiorumfam. impuberum, furioſorum, prodigorum, mutorum, ſurdorum &c. quia illi & ſimiles non habent liberum voluntatis exercitium, ſed alieno conſilio, atque aliena poteſtate vtuntur, vt *tot. tit. infr. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

Præterea eſt ſententia *voluntatis noſtræ*, quia voluntas regit, & moderatur, extendit & reſtringit teſtamentum, *l. in conditionibus, 19. ff. de condit. & demonſt. l. ſi mihi & tibi. 12. §. in legatis: 3. ff. de legat. 1.* Ideo *Bald. in l. penult. Cod. de ſeru. neceſſ. in hæred. inſtit.* Dicit legem & Iuriſperitum ſemper ſequi voluntatem teſtatoris eo modo quo venator ſectatur leporem. Hæc teſtatoris voluntas præcipuè debet attendi, & pro lege obſeruari, *l. non aliter, 69. ff. de leg. 3. l. ex facto, 35. ff. de hæred. inſtit.* non ſolùm quando eſt expreſſa, ſed etiam ſi ſit tacita, & ex coniecturis deſumpta, *l. licet Imperator. & ibi Bart. l. ſi ſeruus plurium 50. §. fi. ff. de legat. 1. l. cùm auus 102. ff. de condit. & demonſt.* nam quomodocunque de voluntate teſtatoris appareat, etiamſi per coniecturas illa obſeruanda eſt, *l. cùm proponebatur, 64. ff. de legat. 2.*

Teſtatoris voluntas debet eſſe libera. Teſtatoris voluntas debet eſſe libera, non metu coacta, *arg. l. qui teſtamento. 20. § fin. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. qui in aliena, 6. §. vlt. ff. de acquir. vel omitt. hæred. l. 1. C. de S S. Eccleſ.* Libertas illa voluntatis in teſtando omninò tollitur per continuam præſentiam, & obſeſſionem eorum qui hæreditatem captant, *l. 1. §. quæ oneranda, 5. ff. quar. rer. act. non dat. Bald. in l. interpoſitas, 13. col. 2. Cod. de tranſact. & Dd. in l. tranſactionem, 35. Cod. eod. Marc. deciſ. 129. vol. 2.* Qui ergo metu coactus teſtatur, inuitus teſtatur, *arg. l. ſi patre cogente, 22. ff. de rit.*

nupt. leg. ſi mulier 21. §. *ſi metu*, 5. *ff. quod met. cauſ.* Coacta autem & inuita voluntas, non eſt propriè voluntas eo quòd libera, & integra non ſit, nihil ſi quidem conſenſui tam contrarium eſt quàm vis ac metus, *leg. nihil conſenſui*, 116. *Digeſtis de r. iur.* Coactionis & violentiæ vim habent perſuaſiones iteratæ, & frequentes, *leg. 1. §. perſuadere*, 3. *ff. de ſer. corr.* Socin. *conſ.* 263. *num.* 2.

Coacta & inuita voluntas non eſt propriè voluntas.

Deinde qui vi coactus aliquid facit, is potiùs videtur malefacere, quàm pati, *ex text. in leg. ſi patrem*, 22. *ff. de rit. nupt.* Poteſt tamen quis alium blanditiis allicere ad ſibi relinquendum, *leg. fin. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* idem probatur *in l. fin. C. eod. tit.* vbi permittitur vxori virum prouocare vt eum inſtituat, & hæc voluntas quamuis ſit captatoria, non tamen damnatur, *leg. captatorias*, 70. *Digeſt. de hæred. inſtit.* Nemo ergo vel prohibendus vel cogendus eſt teſtari, *leg.* 1. *Cod. ſi quis aliquem teſt. prohib. vel coeg.* an vxor poſſit teſtari ſine conſenſu mariti, & in eius fauorem, vide Bouuot. *tom.* 1. *quæſt.* 6. Pecki, *de teſtam. coniung. lib.* 3. *c.* 2. & 9.

Adduntur hæc verba, *poſt mortem*, quia teſtamenta non valent niſi poſt mortem: eſt enim teſtatoris voluntas vſque ad vitæ extremum exitum ambulatoria & reuocabilis, *leg. quod ſi iterum*, 4. *Digeſtis de adimend. vel transfer. legat. leg.* 1. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Adde quòd teſtamentum morte confirmetur. *Hebr.* 9. *verſ.* 16. & 17. *leg.* 1. *ff. qui teſtam. fac.* ibi poſt mortem: & nemo per pactum aut conuentionem poſſit ſibi ipſi legem conſtituere à qua non recedat, *leg. ſi quis in principio* 22. *Digeſtis de legat.* 3.

Voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad mortem.

Vltimâ clauſulâ, *cum hæredis inſtitutione*, excluduntur omnes aliæ vltimæ voluntates, nempe Codicilli, legatum, fideicommiſſum, & donatio causâ mortis, in quibus hæres non conſtituitur. Eſt enim hæredis inſtitutio caput & fundamentum teſtamenti, *per gloſſ. in princ. hic.* vt & §. *ante hæredis, inſt. de legat. & leg. fin. Digeſtis de iur. codicill.* & §. *in primis infr. de fid. hæred.* nec poteſt hæreditas aliter quàm teſtamento deferri, §. *fin. infr. de codicill. leg. ſi idem*, 7. *Cod. eodem. leg. non codicillum*, 12. *C. de teſtam. leg.* 1. *in fi. Digeſtis de vulgari.* & hoc tantùm verum eſt de iure ciuili, nam iure conſuetudinario, & potiſsimùm in Gallia, hæredis inſtitutio poteſt fieri in contractu matrimoniali, Louet *in lit. H. cap.* 9. Boer. *deciſ.* 155. *num.* 8. Pap. *lib.* 20. *tit.* 2. *art.* 1. *Fab. defin.* 6. *C. de pact. conuent.* vt & in contractu ſocietatis, Bouuot. *tom.* 2. *verb. matrimonium contractum, &c. quæſt.* 18. & *verb. ſubſtitutiones. quæſt.* 25.

Inſtitutio hæredis eſt fundamentum teſtamenti.

An hæredis inſtitutio poſſit fieri in contractu matrimoniali.

Notandum hîc teſtamentum iuris eſſe ciuilis, quoad eius ſolemnitates, Iul. Clar. *lib.* 3. *ſent.* §. *teſtamentum*, q. 2. eſſe verò iuris gentium quoad eſſentiam.

Teſtamentum eſt iuris ciuilis & gentium.

Notandum adhuc in Gallia conſuetudinaria illas teſtamentorum formulas quas introduxit ius ſcriptum Romanorum non eſſe receptas, ibi enim condi poſſunt teſtamenta eodem modo quo alij contractus, ſine ſeptenario teſtium numero, & ſine hæredis inſtitutione, Imbert Enchirid. *in verb. donatio inter viuos.*

Quotuplex eſt Teſtamentum?

Olim duo teſtamentorum genera in vſu fuerunt. Primũ in pace & otio, quod calatis comitiis coram populo ficbat, & quidem bis in anno, hunc in modum: Præco vniuerſam circumibat ciuitatem, conclamans, vt totus populus congregaretur, & ita qui volebat, reſte populo teſtamentum ſcribebat, obteſtabatúrque Quirites, *id eſt*, Romanos homines, vt ratum id ſeruarent, & teſtes eſſent: καλῶ græcè ſignificat appello, vel calare eſt vocare, & comitia ſunt congregatio, vocati enim congregabantur, vnde calatis comitiis teſtamentum eſt appellatum, §. *ſed vt nihil antiquitatis.* 1. *hic.* Quæ olim eſſent comitia, eleganter explicat, Aul. Gell. *lib.* 15. *c.* 27.

Teſtamentum calatis comitiis factũ.

Secundum teſtamenti genus cum in bellum erat eundum, fuit illud quod in procinctu condebatur ab iis qui in prælium eſſent exituri, & appellationem ab habitu in quo teſtamenta conficiebant, ſortitum eſt: procincti enim dicuntur, qui accincti ſunt, & ad militandum cum hoſte parati, nam cùm in incerto eſſet an redituri eſſent, teſtamẽto priùs condito in prælium exibant, §. *eodem.* Quia autem cùm duo illa teſtamentorum genera tantùm in vſu erant, eueniebat vt nonnulli ſubitaneo morbo correpti inteſtati morerentur, neque enim calatis comitiis teſtabantur, eò quòd nondum extaret tempus, neque item in procinctu, eò quòd prælium non eſſet, deinde quia illud mali ominis videbatur, ſano quempiam, & bene ſe habente corpore teſtamentum facere, ideo illis duobus Teſtamentorum generibus tertium ac-

Teſtamentum in procinctu.

Procincti.

Teſtamentum per æs & libram.

ceſſit

ceſsit, quod per æs & libram dicebatur, ſeu per aſſem & libram, quod per familiæ, ſiue hæreditatis emancipationé, *id eſt*, imaginariam quandam venditiónem fiebat, quinque teſtibus & libripéde *id eſt*, ponderatore, ciuibus Romanis puberibus præſentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur. Hoc etiam teſtamentum in deſuetudinem abiit, vt poté magnas continens ambages & quòd alius emptor, & alius hæres eſſet, §. *eo. Aul. Gell. lib. 15. cap. 77.*

Teſtamẽtũ prætorium.

Succeſſit aliud teſtamẽtum quod Prætorium fuit appellatum, in quo imaginaria familiæ venditio non deſiderabatur, ſed ſeptem teſtium ſignacula ſufficiebant, quæ iure ciuili erant neceſſaria, & ita coram Prætore teſtator teſtaméntum in ſcriptis clauſum & obſignatum exhibebat, §. *& prædicta*, 2. *hic.* Quod etiam teſtamentum in deſuetudinem abiit, nec propriè fuit teſtamentum, ſed adumbratio tantùm teſtamenti, & bonorum poſſeſſio *leg. 2. Cod. de bon. poſſ. ſec. tab. leg. 2. ff. eod.* & inuenta ſunt duo alia teſtamentorum genera, quorum vnum dicitur Paganicum, aliud militare. Paganicum dicitur, quod quis extra militiam conſtitutus facit: militare, eſt quod miles facit. Paganicum duplex eſt, ſolenne in ſcriptis & nuncupatiuum, quibus hodie vtimur, §. *fin. hic.*

Teſtamẽtũ paganicum, & militare.

Quid eſt teſtamentum ſolenne in ſcriptis, & quomodo fit?

Teſtamẽtum ſolẽne in ſcriptis.

Teſtamentum ſolenne in ſcriptis dicitur, cùm Teſtator vltimam ſuam voluntatem & diſpoſitionem ſcripturâ cõprehendit, eámque non expreſſo nomine hæredis, ſeptem teſtibus, ſiue ſigillis, & ſubſcriptionibus confirmandam exhibet: fit autem iſtud teſtamentum ſub certa forma, de qua in *l. hac conſultiſſima*, 21. *C. de teſtam.* & eſt illud quod teſtator 14. vel teſtatrix 12. annis maior, ſanæ mentis, & iuris ſui facit, vno contextu actionis interueniente, ne alienus actus ad teſtamentum non pertinens, intermiſceatur: eſt enim teſtamentum actus indiuiduus, *l. hæredes*. 21. §. *vno*, 3. *ff. de teſtam. Ioſ. in l. furioſum*, 9. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Deinde ſolennitatum ratio non patitur, vt alienus actus intercedat, *l. cùm antiquitas*, 28. *Cod. de teſtam. l. hac conſultiſſima*, 21. *in princ.* & §. *per nuncupationem*, *Cod. ead.* Nec debet teſtator poſtquàm teſtari cœpit, ad extraneos actus diuerti, *Vaſq. lib. 2.* §. 14. *n.* 82. Præterea vno eodémque tempore fieri debet, ſeptem teſtibus rogatis, atque adhibitis præter notarium, *l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. gloſ. in l. hac conſultiſſima.* 21. *verb. octauum in fin. Salic. ibid. n. 7. & Dd. commun. C. de teſtam.* Latè *Vaſq. in lib. 1.* §. 2. *n. 2. de teſtato. poten.*

Teſtes debent eſſe rogati.

Qui quidem teſtes debent eſſe rogati vel à teſtatore, vel à notario, vt in *l. cum antiquitas*, 28. & *in l. hac conſultiſſima*, 21. *C. de teſtam.* & *in l. heredes palam*, 21. §. *in teſtamentis*, 2. *ff. de teſtam. tum in auth. rogati*, *C. de teſtibus.* & 14. annis maiores, §. *teſtes autem*, *hic. d. l. hac conſultiſſima*, 21. cum eorum ſubſcriptione §. *ſed cùm paulatim*. 3. §. *& poſſunt*, 5. *hic. l. ad teſtiũ*, 22. §. *fi. ff. eod. d. l. hac conſultiſſima, in princ.* & § *non ſubſcriptum. Papo, lib. 20. tit. 1. arr.* 20. & ſignaculorum appoſitione, *l. ad teſtium*, 22. §. *fi. ff. de teſtam.* & *d. l. hac conſultiſſima, in princ.* & §. *non ſignatum. C. eod.* Sigilli enim appoſitio ſcripturam etiam indubitatam facit, & quò plura & ſolennia adhibentur ſigna, eò facilius certior redditur ſcriptura, *Menoch. de arbit. iud. cas.* 106. *n. 9. Bald. in l. ſi procuratorem*, 65. *n. 5. de procurat.* Alia ſolennitas adiici ſolet, nempe vt teſtes videant teſtatorem, præſentes ſint & in eius conſpectu, *l. ſi non ſpeciali*, 9. *C. de teſtam.* ne ſupponantur aliæ perſonæ loco illius qui morbo laborat. Iſtæ omnes ſolennitates neceſſariò requiruntur in teſtamentis ſcriptis & ſolennibus propter ipſorum ſinceritatem, ne fraus aliqua committatur, & ne quid in teſtamentis falſitatis incurrat, §. *ſed cùm paulatim*, 3. & § *ſed his omnibus* 4. *hic. l. ſi viuus*, 12. *l. hac conſultiſſima*, 21. *C. de teſtam.* Eſt enim ſolennitas forma actus indiuidua, *l. furioſum*, 9. & *ib. Dd. Cod. qui teſtam. fac. poſſ* dans eſſe rei, *l. Iulianus*, 9. §. *ſi quis rem*, 2. *ff. ad exhiben.* quâ ſublatâ tota actio deſtruitur, *d. l. Iulianus* Qui ergo teſtamentum clauſum, ſolenne, & in ſcriptis condere volet, ipſe propriâ manu, ſi literas nouit, voluntatem ſuam ſcribet, & appellabitur ab Iſidoro Teſtamentum olographum, & ſi non nouit, manu alterius vtetur, & octauus adhibebitur teſtis: ſcriptam autem voluntatem implicabit, quo facto, rogabit teſtes, coram quibus exponet in illa charta contineri ſuam voluntatem vltimam, *d. l. hac conſultiſſima*, & quid eum impulerit ad teſtamentum ſolenne & ſecurum condendum; & ne impugnari queat, rogabit eos

Solennitas quid ſit.

Forma cõdendi teſtamẽti in ſcriptis.

Teſtamẽtum olographum.

ſigilla apponere, & ſeſe ſubſctibere, ille tamen primus ſe ſubſcribet, ſi literas nouit, vt dictum eſt, *d. l. hac conſultiſſima.* Teſtamenrum ira factum manebit apud cum qui ex maiore parte hæres fuerit, aut in æde ſacra deponetur, *l. 4 §. 3. ff. famil. erciſcund.*

Duo teſtes in vnoquoque negotio.

Notandum hic venit, quòd in vnoquoque negotio duo teſtes idonei ad probandum ſufficianr, *l. vbi numerus. 12. ff. de teſtib.* qui deponant de viſu, & certa ſcientia, non de auditu alieno, *l. teſtium 18. Cod. de teſtib.* quanquam de auditu valeat teſtimonium in poſſeſſione immemoriali, *Fab. defin. 41. Cod. de teſtib.* Vbi enim teſtium numerus ſpeciali iure definitus non eſt, ibi duos ſufficere conſtans eſt iuris regula, *l. vbi numerus, 12. & ibi Dd. ff. de teſtib. Bugno. lib. 2. cap. 198. de Legib. abrog.* Quod iuri diuino conſentaneum eſt, ſtatuenti in ore duorum omne verbum ſtare, *Deut. 19. v. 15. Matth. 18. v. 16. Ioh. 8. v. 17. Hebr. 10. v. 28.* Qui omnes textus excludunt probationẽ per vnũ teſtẽ, quia dictũ vni° dictũ nullius, *l. iuriſiurandi. 9. C. de teſtib. c. licet vniuerſis, ibique gloſ. c. veniens c. in omni negotio extr. de teſtib. Farin. in praxi crimen. p. 4. conſ. 60. n. 15. Maſc. de probat. concl. 347. n. 30. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 99. n. 19. Valaſc. conſult. 73.*

Dictũ vnius, dictũ nullius.

Et teſtes ſingulares etſi mille ſint, non probanr, imò minùs probant, quàm vnus ſolus, vt decidit *Bald. in l. de quibus, 32. ff. de legib.* Ratio eſt, quia vbi ſingularitas, ibi varietas & vnitas, quilibet enim eſt ſolus cui non creditur, vt patet ex dictis. Adde quòd teſtes ſingulares ranquam diuiſi & lacerati non probenr, *Cravett. in conſ. 41. n. 7.* Interdum vni fides haberi ſolet, vt Tabellioni, qui affirmat ſe ſcripſiſſe inſtrumentum, *Nouell. 73.* & argentario, quia eius ſcriptura habetur tanquam publica. Non tamen excludunt prædicti textus probationem per plures quàm per duos aut tres teſtes vt in teſtamento, vbi ſeprem adhibentur propter communem vtilitatem, & ad fraudes vitandas, *l. 1. C. de fideicom.* per tot enim homines veritas magis reuelatur, & fraudibus magis obuiatur. Habet etiam numerus ſeptenarius vſum frequentiſſimum, & nobiliſſimus cenſetur, etenim die ſeptimo quieuit Dominus, *Geneſ. ca. 2.* Septem millia non flexerunt genua coram Baal, *lib. 3. Reg. cap. 19. v. 18.* Fratri non tantùm ſepties in die condonandum, ſed ſeptuagies ſepties, *Matth. cap. 18. v. 22.*

Teſtes ſingulares non probant.

In teſtamento 7 teſtes.

Numeri ſeptenarij præſentia.

Septem enim ſunr planetæ, ſeptem cœlis inferioribus eſſentialiter inſitæ: Septem fuerunt Sapientes tempore Ieremiæ, Septem Sapienres in Græcia. Non tamen in omni teſtamento ſeptem adhibendi ſunt teſtes, excipitur, I. Teſtamentum coram Principe factum, *l. omnium. 19. Cod. de teſtam.* Item coram iudice apud acta, *l. teſtamenta, 18. C. eod. d. l. omnium l. data. 27. Cod. de teſtam. Fab. defin. 23. C. de teſtam.*

In quibus teſtam. nõ adhibeãtur 7. teſtes.

II. Teſtamentum ad pias cauſas, *exp. relatum de teſtam.* Fiunt autem teſtamenta, vel legata vel donationes ad pias cauſas, ſi fiant in fauorem Eccleſiæ, pauperum, miſerabilium perſonarum, deinde cauſâ ſtudiorum, dotis, libertatis, refectionis pontium, & cuſtodiæ ciuitatis. Si ergo aliquid ſit relictum in has pias cauſas, firmum & ratum manebit, propter piæ cauſæ priuilegium. *Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſæ. & Greg. Tholoſ. ſyntag. lib. 22. cap. 17. n. 6.* Ex relictis in piam cauſam nulla detrahitur quarta ac proinde abrogatus eſt *§. ad municipium, l. 1. ff. ad l. falcid. Bugn. lib. 3. cap. 5. de leg. abrogat.*

Teſtamẽtum in pias cauſas facta.

Quarta nõ detrahitur ex relictis in piam cauſam.

III. Teſtamentum à ruſtico factum, *l fi. C. de Teſtam.*

IV. Teſtamentum tempore peſtis valde ſæuientis conditum, *Valtej. ad §. 2. inſt. Pap. lib. 20. tit. 1. art. 1.* De quo teſtamento tempore peſtis facto nihil iure conſtitutum eſt, nam *lex caſus, 8. Cod. de teſtam.* in alio loquitur. Vide *Fabr. defi. 5. C. de teſtam.*

V. Teſtamentum inter liberos, in quo duo teſtes ſufficiunt, vt tradunr communiter *Dd. per text. in l. fi. C. fam. erciſ. & in l. 21. §. ex imperfecto, 1. C. de teſtam. gloſſ. in fi. auth. quod ſine, C. de teſtam.* Etiam fœminæ, *Clar. de teſtam. q. 8. n. 3.* Notiſſimi enim juris eſt, quod pater inter liberos quouis modo remotis omnibus ſolennitatibus iuris ciuilis, teſtari poſſit, etiamſi æqualitatem inter eos non ſeruauerit, *l. hac conſultiſſima, 21. §. ex imperfecto 1. C. de teſtam. auth. quod ſine. C. eod. l. vlt. C. fam. erciſc. l. filij patris, 16. l. ſi cogitatione 21. C. eod. Nouell. de teſtamentis imperfectis. 107. c. 1.* Ira vt teſtamentum inter liberos nullam publicationem deſideret, *Guid. Pap. q. 538. in fi. Iul. Clar. in §. Teſtamentum. q. 7. Menoch. conſ. 267. n. 33.* & ſemper præſumendum ſit clauſulam codicillarem, *vt valeat omni meliori modo, &c.* in eo contineri, *l. fi. C. fam. erciſc.*

Duo teſtes ſufficiunt in teſtamento inter liberos.

VI. Teſtamentum militis in expeditione

tione belli degentis,& illud ſcribentis, vt *in princ. infr. de teſtam. milit. leg. Lucius*, 40.. *Digeſtis eod. leg. milites*,15. *Cod. eod. tit.*

VII. Teſtamentum conditum in loco cuius conſuetudo duos, vel quatuor tantùm teſtes requirit, *leg. ſi non ſpeciali*, 9. *Cod. de teſtament.* Guid. Coquill. *in quæſt. & Reſp.* 231.

Teſtium ſignaculo quomodo apponi debent?

Teſtes omnes poſſunt vno annulo ſiue alieno, ſiue proprio ſignare teſtamentum, ita tamen vt ſi alieno vtantur, declarent ſe tali vſos eſſe annulo, obſignatio enim pendet ex fide obſignantis, nõ autem ex ſigni materia, quare nõ refert cuius ſit annulus, §. *poſſunt autem*, 5. *hic. leg. hac conſultiſſima*, C. *qui teſtam. fac. leg. ſi vnus*, 12. *Cod. de teſtam.*

Obſignatio pendet ex fide obſignantis

Per annulum hoc in loco non intelgitur is qui gẽmas ſolidas, vel effigies inſertas & nimium vulgares, ſed qui characterem certum inſculptum habeat, *leg. ad teſtium*, 22. §. *ſignum*, 5. *Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ.* de iure Romano teſtamentum ſolo annulo ſignari debet, *leg. ſi vnus*, 10. *Cod. de teſtament.* De conſuetudine alio quouis ſigno quod characterem habeat etiam ſignari poteſt, vt notat Accurſ. *in l. teſtium.* 22 *ad* §. *ſignum*, 5. *in verb. annulo tantùm.*

Annulo nomine quid intelligendum.

Quinam adhiberi poſſunt teſtes in teſtamento, & qui non?

Teſtes teſtamentarij.

Ij omnes cum quibus teſtamenti factio eſt, ſiue actiuè ſiue paſſiuè, *hoc eſt*, qui vel à nobis hæredes ſcribi poſſunt, vel ipſi nos ſcribere, §. *teſtamenti*, 5. *infr. de hered. qual. & differ.* Exceptis muliere, §. *teſtes*, 6. *hic. leg. qui teſtamento* 20. §. *mulier*, 6. *Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ.* Vaſqu. *in lib.* 2. § 2. *num.* 12. Impubere, *d.* §. *teſtes*, *d. leg. qui teſtamento*, *in princip.* Seruo. *d.* §. *teſtes*, *d. leg. qui teſtamento*, §. *ſeruus*, 6. Furioſo, *d.* §. *teſtes*, *d. leg. qui teſtamento* §. *nec furioſus*, 4. Muto, Surdo, *d.* §. *teſtes.* Eo cui bonis interdictum eſt, *leg.* 15. *cui bonis*, *Digeſtis de verb. obligat.* qui prodigus dicitur, nempe qui neque tempus, neque finem expenſarum, nec modum largiendi habet, ſed bona ſua dilacerando ac diſſipando profundit, *d.* §. *teſtes*, *leg. is cui in princip.* 18. *Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ. leg.* 1. §. 1. *Digeſtis de curat. furioſ.* In ſumma exceptis iis quos leges iubent improbos inteſtabileſque eſſe, *d.* §. *teſtes.* Quamuis enim iſtæ omnes perſonæ poſſint ex teſtamento aliquid capere; tamen teſtes eſſe nequeunt. Si quis tanquam liber teſtis fuerit rogatus in teſtamento qui tunc ſeruus fuiſſe repertus eſt, nihilominus valebit teſtamentum, ſi modò cùm teſtamentum fuit conditum teſtis ille omnium conſenſu liber habitus fuerit, §. *ſed cùm aliquis*, 7. *hic.*

Quinam non poſſint eſſe teſtes teſtamentarij.

Prodigus quis ſit.

Etiamſi quis teſtis, cùm conditum eſt teſtamentum fuerit idoneus, non autem cùm fuit apertum, valebit teſtamentum, quia ſufficit tempore teſtamenti conditi idoneos fuiſſe teſtes, idque in magnum vltimæ voluntatis fauorem, qui in eo conſtit, vt teſtamenta leuem ob cauſam non rumpantur, *leg. ad teſtium*, 22. §. 1. *Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ.*

Poſſúnt-ne plures vnius familiæ teſtes in teſtamento rogari?

Poſſunt in alieno teſtamento, nempe pater, & is, qui in eius poteſtate fuerit, item duo fratres in eiuſdem patris poteſtate exiſtentes, §. *pater*, 8. *hic. leg. pater*, 17. *Digeſtis de teſtibus*, *leg. ad teſtium*, 22. *in princip. Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ.* Cùm enim nullum reportent commodum ex illo teſtamento, nihil metuendum, neque eadem cenſenda vox patris & filij, licèt pater & filius eadem perſona eſſe penè intelligantur, *leg. fin. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* Sed in Teſtamento patris vel domini, aut proprio ſiue domeſtico, non poſſunt eſſe teſtes filij, aut ſerui, vel alij domeſtici, *d.* §. *pater*, & §. *in teſtib.* 9. *hic. leg. parentes*, 6. *Cod. de teſtib.* Tum etiam in teſtamento filijfamiliàs de peculio caſtrenſi pater non poterit eſſe teſtis, neque is, qui in eiuſdem patris poteſtate eſt, hic enim eſt reprobatum domeſticum teſtimonium, *d.* §. *in teſtibus*, 9. *ibi, ſed & ſi filius familias*, *leg. etiam iure*, 3. C. *de teſtib.* non propter cognationem, ſed propter vnitionem, quæ per patriam poteſtatem contigit, quamuis in aliis actibus & caſibus non reiiciatur, vt videre eſt apud Veſemb. *conſ.* 19. *numer.* 12. & apud Vaſqu. *de ſucceſſ. progr. tom.* 1. *in præfat. lib.* 1. *num.* 129.

Plures teſtes vnius familiæ in alieno teſtamento.

Filius non poteſt eſſe teſtis in teſtam. patris, aut contrà.

Teſtimonium domeſticum eſt reprobatum.

Poteſtne ſcriptus hæres eſſe teſtis?

Non, quia periculoſum eſt permittere

Hæres ſcriptus non poteſt eſſe teſtis. hæredi,vt ad ſuſtinendum teſtamentum ſit teſtis,cùm ipſius inſtiturio teſtamenti caput & fundamentum exiſtat, & de ipſius commodo præcipuè agatur, neque enim valet teſtimonium in cauſa propria, *l.omnibus*, 10.*cod.de teſtib.* quod & ad coniunctas illi per poteſtatem perſonas extenditur, ideo neque is qui in poteſtate ſcripti hæredis eſt, ueque pater eius,qui eum habet in poteſtate, teſtis eſſe poteſt,§.*ſed neque hæres*,10.*hic.leg. qui teſtamentum*, 20.§.1. *&* 2.*ff.qui teſtam. fac.poſſ.l.*9.*ff.de teſtib.* Neque frater hæredis inſtituti §.*ſed neque*,10.*hic.*

Teſtimonium non valet in cauſa propria.

Poſſunt-ne legatarÿ & fideicommiſſarÿ eſſe teſtes?

Legatarÿ & fideicō. poſſūt eſſe teſtes. Poſſunt, quia juris ſucceſſores non ſunt,idem etiam dicendum de perſonis quæ iis coniunctæ ſunt,§.*legatarÿs*,11.*hic. leg.dictantibus*, 22. *Cod.de teſtam.leg.ſi quis ita*,15.*Dig. de reb.dub.*

In qua materia poteſt conſcribi teſtamentum?

In omni materia conſcribi poteſt teſtamentū. Nihil refert, an in tabulis ligneis, aut cuiuſcunque alius materiæ, chartis, membranis, corio, vel in alia materia conſcribatur, §.*nihil*, 12. *hic*,*leg.*1.*in princ. Digeſt.de bon.poſſ.ſec.tab.*

Poteſt-ne quis teſtamentum pluribus codicibus conſcribere?

Teſtamenti plura fieri poſſunt exempla. Certum eſt vnius teſtamenti plures poſſe eſſe codices, *id eſt*, plura exempla, vel plures ſcripturas teſtamentarias, §. *ſed & vnum*,15.*hic.leg. vnum*, 24. *Digeſtis, qui teſtam. fac. poſſ.* Quinimò etiam neceſſe eſt, vt vnius teſtamenti diuerſa fiant exempla. Tamen hîc notandum eſt,illa varia teſtamenti exempla à teſtibus ſubſcribi, & obſignari debere,vt authentica ſint, & coram Iudice fidem probatoriam facere queant.

Teſtamenta quare in ſcriptis & ſecretò fiunt?

Rationes ob quas teſtamenta in ſcriptis & ſecretò fiāt. Duabus de cauſis: Primò ne ſpectantes aliquod emolumentum ex teſtamento ad odium prouocentur, ſi inde nihil commodi capiant, aut ſi exhæredentur. Secundò ne legatarij vel hæredes vitæ teſtantis inſidientur,vt citiùs eo fruantur quod ſe habituros expectant.

Quomodo publicatur teſtamentum ſolenne?

Teſtamenti ſolennis publicatio. Publicatur coram Iudice ordinario, *leg.teſtamenta*, 18.*leg.conſulta*, 23.*Cod.de teſtament.* citatis omnibus quorum intereſt, qui ab inteſtato ſuccedere potuiſſent,*leg.de vnoquoque* 47. *de re iudic.* Vocatis etiam Notario, & teſtibus ad recognoſcendum ſigilla ſua, *leg. cum ab initio*, 4. *Digeſt. teſtament. quem.aper.* & ſi non ſint omnes præſentes, ſatis erit ſi maior pars adſit, *leg. ſed ſi maior*, *Digeſtis quem. teſtament. aperiant.* Deinde mittitur teſtamentum rurſus obſignatum ad teſtes abſentes, vt etiam iſti agnoſcant ſubſcriptionem, & ſigilla ſua *leg. ſed ſi quis*.7. *Digeſtis eod.* Quòd ſi omnes teſtes abſint,tamen aperiendum ſit teſtamentum loco abſentium, Iudex adhibebit viros ſpectatæ opinionis & famæ, *leg* 2. *Cod.eod.* Vide Fabr.*def.vn. Cod. quemad. teſtament.aper.* eodem modo aperiuntur codicilli quo teſtamenta, vt tradit Tepat.*tit.de Codicill.cap.*7. *leg.vlt. Cod.quem. teſtam.aper.* Publicationis effectum tradit Alexand.*in leg. publicati*,2. *Cod.de teſtament.* vbi dicit publicatum teſtamentum fidem facere, etiamſi originalis ſcriptura caſu ſit amiſſa.

Quid eſt teſtamentum nuncupatiuum?

Teſtamentum nuncupatiuū; Secunda ſpecies teſtamenti Paganici eſt teſtamentum nuncupatiuum,vel ſine ſcriptis,& illud eſt in quo teſtator hæredem viuâ voce, aut ſcripto,ſeptem teſtibus ad hoc adhibitis, & rogatis nuncupat, atque declarat, §.*ſed hæc quidem*,14.*hic.leg.hæredes palam*, 21. *Digeſt.qui teſtament.fac poſſ.* eſt enim nuncupare voluntatem, circa hæredis inſtitutionem, legatorum dationem, cæteráſque teſtamenri partes linguâ exprimere, atque nominare. Fit ergo hoc teſtamentum ſine ſcriptura per nominis hæredis nuncupationem,*id eſt*,viuæ vocis expreſſionem,aut ſcripturam, *leg.hac conſultiſſima*, 21.§.*per nuncupationem* Cod. *de teſtam.* Nuncupare quippe eſt nomina capere, vnde quia propriis nominibus teſtes accipiebantur, videtur dictum teſtamentum nuncupatiuum, ſiquidem in eo omnia per nuncupationem ac viuâ voce teſtatoris ordinantur, *d.leg.hac conſultiſſima*,§.*per nuncupationem.*

Quomodo differt teſtamentum nuncupatiuum à ſolenni?

His tribus potiſſimùm modis.I.Quòd

in illo

Teſtamenti nuncupatiui & ſolemnis differentia.

in illo teſtator voluntatem ſuam manifeſtet, in hoc non item, *leg. hæredes palam*, 21. *Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ. d. leg. hac conſultiſſima*, 21. *& §. per nuncupationem*, 2. II. Quòd iſtud non fiat ſine ſcriptura, ſubſcriptione, & ſubſignatione teſtium, illud contrà, §. *fin. hic.* & vt videre eſt apud Expill. *part. 2. cap. 171.* III. Quòd illud fiat nuncupatione hæredis, *d. §. fin.* hoc non item.

Quomodo diuiditur teſtamentum nuncupatiuum?

Teſtamenti nuncupatiui diuiſio.

Quamuis comparatè ad teſtamentum ſolenne in ſcriptis, teſtamentum nuncupatiuum ſine ſcriptis dicatur eſſe, tamen nuncupatiuum, vel in ſcripturam à Notario redigi poteſt, non ad ipſius ſubſtantiam, ſed ad faciliorem probationem, maiorem cautelam, validitatem, perpetuámque memoriam, *leg. 4. Digeſt. de pign. leg. 4.* Digeſt. *de fid. inſtrum.* ne morte vnius ex teſtibus corruat teſtamentum, *arg. leg. in donationibus* 31. *Cod. de donat.* vel in nuda teſtatoris nuncupatione ſiue declaratione conſiſtit. Priori caſu, Notarius debet ſignum apponere, & nomen ſubſcribere, at non eſt neceſſe vt teſtes ſubſignent, ſicut in teſtamento ſolenni in ſcriptis niſi aliter diſponat Regionis ſtatutum. Etiamſi ergo iſtud teſtamentum fortè à Notario concipiatur ſcripto, tamen ſine ſcriptis factum rectè dicetur Hunnius *lib. 1. variar. reſol. iur. ciu. tract. 1. quæſt.* 23. Nec repugnat Regia Franciæ conſtitutio Molinenſis *art.* 54 vbi nullus contractus ſiue actus conſiſtere poteſt excedens centum libras Turonenſes, niſi fuerit in ſcripturam redactus: nam illa conſtitutio inſtituta eſt de contractibus, non de teſtamentis, Meyn. 2. *part. lib. 6. cap.* 36. Deinde talis conſtitutio non eſt in omnibus Galliæ prouinciis recepta, neque enim in omnibus Prouinciis quæ reguntur iure ſcripto. Meynard. *lib. 5. cap. 5.* Barr. *de ſucceſſ. lib. 1. tit. 1. num. 6.*

TITVLVS XI.

DE MILITARI TEſtamento.

TEXTVS

SVPRA dicta diligens obſeruatio in ordinandis teſtamentis, militibus, propter nimiam imperitiam eorum, conſtitutionibus [principalibus] remiſſa eſt. Nam quamvis ij neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem obſeruauerint: rectè nihilomninus teſtantur, videlicet cùm in expeditionibus occupati ſunt: quod meritò noſtra conſtitutio introduxit. Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura, valet teſtamentum ex voluntate eius. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem in aliis locis vel ſuis ædibus degunt: minimè ad vendicandum tale priuilegium adiuuantur, ſed teſtari quidem, etſi filijfamiliarum ſint, propter militiam conceduntur: iure tamen communi eadem obſeruatione & in eorum teſtamentis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum proximè expoſuimus.

1 § Planè de teſtamentis militum diuus Traianus Catilio Seuero ita reſcripſit: Id priuilegium quod militantibus datum eſt, vt quoquo modo facta ab his teſtamenta rata ſint, ſic intelligi debet, vt vtique priùs conſtare debeat, teſtamentũ factum eſſe, quod & ſine ſcriptura & à nõ militantibus fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet, quem vellet ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem tribueret: poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus, & voluntas eius rata habenda eſt. Cæterùm ſi (vt plerumque ſermonibus fieri ſolet) dixit alicui, *ego te hæredem facio*, aut, *bona mea tibi relinquo*, non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec vllorum magis intereſt, quàm ipſorum, quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona, cui viſum ſit, & per hoc vera iudicia ſubuerterentur.

2 § Quinimò & mutus & ſurdus miles teſtamentum facere poteſt.

3 § Sed hactenus hoc illis à principalibus conſtitutionibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſſionem verò veterani vel extra caſtra [alij,] ſi faciant adhuc militantes teſtamentum, communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quòd in caſtris fecerint teſtamentum, non communi iure, ſed quomodo voluerint: poſt miſſionem intra annum tantùm valebit. Quid ergo ſi intra annum quis deceſſerit, conditio autem hæredi adſcripta poſt annum extiterit? an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet valere quaſi militis.

4 § Sed & ſi quis ante militiam non iure fecit teſtamentum, & miles factus, & in expeditione degens reſignauit illud, & quædam adiecit, ſiue detraxit, vel aliàs manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis: dicendum eſt valere hoc teſtamentum, quaſi ex noua militis voluntate.

5 § Deniq; & ſi in adrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamiliàs emancipatus eſt, teſtamentũ eius quaſi ex noua militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

6 ¶ Sciendum tamen eſt, quod cùm ad exemplum caſtrenſis peculij, tam anteriores leges, quàm principales conſtitutiones quibuſdam quaſi caſtrenſia dederant peculia, & horum quibuſdam permiſſum fuerat etiam in poteſtate degentibus teſtari: noſtra [id] conſtitutio latiùs extendens, permiſerit omnibus in huiuſmodi peculiis teſtari quidem, ſed iure communi. Cuius conſtitutionis tenore perſpecto, licentia eſt, nihil eorum, quæ ad præfatum jus pertinent, ignorare.

Quid est militare testamentum, & vnde dicuntur milites?

Connexio.

DE Teſtamento paganico quod fit iure communi in ſcriptis vel ſine ſcriptis, eiúsque formis ac ſolennitatibus actum eſt in titulo præcedenti: in hoc agitur de teſtamento minùs ſolemni, quod militare ac priuilegiatum eſt, & fit iure ſingulari, in quo ordinando non requiritur diligens & ſolennis obſeruatio propter nimiam militum ſimplicitatem, atque imperitiam & iuris ignorantiam, quia milites magis arma, quàm iura ſcire æſtimantur, *leg. vlt. in princ.* Cod. *de iur. delib.* Titulus iſte referendus eſt *ad tit. Digeſtis de milit. testam. & ad tit.* Cod. *de testam. milit.*

Milites magis arma quam iura ſciũt.

Teſtamenti militaris definitio.

Deſcribitur teſtamentum militare, iuſta voluntatis vltimæ diſpoſitio, quâ martialis miles in numerum & album aliorum militum iuramento præſtito redactus, & ſtipendiatus in expeditione caſtrenſi, ſiue in foſſatis, in ſtatiuis, in hybernis & præſidiis degens atque occupatus, ſiue ſit corpore integro, ſiue mutus ſurdúſve, vel ſcripto, vel ſine ſcriptura, & quidem indiciis vel ſignis voluntatem ſuam exprimit: quocunque enim modo voluntas militis appareat, admittitur propter periculum, cui exponitur eius vita, Religionis, & Reipublicæ causâ propter quam ſanguinem effundere non dubitat, *leg.* 1. *Digeſtis de teſtament. mil. l.* 1. Cod. *eod.* dummodò contra bonos mores non ſit teſtatus, *leg. mulierem*, 14. *ff. de his quib. vt indign.* Nota milites vel à labore militiæ dici, vel à malo arcendo, vel à multitudine, *leg. 1. in fin. Digeſtis de testam. militis.*

Milites unde dicti.

Quomodo de militis testantis voluntate constare debet?

Teſtamenti militis probatio.

Si in expeditione ſint occupati milites, tamen extra militiam, duo ſunt adhibendi teſtes de iure communi, *leg. vbi numerus*, 12. *Digeſtis de testib. leg. diuus*, 24. *Digeſtis de teſtament. milit. §. planè* 1. *vbi gloſ. ad verbum, hominibus ſaltem duobus, hic.* Si tamen extet ſcriptura, teſtes non erunt quærendi, §. 1. *verb. ſiue ſcripta hic. leg.* 1. *Digeſtis de teſtament. milit. & leg. militibus*, 15. Cod. *eod.* Si verò in acie & conflictu ſint milites, ſatis erit ſi indiciis quibuſdam voluntatem ſuam demonſtrent, vel in clypeo, vel in vagina, literis ſanguine ſuo rutilantibus, vel in puluere, gladio, aut digito voluntatem ſuam morientes ſcribant, & annotent, tunc talis voluntas firma erit, *leg. milites*, 15. Cod. *de teſtament. milit.* Quomodocunque ergo conſtet de voluntate, & animo militis, teſtamentum facere volentis, ſiue voce, ſiue ſcripto, illud teſtamentum firmum atque ratum erit, *§. planè.* 1. *hic.* Solæque coniecturæ in hoc teſtamento hæredis inſtitutionem inducunt, §. 1. *& tot. tit. hic. leg. 1. leg.* 15 §. 1 *leg.* 35. *Digeſtis de teſtament. milit. leg* 1. *leg.* 3. *leg.* 15. Cod. *eod.* Et hoc priuilegio adhuc hodie gaudent milites verè militantes, vt poſt multos alios ſcribit Veſemb. *conſ.* 17. *num* 32. quia nunc quoque ſacramenta rogantur, eadem pericula, idemque munus ſuſtinent illi, ac proinde idem jus remanere debet, *leg. decreto*, 15. Cod. *ex quib. cauſ. infam. leg. ordo*, 8. *Digeſtis de publ. iudic.*

Filijfamiliàs poſſúntne in bello teſtari?

Poſſunt, *in princip. verſ. exceptis iis, infr. quib. non est permiſ. fac. testam. leg. miles*, 23. *leg. cùm filius*, 29. *& paſſ. tot. tit. de mil. teſtament.* potiſſimùm de bonis caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus tantùm, idque propter militiæ fauorem & priuilegium, *in princip. ibi. ſed testari, hic. leg. vlt.* Cod. *qui testam. fac.* Extra militiam obſeruari debent juris communis ſolemnitates nõ ſecus ac in paganorum, *id est*, non militantium, teſtamentis obſeruantur, *§. ſed hactenus, hic, leg. penult.* Cod. *de milit. testament.*

Filiusfam. teſtatur in bello de bonis caſtrenſib. & q. caſtr.

Notandum hîc paganos opponi militibus, & paganicum teſtamentum militari: pagani enim appellatio inde deſcendiſſe videtur, quòd duo potiſsimùm in Italia eſſent genera hominum, primũ eorum, qui rem ruſticam procurabant, & ſecundũ, eorum qui arma ſequebantur, inde factum eſt vt qui arma non ſequeretur ſiue is ciuitatem, ſiue vicum, aut pagum incoleret, paganus appellaretur, ideo in hac ſignificatione hoc vocabulum

Pagani unde dicti.

bulum

bulum ab Imperatoribus & Iuriſconſultis ſumitur.

Teſtamentum militare quomodo debet probari?

Teſtamenti militaris probatio.

Neceſſe eſt vt conſtet teſtamentum militare factum eſſe, quod vt fiat, vocandi ſunt homines qui teſtatoris voluntatem referant non vnus homo, ſed plures, nec tantùm viri, ſed etiam fœminæ vocari poterunt.

Miles mutus, & miles ſurdus poſſúntne militare teſtamentum facere?

Poſſunt, illi nempe qui tantùm per accidens tales fuerint, nam qui à natiuitate tales ſunt, nullo modo poſſunt voluntatem ſuam exprimere, §. *quinimò*, 2. *hic*. ne dum in milites aſſumi, cùm ducis ſui vocem exaudire nequeant.

Quamdiu valet militare hoc priuilegium?

Duratio priuilegij teſtamenti militaris.

Quamdiu milites ſunt in expeditione bellica, & in caſtris degunt, ita dicit *gloſ. in verb. non multis in princip. & text. ad hoc expreſſus, in leg. penultim. Cod. de teſtament. milit. & clariùs in princip. verſic. illos, &* §. *ſed hactenus* 3. *hic*. Si verò emeriti & exautorati, *hoc eſt*, militiæ ſacramento ſoluti, & dimiſſi fuerint, valebit teſtamentum jure communi, & quidem intra annum tantùm poſt miſſionem, & ſi factum ſit ſub conditione, valebit donec conditio extiterit, §. *ſed hactenus*, 3. *hic*.

Miſſio honeſta & inhoneſta.

Notandum mitti eum qui impleto militiæ tempore emeritus domum remittitur, quæ honeſta miſſio eſt, vel etiam qui ad militiam minùs idoneus judicatus eſt, vel delictum aliquod commiſit, quæ inhoneſta & ignominioſa eſt miſſio.

Teſtamentum non jure factum ante militiam poteſt-ne confirmari in expeditione?

Poteſt, ſi nempe miles in expeditione degens teſtamentum illud reſignauit, & quædam adiecit, ſiue detraxit, vel aliàs manifeſtè oſtendit ſe velle priorem ſuam voluntatem firmam eſſe, §. *ſed & ſi quis*, 4. *hic*.

Valétne teſtamentum militis ſi ipſe poſteà fuerit arrogatus?

Valet, neque enim capitis diminutione irritum fit ſiue miles paterfamiliàs det ſe arrogandum, ſiue miles filiusfamiliàs emancipetur. Ratio eſt, quia ciuilia perimunt quidem ciuilia, ſed non naturalia; capitis autem diminutio eſt juris ciuilis, & teſtamentum militis eſt juris Gentium §. *denique*, 5. *hic*.

Teſtamentum militis eſt gentium.

TITVLVS XII.

QVIBVS NON EST PERmiſſum facere teſtamentum.

TEXTVS.

NOn tamen omnibus licet facere teſtamentum. Statim enim ij, qui alieno juri ſubiecti ſunt, teſtamenti faciendi jus non habent: adeo quidem, vt quamvis parentes eis permiſerint, nihilo magis jure teſtari poſſunt: exceptis iis, quos antea enumerauimus, & præcipuè militibus qui in poteſtate parentum ſunt, quibus de eo, quod in caſtris adquiſierunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus principum teſtamentum facere. Quod quidem jus ab initio tantùm militantibus datum eſt, tam ex auctoritate diui Augusti, quam Neruæ, nec non optimi Imperatoris Trajani: poſteà verò ſubſcriptione diui Hadriani, etiam dimiſſis à militia, id eſt, veteranis conceſſum eſt. Iraque ſi quidem fecerint de caſtrenſi peculio teſtamentum: pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerunt, ſi verò inteſtati deceſſerint, nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus, ad parentes eorum jure communi pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus: quod in caſtris adquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune eſſe: ſed ſcilicet proprium ejus eſſe, qui id in caſtris adquiſierit: quanquam jure ciuili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt: peculia perinde in bonis parentum computentur, ac ſeruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex ſacris conſtitutionibus & præcipuè noſtris propter diuerſas cauſas non adquiruntur: præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filiusfamiliàs teſtamentum fecerit, inutile eſt, licèt ſuæ poteſtatis factus deceſſerit.

1 ¶ Præterea teſtamentum facere non poſſunt impuberes: quia nullum eorum animi judicium eſt. Item furioſi, quia mente carent. Nec ad rem pertinet, ſi impubes, poſtea pubes: aut furioſus, poſtea compos mentis factus fuerit, & deceſſerit. Furioſi autem, ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus eſt: jure teſtati eſſe videntur, certè eo, quòd ante furorem fecerint, teſtamento valente. Nam neque teſtamentum rectè factum, neque vllum aliud negotium rectè geſtum, poſteà furor interueniens perimit.

2 ¶ Item prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt, teſtamentum facere non poteſt: ſed id, quod ante fecerit, quàm interdictio bonorum ſuorum ei fiat, ratum eſt.

3 ¶ Item ſurdus & mutus non ſemper teſtamentum facere poſſunt. Vtique autem de eo ſurdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit, nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur: ſæpè enim etiam literati & eruditi homines variis caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Vnde noſtra conſtitutio etiam his ſubuenit, vt certis caſibus & modis ſecundum normam eius poſſint teſtari, aliáque facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſtamentum factum, aduerſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus manet eius teſtamentum.

4 ¶ Cæcus autem non poteſt facere teſtamentum, niſi per obſeruationem, quam lex diui Iuſtini patris noſtri introduxit.

5 ¶ Eius, qui apud hoſtes eſt, teſtamentum, quod ibi fecit, non valet, quamuis redierit: ſed quod, dum in ciuitate fuerat, fecit: ſiue redierit, valet jure poſtliminij: ſiue illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia.

Licétne omnibus facere teſtamentum?

Commentio. EXpoſita eſt ratio ſiue forma externa condendorum teſtamentorum, nempe ſolemnitates obſeruandæ: ſequitur agendum de eorum cauſa efficiente, de qua hæc traditur regula, Quòd omnibus ſiue maſculis ſiue fœminis liberum ſit teſtamentum facere, niſi id expreſsè à lege ſit prohibitum, *gloſ.1.in leg.3. Digeſtis qui teſtam. facere poſſ.* Eſt enim teſtandi facultas ex jure æſtimanda. Iſte *tit. ad tit. ff. & C. qui teſtam. fac. poſſ. eſt referendus.*

Omnibus perſonis non prohibitis liberum eſt teſtari.

Vt ergo valeat teſtamentum, primò inſpiciendum eſt, an is qui teſtamentum fecit, habuerit teſtamenti factionem, deinde an ſecundum regulas juris ciuilis teſtatus ſit, *d. leg. 4. Digeſtis qui teſtament. fac. poſſ.*

Quæ autem perſonæ expreſsè teſtamentum facere prohibeantur, & à regula excipiantur, in *gloſ. ex lege. in §. fi. hic.* perſpicuè enumerantur, & ſunt.

Filiusfamiliàs teſtari nequit. Primò filiusfamiliàs ob vinculum patriæ poteſtatis, cuius contemplatione eius perſona jure ciuili non eſt integra, in profectitio vel aduentitio peculio teſtari prohibetur, *leg. qui in poteſtate, 6. Digeſtis qui teſtament. leg. ſenium 3. & leg. nemo, 11. Cod. qui teſtament. fac. poſſ.* is enim neque patre permittente teſtari poteſt, *in princip. hic.* quia teſtamenta ex aliena non pendent voluntate, *leg. illa inſtitutio, 32. Digeſtis de hæred. inſtitut.* Deinde quia debet permitti à lege, cùm teſtamentum ſit publici juris, & non priuati, *l.1. & ib. gloſ.1. Digeſt. qui teſtament. fac. poſſ.* tum etiam quia filiusfamiliàs nihil habet, de quo diſponat, niſi de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio, in vtroque enim paterfamilias eſt, vt ex ſuperioribus patet, *in princip. hic leg. penultim. & vltim. Cod qui teſtament. fac. poſſ. leg. 6. in princip. Digeſt. eod.* Si tamen filiofamilias Princeps teſtari permittat, rectè teſtabitur, Reuſner. *de teſtament. part. 2. cap. 23. num. 24.* vel ſtatutum, Graſſ. *§. teſtamentum quæſt. 2. in fin.* Hinc eſt vt in Gallia conſuetudinaria filiusfamiliàs maior 25. annis rectè teſtari poſſit, Pap. *lib. 7. tit. 1. ar. 25* eo quòd pro emancipato habeatur: Guid. Coquill *in quæſt. 228.* etiamſi filiusfamiliàs teſtatus ſit, & ſui juris factus deceſſerit, non valebit teſtamentum *leg. ſi filiusfamilias, 19. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

Impuberes teſt. non nequeunt. Secundò, Impuberes teſtamentum facere non poſſunt, nempe maſculi vſque ad annum decimum quartum, & fœminæ vſque ad annum duodecimum completum, quia præcocis ingenii ſunt, & mente carent, ex qua mente dictum eſt teſtamentum, vel ſaltem mentis iudicio, nec intelligunt quid agant, *leg. ſi frater, 4. Cod. qui teſtament. fac. poſſ. §. præterea, 1 hic, leg. 5 Digeſtis, qui teſtament. fac. poſſ.* quòd ſi vltimum diem 14 anni vel 12. tetigerint, valebit teſtamentum, *leg. quâ ætate 5. Digeſt. qui teſtament. fac. poſſ.* Et hoc intelligendum eſt licèt accedat tutorum authoritas, nam teſtamenta procedunt ex propria, non aliena voluntate, *leg. inſtitutio illa, 32. Digeſt. de hæred. inſtituend.*

Furioſi nõ teſtantur. Tertiò, furioſi, *§.1. hic.* qui etiam mente carent, nec liberam habent voluntatem: nam teſtamentum debet eſſe juſta voluntatis ſententia, *leg. 1. Dig. de teſtam.* quam furioſi habere nequeunt, tamen ſi illo tempore teſtamentum fecerint quo furor eorum intermiſſus eſt, valebit teſtamentum, *leg. 2. Cod. qui teſtament. fac. poſſ. leg. qui teſtamento, 20 §. nec furioſus, 4. Digeſtis eod.* quod autem rectè factum, id interueniente furore perimi non poteſt, *§. præterea. 1. hic.*

Quartò, prodigi quibus bonorum ſuorum interdicta eſt à Iudice adminiſtratio. Quòd ſi teſtamentum factum ſit ante interdictionem, ratum erit, *§. item prodigus, 2. hic. leg. is cui. 18. Digeſtis*

qui teſtam. fac. poſſ.

Vbi notandũ de iure neminẽ cenſeri prodigum antequàm à Magiſtratu talis ſit declaratus, & bonorum adminiſtratio ipſi ſit interdicta propter vitam deprauatam, & mores corruptos, quam & quos ſi emendarit, ſanitate vitæ recuperatâ, rectè teſtabitur.

Quando quis prodigus cenſeatur.

Quintò, muti & ſurdi omninò, *id eſt*, qui naturâ nihil prorſus loqui, vel audire poſſunt, *l. qui in poteſtate*, 6. §. 1. *ff. de teſtã.* alioqui ſi ex accidenti, aut caſu tales facti ſint, aliud ſtatuendum erit, nam vel ſcripto proprio, vel articulatâ locutione, ſi tantùm ſurdi ſint, voluntatem ſuam exprimere poſſunt, *l. diſcretus*, 10. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* §. *item ſurdus*, 3. *hic.*

Muti & ſurdi teſtari nequeunt.

Notandum obiter rarò reperiri ſurdũ naturaliter qui etiã naturaliter nõ ſit mutus, duas ob cauſas: I. quia nos diſcimus loqui ex imitatione, audiendo alios loquẽtes, 2. quia vna eſt neruorũ cõiunctio quæ ad linguam & aures pertinet, ideo contingit vt læſo aurium neruo neruus quoque linguæ lædatur, *Alexander Aphrod. problem.* 137. Quòd tamen duplex illud infortunium & vitium ſurdi ac muti reperiatur ſeparatim aliquando, exempla quædam proponit *Gell. lib.* 5. *cap.* 9. *& Herod. lib.* 1. Clio, pag. mihi. 37. & inter alia exemplum filij Crœſi, qui cùm mutus à puero fuiſſet, articulatè ad hoſtis impetum exclamauit, ô homo ne perimas Crœſum, & poſteà ſemper locutus eſt. Ratio, quia fortè non fuit ſurdus niſi per accidens, & fortuitò, vide *l. diſcretus*, 19. *& l. hac conſultiſſima*, 21. *C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Quare naturaliter ſurdus mutus ſit.

Sextò, cæci niſi obſeruent ſolennitates quas lex requirit, §. *cæcus*, 4. *hic.* Hæ autem ſunt vt per nuncupationem fiat teſtamentum, §. *fin. ſupr. de teſtam. ordin. d. l. hac conſultiſſima.* vt proloquium præcedat, & hæredis inſtitutio ſæpe iteretur, vt nomina, cognomina, & qualitates hæredum rectè exprimantur, vt à notario in ſcripturam redigatur teſtamentum, vt notarius & omnes teſtes ſcripturam illam teſtamentariam ſubſcriptionibus & ſignaculis confirment, *d. l. hac conſultiſſima.* Sine iſtis ſolennitatibus non poteſt teſtari cæcus, ne fraus contingat circa teſtamentum, cui fraudi cæcitas facilè præbet occaſionem, non ſecus ac tenebræ, quæ penes cæcos perpetuæ ſunt, *ad Rom. cap.* 2. *v.* 19.

Cæci an teſtentur.

Septimò, qui ab hoſtibus captus, & qui ob id ſeruus factus fuit, teſtari nequit, quamdiu in illa captiuitate eſt, quoniam alieno iuri ſubiectus eſt. Tamen ſi, antequam in bellum proficiſceretur, teſtamentum fecerit, tunc valebit, ſiue reuertatur, nempe iure poſtliminij, ſiue apud hoſtes deceſſerit ex lege Cornelia, §. *eius qui*, 5. *& vlt. hic.*

Captus ab hoſtibus teſtari nequit.

Octauò, ob crimen aliquod ad mortẽ damnatus *l. eius qui*, 8. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. qui vltimo ſupplicio*, 29. *& ib. Bart. ff. de pœnis.* Ita quidẽ ante condemnationẽ, & pendente iudicio, *l. ſi quis poſt. ff. qui teſtam. fac. &c. Bonnot. tom.* 2. *verb. accuſator. quæſt.* 16. Denique Monachus, *auth. de Monach.* §. *illud quoque. coll.* 1. Contrarium hodie tenent quidam, *auth. de ſan. epiſc.* §. *ſi qua mulier, coll.* 9.

Ad mortẽ damnatus teſtari nõ poteſt.

Monachus non poteſt teſtari.

Nonnulli eos omnes qui teſtati prohibentur ad 5. claſſes reuocant.

I. Eſt eorum qui ſunt iuris alieni, vt filiusfamiliàs, ſeruus captiuus & obſes.

Quinque claſſes eorum qui teſtari nõ poſſunt.

II. Eſt eorum qui animi morbo laborant, vel reuerà, vel iuris præſumptione, vt impubes, furioſus, mente captus, & prodigus.

III. Eſt eorum qui ob corporis vitium prohibentur, ſenſuũque diminutionem patiuntur, vt ſurdus, mutus, cæcus, qui non niſi ex ſupradictis limitationibus teſtantur.

IV. Eſt eorum, qui ob crimen morte damnati ſunt, aut qui ciuitatem & libertatem amiſerunt, vel aliter improbi, & inteſtabiles ſunt, vt hæretici, *l. Manichæos*, 4. *C. de hæret. & Manich.* vel criminis læſæ maieſtatis rei, *l. quiſquis. Cod. ad leg. Iul. maieſt.*

V. Eſt eorum qui de ſtatu ſuo dubitãt *id eſt*, neſciunt an ſui vel alieni iuris ſint, ita Batt. in *l. ſi quæramus, ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

Hiſce carminibus comprehenſæ ſunt perſonæ teſtari prohibitæ,

Teſtari nequeunt, impubes, relligioſus,
Filius in ſacris, morti damnatus, & obſes.
Prodigus, & ſtultus, dubius ſeruus, furioſus,
Crimine damnatus, cum muto ſurdus, &
ille
Qui maieſtatem læſit, ſiccæcus & ille.

Alij adhuc non poſſunt teſtari, vt peregrinus in ſolo peregrino, v.g. Hiſpanus in Gallia. *Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib.* 1. §. 4. *n.* 9. Item hæretici, *Vaſq. de ſucceſſ. progr. lib.* 1. §. 1. *n.* 165. *l.* 1. *l.* 17. *C. de hæret.* tum illi qui notati ſunt infamiâ, ob carmen famoſum, *l. is cui.* §. *vlt. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 5. §. 9.

Quinam præter prædictos teſtari nõ poſſint.

TITVLVS XIII.

DE INSTITVTONE, & exhæredatione liberorum.

TEXTVS.

NON tamen vt omnino valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſeruatio, quam ſuprà expoſuimus : ſed qui filium in poteſtate habet, curare debet, vt eum hæredem inſtituat vel exhæredem eum nominatim faciat: alioqui ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur: adeò quidem, vt ſi viuo patre, filius mortuus ſit, nemo hæres ex eo teſtamento exiſtere poſſit, quia ſcilicet ab initio nō cōſtiterit teſtamentum. Sed non ita de filiabus, & aliis per virilem ſexum deſcendentibus liberis vtriuſque ſexus antiquitati fuerat obſeruatum : ſed ſi non fuerant ſcripti hæredes ſcriptæve, vel exhæredati exhæredatæve : teſtamentum quidem non infirmabatur, ius tamen adcreſcendi eis ad certam portionem præſtabatur.: ſed nec nominatim eas perſonas exhæredare parentibus neceſſe erat, ſed licebat inter cæteros hoc facere. Nominatim autem quis exhæredari videtur, ſiue ita exhæredetur, *Titius filius meus exhæres eſto*: ſiue ita, *filius meus exhæres eſto*, non adiecto proprio nomine, ſcilicet ſi alius filius non exſtet.

1 ¶ Poſthumi quoque liberi vel hæredes inſtitui debent, vel exhæredari. Et in eo par omnium conditio eſt, quòd & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini, præterito: valet quidem teſtamentum, ſed poſtea adgnatione poſthumi ſiue poſthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Idcóque ſi mulier, ex qua poſthumus aut poſthuma ſperabatur, abortum fecerit: nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari ſolebant : dum tamen, ſi inter cæteros exhæredarentur: aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per obliuionem. Maſculos verò poſthumos, id eſt, Filios & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, niſi nominatim exhæredarentur : hoc ſcilicet modo, *quicumque mihi filius genitus fuerit, exhæres eſto.*

2 ¶ Poſthumorum autem loco ſunt & hi, qui in ſui hæredis locum ſuccedendo, quaſi agnaſcendo fiunt parentibus ſui hæredes, vt ecce ſi quis filium, & ex eo nepotem neptémve in poteſtate habeat : quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet, quamuis nepos quoq; & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius: incipit nepos neptíſve in eius locum ſuccedere, & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi agnatione nanciſcuntur. Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentum: ſicut ipſum filium vel hæredem inſtituere, vel nominatim exhæredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum : ita & nepotem neptémve ex filio neceſſe eſt ei vel hæredem inſtituere, vel exhæredare : ne fortè eo viuo filio mortuo, ſuccedendo in locum eius nepos neptíſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idque lege Iulia Vellea prouiſum eſt, in qua ſimilis exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur.

3 ¶ Emancipatos liberos iure ciuili neque hæredes inſtituere neque exhæredare neceſſe eſt: quia non ſunt ſui hæredes. Sed prætor omnes tā fœminini ſexus, quàm maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhæredari iubet : virilis ſexus nominatim : fœminini verò inter cæteros: quia ſi neque hæredes inſtituti fuerint, neque ita (vt diximus) exhæredati, permittit eis prætor contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

4 ¶ Adoptiui liberi, quamdiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iuris habentur, cuius ſunt iuſtis nuptijs quæſiti: itaque hæredes inſtituendi, vel exhæredandi ſunt ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati vero à patre adoptiuo, neque iure ciuili, neque [eo iure,] quod ad edictum pretoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur: vt eos neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe ſit : cùm vero emancipati fuerint ab adoptiuo patre : tunc incipiant in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi à naturali patre emancipati fuiſſent.

5 ¶ Sed hæc quidem vetuſtas introducebat: noſtra verò conſtitutio inter maſculos & fœminas in hoc iure nihil intereſſe exiſtimans : quia vtraque perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur, & lege antiqua [duodecim tabularum] omnes ſimiliter ad ſucceſſionem ab inteſtato vocabantur, quod & prætores poſtea ſecuti eſſe videntur: ideo ſimplex ac ſimile ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum perſonis, non ſolùm iam natis, ſed etiam poſthumis, introduxit : vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhæredentur: & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hæreditatem auferēdam, quem filij ſui vel emancipati habent, ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero conſtituti, poſtea nati ſint. Circa adoptiuos autem [filios] certam induximus diuiſionem, quæ in noſtra conſtitutione, quam ſuper adoptiuis tulimus, continetur.

6 ¶ Sed ſi in expeditione occupatus miles teſtamentum faciat, & liberos ſuos iam natos, vel poſthumos nominatim non exhæredauerit, ſed [ſilentio] præterierit, non ignorans, an habeat liberos: ſilentium eius pro exhæredatione nominatim facta valere, conſtitutionibus principum cautum eſt.

7 ¶ Mater, vel auus maternus, neceſſe non habent liberos ſuos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare : ſed poſſunt eos ſilentio omittere: nam ſilentium matris, aut aui materni, & cæte-

rorum per matrem aſcendentium tantum facit quantum exhæredatio patris. Neque enim matri filium filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia, ſi eum eámve hæredem non inſtituat, exhæredare neceſſe eſt ſiue de iure ciuili quæramus, ſiue de edicto prætoris, quo [prætor] præteritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſſionem permittit: ſed aliud eis adminiculum ſeruatur, quod paulò pòſt vobis manifeſtum fiet.

Quænam eſt forma interna teſtamenti?

Connexio.

ACtum eſt de teſtamentorum ſolennitatibus, quæ eorum formæ ſunt externæ, tum etiam de eorum cauſa efficiente, ſequitur agendum de forma interna, atque ſubſtantia teſtamentorum, nempe hæredis inſtitutione, quæ eſt caput, baſis, & fundamentum teſtamenti, §. *ante hæredis*, 34. *infr. de leg. l.* 1. *ff. de hæred. inſtit. l.* 1. *in fi. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Alciat. ad l. nemo poteſt. n.* 24. *ff. de legat.* 1. anima ipſa cuiuſque teſtamenti, *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 21. nam ſine hæredis inſtitutione nullum eſt teſtamentum, *l.* 1. §. 3. *ff. de vulg. ſubſtit. l. proxime*, 3. *ff. de his quæ in teſta. delentur*, §. 1. *infr. quib. mod. teſta. infirm.* Iſte tit. debet referri ad tit. *ff. de liber. & poſth. & ad tit. de lib. præt. & tit. de poſth. hæred. inſtit.*

Inſtitutio hæredis.

An in poteſtate exiſtentes inſtituendi aut exhæredandi ſunt?

Requiritur vt qui teſtamentum condit, eos quos in poteſtate habet, aut nominatim inſtituat hæredes, aut expreſſè elogio, & offenſæ cauſa exhæredet, *in princ. &* §. *ſed hæc quidem*, 5. *hoc tit. l.* 4. *& auth. non licet C. de lib. præter. l. inter cætera*.33. *ff. de lib. & poſth. l. nam etſi*, 15. *l. Papinianus*, 8. *ff. de inoffic. teſtam. Nouell.* 115. *cap.* 4. *gloſ. in l. fi. in verbo teſtamento*, *C. de inoffic. teſtam.* alioqui ſi eos præterierit, fruſtrà teſtatus fuerit. *l.* 1. *ff. de iniuſt. rupt. & irr. fact. teſt. in princ. hic. d. Nouell.* 115. *cap.* 4. & hæc eſt *commun. opin.* quod intelligendum eſt ratione Inſtitutionis hæredis, cætera námque veluti legata, fideicommiſſa, libertates, &c. firma manent *auth. ex causa*, *C. de liber. præter.* Liberi autem in poteſtate cõſtituti, vel nominatim ſunt inſtituendi, vel exhæredandi, nec prætereundi, quia ipſi ſuo quaſi iure hæreditatem ſibi vendicant, & in ipſorum perſonis dominium continuatur, ita vt iure hæredum titulo inſigniri debeant. Viuo enim patre filius intelligitur fictione

Liberi aut nominatim inſtituendi, aut expreſſe exhæredandi.

iuris ciuilis, vt iam inueſtitus, & ſic continuatur in eum poſſeſſio ſine alia inueſtitura, ita vt viuo patre non deſit ius, ſed adminiſtratio. Requiritur ergo expreſſa exhæredatio, *l. in ſuis*, 11. *ff. de liber. & poſth.*

Quomodo definitur exhæredatio?

Exhæredatio, à qua huius tituli inſcriptio eſt deſumpta, definitur priuatio iuris ſucceſſiui, parti inter liberos, iuſtâ ob cauſam legibus permiſſa: vel liberorũ ab hæreditate & ſuccedendi iure excluſio, ita vt exhæredare nihil aliud ſit quàm hæreditate & ſucceſſione eum priuare, vel hæreditatem ei adimere qui lege hæres ſit, aut abſcindere, *l. ſi quis poſthumos*, 9. §. *ſi filiũ*, 2. *verſ. diuerſúque ff. de liber. & poſth. hæred. inſtit.* Ergo exhæredatio tantùm dicitur de ſuis hæredibus, non extraneis, *l. quid tit.* 132. *ff. de verb. oblig.* ad quos hæreditas ipſo iure non pertinet.

Exhæredatio quid ſit.

Rumpitúrne teſtamentum per præteritionem?

Si Teſtator liberos ſuos neque hæredes inſtituerit, neque exhæredauerit, ſed eos ſilentio præterierit, vel omiſerit, rumpetur teſtamentum, tam iure ciuili quàm prætorio, *l.* 43. §. *Lucius ff. de vulg. & pupill. &c.* quoniam iniquum eſt, vt quis ſuo iure quæſito priuetur, *l.* 11. *ff. reg. iur. l. t.* § *ſi ff. ſi tab. teſtam. nul. extab. l. crimen*, 26. *ff. de pœnis. l. ſancimus*, 22. *C. eod. tit.* Quoad filiam quæ renunciauit cum iuramento, ea impunè poteſt præteriri, & agere ad ſupplementum: quia ſufficit eam aliquid habuiſſe ad hoc vt non dicatur præterita. *l. omnimodo*. 30. *C. de inoffic. teſtam. l. ſi non mortis*, 25. *ff. eod.* Tamen debet reſtitui, ſunt enim paternæ hæreditatis renunciationes odioſiſſimæ, *inquit Cranett. conſ.* 43. *n.* 2. *& Alex. conſ.* 92. *vol.* 3. Ita vt meritò veniat filia reſtituenda quæ per renunciationem etiam iuratam in ſucceſſione paterna enormiſſimè læſa eſt, *Vinianus lib.* 7. *commun. opin.* 221. *l. fi. inuct. gloſ. in verb. ex magna cauſa. C. qui & aduerſ. quos in integr. reſt. non pet. l. ſi ſuperſtite*, 5. *C. de dol. l.* 2. *C. de reſcind. vend.*

Præteritio rumpit teſtamentũ.

Filia quæ renunciauit poteſt præteriri.

Filia quæ renunciauit & læſa eſt, poteſt reſtitui.

Nota filiam quæ renunciauit paternæ aut maternæ ſucceſſioni, non cenſeri renunciaſſe lucris nuptialibus, ac proinde ipſam eorum fieri participem, *Fab. defin.* 15. *C. de ſecund. nupt. Guid. Pap. quæſt.* 228. *Greg. Tholoſ. lib.* 41. *cap.* 17. *n.* 2. *P. p. lib.* 16. *tit.* 4. *arr.* 9. *Imbert. in Enchirid. tit. filia minor.* 25. *an. in fi.*

Filia quæ renunciauit non cenſetur renunciaſſe lucris nuptialibus.

Nota inſuper filiam eſſe contra renunciationem reſtituendam, vt vel ob-

Filia contra renũ.

tiationem reſtituenda.

tineat ſupplementum, ſi teſtamentum fuerit factum, vel ſuccedat in viriles cum fratribus, ſi nullum ſit factum teſtamentum, *Fab. defin. 8. Cod. de pact. & defin. 8. Cod. de in integr. reſt. min.* Illa renunciatio legitimæ ſucceſſionis, non eſt legitimæ renunciatio cenſenda, *id. defin. 1. C. de inoffic. teſtam.* De filiabus quæ renunciarunt, vide *Pap. lib. 16. tit. 4. per tot. & Expill. 2. part. cap. 14.*

Præteritus qui dicatur.

Nota adhuc illum eſſe præteritum qui ſilentio vel taciturnitate teſtatoris fuit prætermiſſus, *id eſt*, neque inſtitutus, neque exhæredatus, §. *eadem hæc*, 12. *infr. de hæred. quæ ab inteſto. defer.* vel qui non eſt inſtitutus vt oportet, neque exhæredatus ex legitima cauſa, *l. inter cætera*, 30. *ff. de lib. & poſth. gloſ. 2. in add. marg. in l. 3. C. de lib. præter.*

Denique notandum olim filios præteritos non rupiſſe teſtamentum, neque etiam per virilem ſexum deſcendentes, cùm nec in proximo eſſent gradu, nec auo immediatè coniungerentur, quæ omnia hodie ſunt abolita, nam filiusfamiliàs à patre præteritus rumpit teſtamentum, etiam quoad legata, *l. 17. ff. de iniuſt. rupt. & irr. &c.* Neceſſe eſt ergo vt pater liberis ſuis teſtamento aliquid relinquat, non quouis titulo, ſed iure inſtitutionis, qui titulus honorificus, & vtilis eſt propter jus accreſcendi, *auth. vt cùm de appellation. cognoſc. §. aliud quoque.*

Quænam eſt magis odioſa, præteritio, an exhæredatio?

Præteritio magis odioſa quàm exhæredatio.

Præteritio, nam exhæredatio legi ſatisfacit, ei repugnat præteritio: illa ſolidat teſtamentum, hæc infirmat: illa lege permittitur, hæc prohibetur: illa cauſas quibus nititur legibus probatas declarat, hæc, vel impium vel mente captum patrem, vltrò profitetur: illa filij irreuerentiam arguit, hæc patris liberos non agnoſcentis crudelitatem oſtendit. Ex quibus etiam patet diſcrimen inter exhæredationem & præteritionem, *Ruæc. in prin. ibi, inutiliter teſtabitur, hic.*

Quot modis fit exhæredatio?

Nominatim facta exhæredatio.

Duobus, nempe vel nominatim, vel demonſtratiuè: nominatim, vt cùm exhæredati nomen, cognomen, prænomen, agnomen exprimitur, ſic, filius meus Titius exhæres eſto: vel filius meus exhæres eſto, ſi nempe alius filius non extet *in princ. hic.* Demonſtratiuè, vt ſi dicam, hic filius meus atypus, vatus, medicus, miles, exhæres eſto, nam demonſtratio nominis locum obtinet. Atypus dicitur qui verba malè exprimit, vt *Bud. in l. idem O filius, de Ædil. edi.* & qui, non ſatis expoſito plectro linguæ vtitur, quaſi aërem, non feriens, & ſic præpoſterè loquitur. Vatus dicitur ille qui infinita effundit verba, à varietate ſermonis, *l. idem O filius, §. 5. & ibi gloſ. varus, ff. de ædil. edi.*

Demonſtratiuè facta exhæredatio.

Poſthumi ſúntne etiam vel nominatim inſtituendi, vel expreſſe exhæredandi?

Poſthumi aut nominatim inſtituendi aut expreſſè exhæredãdi.

An non dũ natus pro iam nato habeatur.

Sic, alioqui ſua agnatione teſtamentum prorſus irritum faciunt, §. 1. *h. ti.* quia ille qui in vtero eſt, pro ignoto habetur in iis quæ ad ipſius commodum pertinent, *l. qui in vtero*, 7. *ff. de stat. hom.* nec ante natiuitatem homo dicitur, *l. in falcidia*, 9. *in fi. ff. ad l. falcid.* neque in patria poteſtate eſt, *l. vlt. ff. de coll. bon.* neque hæres, *l. posthumi*, 3. §. 3. *ff. de iniuſt. rup. irr. fact. testam.* quia propriè nondum eſt animal, *l. 9. §. 1. ad leg. falcid.* ſed animal eſſe ſperatur, *l. 2. ff. de mort. inferend.* Singulari tamen priuilegio, & mente legis nondum natus pro iam nato habetur, & conceptus quodammodo in rerum natura eſſe putatur, *l. 7. ff. de ſuis & legit.* ac proinde omnia ei iura in tempus natiuitatis integra conſeruari debent, *l. 3. ff. ſi pars hæred. petat.* Eſt autem ſuus poſthumus qui ſuus hæres naſciturus eſt, *arg. §. posthumo*, 36. *& posthumo*, 28. *infr. de leg.* vel qui ſi viuo teſtatore natus fuiſſet, in eius poteſtate extitiſſet, & primum ab eo gradum obtinuiſſet, *l. ſcripto*, 7. *ff. ſi tab. teſtam. null. §. 3. in fi. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*

Suus poſthumus.

Poſthumus extraneus.

Alius eſt poſthumus, extraneus nimirum ſiue alienus, qui ſi naſceretur aut in poteſtate eius non fuiſſet, aut proximo ab eo gradu non fuiſſet, §. *posthumo*, 26. *& §. ſeq. infr. de legat.*

Poſthumi inſtituendi forma.

Poſthumus hâc formâ inſtitui poteſt, Quod ex mea vxore naſcetur inſtituo hæredem, vel inſtituo hæredem ventrem vxoris meæ, Talis ventris inſtitutio non tantùm primum, ſed etiam ſecundum partum includit, quando teſtator ægritudine preſſus credebat ſe moriturum, *Dd. in l. fi. C. de posth. hæred. inſtit.* adeóque cum qui poſteà ex quacunque vxore naſcetur, *l. placet*, 4. *cum ſeq. ff. de liber. & posth. & ib. gloſ.*

Infirma-

Infirmatúrne teſtamentum præteritione nepotis?

Infirmatur, ſi nempe accidat vt pater eius ante obitum aui teſtatoris moriatur, §. *poſthumorum*, 2. *hic.*

Emancipati & adoptiui ſúnt ne nominatim inſtituendi, vel exhæredandi?

Non emancipati, quia non ſunt ſui hæredes, ſed potius extranei, §. *emancipatis*, 3. *hic.* adoptiui liberi quandiu in poteſtate patris adoptiui ſunt, nominatim vel debent inſtitui, vel exhæredari, quia adoptio naturam imitatur: contra ſi ſint emancipati à patre adoptiuo, §. *adoptiui* 4. *hic.*

Prædicta inſtitutionum hæreditariarum iura ſúnt-ne adhuc in vſu hodie?

Non, vt patet ex §. 5. *hic.* & *l. maximum*, 4. *C. de liber. præter.* & *exhæred.* & ex §. *fi. ib.* fuerunt enim priſca illa iura correcta & emendata, nam hodie nouo iure in hæredibus inſtituendis vtimur.

In inſtitutionibus aut exhæredationibus nullum ſeruatur ſexus diſcrimen.

Primò, nullum ſexus diſcrimen obſeruatur, & tam filij quàm filiæ, tam nepotes quàm neptes ex filiis aut hæredes ſunt inſtituendi, aut iuſtis ex cauſis exhæredandi.

Poſthumi exhæredari nequeunt.

Secundò, poſthumi exhæredari nequeunt, *l. ſi quis ſuo*, 33. §. 1. *C. de inoffic. teſtam. Nouell. vt cùm, de appell. cognoſcit. &c.* 115. quæ *in princ. cap. tertij aliud quoque* requirit vt nominatim ingratitudinis cauſa teſtamento inſeratur: poſthumus autem non poteſt ingrati animi vitio laborare, *l. ſi quis*, 33. §. *fi. Cod. de inoffic. teſta.* nec vlla in eo deprehendi poteſt culpa, *l. ſed etſi* 53. §. 1. *ff. de fideicom. libert.*

Liberi nati exhæredari nequeunt.

Tertiò, liberi nati exhæredari non poſſunt, niſi in teſtamento adhibeatur cauſa quam deinde hæres probet, *l. omnimodò*, 30. *C. de inoffic. teſtam. l. quoties*, 18. §. *qui dolo*, 1. *ff. de probat.* vbi traditur regula; quòd qui allegat dolum aut culpam in aliquo, debeat ille probare. Filius exhæredatus poteſt etiam admitti ad probandam cauſæ falſitatem, aut nullitatem, *l. 28. Cod. de inoffic. teſtam, l. ſi poſthumus*, §. *vlt. ff. de liber. & poſth.*

Emancipati neque præteriendi, neque ſine culpa exhæredandi.

Quartò, emancipati non ſunt præteriendi, neque ſine culpa exhæredandi.

Quintò, liberi adoptiui neque inſtituuntur neceſſarij hæredes, neque exhæredantur, ſed tantùm ſuccedunt ab inteſtato patri ſuo adoptiuo.

Adoptiui quomodo ſuccedãt.

Quænam ſunt exhæredationis cauſæ?

Exhæredationis cauſæ.

Hæ præcipuæ, I. Si liberi parentes percuſſerint, quia debet filius patri obſequium præſtare, & filio patris perſona ſemper debet videri honeſta & ſancta, *l. liberto*, 9. *ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand.*

II. Si liberi parentibus grauem, inhoneſtam, & atrocem intulerint iniuriam verbalem, *Nouell.* 115. *cap.* 3. §. 2. & *cap.* 4.

III. Si liberi cum ſceleratis viris tanquam ſocij verſentur. *ead. Nouell.*

IV. Si liberi vitæ parentum ſuorum inſidias ſtruxerint, *ead. Nouell.* vel per venenum vel alio modo.

V. Si filius cum nouerca aut concubina patris ſui cohabitauerit, *ibid. l. diuus Hadrianus, ff. de leg. Pomp. de parricid.* 2. *Samuel. cap.* 16. *v.* 21.

VI. Si filius pro patre, vel ratione delicti vel debiti carceri incluſo, nolit fideiubere, *Nouell. vt cum, de appell. cognoſc.* 115. *cap. aliud*, 3. §. *ſi quemlibet*, 8.

VII. Si filius delator extiterit contra parentes, & ſuâ delatione effecerit vt grauia diſpendia paſſi ſint, *Cauerr. ad caput. Reynutius*, *n.* 14. Nonnulli addunt aliam cauſam, ſi nempe filius vel filia matrimonium contraxerit ſine conſenſu parentum, *iuxta Nouell.* 115. *cap.* 3. §. *ſi alicui*, 11. *verſ. ſi verò vſque*, *&c.* filius nempe ante tricesimum annum, & filia ante viceſimum. *Apoſtillator. ad collat. ordin. regiar. Gallicanarum lib.* 5. *tit.* 2. quam cauſam non admittunt alij, vt *Cuiac. obſeru. lib.* 3. *cap.* 5. *Fachin. lib.* 3. *controuerſ. iur. cap.* 44. Vide alias cauſas in *auth. vt cùm, de appell. cognoſcend.* §. *aliud quoque* vbi 14. cauſæ exhæredationis enumerantur.

Quòd autem in teſtamento inſeri & ab hærede probari debeant exhæredationis cauſæ, vt valeat teſtamentum, patet ex §. *ſine igitur, in d. auth. vt cùm de appell. cognoſc.* vt iam ſuprà dictum & probatum. *In d. auth.* 8. ſunt cauſæ ob quas filij parentes deſcendentibus deficientibus, ſcribere exhæredes poſſunt.

Edicto Henrici III. 1576. art. 31. & Edicto Henr. IV. 1599. art. 26. exhæredationes factę in odium Religionis nullæ erunt.

Præteritio liberorum militis habetúrne pro exhæredatione?

Digitized by Google

Præteritio liberorum militis eſt exhæredatio. Habetut, nam ſi miles in expeditione occupatus teſtamentum condidetit, & liberos ſuos iam natos vel poſthumos non exhætedauetit, ſed ſcieus præterietit, omiſſio illa pto exhæredatione nominatim facta erit accipienda, Contrà ſe res habebit, ſi ſe, vel liberos, vel vxorem prægnantem habere ignorauetit, *l. ſicut 9. & l. ſeq. C. de teſtam. milit.*

Matris vel aui materni præteritio inducitne exhæredationem?

Præteritio matris aut aui materni inducit exhæredationem. Inducit, nam mattis, aut aui materni, & cæterorum per matrem deſcendentium ſilentium tantum operatur quantum patris exhætedatio, *§. mater, 7. & fi. hic.* quia mater liberos in poteſtate non habet, neque auus maternus nepotes, aut neptes: attamen liberis à matte præteritis competit querela inofficioſi teſtamenti, non ſecus ac matri illa querela competit ſi à filio fuerit prætetita, *d. §. fi. hic. l. 17. C. de inoffic. teſtam. Pap. lib 20. tit. 1. art. 9.* Quam inofficioſi teſtamenti quetelam Imperator vocat vltimum adjutotium, *l. vlt. circa medium C. de liber. præterit.*

Quotuplex eſt exhæredatio?

Ex his quæ dicta ſunt liquet duplicem eſſe exhæredationem, vnam expreſſam, alterum tacitam: expreſſa oſt, quâ quis *Exhæredatio expreſſa.* ab hæreditate & ſuccedendi iure nominatim & expreſsè eſt excluſus, vt cùm pater vel auus paternus filium nepotémue, aut neptem, vel è contrà præcedente ſufficienti cauſarum probatione à ſucceſſione expreſsè & nominatim excludit. *Expreſſum quid.* Illud autem expreſſum dicitur quod per ſcriprutam apparet ad oculum, aut quod ore profertur, *Baldus in l. ſed etſi quis, 4. §. quæſitum, 4. col. 4. venio ad quæſtionem, Digeſtis ſi quis cantion.* vbi ait expreſſum dici quod voce profertur, vel quod per ſcripturam apparet *Exhæredatio tacita.* ad oculum. Tacita eſt, quâ quis ita præteritus eſt, vt tacitè ſit excluſus, provt à milite, *l. ſicut certi, 9. ff. de teſtam. milit.* & à matre fieri poteſt: tamen mater æquè ac pater liberos ſuos exhæredare poteſt, causâ exhætedationis appoſitâ, & probatâ. *Tacitum quid ſit.* Tacitum eſt quod per rationem intellectus ſolùm intelligitur, *l. iam hoc iure, 4. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. non recte, 3. C. de fideiuſſ.* *Expreſſi & taciti idem iudicium.* Vtriuſque autē & expreſſi & taciti ab eadem cauſa idem eſt iudicium, *l. cùm quid mutuum, 3. ff. ſi cert. pet. l. quemadmodum, 8. ff. de acquir. poſſ. & l. ferè quibuſcunque, 195. ff. de reg. iur.*

TITVLVS XIV.

DE HÆREDIBVS inſtituendis.

TEXTVS.

HÆREDES inſtituere permiſſum eſt tam liberos homines, quàm ſeruos: & tam proprios quàm alienos. Proprios autem olim quidem ſecundum plurium ſententias non aliter, quàm cum libertate, rectè inſtituere licebat: hodie verò etiam ſine libertate, ex noſtra conſtitutione hæredes eos inſtituere permiſſum eſt. Quod non per innouationem induximus, ſed quoniam æquius erat, & Atilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem teſtator habet, alio vſumfructum habente. Eſt tamen caſus, in quo nec cum libertate vtiliter ſeruus à domina hæres inſtituitur, vt conſtitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hæc ſunt: Seruum adulterio maculatum, non iure teſtamento manumiſſum ante ſententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt. Quare ſequitur, vt in eumdem à domina collata hæredis inſtitutio, nullius momenti habeatur. Alienus ſeruus etiam is intelligitur, in quo vſumfructum teſtator habet.

1 ¶ Seruus autem à domino ſuo hæres inſtitutus, ſiquidem in eadem cauſa manſerit: fit ex teſtamento liber, hæréſque ei neceſſarius. Si verò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio adire hæreditatē poteſt: quia nō fit hæres neceſſarius, cùm vtrumque ex domini teſtamēto non conſequatur. Quòd ſi alienatus fuerit: iuſſu noui domini adire hæreditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit hæres: nam ipſe alienatus, neque liber neque hæres eſſe poteſt, etiáſi cum libertate hæres inſtitutus fuerit: deſtitiſſe enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienauit. Alienus quoque ſeruus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa durauerit, iuſſu eius domini adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo teſtatore aut poſt mortem eius, antequam adeat, debet iuſſu noui domini adire. At ſi manumiſſus eſt viuo teſtatore, vel mortuo, antequam adeat, ſuo arbitrio adire poteſt hæreditatem.

2 ¶ Seruus etiam alienus poſt domini mortem rectè hæres inſtituitur: quia & cum hæreditariis ſeruis eſt teſtamenti factio. Nondum enim adita hæreditas, perſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti: cùm etiam eius, qui in vtero eſt, ſeruus rectè hæres inſtituatur.

3 ¶ Seruus [autem] plurium, cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo inſtitutus hæres, vnicuique dominorum, cuius iuſſu adierit, pro por-

portione dominij adquirit hæreditatem.

4 ¶ Et vnum hominem, & plures vſque in infinitum, quot quis hæredes velit facere, licet.

5 ¶ Hæreditas plerumque diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vſque ad aſſem hæc: ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem vtique [ſemper] duodecim vncias eſſe oportet: nam tot vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit, & ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hæredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit: Neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt, niſi ſit miles, cuius ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et è contrariò poteſt quis in quotcunque voluerit plurimas vncias ſuam hæreditatem diuidere.

6 ¶ Si plures inſtituantur hæredes: ita demum in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus hæredes eſſe: ſatis enim conſtat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes eſſe. Partibus autem in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidem aliqua pars aſſi deerit: ex ea parte hæres fit. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eandem partem concurrunt. Si verò totus as completus ſit: ij, qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam partem vocantur, & ille vel illi omnes in alterã dimidiam. Nec intereſt, primus, an medius, an nouiſſimus, ſine parte hæres ſcriptus ſit, ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

7 ¶ Videamus, ſi pars aliqua vacet, nec tamen quiſquam ſine parte ſit hæres inſtitutus, quid iuris ſit. veluti ſi tres ex quartis partibus hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat vacantem partem ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accedere, & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus hæredes ſcripti eſſent, & ex diuerſo, ſi plures hæredes ſcripti in portionibus ſint: tacitè ſingulis decreſcere: vt ſi (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus hæredes ſcripti ſint, perinde habeantur, ac ſi vnuſquiſque ex quarta parte hæres ſcriptus fuiſſet.

8 ¶ Et ſi plures vnciæ, quàm duodecim diſtributæ ſunt: is qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio deeſt, habebit, idemque erit, ſi dupondius expletus ſit, quæ omnes partes ad aſſem poſteà reuocantur, quamuis ſint plurium vnciarum.

9 ¶ Hæres & purè & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore, aut ad certum tempus non poteſt: veluti, *poſt quinquennium quàm moriar*, vel *ex calendis illis*, vel *vſque ad Calendas illas hæres eſto*. Denique diem adiectum haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, ac ſi purè hæres inſtitutus eſſet.

10 ¶ Impoſſibilis conditio in inſtitutionibus & legatis, necnon in fideicommiſsis & libertatibus, pro non ſcripta habetur.

11 ¶ Si plures conditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt: ſiquidem coniunctim, vt putà, *ſi illud & illud factum fuerit*: omnibus parendum eſt, ſi ſeparatim, veluti *ſi illud aut illud factum erit*: cuilibet [conditioni] obtemperare ſatis eſt.

12 ¶ Ij, quos nunquam teſtator vidit, hæredes inſtitui poſſunt, veluti ſi fratris filios peregrinantes, ignorans qui eſſent, hæredes inſtitueri: ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit.

Quid eſt hæredes inſtituere?

Contextu. Actum eſt de inſtitutione, & exhæredatione ſuorum hæredum, & liberorum in præcedenti titulo, ſequitur agendum de inſtitutione hæredum extraneorum in hoc titulo, qui debet referri ad *tit. ff. de hæred. inſtit.* & *tit. de condit. inſt.* Item *ad tit. C. de hæred. inſtit.* & *tit. de inſtit. & ſubſt. ſub conditione*, & *tit. de neceſſ. hæred. inſtit.* Hæredes extranei intelliguntur quoad poteſtatem patriam, tam emancipati, quàm alij omnes.

Inſtituere hæredes quid ſit. Hæredes inſtituere, eſt eos poſt mortem in bonis ſuis dominos facere ac deſtinare, vel intus ſtatuere in bonis ſui, quia hæredes ſubintrant in dominium rerum defuncti, ſi modò hæreditatem adire velint, vel eſt eos ſibi hæredes ſtatuere: eſt enim inſtituere quaſi loco ſuo ſtatuere. Hoc facit teſtator, vt inſtitutus poſt mortem ſuam ſit dominus omnium bonorum ſuorum, fungatur eodem iure, iiſdem etiam actionibus, quibus defunctus tenebatur, vna quippe & eadem eſt perſona hæredis & defuncti, vt in *auth. de iureiur. à morien. præſt. coll. 5. in princ. l. hæres, 22. ff. de vſucap.* vnitúrque hæreditas adita cum patrimonio hæredis, & totum eſt vnitum patrimonium hæredis, *l. ſed ſi plures, 10. §. filio. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Chaſſan. *de ſucceſſ. § 12. verſ. nec intelligitur n. 2.* Ergo debet hæres defuncti factum præſtare, *l. cùm à matre. 14. C. de rei vind.* niſi cùm agitur de ſtatu: v. g. filius ab auis nec à patre ſolo nobilitatem trahens non tenetur approbare tranſactionem à patre factam pro aliqua annua præſtatione cum plebeijs, Fab. *defin. 8. cod. de tranſact.* niſi etiam cùm aliquid perperam & contra leges à patre, vel defuncto fuit factum, vt ſi pater bona aduentitia filio vendiderit, Fab. *defin. 4. Cod. de hæred. vel action.* *Hæredis & defuncti vna & eadem perſona. Hæreditas adita vnitur hæreditati hæredis.*

Vnde & quid eſt hæres, quid item hæreditas?

Hæredis etymon. Dicitur hæres quaſi herus, *id eſt*, dominus & in *§. fin. infr. de hæred. qual. & differ.* hæres idem eſt ac dominus, ita vt hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis, *leg. hæreditas, 62. Digeſtis de reg. iur. leg. nihil eſt ad aliud, 24. vbi Dd. Digeſtis de verb. ſignificat.* Et eius appellatione *Hæreditas quid ſit.*

neque legata,neque fideicommiſſa continentur, *leg. ſi Titius.26.ff. de leg.3.* Ergo hæres vel ex teſtamento vel ab inteſtato dicitur ſucceſſor in vniuerſum jus quod defunctus habuit.

Hæres quid ſit.

Notandum hic appellatione hæredis venire hæredem hæredis, *leg. hæred. appellatio, 65. Digeſt.de verb.ſignif.* ſi talis ſit hæres, qui veniat ex diſpoſitione teſtatoris, *leg.46. Digeſtis de vulg. & pupill. ſubst.* Quod fallit in quibuſdam caſibus, de quibus, *in leg.70. Digeſtis de verb.ſignif.* Vide Tiraqu. *in tract. Le mort ſaiſit le vif, num.10. & ſeqq.*

Hæres hæredis venit appellatione hæredis.

Notandum adhuc vocabulo hæredis non tantùm intelligi liberos, ſed omnes alios in vniuerſum jus defuncti ſuccedentes, nam quamuis hæres gallicè dicatur *hoir*, & vulgò apud Gallos ille qui mortuus eſt *ſans hoirs*, intelligatur mortuus ſine liberis, tamen ſi propriè & ſecũdum veram ſuam etymologiam ſumatur iſtud vocabulum *hoir*, idem ſonabit ac hæres, aut ſucceſſor, Guid. Coqu. *quæſt.37.* Fab.*defin.5.n.2.* C.*de verb.ſignif.*

Quinam intelligantur vocabulo hæredis. Hæres gallicè hoir.

Quinam hæredes inſtitui & non inſtitui poſſunt?

Inſtitui poſſunt omnes homines qui jure non prohibentur, tam liberi quàm ſerui, & quidem ſerui, tam proprij quàm alieni, *in princip. hic.* Si modò domini ſeruorum alienorum tales perſonæ ſint quæ hæreditatem capere queant, *leg. neque per ſe, 10. Cod. de hæred. inſtit.* Proprij inſtituuntur ſerui hodie ſine libertate, olim non item, *in princip.hic.* Deinde ſerui proprij vel inſtituuntur neceſſariò vel voluntariè: neceſſariò, vt ſi inſtituantur, & ante mortem dominorum ſuorum non ſint manumiſſi, tunc velint nolint cogentur adire hæreditatem: voluntariè, vt ſi hæredes inſtituti ſint, & ante domini mortem manumiſsi, tunc illis liberum erit, vel adire, vel repudiare hæreditatem. Inſtitui poſſunt paterfamilias, filiusfamilias, mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, miles, laicus, clericus, Monachus, ciuitas, fiſcus, Eccleſia, & quilibet locus venerabilis.

Hæredes inſtituti.

Non poſſunt hæredes inſtitui, I. deportati & peregrini, *leg.1.Cod.hoc tit.*

Hæredes qui non poſſunt inſtitui.

II. Collegia illicita non approbata, & nullo ſpeciali priuilegio ſubnixa, *leg. collegium, 8. Cod. eod.* qualia ſunt ea quæ ſine authoritate Senatus, vel Principis contra leges, ordinum concordiá, & diſciplinam publicam ſunt inſtituta, *leg.2. & leg.3.§.1.ff.de colleg.illicit.* Vult. *in l. vlt.Cod.de iuriſdict. n 16. ibi: habent autem quib. & n.ſeq.* Paul. de Caſtr. *in leg.priuatorum,3. Cod. de iuriſdict. omn. iudic. num.3. ibi ſi eſſent mille, & ſeq.* Berlich. *deciſ.* 150. Nota collegium eſſe congregationem quam ad minus tres facere poſſunt, duo enim faciunt congregationem, tres collegium, decem populum, viginti quinq; turbam, decem oues gregem, vt ait Bernard. *de Elect.cap.1 in gloſ.*

III. Apoſtatæ, *leg.hi qui ſanctam,3.C. de Apoſta.*

IV. Hæretici, *auth.credentes, cod.de hæret.*

V. Filij inceſtuoſi, & ex damnato coitu ſuſcepti non poſſunt à parente inſtitui, Nouell.89. *c. vlt.auth. ex complexu. C.de inceſt.& inutil.nupt.auth.licet in fin.* C. *de naturalib.Liber.*

VI. Mulier intra annum luctus alteri nubens nihil ex teſtamento prioris mariti capere poteſt, priuatúrque omni relicto ſibi à viro, & omni donatione, tam quoad proprietatem, quàm quoad vſumfructum, Boer. *deciſ.* 86.*leg.1. & 2. Cod.de ſecund. nupt.* Nouell.22. *cap.22.* Et eſt huiuſmodi pœna nubenti impoſita propterea pudicitiam, & propter iniuriam quæ infertur primo marito, tum ne incerta ſit futura proles, confundatur & turbetur ſanguis ne etiam quiſpiam ſuſpicetur eam aliquid malignè conatam contra primum virum, Ripa *in rubr.*c.*de ſecund.nupt.num.*17. Cuiac.*lib.21. obſeru. cap.12.*

Mulieris intra annum luctus nubentis pœna.

VII. Adulteri adulteræve, & qui inceſtas ac prohibitas nuptias contraxerunt, ſe inuicem inſtituere non poſſunt, *leg. claudius, 13. & leg.ſeq. Digeſtis de his quæ vt indign.auff. leg. ſi quis inceſti,6.C. de inceſt.& inutil.nupt.*

Serui proprij adulterio maculati, vt potè cum domina ſua deprehenſi, non poſſunt hæredes inſtitui.

Quot hæredes poteſt quis in teſtamento ſcribere?

Et vnum hominem, & plures vſque in infinitum poteſt quis hæredes inſtituere, §. *& vnum hominem, 4. hic.* Vbi vox infiniti non pro multitudine incerta & extremis carente, ſed pro incerto hæredum numero eſt intelligenda; vt qui lege definitus non eſt, teſtatoris voluntate defi-

Vnum & plures poſſunt hæredes inſtitui.

Digitized by Google

definiatur, *argum. leg. qui reſtituere*, 68. *ibi,ſine vlla taxatione in infinitum*, *Digeſtis de rei vindicat. leg. videamus*, 4. §.*iurare*,2. *Digeſtis de in lit.iurand.* nec refert, ſi corpus aliquod inſtitutum fuerit,vtpotè vel ciuitas,vel collegium.

Quòd ſi hæres inſtitutus abſit, proximus hæres eius hæreditatem ſumet, *leg.ban.eorum*,22. *Digestis de capt. & poſtl. reuer. leg.* 28. *Digeſtis de vulgar. & pupill. ſubſtitut. leg.* 1. *Digeſtis de ſuis & legitim. hæred. leg.* 8. *Cod. de legitim. hæredit.* præſtitâ cautione de reſtituendo ſi fortè abſens reuertatur *leg.*3. *Digestis de capt. & postlim. reuerſ.* Et ſi mortuus ſit, eius mors probanda erit, nam viuere quilibet præſumitur, *leg. vltim. Cod. de ſacraſanct. Ecclеſ.* Probatur autem mors per vocem publicam, & famam, tum ſi quis diligenter inueſtigatus nusquam eſſe inueniatur, præſumitur mortuus, Maſc. *concl.* 107. *num.*1. *& conclu.* 1076. *num.*2 *&* 3 Veſembec. *conſ.*11.*n.*30. *&* 40. Boer.*deciſ.*288.

Viuere quilibet præſumitur.

Mortis probatio.

Quomodo diuiditur hæreditas?

Quoniam multi hæredes inſtitui poſſunt inæqualiter, idcircò videndum quomodo diuidi poſſit hæreditas in inſtitutione.

Hæreditas per aſſem exprimitur: ſignificat enim hæreditas totum illud quod in partes æquales diuidi poteſt. Hæreditas ſumpta non pro iure, *leg.*50. *Digeſtis de pet. hæredit.* Sed pro rebus ſiue bonis hæreditariis, *tot.tit. ſiue pars hæredit.petat.* eſt veluti corpus quod aſſis nomine continetur,*leg.aſſe toto*,77. *Digeſtis de hæred.inſtit. leg. ſocietatem*, *Digeſtis pro ſocio.* Et diuiditur in duodecim partes, quæ vnciæ, *id eſt* vnitates vocantur, quia duodecim ſunt vnciæ, ſiue vnitates in aſſe, *leg.ſeruum*, 50.§.2. *Digeſtis hac tit.* niſi ipſe teſtator aliter diuiſerit, §. *hæreditas*, 5. *hic. leg. ſeruum meum*, 50. §. *vltim. Digeſtis ead.* Et prout quiſque in plures poteſt hæreditatem ſuam transmittere, ita variæ aſſis partes diuerſis nominibus deſignantur ab vncia vſquè ad aſſem. Cùm dicitur diuidi hæreditas, ea non eſt ſumenda pro iure hæreditario, hoc enim ſenſu eſt indiuiſibilis, ſed pro rebus hæreditariis tribus nempe corporum generibus, de quibus *in leg. rerum mixtura*,30. *Digeſtis de vſucap.*

Hæreditas diuiſio.

Iſtæ duodecim partes aſſis ita appellantur, vncia, ſextans, quadrans, triens, quincunx,ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx & as, *d.leg. ſeruum meum*, 50.§.*vltim.*

Aſſis duodecim partes.

Prima pars appellatur vncia ab vno deriuata, & eſt duodecima pars aſsis Secunda, ſextans, quaſi ſexta aſsis pars, quæ duas vncias comprehendit: tertia, quadrans, & tres vncias habet, quæ tres vnciæ quartam aſsis partem faciunt: quarta appellatur triens, tertia pars aſsis, & ſunt quatuor vnciæ, quia ter quatuor faciunt duodecim: quinta, quincunx, ex quinque vnciis conſtans: ſexta, ſemis, quaſi ſemi as, quia totum as in duodecim vncias diuiditur, & ſunt ſex vnciæ: ſeptima, ſeptunx, *id eſt*, ſeptem vnciæ: octaua, bes, quaſi bis triens, & ſunt octo vnciæ: nona, dodrans, quaſi dempto quadrante ex aſſe, *hoc eſt*, tribus vnciis, quæ nouem ſunt vnciæ: decima appellatur dextans, & decem ſignificat vncias: vndecima, deunx, vndecim vncias ſignificans, quaſi dempta ex aſſe vnciâ vnâ: duodecima vocatur as ab ære,§.*hæreditas*,*hic*,*leg.ſeruum meum*, 50.§.*fin. Digeſtis de hæred. inſtit.* & ſignificat ſolidum, totam nempe integram & ſolidam hæreditatem. Vncia diuiditur in ſemi vnciam, & hæc in ſicilicum,*leg.* 8. §. *ſi quis impuberi*, *Digeſtis de inoffic.teſtament.leg.*21.§.*filium*, *Digestis de ann.legat.*

Vncia. *Sextans.* *Quadrans.* *Triens.* *Quincunx.* *Semis.* *Septunx.* *Bes.* *Dodrans.* *Dextans.* *Deunx.* *As.* *Vncia diuiſio.*

In diſtributione hæreditatis ſempérne debent eſſe duodecim vnciæ ſiue partes & non plures aut pauciores?

Vel plures vel pauciores eſſe poſſunt, neque enim aſtringitur teſtator, vel paterfamiliàs illi diuiſioni, ſed eâ neglecta poteſt in quot voluerit partes hæreditatem diſtribuere: tot enim vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit, §.*hæreditas*, 5.*verſic. non autem*, *hic*, *gloſ. plerunque in leg.*50.§. *fin.* *Digestis de hæred.instit. leg.interdum*,13. §. *paterfamiliàs*,1, *Digestis de hæred. inſtit.* potéſtque ex vno aſſe dupondium, *id est*, 24. partes, ſiue vncias conſtituere,*leg. Sabinus*,18.*ff.de hæred. inſtit.*

In hæreditate vel plures vel pauciores vnciæ eſſe poſſunt, quam duodecim.

Hæreditatis diſtributio in partes quando eſt neceſſaria?

Tunc cùm teſtator non vult vt hæredes, ex æquis partibus ſuccedant, hoc

enim caſu ſatis liquet ſi nominatim partes non ſint expreſſæ, eum velle vt ex æquis partibus hæredes ſint omnes, §. *ſi plures,6.h.t.*

Quid ſtatuendum erit ſi aliquid in aſſe deſit, aut ſi as redundet?

In hæreditate, quādo aliquid deeſt quid iuris.

Si in diuiſione hæreditatis ſecundùm aſſis vncias aliquid deſit, v. g. ſi hæredes inſtituti ſint in pauciores vncias quàm duodecim, vt Titius in ſex, & Semptonius in tres vncias, tunc reſtabunt tres vnciæ, quarum duæ accreſcent Titio, & vna Sempronio, & quidem pro rata parte, ne videatur quis partim teſtatus, partim inteſtatus deceſsiſſe. §.*videamus*, 7.*hic*.

Quando aliquid redundat quid iuris

Si verò aliquid redundet, vt ſi plures ſint partes quàm duodecim, quod redundabit, decreſcet cuilibet inſtituto, etiam pro rata parte, §. *etſi plures vnciæ*,8.*hic*. v. g. Titius inſtitutus fuit in duodecim vnciis, & Sempronius in vnciis ſex, atque diuiſa eſt hæreditas in octodecim partes, clarum eſt redundare ſex illas vncias quæ aſſem ſuperant, ac proinde reducendam hæreditatem ad aſſem aut duodecim vncias, quarum Titius habebit tantùm beſſem, nempe octo vncias, & Sempronius trientem, nimirum quatuor vncias, *gloſ.in leg.* 13. §. 1. *Digeſtis de hæred. inſtit.* Vel dicendum, ſi aſſem aliquid ſuperet, teſtatorem voluiſſe in dupondium hæredes inſtituere, *id eſt*, in viginti quatuor vncias. Iſta hæreditatis diuiſio in vncias vel rarò, vel nunquam in teſtamentis fit, eò quòd cuilibet hæredi ſua aſſignetur portio, nullâ aſsis, aut vnciarum mentione factâ.

Hæreditatis diuiſio in vncias rarò in vſu.

Quomodo fieri debet Inſtitutio?

Hæres purè & ſub conditione inſtitutus.

Inſtitui poteſt hæres, vel purè, vt Titius mihi hæres eſto, vel ſub conditione poſſibili, §. *hæres, & purè hic.* vt Seius hæres eſto, ſi Cæſar hoſtes debellarit: Sed ex certo tempore, vt Titius poſt quinquennium quàm moriar vel ex Calendis illis hæres mihi eſto, aut ad certum tempus ſiue diem, non poteſt inſtitui, vt Titius vſque ad decem annos, vel vſque ad Calendas illas hæres eſto, §. *hæres, & purè, hic.* Quia qui ſemel hæres inſtitutus eſt, non deſinit eſſe hæres, & ex Paganis teſtatoribus nullus pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt, *leg. ius noſtrum*, 7. *Digeſt. de reg. iur.* Afflict. *deciſ.* 69. *num.* 9. Geil. *obſeru.* 124. *num.* 13. *lib.* 2 niſi ſit miles, *leg. certi iuris eſt*, 8. *Cod. de teſtament. milit.* §. *hæreditas hic.* *leg.* 7. *Digeſtis de reg. iur.* quod hic omninò fieret.

Nemo pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus moritur.

Conditio impoſſibilis valet-ne in teſtamento?

Conditio impoſſibilis in teſtamento non valet.

Impoſſibilis conditio in inſtitutionibus & legato, nec non in fideicommiſſo & libertatibus pro non adiecta habetur, & hæres quaſi purè inſtitutus admittitur, *leg. reprehendenda*, 5. *Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Vbi notandum tripliciter aliquid dici impoſsibile. I. Naturâ, vt quod per rerum naturam euenire non poteſt, vt ſi digito cœlum attigeris, ſi mare ebiberis, hæres eſto, *leg. cum in ſecundo*, 16. *in fin. Digeſtis de iniuſt. rupt.* Vel ſi hippocentaurum dederis, *leg. ſi ſtipulatus*, 97. *Digeſtis de verb. obligat.* §. *at ſi quis rem infr. de inutil. ſtipulat.* talis conditio pro non ſcripta habetur, §. *impoſſibilis*, *hic.* II. Iure, quando nimirum jus, vel honeſtas, vel boni mores reſiſtunt aut aduerſantur, vt ſi fratrem tuum occideris, vel ſi duas duxeris vxores, vel ſi ſororem in vxorem acceperis, vel ſi adulterium commiſeris, hæres eſto, *leg. conditiones contra edicta*, 14. *Digeſtis de condit. Inſtitut.* talis conditio turpis eſt, & contra bonos mores, idem enim eſt turpe & factu impoſsibile, *l. conditiones*, §. 1. & 2. *Digeſtis de condit. & demonſtr. leg. nepos procul ad fin. Digeſtis de verb. ſignific.* III. Facto, vt ſi montem aureum mihi dederis, hæres eſto, §. *ſi impoſſibilis*, 11. *infr. de inutil. ſtipulat.* vel potiùs ſi millies hæredi dederit ſeruus, liber eſto, *leg. cùm hæres*, §. 1. *Digeſtis de ſtatu liberis.* millies, *id eſt*, vicies quinquies centena millia aureorum, *gloſ.* 2. *ibid.*

Impoſſibile naturâ.

Impoſſibile iure.

Impoſſibile facto.

Vbi notandum impoſsibile naturâ verè ac propriè eſſe impoſsibile, alia verò impoſsibilia, tantùm impropriè talia eſſe, ita Cuiac. *ad leg.* 35. *Digeſtis de verb. oblig.*

Quid ſtatuendum ſi plures conditiones poſſibiles in teſtamento ſint appoſitæ?

Pluribus conditionibus adiectis quid iuris.

Vel coniunctim appoſitæ ſunt, vt putà ſi, Titius Romam iuerit, & filiam meã vxorẽ duxerit, hæres eſto, tunc omnib' paren-

parendum, quia vnius loco habentur, *l. ſi hæredi*, 5. *Dig. de condit. inſtit.* vel ſeparatim, vt ſi Titius Romam iuerit, aut filiam meam vxorem duxerit, hæres eſto: Tunc cuilibet, *id eſt*, alterutri conditioni obtemperare ſatis erit.

Liberi in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, *poſiti, ſunt- ne etiam in diſpoſitione?*

Liberi in conditione poſiti non ſunt in diſpoſitione. Non, Gail. *2. obſeru. 36. num.* 18. qui dicit hanc eſſe communem opinionem, Boer. *deciſ.* 155. *num.* 17. *cum plur. ſeqq.* Cuiac. *in l. Lucius, ff. de hæred. inſtituend.* quoniam in conditione poſitum non eſt in diſpoſitione, *l. ſi quis, ſub condit. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. l. filiusfamilias, §. cùm quis ff de legat.* 1. Alex. *conſ.* 24 *attentis, n.* 6. *&* 7. *vol.* 3. Socin. *conſ* 62. *viſis, n.* 1. *& conſ.* 116. *in cauſa, n.* 6. *vol.* 3. Succedunt ergo in conditione poſiti liberi ab inteſtato excluſo ſubſtituto. *gl. fin. in l. Lucius* 85. *ff. de hæred. inſtit.* Guid. Pap *quaeſt.* 39. quia jus legitimæ ſucceſſionis ipſis liberis per huiuſmodi conditionem teſtatoris reſeruatum cenſetur, atque adeò ab inteſtato tantùm, non jure fideicommiſſi, ex teſtamento vocati reputatur, Iul. Clar. *lib.* 3 *ſenten. obſeru.* 136. *n.* 19. *cum ſequentib.* Contrarium obtinet quando coniecturæ adſunt legitimæ, quibus probatur teſtatoris voluntas maxime ſeruanda in vltimis diſpoſitionibus, præſertim in fideicommiſsis, quæ etiam nutu relinqui poſſunt. Et hoc probatur ex Fabr. *defin.* 1. *C. de fideicommiſſ.* Menoch. *tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 26. *n.* 23. 24 25. Peregr. *tract. de fideicommiſ. art.* 28. Hotom. *quæſt. illuſt. lib. quaeſt.* 13 Latè Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſt. quæſt.* 437. Pap. *lib.* 20. *tit.* 3. *art.* 10. *& ſeqq. &* Angel. *in l. in legatis, Cod. de legat.* Voluntas defuncti ex circumſtantiis iudici inueſtiganda relinquitur, *leg. mora de vſuris, & l. ven. de diuers. temp. præſcript.* cuius quidem voluntatis per ſe magnus eſt fauor, *argum. leg. ſi res*, 57. *& leg. ſi domus*, 71. *Digeſtis de leg.* 1. Angel. *in l. in legatis, Cod. de legat.*

Teſtatoris intentio in vltimis voluntatibus ſeruanda.

Poſſunt- ne hæredes institui quos nunquam vidit teſtator?

Hæredes ignoti an inſtituendi. Poſſunt, veluti ſi filios fratris peregrinantes aut in diſsitis procul regionibus agentes, ignorans qui eſſent, hæredes inſtituer e teſtator, §. *fin. hic.* Vbi per ignotos debemus tantùm intelligere eos, qui ignoti ſunt ratione faciei, honoris, ætatis, & aliorum eiuſmodi accidentium perſonæ, *leg.* 46. *Digeſtis de hæred. inſtit.* non eos, qui omninò ſunt ignoti, quos nunquam vidimus, de quibus nihil vnquam audiuimus, & quorum meminiſſe non potuimus, Vultei. *ad §.* 1. *num.* 2. *hic.* nulla quippe cadit affectio in incognitum ſiue ignotum, Ferrar *in conſtit. Cathalon. gloſſ.* 1. *num.* 91.

TITVLVS XV.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

TEXTVS

POTEST autem quis in teſtamento ſuo plures gradus hæredum facere: vt putà, *Si ille hæres non erit, ille hæres eſto*: & deinceps, in quantum velit teſtator: vt nouiſſimo loco in ſubſidium vel ſeruum neceſſarium hæredem inſtituere [poſſit.]

1 ¶ Et plures in vnius locum poſſunt ſubſtitui, vel vnus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel inuicem ipſi, qui hæredes inſtituti ſunt.

2 ¶ Et ſi ex diſparibus partibus hæredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem in ſubſtitutione partium habuerit: eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit: & ita diuus Pius reſcripſit.

3 ¶ Sed ſi inſtituto hæredi, cohærede ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus ſine diſtinctione reſcripſerunt, ad vtramque partem ſubſtitutum admitti.

4 ¶ Si ſeruum alienum quis patremfamilias arbitratus, hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non eſſet, Mæuium ei ſubſtituerit: isque ſeruus juſſu domini adierit hæreditatem: [Mæuius] ſubſtitutus, in partem admittitur. illa enim verba, *ſi hæres non erit*, in eo quidem, quem alieno juri ſubiectum eſſe teſtator ſcit, ſic accipiuntur: ſi neque ipſe hæres erit, neque alium hæredem effecerit, in eo verò, quem patremfamilias eſſe arbitratur, illud ſignificant: ſi hæreditatem ſibi, vel ei, cuius juri poſtea ſubiectus eſſe cœperit, non adquiſierit. Idque Tiberius Cæſar in perſona Parthenij ſerui ſui conſtituit.

Quid eſt ſubſtitutio?

Connexio. EXpoſitâ primâ inſtitutione, ſequitur ſecunda, quæ ſubſtitutio appellatur. Titulus iſte referri debet ad *tit. Digeſtis de vulg. & pupill. ſubſtit. & tit. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. & tit. de impub. & aliis ſubſt.* Qui ſecundò inſtituitur, appellatur ſubſtitutus, quamquam inſtitutus pro ſubſtituto interdum accipiatur, *leg. ſi pater filio*, 9. *leg. poteſt*, 36. *Digeſtis hoc. tit. l. mulier*, 20. §. *vlt. Dig. de condit. inſtit.* qui quidem ſubſtitutus excludit omnes ve-

Subſtitutus.

Subſtituere.

nientes ab inteſtato, *leg. 3. Cod. de impuberum, &c.* Eſt autem ſubſtituere loco hæredis ſui alium ponere, & ſubmittere, ita vt ſubſtitutio ſit ſecundaria quædam inſtitutio, *gloſſ. & Dd. in rubr. Digeſt. de vulg.* vel ſecundi hæredis inſtitutio, *leg. ex facto. 43. §. Lucius, Digeſtis hoc. tit.*

Subſtitutio

Ideo definitur ſubſtitutio, ſecunda, vel veterior hæredis inſtitutio aut ſubrogatio in locum hæredis inſtituti, qui non poſſit, vel nolit hæreditatem adire, poteſt enim quis in teſtamento ſuo plures hæredum gradus facere *leg. 1. in princ. leg. poteſt 36. leg. ex facto, 43. §. Lucius 2. Digeſtis de vulg. & pupill. ſubst.* ita tamen vt primus hæres à teſtatore magis dilectus cenſeatur, *leg. quiſquis, §. 1. & ibi* Socin. *ff. de condit. & demonſt.*

In hac definitione, inſtitutio locum generis obtinet, quia omnis ſubſtitutio hæredis, eſt inſtitutio, vel inſtitutionis ſpecies, *leg. 1. leg. 2. Digeſtis de vulg. pupill. ſubstit. leg. 1. Digeſtis de hæred. inſtit.* non contrà omnis inſtitutio eſt ſubſtitutio, *gloſ. poſſe, in leg. Gallus, 29. Digeſtis de lib. & posth.* ſed tantùm ſecundo, vel vlteriori gradu facta. Dicitur ſecunda hæredis inſtitutio, ad differentiam aliarum ſubſtitutionum quæ in donationibus cauſa mortis, in legatis, & fideicommiſsis fiunt. Dicitur vlterior, quia non tantùm ſecundo, ſed etiam tertio, quarto, & vlteriori gradu fieri poteſt.

Quò vſq; valeant ſubſtitutiones in Gallia.

In regno Franciæ ſubſtitutiones non valent vltra quatuor gradus poſt inſtitutionem, Carol. 9. 1560. *art. 59. & 1566. artic. 57.* Quod accipi debet de ſubſtitutionibus fideicommiſſariis, non de directis, quæ in infinitos gradus fieri poſſunt, Gueneſ. *in conſtit. regias, tit. de ſubstit. p. 129. numer. 1. in fin.* Et illi quatuor gradus computandi ſunt per capita, non per ſtirpes aut generationes, *Expill. cap. 124.*

Subſtitutus ſequitur naturam inſtituti.

Notandum ergò ipſum ſubſtitutum eſſe ex ipſo nomine in locum inſtituti ſubrogatum, eiúſque naturam ſequi & omnes eius qualitates aſſumere, conditiones, ac vires, *leg. ſi eum iudicio ſiſti, 10. §. qui iniuriarum, 2. Digeſt. ſi quis caut.* nec non iiſdem priuilegiis vti quibus vtitur inſtitutus, *leg. decernimus, 10. Cod. de aqua ductib.*

Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatum eſt.

Nam ſubrogatum ſapere dicitur naturam originalem non accidentalem eius, in cuius locum ſubrogatum eſt, Vulg. *leg. ſi eum, 10. §. qui iniuriarum, 2. Dig. ſi quis caut. vbi Bart. Bald. Angel. & alij leg. 1. §. ſi quis ſub conditione, 14. ff. vt leg. ſernand. l. 1. §. hac autem actio, & ibi Bart. ff. ſi is qui teſtam. liber. eſſ. iuſſ. fuer. Tiraq. in tract. Le mort ſaiſit le vif, num. declar. 9. n. 22. & de iur. primogenit. quaeſt. 55. n. 11. verſ. nam quod in alterius,* Surd. *deciſ. 35. n. 9. & de alim. tit. 9. q. 21. num. 22.* Quod tamen limitandum. Primò, quando ſubrogatum fit ad rem diuerſæ naturæ, *l. cùm in fundo, §. ſi fundus, ff. de iur. dot.* Surd. *de alim. tit. 5 q. 1. num. 34.* Secundò, quando diuerſæ dantur qualitates, Luſit. Franciſc. *a Sonſa in repet. leg. fœmina, Digeſt. de reg. iur. p. 1. n. 229.* Tertiò, in pœnalibus, Cardinal. Seraphin. *Rot. Rom. deciſ. 537. num. 4.*

Quare introducta ſunt ſubſtitutiones?

Occaſio introducendarum ſubſtitutionum.

Nonnulli dicunt eſſe introductas ad conſeruationem & perpetuationem familiarum, publici enim intereſt familias conſeruari, *l. 1. §. ſed etſi, 15 ff. de inſpic. vent.* &c. Alij, vt faciliùs defunctorũ voluntates effectum ſortirentur: alij ne irritæ & caducæ fierent teſtatorum voluntates, & diſpoſitiones, iuxta *leg. vn. in princ. Cod. de caduc. tollend. Intrigl. de ſubst. cent. 1. quæst. 5.*

Quotuplex est ſubstitutio?

Duplex, vel directa, ſiue propria, vel indirecta, impropria, obliqua, aut fideicommiſſaria, Fuſar. *de ſubstit. part. 1. quæst. 2. n. 3.* Subſtituendi enim vel ſubſtitutionis vocabulum, & ad directam & ad fideicommiſſariã ſubſtitutionem poteſt trahi.

Subſtitutio directa.

Directa eſt, quâ teſtator vult vt à ſe & ex ſuo teſtamento hæreditas rectà ſine hæredis auxilio ad ſubſtitutum, perueniat, *Sic, ſi Titius hæres non erit, Seius hæres esto: ſi filius meus impubes hæres erit, & ante pubertatem deceſſerit, Seius hæres esto.*

Subſtitutio indirecta.

Indirecta eſt, quâ teſtator hæredem à ſe prius inſtitutum rogat, vt hæreditatem acquiſitam alteri reſtituat, ita vt hac ſubſtitutione ſubſtitutus, ex manu hæredis capiat, vt cùm ita dicit teſtator, *volo vt hæres inſtitutus reſtituat hæreditatem Titio, Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. n. 2.* Intrigl. *de ſubst. cent. 3. quæst. 68.*

Directa ſubdiuiditur generaliter in vulgarem & pupillarem: ſpecialiter verò in vulgarem pupillarem, reciprocam, & exemplarem: verùm duæ ſpecies poſteriores ad duas priores referri poſſunt, nempe reciproca ad vulgarem & pupillarem, exemplaris ad pupillarem.

Subſtitutio compendioſa.

Nonnulli addunt compendioſam ſubſtitutionem, de qua *in l. precibus,* C. *de impub. & aliis ſubſt. vt filium hæredem inſtituo & quan-*

& quandocunque deceſſerit ſiue in pupillari ætate, ſiue poſt, Titium ſubſtituo, ſic dictam, quòd ſub compendio plures comprehendat ſubſtitutiones, *Dd. in l. centurio, 15. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Nonnulli eam referunt ad vulgarem & pupillarem, alij ad fideicommiſſum tantùm, ſed vide §. *fin. & ibi gl. 2. infr. de pupill. ſubſtit. Peregr. de fideic. art. 34. n. 15.*

Vnde naſcatur ſubſtitutionũ diuerſitas.

Ex dictis pater diuerſitatem ſubſtitutionum naſci ex diuerſitate caſuum, *l. precib. C. de impub. & aliis ſubſtit.* euentuum, *l. 4. ff. de vulgar.* cauſarum, *l. 39. §. 1. eod.* v. g. Caſus vulgaris eſt, *ſi inſtitutus hæres, non ſit hæres.* Caſus pupillaris, *Si inſtitutus hæres, ſit hæres, & in pupillari ætate deceſſerit.* Caſus exemplaris, *ſi hæres erit, & deceſſerit in furore*, Caſus compendioſæ, *filius meus hæres eſto, & ſi intra 25. annos vel quandocunque deceſſerit, Seius hæres eſto.*

Vnde dicta, & quid eſt ſubſtitutio vulgaris?

Subſtitutio vulgaris.

Vulgaris ita appellatur, quia vulgus, & quilibet de populo in ſuo teſtamento eâ vtitur, tum etiam quia cuicunque fieri poteſt, idoneo tamen & capaci, tam extraneo, quàm filio, tam puberi, quàm impuberi: vel etiam vulgaris dicitur, quia vulgò locum habet inter omnes perſonas, cum quibus teſtamenti factio eſt, & nihil ſpeciale habens, à quocunque, de quacunque & in quemcunque concipi poteſt: tum quia vulgaribus, *id eſt*, ſimplicibus, apertis & communiter vſitatis fit verbis, *l. 1. & ibi Bert. atque alij, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 9. & 10.*

Forma ſubſtitutionis vulgaris.

Eſt v. g. ſubſtitutio vulgaris, cùm teſtator inſtituit hæredem Sempronium, & ſi nolit aut non poſſit hæreditatem adire, ei ſubſtituit Seium. Forma ergo iſtius ſubſtitutionis eſt, *Inſtituo meum hæredem Sempronium, & ſi hæres non erit, Seium ſubſtituo, ſi adhuc Seius hæres non erit, Titium ſubſtituo*, & ſic deinceps, *in princ. hic. l. 1. & l. vlt. in princ. & §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 3. C. de hæred. inſtit. §. cùm autem quæritur 7. infr. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Poſſunt ergo plures inſtitui, vel ſubrogari hæredes, Sempronius inſtituitur primo gradu, Seius ſecundo, Titius tertio: quando primus & ſecundus non adeunt, tertius adit.

Quando euaneſcit ſubſtitutio vulgaris?

Vulgaris ſubſtitutionis finis.

Tunc euaneſcit cùm inſtitutus hæreditatem adiit, *l. poſt aditam, 5. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. ſi mater, 33. in fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. cum teſtam. 37. ff. de hæred. inſtit.* quia iſta ſubſtitutio ſub hac forma ſiue conditione concipitur, *l. 1. & paſſim, tot. tit. ff. de vulg. & pupill. ſub. tit.* aditâ autem hæreditate deficit conditio ac proinde ſubſtitutio, non tantùm prima, ſed omnes aliæ poſt primam ſucceſſiuè factæ, & à prima deſcendentes, *l. cum in teſtamento, ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater, §. fi. ff. de vulg.* Hæreditatis ergo aditio excludit ſubſtitutionem vulgarem, quæ locum non habet, niſi cùm ab inſtituto non aditur hæreditas, non habet etiam locum ſubſtitutio vulgaris ſi pater filiis ſuis liberos non habẽtibus ſubſtituat, & poſteà liberi fuerint ſuſcepti: hoc enim caſu excludetur ſubſtitutus, fauor quippe liberorum facit ceſſare effectum conditionis, *ſi ſine liber.*, & cauſa eſt, vt potiùs hi admittantur, quàm ſubſtitutus, *l. generaliter 6. §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſtit.*

Quomodo accidit vt qui inſtitutus eſt, hæres non ſit?

Illud accidit duobus modis, aut quia non potuit eſſe hæres, aut quia noluit, §. *cùm autem quæritur, 7. verſ. hac ratione, infr. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. cùm proponas, 3. C. de hæred. inſtit.*

Quis non poſſit eſſe hæres.

non poteſt eſſe hæres, qui vel viuo teſtatore aut poſt mortem eius antequam adiret hæreditatem, deceſſit, vel conditionis ſub qua hæres eſt inſtitutus defectu, §. *poſteriore, 2. verſ. ideoque ſi quis infr. quib. mod. teſtam. infir.*

Quis nolit eſſe hæres.

non vult eſſe hæres, qui hæreditatem repudiat vt extraneus, §. *vlt. ſicut autem nudâ. infr. de hæred. qual. & diff. l. hæres, 3. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* vel qui abſtinet ab hæreditate, vt ſuus, §. *ſui autem, 2. verſ. ſed his Prætor, infr. de hæred. qual. & diff.* Ergo extranei repudiant hæreditatem, vel recuſant, *l. recuſari, 95. ff. de acquir.* vel omitt. hæred. ſui ſe ab ea abſtinẽt *gloſſ. in rubr. ff. eod. l. ſi paterna, 11. C. de repud. vel abst. §. extraneis, ibi gl. infr. de hæred. qual. & diff.*

Prætereà hæres inſtitutus non eſt hæres, qui ſe hæreditate indignum præbuit, vt potè qui necem defuncti non vindicauit, qui ea quæ ad defuncti honorem & exiſtimationem pertinent non procurauit, qui ea quæ defunctus iuſſit non impleuit, vel filius qui patrem captiuum non redemit, *l. 1. C. de his quib. vt indign. auth. hoc amplius, C. de fideicom. l. militis, C. de religioſ. auth. ſi captiui C. de epiſc. & cler.*

Sub-

Subſtitutio ad vnum caſum facta poteſt-ne ad alium extendi?

Subſtitutio ad vnum caſũ facta non extenditur ad alium. Quæſtionis ſenſus eſt, An ſubſtitutio in cum caſum facta, *ſi hæres eſſe noluerit*, extendi poſſit ad alium caſum, *ſi hæres eſſe non potuerit*. Reſpondendum eſt ne gando, iuxta, *l. commodiſſimè*, 10. *ff. de liber. & poſthum. hæred. inſtit. l. ſi ita quis*, 21. *l. qui plures liberos*, 38. *l. ex facto*. 43. §. *item quæro*, 1. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. ſi cùm dotem*, 22. *in princ. ff. ſolut. matrim.* niſi ex præſumpta mente teſtantis aliud induci poſſit, *l. Titius*, 25. §. 1. *ff. de liber. & poſth. l. fin. C. de Inſtit. & ſubſtit.* Quæ negatio intelligenda eſt de caſibus diſſimilibus, nam alioqui in ſimilibus fit extenſio, *l.* 29. §. 5. *ff. de lib. & poſth.*

Quomodo vulgariter ſubſtituitur.

Modus ſubſtituẽdi vulgariter. Vel vnus vni ſubſtituitur, vt *Titius mihi hæres eſto, ſi hæres non erit, Seius hæres eſto*. vel vni plures, vt, *Titius hæres eſto, ſi hæres non erit, Seius & Sempronius hæredes ſunto*. vel pluribus vnus, vt, *Seius & Sempronius hæredes ſunto, ſi hæredes non ſint, Titius hæres eſto*. vel plutibus plures, vt, *Seius & Sempronius hæredes ſunto, ſi hæredes non ſint, Titius & Mauius hæredes ſunto*. §. *& plures, hic. l. poteſt quis*, 36. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Subſtitutio autem vulgaris ſibi ipſi facta non valet, niſi mutatâ causâ inſtitutionis, *id eſt*, niſi adferat emolumentum, *l. fin.* §. 1. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Subſtitutionis vulgaris materiam tractant Doctores *in l.* 1. *ff. de vulgar. & pup. ſubſtit.*

Quotuplex eſt ſubſtitutio vulgaris?

Subſtitutio vulgaris vel eſt expreſſa vel tacita. Duplex, expreſſa, quæ fit verbis negatiuis, ſic, *ſi filius hæres meus non eſt, Sempronius hæres eſto*, & quidem verbis generalibus, vt per verbum *ſubſtituo*; aut ſpecialibus, vt, *ſi hæres non erit*: aut ſingularibus, vt *ſi hæres eſſe noluerit, vel non potuerit*. & tacita, quæ fit verbis affirmatiuis, *gloſ. ad exemplum, in* §. *qua ratione infr. de pupill. ſubſtit.* vt cùm teſtator dicit *vos duos inuicẽ ſubſtituo*, vel ſic vter inter Titiũ & Seium vixerit ambo hæredes ſunto: quòd ſi vnus deceſſerit, alter ſolus hæres erit ex aſſe, *l. Titius & Seius*, 24. *ff. de hæred. inſtit. Dd. in l.* 1. *ff. de vulg. & pupill. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 3. *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 1. *quæſt.* 12. *vſque ad* 17. Fit enim tacita ex lege, vt cùm ſupplet tacitam vulgarem in pupillari expreſſa, v. g. ſi teſtator dixit, *ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Sempronius hæres eſto*. hîc intelliguntur illa verba vulgaris ſubſtitutionis, *ſi hæres non erit*.

Nota expreſſam ſubſtitutionem tacitâ fortiorem eſſe, eo quòd illa hanc ceſſare faciat, *l. cùm ex filio*, 39. §. 1. *& ibi Dd. ff. de vulg. & pupill. & l. qui plures*, 38. §. *itaque*, 2. *& l. ex facto*, 43. §. *item quæro*, 1. *ff. eod.* Et ſanè expreſſum magis pollet quàm tacitum, *l. ſi ex pluribus* 9. *de ſuis & legit. hæred. l. pen. ff. de inoff. teſt.* quamuis in quibuſdam caſibus expreſſi & taciti eadem ſit virtus, *l. cum quid*, 3. *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* *Expreſſa tollit tacitam. Expreſſi & taciti aliquãdo eadem virtus.*

Quid ſtatuendum ſi tres inſtituti ſint in diuerſis partibus & inuicem ſubſtituti, ita vt vnus adire nolit?

Titius fuit inſtitutus in vna vncia, Seius in octo vnciis. Sempronius in tribus vnciis. Sempronius non vult eſſe hæres, ergo ſubſtitutioni locus eſt, & Titius ac Seius ſubſtituuntur in illis tribus vnciis quæ inter eos ſunt diuidendæ, non in partes æquales ſiue viriliter, ſed in partes inæquales pro portionibus hæreditariis cuilibet relictis: quare ſi quadrans ſit nonaginta librarum, Titius habebit decem, & Seius octoginta: nam quemadmodum in inſtitutione teſtator voluit præferre Seium Titio, idem eum voluiſſe putandum eſt in ſubſtitutione: & quatenus teſtator hęredes dilexit inſtituendo, eatenus cenſetur dilexiſſe ſubſtituendo, §. *etſi ex diſparibus*, 2. *hic.*

Quid ſtatuendum erit ſi ſeruus alienus tanquam paterfamilias ſit inſtitutus & liber homo ei ſubſtitutus?

Tunc ſeruus ille quem teſtator liberum & patremfamilias eſſe arbitrabatur, iuſſu domini ſui debebit hæreditatem pro media parte & pro altera media ſubſtitutus, idque propter teſtatoris errorem, qui putauit illum eſſe liberum qui ſeruus erat. Qui caſus eſt ſingularis, quo ſubſtitutus vulgariter cum inſtituto admittitur, §. *ſi ſeruum* 4. *hic.*

Quando ſubſtitutio facta eſt ſub pluribus conditionibus debent-ne omnes impleri ad hoc vt valeat?

Si ſubſtitutio facta ſit ſub pluribus Debent, ſi appoſitæ ſint per copulam *l. ſi hæredi plures*, 5. *ff. de condit. inſtit.* ſed non ſi appoſitæ ſint per disiunctionem,

tunc

[margin: ...ſubſtitutionibus debẽt omnes impleri ſi copulatiuæ non ſi disiunctiuæ ſint.]

tunc ſufficit vnam impleti, *d. l. 5. facit l. generaliter ſancimus, 6. C. de Inſtit. & ſubſtit. latè Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 455. Barr. de ſucceſſ. lib. 17. n. 5. 6. & 7.*

Quid eſt ſubſtitutio reciproca?

Nonnulli appellant hanc ſubſtitutionem breuiloquam, ſed malè, quia nulla eſt multiloqua, deinde quia breuitas nõ facit ſubſtitutionem reciptocam, ſed viciſſitudo, denique quia poteſt etiam pluribus verbis fieri. Eſt autem reciproca ſubſtitutio, quâ cohæredes cohæredi ſubſtituẽtur, *Menoch. li. 4. præſũpt. 59. n. 2. Bart. & alij in l. Lucius, 45. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vt *Titius & Seius hæredes ſunto, Si Titius non ſit hæres, Seius hæres eſto, & viciſſim.* Ita vt illi duo inuicem ſubſtituantur, & id eò ſe iterum recipiat vnde venit, *l. hæreditatem, 2. C. de impub. & al. ſubſtit. l. iam hoc iure. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. teſtamento, 6. C. de impub. l. Lucius 45. ff. de vulg. l. cùm in teſtamento, 37. §. hæc verba. 1. ff. de hæred. inſtit.* Dicitur ergo reciproca, quia de vno ad alterum fit reflexio, & repetitio.

[margin: Subſtitutio reciproca quid ſit.]

[margin: Subſtitutio reciproca expirat aditâ hæreditate. Subſtitutio reciproca continetur in vulgari & pupillari.]

Hæc ſubſtitutio hæreditate aditâ expirat *l. poſt aditam, 5. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. ſi legata, 6. C. de legat. Intrigl. de ſubſtit. Cent. 5. quæſt. 86.* Hæc adhuc ſubſtitutio non eſt noua ſubſtitutionis ſpecies, quia continetur in vulgari & pupillari, & ex illis prorſus conflatur. Et quia ſub verbis generalibus plerunque concipitur, reliquas ſubſtitutiones omnes comprehendere poteſt. Hæc ſubſtitutio reciproca tractatur à Doctorib. in *l. iam hoc iure, ff. de vulg.*

TITVLVS XVI.

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

TEXTVS.

LIBERIS ſuis impuberibus, quos in poteſtate quis habet, non ſolùm ita, vt ſupra diximus, ſubſtituere poteſt: id eſt, vt ſi hæredes ei nõ exſtiterint, alius ſit ei hæres: ſed eo amplius vt ſi hæredes ei exſtiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis hæres: veluti ſi quis dicat hoc modo, *Titius filius meus hæres mihi eſto, Et ſi filius meus hæres mihi nõ erit: ſiue hæres erit, & prius moriatur, quàm in ſuã tutelã venerit: tũc Seius hæres eſto.* quo caſu, ſiquidem non extiterit hæres filius: tunc ſubſtitutus patri ſit hæres, ſi verò extiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit: ipſi filio ſit hæres ſubſtitutus. nam moribus inſtitutum eſt, vt quum eius ætatis filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt: parentes eis faciant.

1 ¶ Qua ratione excitati, etiam conſtitutionem poſuimus in noſtro Codice, qua proſpectum eſt, vt ſi qui mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuſcumque ſexus vel gradus: liceat eis, & ſi puberes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas ſubſtituere: ſin autem reſipuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari: & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ poſtquam pupillus adoleuerit infirmatur.

2 ¶ Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum præfatum modum ordinata, duo quodammodo ſunt teſtamenta: alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet: aut certè vnum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum.

3 ¶ Sin autem quis ita formidoloſus ſit, vt timeat, ne filius ſuus pupillus adhuc, ex eo, quod palam ſubſtitutum acceperit, poſt obitum eius periculo inſidiarum ſubiaceret: vulgarem quidem ſubſtitutionem palam facere, & in primis teſtamenti partibus [ordinare] debet: illam autem ſubſtitutionem, per quam, ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur: ſeparatim in inferioribus partibus ſcribere, eámque partem proprio lino, propriáque cera conſignare: & in priore parte teſtamenti cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere aperiantur. Illud palam eſt, non ideo minus valere ſubſtitutionem impuberis filij, quod in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hæredem inſtituiſſet, quamuis pupillo hoc periculoſum ſit.

4 ¶ Non ſolùm autem hæredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, vt ſi hæredes eis exſtiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis hæres is, quem ipſi voluerint: ſed etiam exhæredatis. Itaque eo caſu ſi quid [exhæredato] pupillo ex hæreditatibus, legatíſve, aut donationibus propinquorum atque amicorum adquiſitum fuerit: id omne ad ſubſtitutum pertinebit. Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel hæredum inſtitutorum, vel exhæredatorum: eadem etiam de poſthumis intelligimus.

5 ¶ Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat. nam pupillare teſtamentum, pars & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeo, vt ſi patris teſtamentum non valeat: nec filij quidem valebit.

6 ¶ Vel ſingulis liberis, vel ei, qui eorum nouiſſimus impubes morietur, ſubſtitui poteſt. ſingulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum decedere voluerit: nouiſſimo, ſi ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri velit.

7 ¶ Subſtituitur autem impuberi aut nominatim, veluti *Titius*: aut generaliter, vt *quiſquis mihi hæres erit.* Quibus verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & ſcripti ſunt hæredes, & exſtiterunt, & pro qua parte hæredes facti ſunt.

8 ¶ Maſculo igitur vſque ad quatuordecim

annos ſubſtitui poteſt: fœminæ vſque ad duodecim annos: & ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio euaneſcit.

9 ¶ Extraneo verò, vel filio puberi hæredi inſtituto, ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit hæres: ſed hoc ſolùm permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum teſtator obliget alij hæreditatem eius, vel totam, vel pro parte reſtituere, quod jus quale ſit, ſuo loco tràdemus.

Quid eſt pupillaris ſubſtitutio?

Connexio.

EXpoſita fuit prima directæ ſubſtitutionis ſpecies, ſequitur ſecunda, quæ eſt ſubſtitutio pupillaris, de qua in præſenti titulo, qui referri debet ad eoſdem *tt. ff. & C. ad quos etiam* referendus tit. proximè præcedens, vt dictum eſt.

Subſtitutio pupillaris.

Dicta eſt ſubſtitutio pupillaris eo quòd tantùm fiat pupillo, ſeu filiofamiliàs à parente in teſtamento ſub conditione, *ſi is impubes deceſſerit*, inſpectâ tamen magis ætate in quá confertur, vím que habere incipit, quàm præſenti ſtatu, *Mantig. de ſubſt. cent. 1. quæſt.* 58.

Forma ſubſtitutionis pupillaris.

Sic autem fit iſta ſubſtitutio, Filius meus Titius hæres mihi eſto, *in princ. hic. l. 1. ff. eod.* Ita vt hæc ſubſtitutio nihil ſit aliud quàm datio hæreditatis pupilli à patre facta, *Vaſq. de ſucceſſ. tom. 2. lib. 2. §. 13. n. 1.* includens vulgarem, *l. iam hoc iure, 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi omnes *Dd. & in l. 1. nec non in l. centurio. 15. ff. eod.*

Tria requiſita in ſubſtitutione pupillari.

Vbi notandum hæc tria requiri in ſubſtitutione pupillari. I. Vt pupillus, cui ita ſubſtituitur, ſit teſtatoris filius naturalis ac legitimus.

II. Vt impubes ſit, *id eſt*, nondum 14. annorum ſi ſit maſculus, vel 12 ſi ſit fœmina, *l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* nam puberibus non rectè ſubſtituitur pupillariter, *§. vlt. hic.*

II. Vt in aui, vel patris teſtatoris poteſtate exiſtat, *l. 2. in princ. verſ. quod ſic erit accipiendum, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Quare ſpuriis naturalibus tantùm extraneis & emancipatis pupillariter non ſubſtituitur. neque enim matres poſſunt pupillariter ſubſtituere, quia non habét liberos in poteſtate, *§. fœminæ, 10. ſupr. de adopt. l. maritus. C. eod. Paul. de Caſtr. in l. ſi mater, 33. ff. de vulg. & pupill. n. 2. verſ. & pupillaris nulla eſt.* Tamē ſi liberos impuberes cùm ad pubertatem peruenerint, inſtituát, & ſi alium iis ſubſtituant antequam puberes facti ſint, valebit ſubſtitutio, *l. ſi mater, 33. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Vaſq. de ſucceſſ. tit. de teſtat. potent. lib. 1. §. 10. n. 41.* eò quòd hæc ſubſtitutio potiùs ſit vulgaris quàm pupillaris, vt ait *Cuiac. in d. l. ſi mater, 33. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. lib. 7. ad Afric.* Ex quibus patet patrem non ſibi ſed filio impuberi, vel nepoti impuberi ſibi ipſi propter ætatis defectum teſtamentum facere non valenti, teſtamentum facere, *verſ. nam moribus. in princ. hic.* ac proinde dici teſtamentum aliquo modo filij, & ſucceſſionem inſtitui pupillo non patri, *l. moribus, ff. de vulg. & pupill.* Ex ſpeciali enim priuilegio pater pro filio ſuo teſtatur, *l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ita quod facit pater ab ipſomet filio factum putatur, *l. ſi fundum per fideicommiſſum, 92. §. fi. ff. de legat. 1.*

Quomodo differant vulgaris & pupillaris ſubſtitutio?

Vulgaris & pupillaris ſubſtitutionis differentia.

Sic, vulgaris fit cuiuis hæredi pupillaris impuberi tantùm: illa fit à quocunque, hæc à parentibus tantùm qui pupillum in poteſtate habét: illa fit in caſum non aditæ hæreditatis, hæc in caſum aditæ hæreditatis, & mortis: illa, aditione expirat, hæc pubertate eius, cui ſubſtitutio facta eſt, *§. 8. hic. l. 2. in princ. l. in pupillari. 14. l. 29. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* illa pendet ex l. 12. tabul. hæc moribus & conſuetudine inducta eſt, *in princ. hic. & l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.*

Quotuplex eſt pupillaris ſubſtitutio?

Duplex, expreſſa, & tacita. *Mantic. de conject. vlt. volunt. lib. 5. tit. 13.* Expreſſa fit quatuor modis.

Expreſſa ſubſtitutio pupillaris fit 4. modis.

I. In duplicem caſum impuberem reſpicientem, vt, *ſi hæres erit, & impubes fuerit mortuus, in princ. hic. l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

II. In vnum caſum impuberem reſpicientem, vt, *ſi impubes mortuus fuerit, l. 46. & 47 ff. eod.*

III In caſum reſpicientem ſubſtituti perſonam, purà, *quiſquis mihi hæres erit, is filio meo impuberi hæres eſto. l. qui liberi, 8. §. 1. ff. de vulg. &c.*

IV. Licèt nulla ſit appoſita conditio, ſed ſi teſtator ſimpliciter dixerit, *filio meo impuberi Titius hæres eſto.* quæ ſubſtitutio virtute æquipollet huic, *ſi impubes moriatur filius.*

Tacita, vel fit per extenſionem legis cōtra verborum proprietatem, vt in *l. iam hoc iure, 4. ff. de vulg. &c.* vt, *filium meum impuberem hæredem inſtituo mihi, & ſi mihi hæres non erit, ei Titium ſubſtituo,*

certè

Digitized by Google

certè ſiue hæres non erit impubes, erit hæres Titius ex ſubſtitutione vulgari, ſiue hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, erit hæres Titius ex ſubſtitutione pupillari tacitè ſubintellecta, *gloſ. in d. l. iam hac iure.* Vel adhuc fit tacita per interpretationem legis, non præter proprietatem verborum, vt in *l. Lucius. 45. ff. de vulg. Vaſq. de ſucceſſ. tom. 2. lib. 2. §. 13. num. 28.*

Vtraque ſubſtitutio expreſſa & tacita excluditne matrem?

Expreſſa ſubſtitutio pupillaris excludit matrem.

D. *Pacius diſp. 9. de pupill. ſubſtit. n. 15.* dicit expreſſam excludere omnino matrem per *l. Lucius 45. ff. de vulg. &c.* adeò vt nec de inofficioſo teſtamento queri poſſit, *l. Papinianus, 8. §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtam.* tacitam verò non excludere matrem ſuperſtitem, *per l. fi. C. de inſtit. ſubſtit. l. precibus, 8. C. de impub. & al. ſubſtit. Matth. de afflict. deciſ. 38. Pap. lib. 20. tit. 3. arr. 6.* Quamuis communiter receptum ſit pupillarem tacitam non excludere matrem, res non caret difficultate quoad expreſſam. nam indubitati iuris eſt legitimam deberi parentibus à liberis, *l. nam etſi parentibus, 15. in princ. ff. de inoffic. teſtam. l. iure ſuccurſum, 6. ff. de iur. dot. auth. presbyteros, Cod. de Epiſc. & cler. auth. de hæred. & falcid. §. 2. l. omnimodò, 30. l. quoniam, 32. C. de inoffic. teſtam.* Eſt enim legitima loco alimentorum, quæ debentur iure naturali *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* quæ autem naturalia ſunt non poſſunt per ius ciuile tolli, vt probatum *ſupr. ad tit. de legit. agn. tut. in fi.* debetúrque legitima etiam aſcendentibus iure naturali, *Bald. in auth. noniſſima, in 1. q. C. de inoffic. teſtam. tex. in §. primum itaque, in auth. de hæred. & Falcid. Peregr. de fideicom. art. 49. n. 49.* Si igitur mater à legitima excluderetur, id fieret contra naturalē æquitatem, *arg. l. nam etſi parentibus, 15. ff. de inoffic. teſtam. Chaſſan. in Conſuet. Burg. tit. de ſucceſſ. 7. §. 6. in verb. non ſuccedit,* dicit ſtatuta quæ excludunt matres à ſucceſſione liberorum eſſe barbara, & contra legem naturæ, contra æquitatem, & rationem.

Pupillaris ſubſtitutio tacita non excludit matrem. Legitima debetur parentibus à liberis.

Sicuti ergo filius impubes, ſi pubes eſſet, teſtari poſſet, & matrem legitima priuare non valeret, *d. auth. Presbyteros,* non poteſt eandem per patrem priuare, *l. neque per ſe 10. & ibi gloſ. C. de hæred. inſtit.* Et quamuis pater poſſit pro filio impubere teſtari, id non debet in matris detrimentum conuerti, *l. impuberi, 40. Digeſtis de adminiſtr. & per. tut.* Quoad *l. Papinianus, 8. ff. de inoffic. teſtam.* quæ eſt præcipuum partis affirmatiuæ fundamentum, ea non nocet, nam etſi mater per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam excluſa, non poſſit mouere inofficioſitatis querelam, eo quod filius qui teſtatus non eſt, ſed pater pro ipſo, nihil contra pietatis & amoris officium fecerit tamen nihil impedit quò minùs condictione ex lege poſſit petere legitimam, *l. vn. C. de condict. ex leg.* Caput ſi pater, *§. vlt. de teſtam. in 6.* non habet hodie locum in Gallia, vt potè repugnās & rationi, & æquitati naturali. *Coſer. Auto. in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit.* deinde in *l. precibus. 8. C. de impuberum. & al. ſubſtit. Bannot. tom. 1. part. 1. verba leg. quæſt. 4. Menoch. lib. 4. præſumpt. 56. n. 3. Fab. deſin. 2. 3. & 4. C. de impub. & al. ſubſtit.*

Ex prædictis patet, quoad iſtum effectum, non differre pupillarem expreſſam & tacitam, ac proinde hic obtinere quod dicitur, eandem eſſe taciti & expreſſi virturem, *l. cum quid, 3. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. & l. 2. ff. de pact.* attamen ſi ex certis coniecturis appareat teſtamentum pupillariter ſubſtituendo, ſiue expreſsè ſiue tacitè, ſiue verbis generalibus, ſiue expreſſis, aut ſpecialibus, voluiſſe matrem excludere ab omni ſucceſſione & legitima, tunc excluſa manebit, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 39. n. 40. & ſeqq.* item *præſumpt. 40. & 56.* ſemper enim in vltimarum voluntatum quæſtionibus exceptio iſta eſt adhibenda, *Fab. deſin. 4. n. 3. C. de impub. & al. ſubſtit. per l. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & l. 69. ff. de legat. 3. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 92. n. 61. & ſeqq.* Ita iudicatum Gratianopoli menſe Matt. 1640. in gratiam Petri Eymerij.

An mater excludatur per expreſſam pupillarē.

Valebitne ſubſtitutio pupillaris ſi pater eam vltra pubertatem porrexerit?

Si pater ſubſtituendo pupillariter puberratem excedat, ſic: *ſi Titius filius meus impubes intra vigeſimum annum deceſſerit, Sempronius ei hæres eſto,* talis ſubſtitutio valebit vſque ad puberratem licèt efficaciam ſuam vlteriùs non extendat, *l. verbis ciuilibus, 7. & l. in pupillari, 16 ff. de vulg. & pupill. ſubstit.*

Subſtitutio pupill. vltra pubertatem porrecta valet.

Valebitne ſubſtitutio pupillaris ſi pater eam incluſerit intra arctius tempus?

Si pater ita filio ſuo ſubſtituat, *Titium*

Subſtitu-

tio pupill. intra a-ctum tempus inclu-ſu valet.

filium meum hæredem inſtituo, ſi Titius intra octauum, nonum, aut decimum ætatis annum deceſſerit, Caium ei ſubſtituo, talis ſubſtitutio valebit, & quidem vſque ad tempus determinatum, *l. ſi ita quis.22.l. qui plures.38.* §. 1. *& l. ex facto*, 41. §. *item quæro*, 1. *Digeſtis de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Quid eſt exemplaris ſubſtitutio?

Subſtitutio pupillaris.

In hoc *tit.* §. *quâ ratione*, 1. agitur de exemplari ſiue paradigmatica ſubſtitutione, quæ ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis introducta eſt, & ad eam refertur. Dicitur autem quaſi pupillaris, vel exemplaris ſubſtitutio, eò quòd ſit exemplar & ſimilitudo pupillaris ſubſtitutionis, definitúrque ſubſtitutio quâ proſpectum eſt, vt ſi quis pater mente captos habeat liberos, vel nepotes vel pronepores cuiuſcunque ſexus vel gradus, ipſi liceat eis, & ſi pubetes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas ſubſtituere ſi priùs deceſſerint quàm mentis compotes facti ſint. ſi verò reſipuerint, eandem ſubſtitutionem eſſe infirmandam conſtitutum eſt, *l. ex facto, 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Salicet. in l. humanitatis, 9. col. 4. C. de impub. & al. ſubſtit.* & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ cùm pupillus adoleuit, infirmatur, §. *maſculo*, 8. *hic.* Hæc ſubſtitutio exemplaris non tantùm à patre, ſed etiam à matre auia & auo materno fieri poteſt, *d. l. humanitatis*, 9. *ibi, non liceat parenti qui vel quæ teſtatur, & ibi, teſtatori vel teſtatrici, C. de impub. & aliis ſubſtit. l. ex facto*, 43. *ff. de vulg. & pupill.* niſi mater ad ſecundas nuptias conuolarit: nam cùm mater, quę conuolauit ad ſecundas nuptias, non poſſit liberorum primi matrimonij bona adminiſtrare, *l. lex quæ*, 22. §. *pen. C. de adminiſtr. tut.* nec illos liberos educare, *l. 1. C. vb. pupill. educ. deb.* multò minùs de eorum bonis diſponere poterit, *Bart. ad l. ex facto 43. n. 12. & multi alij, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Ferrar. in form. libell. quo agitur ex ſubſtit. n. 5. Corraſ. ad leg. humanitatis n. 6. C. de impub. & aliis ſubſtit.* aliud erit ſi ſecundus maritus mortuus ſit, tunc poterit mater ſubſtituere exéplariter, ita iudicatum Gratianopoli menſe Mart. 1640. in fauorem Mariæ Brandonis Montilienſis.

Subſtitutio exépl. à patre, matre, & auo materno fieri poteſt, excipitur mater quæ conuolauit ad ſecundas nuptias.

Quibus ſubſtituatur exemplariter.

Notandum muto, ſurdo, & prodigo, æquè ac mente capto, aut furioſo ſubſtitui poſſe *l. Gallus*, 29. §. *& quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſth. arg. l. 1. C. de Cu. fi. & l. ſi furioſi 25. C. de nupt.* nam ſubſtitutio exemplaris facta in vnum caſum, putà furoris, extenditur ad alium, putà ſurditatis, & ſimilium, *Bart. in l. ex facto, n. 28. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quare poſſunt parentes his omnibus ſubſtituere, quia ſibi teſtamentum facere nequeunt.

Quemadmodum parentes liberis furioſis ſubſtituere poſſunt, liberi poſſúntne etiam parentibus ſubſtituere?

Non, quia lex ad iſtum caſum non extenditur: deinde indecorum eſſet liberos in parentes poreſtatem habere, vel à filio patrem gubernari: denique ſi filius pro patre diſponeret ſeipſum inſtitueret.

In ſubſtitutione pupillari quoniam pater & ſibi & filio teſtatus eſt, quot ſunt teſtamenta?

Duo quodammodo videntur eſſe teſtamenta, vnum patris, quod principale eſt, alterum filij, quod pupillare, aut duarum cauſarum, *id eſt*, hæreditatum, patris nempe & filij, duobus enim inſtituitur hæres, patri & filio. tamen eſt vnum teſtamentum, *l. 16. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* nam ſi duo eſſent teſtamenta, quatuordecim vocâdi eſſent teſtes, quatuordecim apponenda ſignacula & ſigilla, duo etiam eſſent teſtatores, duplex falcidia eſſet detrahenda: at hic tantùm 7. teſtes, vnus tantùm teſtator, vna falcidiæ detractio, ac proinde non niſi vnum teſtamentum paternum, cuius tamen pars aliqua, ſequela, & appendix eſt ſubſtitutio pupillaris, vel teſtamentum pupillare, §. *liberis*, §. *hoc. tit. l. patris & filij*, 20. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ſicut. 11. ff. quemad. teſtam. aper.* Creditur enim pater eo modo teſtamentum feciſſe pro filio pupillo, quo pupillus ipſe fuiſſet facturus ſi teſtandi ætatem habuiſſet, *l. 2. & l. lucius*, 45. *ff. de vulg.* ergo iſtud teſtamentum propriè dicitur teſtamentum patris, impropriè verò & ſtrictè teſtamentum filij, *Fuſar. de ſubstit. part. 1. quæst.* 88.

In pupillari ſubſtitutione vnũ tantùm teſtamentum.

Poteſt-ne ſubſtitutio pupillaris ſecretò fieri?

Si pater ita ſit formidoloſus, vt timeat ne filius ſuus adhuc pupillus aliorum inſidiis ſubmittatur poſt obitum, & voto ca-

Subſtitutio pupill. poteſt ſecretò fieri.

to captandæ mortis, atque inſidiis exponatur, vt ſubſtitutioni locus fiat, poteſt pupillarem ſubſtitutionem impuberi filio ſuo facere ſeorſim, eámque ſcribere in partibus inferioribus teſtamenti, atque lino proprio propriáque cera conſignare, & cauere debet in principio ne filio adhuc viuo & impubere inferiores tabulæ principalis teſtamenti aperiantur priuſquam filius mortuus fuerit, & ſic tutus erit pupillus ab omnibus inſidiis, nam viuente patre nemo ei inſidias ſtruet, quia teſtamentum erit clauſum, neque etiam mortuo patre, quia ſubſtitutio pupillaris ignorabitur, §. *ſin autem*, 3 *hic*.

Potéſtne exhæredatis pupillariter ſubſtitui?

Exhæredatis pupillariter ſubſtituitur.

Poteſt, non minùs quàm inſtitutis liberis, in iis videlicet bonis quæ ipſis à cognatis maternæ lineæ, vel aliis affinibus obuenire poſſunt, §. *non ſolùm autem*, 4. *hic*, *& leg.* 1. §. 2. *& leg. ſed ſi plures*, 10. §. *ad ſubſtitutos*, 5. *Digeſt. de vulg. & pupill. ſubſtit. leg. miles*, 41. *Digeſt. de teſtam. milit.* vt *Titius mihi eſto hæres, merces filius meus exhæres eſto, eique ſi impubes moriatur, Gaius frater meus hæres eſto.* Ratio eſt, quoniam iſtius ſubſtitutionis cauſa & fundamentum non eſt in bonis, verùm in patria poteſtate, ac proinde locum habet etiam in exhæredatis, ſi in poteſtate exiſtant. Notandum tamen ad ſubſtitutum exhæredati non peruenire bona paterna propter exhæredationem, ſed tantùm aduentitia, *d.* §. *ad ſubſtitutos*, *& leg. paterfamiliàs*, 28. *Digeſt. de reb. auth. iud. poſſid.*

Potéſtne poſthumis ſubſtitui?

Pupillis ſubſtitui poteſt.

Poteſt, & vulgariter & pupillariter, §. *non ſolùm*, 4. *hic. leg.* 2. *Digeſtis de vulg. & pupill. ſubſtit.* ſi nempe ſint poſthumi ſui, quoniam pro jam natis habentur in iis quæ ad ipſorum commodum ſpectant *leg. penult.* Digeſt. *de ſtat. hom.* Eſt autem ſubſtitutio pupillaris liberis vtilis, *leg. ex facto*, 43. Digeſtis *hoc tit. leg. moribus*, 2. *& l. paterfamiliàs*, 46. Digeſt. *hoc tit.* Vulgariter ſic ſubſtituitur poſthumis, *Poſthumus mihi hæres eſto, & ſi non fuerit hæres, ille hæres eſto.* Hæres autem non eſt, ſi aut non naſcatur, aut natus ante patrem decedat, pupillariter hunc in modum, *poſthumus mihi hæres eſto, & ſi hæres fuerit, & impubes deceſſerit, ille hæres eſto.*

Vnde pendet pupillaris ſubſtitutio?

Origo ſubſtitutionis pupillaris.

Teſtamentum pupilli eſt acceſſorium teſtamenti teſtatoris, ergo illud ex hoc pendet, nam principali ſublato acceſſorium eſt tollendum: Itaque ſi patris teſtamentũ ſubſiſtere non poſſit ob præteritionem, neque ſubſiſtet pupillare, & ſi teſtator in principali nomen hæredis ſuâ manu non ſcripſerit, tamen in pupillari id fecerit, nullius momenti erit pars pupillaris, quoniam vitio laborat. Hæc ſubſtitutio moribus & conſuetudine eſt introducta, jure videlicet patriæ poteſtatis.

Quando plures ſunt liberi quomodo iis ſubſtituitur?

Vel ſingulis liberis, vel illi qui eorum nouiſſimus impubes morietur, ſubſtitui poteſt: ſingulis quidem, ſi nullum eorum inteſtatum decedere voluerit: nouiſſimo, ſi eius legitimarum hæreditatum, vel ſucceſsionum ab inteſtato ſaluum atque integrum inter eos cuſtodiri velit, § *vel ſingulis*, 5. *hic. leg. ſi pater*, 25. *Digeſt. hoc tit.*

Quomodo ſubſtituitur impuberi?

Duobus modis ſubſtituitur impuberi nominatim, & generaliter.

Duobus modis, primò nominatim ſic, *Titius, hæres eſto*, ſecundò generaliter, vt *quiſquis mihi hæres erit*, Quibus verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi tantùm qui ſcripti ſunt hæredes, & extiterunt, & pro illa parte in qua ſcripti ſunt, §. *ſubſtituitur*, 7. *hic.* Hæc generaliter ſubſtituendi formula valdè eſt vſitata, & pluribus hæredibus inſtitutis fit compendioſè, *leg. cum filio*, 3. *leg. ſi in teſtamento*, 5. *leg. qui liberis*, 8. *in princip. &* §. 1. *leg. ſed ſi plures*, 10. *in princip. leg. in ſubſtitutione*, 31. *leg. ex duobus*, 34. §. 1. *leg. ex facto*, 43. §. *vlt.* Digeſtis *de vulg. & pupill. leg. ſi quis duob. fin.* Cod. *de impub. & al. ſubſtit.*

Quomodo finitur pupillaris ſubſtitutio?

Pupillaris ſubſtit. finitur pubertate.

Pubertate finitur, maſculo enim vſq; ad 14. annos ſubſtitui poteſt, & fœminæ vſque ad annos 12. quo tempore elapſo euaneſcit ſubſtitutio, §. *maſculi*, 8. *hic. leg. verbis*, 7. *leg. in pupillari* 14. *leg. ex facto.* 43. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Matth. *annot. ad quæstion.* 534. Guid. Pap. Ratio eſt quia liberi poſt pubertatem hæredem

hac ætate conſcribere poſſunt. Excipiuntur milites qui etiam poſt decimum quartum & quovſque voluerint, poſſunt liberis ſuis ſubſtituere, *leg. verbis, 7. leg. centurio, 15. Digeſtis de vulg. & pupill. ſubſtit. leg. precibus, 8. Cod. de impub. & al. ſubſtit.*

Extraneo & puberi filio hæredi instituto poteſt-ne pupillariter ſiue directò ſubſtitui?

Extraneo vel puberi non ſubſtituitur pupillariter, aut directò. Non, ſed tantùm per fideicommiſſum & precariò: v.g. *Titius hæres mihi esto, & ſi hæres non erit, vel ſi hæres erit, & intra viginti annos deceſſerit, Seius hæres esto.* Talis ſubſtitutio non valet, eo quòd verbis directis ſit facta. Iſta verò precariò facta valet, *Titius mihi hæres esto, rogo autem vt ſi hæres fuerit post decem annos hæreditatem meam Seio fratri meo reſtituat*, vel ſi moriatur intra annum ætatis vigeſimum quintum, eam fratri meo reſtituat. Directò ſubſtituere non licet extraneo, vel puberi filio inſtituto, quia tantùm filio impuberi pupillariter ſubſtituitur, in patria poteſtate exiſtenti & teſtari non valenti, *l. ex facto, 43. ff. de vulg. & pupill. ſubstit.*

TITVLVS XVII.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA INFIRMENTUR.

TEXTVS.

TESTAMENTVM jure factum vſque eò valet, donec rumpatur, irritúmve fiat.

1 ¶ Rumpitur autem teſtamentum, cùm in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti jus vitiatur. Si quis enim poſt factum teſtamentum adoptauerit ſibi filium per Imperatorem, eum, qui eſt ſui juris: aut per prætorem ſecundùm noſtram conſtitutionem, eum, qui in poteſtate parentis fuerit: teſtamentum eius rumpitur, quaſi adgnatione ſui hæredis.

2 ¶ Poſteriore quoque teſtamento, quod jure perfectum eſt, ſuperius rumpitur, nec intereſt, exſtiterit aliquis hæres ex eo, an non: hoc enim ſolùm ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideoque ſi quis noluerit hæres eſſe aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius ante, quàm hæreditatem adiret, deceſſerit: aut conditione, ſub qua hæres inſtitutus eſt defectus ſit: in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur. Nam & prius teſtamentum non valet, ruptum à poſteriore: & poſterius æquè nullas habet vires, cùm ex eo nemo hæres exſtiterit.

3 ¶ Sed & ſi quis priore teſtamento jure perfecto poſterius æquè jure fecerit: etiam ſi ex certis rebus in eo hæredem inſtituerit: ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, cuius conſtitutionis verba [& hìc] inſeri juſſimus, quum aliud quoque præterea in conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Seuerus & Antoninus Coccejo Campano. Teſtamentum ſecundo loco factum, licèt in eo certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde jure valere, ac ſi rerũ mentio facta non eſſet: ſed & teneri hæredem ſcriptum, vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia hæreditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta fideicommiſſi verba, quibus, vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur.

4 ¶ Alio autem modo teſtamenta jure facta infirmantur: veluti cùm is, qui fecit teſtamentum, capite deminutus ſit, quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.

5 ¶ Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ ſtatim ab initio non jure fiunt, irrita ſint, ſed & ea, quæ jure facta ſunt, & poſtea per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſanè commodiùs erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideò quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel irrita fieri.

6 ¶ Non tamẽ ea per omnia inutilia ſunt teſtamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionẽ irrita facta ſunt, nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt: poteſt ſcriptus hæres ſecundùm tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere, ſi modò defunctus, & ciuis Romanus, & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideò irritum factum ſit teſtamentũ quia ciuitatem, vel etiam libertatem teſtator amiſit, aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore in adoptiui patris poteſtate ſit: non poteſt ſcriptus hæres ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſionem petere.

7 ¶ Ex eo autem ſolo non poteſt infirmari teſtamentum, quòd poſtea teſtator id noluerit valere: vſq; adeò, vt & ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius facere cœperit: & aut mortalitate præuentus, aut quia cum eius rei pœnituit, id non perfecerit: diui Pertinacis oratione cautum ſit, ne aliàs tabulæ priores jure factæ irritæ fiant, niſi ſequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint, nam imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt.

8 ¶ Eadem oratione expreſſit, non admiſſurum ſe hæreditatem eius, qui litis cauſa principem reliquerit hæredem: neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nuda voce hæredis nomen admiſſurum: neque ex vlla ſcriptura, cui juris auctoritas deſit, aliquid adepturum. Secundùm hoc diui Seuerus & Antoninus ſæpiſſime reſcripſerunt. Licèt enim (inquiunt) legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus.

Quam-

Quandiu valet teſtamentum ſolenniter factum?

Cornutis.

DE teſtamentis ordinandis huc vſque actum eſt, ordo poſtulat vt de eorundẽ rumpendorum & infirmandorum modis agatur, quia nihil tam ſtabile quod aliquando concidere non poſſit. Refertur iſte *tit. ad tit.ff.de iniuſt.rupt. irrit.fac.teſtam.& ad tit.de his, quæ in teſtam. del. ind. & inſer.* Teſtamenta jure facta valent vſque dum rumpantur & irrita fiant, *in princ.hic.* Duobus autem infirmantur modis, nempe ruptione, & irritatione, cùm nimirum irrita fiunt. *ibidem.*

Quot modis rumpitur teſtamentum?

Rumpitur teſtamentum adoptione.

Duobus, I. adoptione, aut quaſi agnatione ſui hæredis, cùm nimirom in eodem ſtatu, manente teſtatore, (ſi enim capitis diminutionem patiatur, non rumpetur, ſed irritum fiet teſtamentum, §.*alio quoque modo 4. & ſeq. hoc tit.*) ipſius teſtamenti jus vitiatur per agnationem ſiue natiuitatem ſui hæredis, nempe ſi poſt mortem teſtatoris agnaſcatur poſthumus præteritos, quæ agnatio propriè non rumpit teſtamentum, ſed illud nullum reddit: poſthumus enim perfectè, & viuus natus rumpit teſtamentum patris, & rumpendo ſibi locum facit, *l.nam etſi* 5. §. *rumpendo, ff.de iniuſt. teſtam. leg. quod certatum eſt,* 3. Cod. *de poſth.hæred.inſtit.* facit *lex, quod dicitur,* 12. *in fi.ff.de liber.& poſth.* Deinde ſi quis, poſt confectum teſtamentum arrogauerit ſibi filium aut adoptauerit, §.1.*hic. & §.1.ſupr.de exhæred.lib.*

Per poſterius teſtamentum rumpitur prius.

II. Poſteriori teſtamento jure & ritè perfecto prius rumpitur, poſteriora enim & nouiſſima derogant prioribus, *l.pacta nouiſſima,*12.*cod.de pactis,leg.ſi vnus,* 27.§.*pactus ne peteret,*2.*Digeſtis, eod.tit.leg. ſed & poſteriores,*28.*ff.de legib.* nec intereſt extiterit aliquis hæres ex eo nec ne, §.*poſteriore,*2.*hic,leg.*2.*l.*16.*ff. de iniuſt.rupt.* Ratio eſt, quia teſtatori permiſſum eſt voluntatem ſuam mutare quotieſcunque voluerit, ideo dicitur illa voluntas, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum ambulatoria, *l.*4.*ff.de adempt.leg. l.cùm hic ſtatus,* 32.§.*ait oratio,*2.*ff.de donat.inter.vir.& vxor.* Menoch. *conſil.*329. *num.*6. Poſteriora quippe derogant prioribus vt dictum eſt, & præcedens per ſequens determinatur, *leg.non eſt nouum*, 26.*leg. & poſteriores,* 28.*ff. de legib.* Excipitur hîc militis teſtamentum, quod per poſterius non rumpitur, *leg. quærebatur,* 19.*leg.militis,*36. §.1.*ff. de milit. teſtament.* Excipitur etiam teſtamentum habens clauſulam derogatoriam, quod per poſterius non rumpitur niſi expreſsè illius clauſulæ fiat mentio in poſteriori, *l.ſi quis in principio.*22. *Digeſt. de legat.*3. Expill. 2. *part.cap.* 79. Vide tamen Fab. *defin.* 9. & 10 *Cod. de teſtam.* & Vaſqu.*tom.*3. *lib.*1. §. 1. *n.*29. & *ſeqq.* Angel.Paul. de Caſtr.& Alex. *in l.*2.*ff.de liber. & poſthum.* Carond. *lib.*12. *Reſp.*47. Excipi etiam poteſt teſtamentum mutuum mariti, & vxoris, quod à ſuperſtite reuocari & rumpi non poteſt, ſi modò executioni fuerit mandatum & approbatum, Ita quidum contrà, latè, Bouuot.*tom.*2.*verb. teſtamentum, quæſt.*11. vbi tractatur hæc quæſtio bimembris, an duo teſtamentum condere poſſint eadem ſcripturâ, & an ſuperſtes reuocare poſſit teſtamentum, illúdque rumpere.

Vol̄untas vſque ad mortem eſt ambulatoria.

Poſteriora derogant prioribus.

Clauſula derogatoria.

Teſtamentum mutuum an à ſuperſtite reuocari poſſit.

Quid iuris ſi teſtator iurauerit ſe primum teſtamentum non reuocaturum?

Nihilominus illud reuocare poterit per poſterius legitimè factum, quia iuramentum eſt priuata conuentio, quâ nemo ſpoliari poteſt teſtamenti condendi facultate, quæ iuris priuati non eſt, ſed publici, *l.nemo poteſt,*55.*Digeſtis de leg.* 1.*leg.*3.*Digeſtis qui teſtament.fac.poſſ.* Guid. Pap. *quæſt.*200.

Teſtamentum eſt iuris priuati non publici.

Si nullus ſit hæres ex poſteriore teſtamento valebitne prius à poſteriore ruptum?

Fieri poteſt vt hæres in poſteriori teſtamento ſcriptus, aut noluerit eſſe hæres, aut viuo teſtatore, vel poſt mortem eius antequam hæreditatem adiret deceſſerit, aut conditio ſub qua hæres inſtitutus deficiat, in his caſibus non reconualeſcit teſtamentum prius, ſed paterfamiliàs inteſtatus dicendus eſt mortuus, §.*poſteriore,*2.*hic.*

Per poſterius teſtamentum, non reconualeſcit prius, ſi poſterius non valeat.

Si quis per poſterius teſtamentum ex certa re tantùm hæres fuerit ſcriptus rumpetúrne teſtamentum prius per poſterius?

Rumpetur, quia Paganus, *id eſt*, qui

citra militiæ conſiderationem teſtatur, cum duobus teſtamentis decedere non poteſt. Tamen ne prorſus voluntas teſtatoris fruſtratoria exiſteret, conſtitutum eſt, vt illa omnia quæ in priori teſtamento ſcripta eſſent, in fideicommiſſi cauſam venirét, *id eſt*, reſtituerentur, detractâ nihilominus parte, vel quadrante hæreditatis ex lege Falcidia. Vnde patet teſtatorem voluiſſe, vt poſterior hæres eſſet fiduciarius, & prior fideicommiſſarius, §.*ſed & ſi quis*,3.*hic*.

Quomodo fit irritum teſtamentum?

Teſtamentũ fit irritum cùm nemo illud adit.

Irritũ fit deſertione, *id eſt*, cùm nemo adit hæreditatem, vtpotè cùm vitium aliquod incurrit in perſonam vel teſtatoris vel hæredis, capitis nempe diminutione, aut maximâ, aut mediâ, aut minimâ, §.*non tamen*, 16.*hic*.*l.eius*,8.§.1.*&* §.*vlt*.*ff*.*qui teſtam.fac.poſſ*.*l*.6.§.*irritum*, 5.*&* §§.*ſeqq*.*ff*.*de iniuſt.rupto*, *&c*. Quod de minima capitis diminutione hîc dicitur, tantùm intelligi debet non de emancipatione, neq; de adoptione ſpeciei, ſed de arrogatione quæ teſtamentum infirmat, *leg.qui ex liberis*, 11.§.*teſtamenta*, *ff.de bon.poſſ.ſecund.tab*. Nam cùm capite minutus, libertatis, ciuitatis, & agnationis jus amittat, neceſſe eſt vt etiam teſtamenti factione priuetur, quæ juris ciuilis eſt. Quòd ſi in integrum reſtituatur capite minutus, tunc Prætorio beneficio reconualeſcet teſtamentum, *l.ſi quis*, 6.§.*pen*.*ff.de iniuſt.rupt.irrit.fact.teſtam*. ita vt codicillis ſcriptis primam ſuam voluntatem declaret & confirmet teſtator non ſecundùm praxim Gallicá & conſuetudinem, Chopin *lib*.2.*de morib.Pariſ*. *tit*.4.*n*.10. Louet.*in lit.T*. *cap*.10. ita quidem vbi ius ſcriptum obſeruatur, vt fusè & doctiſſimè confirmat Expill. *part*. 2.*cap*.173.

Qui ſeruatis ſeruandis teſtamentum ſemel ſcripſit, poteſt-ne illud reuocare?

Qui ſemel teſtamentum fecit ſolenniter illud non poteſt rumpere, vel dicendo ſe velle vt prius valeat, vel imperfectè aliud teſtamentum condendo, *leg*.2.*Digeſt.de iniuſt. rupt.irr.fact.teſtament*. *leg.ſanctimus*, 22. *Cod. de teſtament*. neque enim valet teſtamentum imperfectum eius qui vel morte præuentus, vel pœnitentiâ ductus fuit, & pro nullo in jure habetur tale teſtamentum, *arg*.§.*ex eo autem ſolo*, *hic*. Quod intelligendum de

Teſtamentum imperfectum nõ valet, excepto teſtam. inter liberos.

teſtamento inter extraneos facto, *leg.ex imperfecto*,3.*C.de teſtam*. Nam teſtamentum factum inter liberos, quamuis ſit imperfectum, valet, Ferrer. *in quæſt*. 538. Guid.Pap. etiamſi vna perſona extranea ſit iis admixta, *l.hac conſultiſſima*,21.§.1.*C.de Teſtam*. imò ſi ſit cœptum, neque impletum, *l.inter omnes*,26.*C.fam.erciſc*. adeóque ſi ſcheda ſub cuſtodia ſiue in arca patris reperiatur, diſpoſitionem inter liberos continens, quamuis alioqui nec lecta nec publicata ſit, attamen inter liberos vim obtinebit ſecundùm receptam Dd concluſionem in *l.ſi is qui*,25.*ff.de teſtam*. quia præſumitur inſerta clauſula codicillaris, vt valeat meliori modo, Marianus Socin. Iun. *conſil*.144. *&* 147. *vol*.2.*& gloſ.in l.cohæredi*, §.*qui filio in verb. non valent*, *ff.de vulg*.

Teſtamentum imperfectũ quod nam ſit.

Notandum teſtamentum dici imperfectum, quod aliàs iniuſtum, aut non jure, vel legitimè factum eſt, *id eſt*, cui aliquid ex ſolennitatibus deeſt, *l.tabularum* 2.§.1.*teſtam.quem.aper*.

Poteſt-ne Princeps ratione litis hæres inſtitui?

Princeps non poteſt hæres ratione litis inſtitui. Princeps ſecundùm leges viuit.

Non. §.*eadem ratione*,8.*hic*. *&* *leg.penult*. *Digeſtis de hæred.inſtit*. quia etiamſi princeps legibus ſit ſolutus, *leg*.31.*Digeſtis de legib*. tamen ſecundùm legum præſcripta viuit, quippe cùm nihil tam proprium Imperij ſit, quàm legibus viuere, & ſeſe iis alligare, *leg*.4. *C. de legib*.§.*eod. hic*. *&* *leg*.3.*Cod.de teſtament*. Pap. *lib*.4.*tit*.1. *art*.1. eſt quippe regnantis poteſtate & maieſtate digna vox, legibus alligatum ſe principem profiteri, vt quod juris ſtatuitur, in alium ipſe eodem vtatur, *leg.digna vox*,4.*Cod.de legib.tot.tit*. *Digeſtis quod quiſque iur*. *&* *leg.princeps*,31. *Digeſtis de Legib*. Quomodo autem princeps legibus ſit ſolutus explicat Cuiac. *lib*.15.*obſeru.cap*.30.

Raſura vel litura vitiát-ne teſtamentum?

Litura in loco ſubſtãtiali facta teſtamentum vitiat.

Si raſura, litura, inductio, aut cancellatio facta ſit in loco ſubſtantiali, integrali, eſſentiali vel formali, vt in hæredum inſtitutione, legatorum adſcriptione, vel in toto corpore teſtamenti, vitiatur teſtamentum, ſignúmque eſt teſtatorem teſtamentum valere noluiſſe, vt & ſi ſigilla amouerit, linum ruperit, & ſubſcriptiones deleuerit teſtator, & ita his caſibus non valebit teſtamentum.

Si raſura ſit in parte, minùs eſſentiali non vitiabitur teſtamentum.

tum. Contrà valebit ſi raſura fit tantùm in vna parte teſtamenti, & quidem parte non eſſentiali, ita vt ex præcedentibus, & ſubſequentibus intelligi queat, quid in raſura contineatur & ſenſus maneat perfectus. Sic Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *numer.*709. *& ſeqq.* Alexand. *conſ.*14. *num.*11. *&* 12. *lib.*6.

Teſtamentum factum à patre aut matre contra conuentiones matrimoniales liberorum ſuorum, valebitne?

Non *iuxta leg. hac edictali, Cod de ſecund. nupt.* Carond. *lib.*11. *Reſp.*62. *&* 75.

TITVLVS XVIII.

DE INOFFICIOSO testamento.

TEXTVS

QVIA plerumque parentes ſine cauſa liberos ſuos exhęredant, vel omittunt, inductum eſt, vt de inofficioſo teſtamento agere poſſint liberi, qui querantur, aut iniquè ſe exhæredatos, aut iniquè præteritos: hoc colore, quaſi non ſanæ mentis fuerint, cùm teſtamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quaſi verè furioſus ſit, ſed rectè quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi verè furioſus ſit, nullum teſtamentum eſt.

1 ¶ Non autem liberis tantùm permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare, verùm etiam liberorum parentibus. Soror autem & frater, turpibus perſonis ſcriptis hæredibus, ex ſacris conſtitutionibus prælati ſunt. Non ergo contra omnes hæredes agere poſſunt. Vltra fratres igitur & ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes vincere.

2 ¶ Tam autem naturales liberi, quàm ſecundum noſtræ conſtitutionis diuiſionem adoptati, ita demum de inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ſi nullo alio jure ad defuncti bona venire poſſint. Nam qui ad hæreditatem totam vel partem eius alio jure veniunt, de inofficioſo agere non poſſunt. Poſthumi quoque, qui nullo alio jure venire poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt.

3 ¶ Sed hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento relictum eſt, quod noſtra conſtitutio ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacunque pars hæreditatis vel res eis fuerit relicta: de inofficioſo querela quieſcente, id, quod eis deeſt, vſque ad quartam legitimæ partis repleatur: licèt non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam compleri.

4 ¶ Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex teſtamento patris ſui legatum acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo: nihilominus poterit nomine ſuo de inofficioſo patris teſtamento agere.

5 ¶ Sed ſi è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt: ipſe [tutor,] quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non amittit.

6 ¶ Igitur quartam quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſſit: ſiue jure hæreditario, ſiue jure legati, vel fideicommiſſi: vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos: in iis tantummodò caſibus, quorum mentionem facit noſtra conſtitutio: vel aliis modis, qui [in noſtris] conſtitutionibus, continentur. Quod autem de quarta diximus ita intelligendum eſt: vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur: vna quarta eis dari poſſit, vt ea pro rata eis diſtribuatur.

Quid eſt teſtamentum inofficioſum?

Comment.

QVia patres aliquando nouercarum delinimentis & inſtigationibus permoti, atque corrupti, liberos ſuos ſine cauſa exhæredant, ideo introducta eſt inofficioſi teſtamenti querela, qui alius eſt ſubuertendorum & infirmandorũ teſtamentorum modus. Iſte titulus debet referri ad *tit. ff. &* C. *de inoffic. teſta.*

Teſtamentum inofficioſum.

Eſt autem inofficioſum teſtamentum, quod, aut parentes, aut liberi, liberos, parentéſve ſuos ſine cauſa exhæredantes, contra pietatis officium & mutuum amorem faciunt, etiamſi illud ritè & ſolenniter factum ſit, *in princ. &* §.1. *hoc. tit. leg.*2. *ff. eod.* diciturque vltimum adiutorium *l. fin. verſ. nam cum* C. *de lib. præterit.* Si autem liberi teſtatoris aut parentis iniquè exhæredati, vel præteriti ſint, conqueri poterunt iniquè ſe exhæredatos, aut præteritos & actionem mouere ad reſcindendum teſtamẽtum, *l. liberi de inofficioſo,* C. *de inoff. teſtam.* hoc colore, quaſi ſanæ mentis non fuerint cùm teſtamentum fuit ordinatum. Non tamen quòd reuera mente capti fuerint, quia furioſorum nullum eſt teſtamentum, ſed quòd nexum naturæ, ſanguinis, pietatis, & amoris non conſiderauerint, *l.*4. *&* 5. *in fi. ff. h tit.* quod medium eſt inter ſanã mentem, & furorem. Pendet hæc inofficioſi teſtamenti querela, non à jure ciuili ſcripto, *l. non putant,* 8. *in princ. ff. de bon. poſſ. contr. tab* aut Pretorio, §. *quos autem,* 2. *infr. de bon. poſſeſſ.* Sed à conſuetudine & moribus, nam plures iuris ſpecies non reperiuntur, *leg. ius autem ciuile,* 7. *ff. de iuſt. & iur.* Iſta querela eſt quædam teſtamenti impugnatio, vt cùm pater nouercali-

Vnde pendet inofficioſi teſtamenti querela.

Querela inofficioſitatis.

bus delinimentis adductus filium præterit ſcriptâ hærede nouercâ, *leg. 4 ff. de inoffic. teſtam.* & filius apud Iudicem conqueritur, dicitur querelare, quod barbarum eſt vocabulum, *id eſt*, impugnare teſtamentum patris. Hæc querela olim erat frequens, *leg. 1. Digeſtis de inoffic. teſtam.* hodie ceſſante hâc querelâ, ſupplementum peti debet, *leg. omnimodo*, 30. *Cod. hoc tit.* & agitur condictione ex lege ad-ſupplementũ legitimæ, §. *ſed hoc, ibi*, D*d. hic. auth. nouiſſimè*, *Cod. eod.* Relictâ autem legitimâ filiis jure inſtitutionis, querela hæc ceſſat, *auth. nouiſſimo, vbi* D*d.* C*od. de inoffic. teſtam.*

Loco querela eſt ſupplementum.

Quibus competit querela inoſſicioſi teſtamenti?

Iis tantùm qui primum ſucceſſionis gradum obtinent, *l. 14. ff. de inoffic. teſtam.*

Liberis & omnibus deſcendentibus cum petit primò querela.

Primò liberis exhæreditatis à parentibus, aut iniquè prærcritis, & omnibus deſcendentibus in infinitum, iiſque vel in poteſtate exiſtentibus, vel emancipatis, *in princ. hic & l. 1. 2. 3. & 4. & l. ſi ponas*, 23. *Digeſtis hoc tit.* Ideo competit querela liberis, quoniam pietas parentum erga liberos id poſtulat vt liberi aliis anteponantur, debetur quippe hæreditas liberis jure naturæ, & communi parentum voto, *l. ſcripto, 7. §. 1. in fi. ff. vnde liberi.*

Hæreditas jure naturæ liberis debetur.

Secundò parentibus.

Secundò, parentibus contra liberorum teſtamentum, cùm agitur de bonis caſtrenſibus vel quaſi caſtrenſibus liberorum ſine prole ex ſe ſuſcepta mortuorum, *leg. 1. l. pater*, 14 *leg. nam etſi* 15. *& leg. aduerſum*, 30. *Digeſtis hoc tit. leg. omnimodo. leg. cùm filium, & leg. liberi Cod. de inoffic. teſtam.* Ratio autem miſerationis illud admittit, *d. leg. ſcripto*, §. 1. ita vt luctuoſam conſequi debeant portionem.

Tertiò fratribus & ſororibus.

Tertiò, fratribus & ſororibus, non vterinis, ſed vtroque parente coniunctis, ſi videlicet turpis perſona inſtituta fuerit, vt meretrix, leno, equorum excoriator, mimus, hiſtrio, & eiuſmodi alia perſona infamis, *l. fratres*, 27. *& leg. fratres*, 21. C. *de inoffic. teſtam.* Cuiac. *lib. 17. obſeru. cap. vlt.* Fachin. *lib. 4. controuerſ.* 94. Collateralibus enim nulla debetur quarta, niſi vt dictum eſt, turpibus perſonis inſtitutis, de quibus in *tit. Digeſtis de his qui not. infam.* Vltra fratres & ſorores, cognati nullo modo agere poſſunt, *leg. fratres*, 21. *Cod. de inoffic. teſtam.*

Quando collateralibus debetur quarta.

Cognati vltra fratres & ſorores non habẽt querelam.

Parentibus debetúrne legitima?

Matri non minùs quàm patri debetur legitima in bonis filii, *auth. Presbyteros, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Afflict. *deciſ.* 310. *n.* 2. §. *aliud quoque capitulum, & §. ſine autem, in verbo ſancimus, & §. hæc autem diſpoſuimus, in auth. vt cùm de appellatio. cognoſc.* Legitima autem illa quæ debetur & matri & aliis aſcendentibus eſt tertia pars omnium bonorum, *leg. parentibus*, 8. *Cod. de inoffic. teſtam. l. cùm quæritur*, 6. *Cod. gl. in leg. omnium C. de vſuf.* Bart. *in auth. nouiſſima Cod. de inoffic. teſtam.* Afflict. *deciſ.* 204. *n.* 4. Meyn. *in ſuis quæſtionibus, lib. 5. cap* 11. Expill. 2. *part. cap.* 176. Eſtque præferenda legitima parentibus debita legatis in pias cauſas factis, prout refert Robert. *rer. Iudic. lib. 1. cap. 1.* fuiſſe iudicatum Pariſiis 12. Febr. 1583.

Legitima matri debita.

Legitima aſcendentibus debita.

Legitima parentum piis legatis præferend.

Quinam liberi poſſunt mouere querelam.

Liberi querelam mouentes.

Tam liberi naturales, ac legitimi ex iuſtis nuptiis procreati, quàm adoptiui querelam inofficioſi teſtamenti poſſunt mouere, nempe ſi nullo alio iure ad bona defuncti venire queant: neque tantùm liberi iam nati, ſed etiam naſcituri, nempe poſthumi de inofficioſo agere poſſunt, nullo enim alio iure venire poſſunt poſthumi, §. *tam autem naturales*, 2. *hic.*

Spurij & naturales poſſunt-ne querelam mouere?

Spurii poſſunt conqueri.

Poſſunt de teſtamento matris, *leg. ſi ſuſpecta* 29 §. 1. *Digeſtis de inoff. teſtam.* tum etiam de teſtamento patris, ſi nihil prorſus fuerit relictum, & ſi nullo alio iure ad defuncti bona venire queant, *d.* §. *tam autem naturales*, 2. *hic.*

Si aliquid conquerenti à teſtatore ſit relictum, erit-ne querelæ locus?

Cum aliquid eſt relictum non competit legitima.

Inofficioſitatis querela tantùm competit cùm nihil prorſus conquerentibus eſt relictum, quòd ſi aliquid relictum ſit, vt maior reuerentia à liberis præſtetur voluntati parentum, non dabitur iis inofficioſi querela, *leg. cùm quæritur, & leg. parentibus*, *Cod. de inofficio. teſtam.* Sed tantummodò agere poterunt ad ſupplementum legitimæ, *leg. ſi non mortis*, 15. *Digeſtis de inoffic. teſtam.* ad quod non tantùm hæredes, ſed etiam legatarii ſunt cogendi, Cacher. *deciſ. Pedemont*, 34. *num.* 24. & quidem quandocunque etiam vſque ad 30. annos, *l. omnimodo*, 30. *l. ſciens*, 36. §. *repletionem, vbi Dd. C. de inoff. teſt.* Guid. Pap. *quæſt.*

Ad ſupplementum legitimæ quinam cogendi.

Quando petendum ſupplementum. *quaſt.* 82. *l.* Quod locum habet ſiue ab initio minus legitimâ relictum ſit, vel ex poſt facto per euictionem minuatur, vtroque enim caſu quod deeſt expletur ex teſtatoris ſubſtantia, *l. ſcimus*, 36. *C. de inoffic. teſtam.* Hoc adhuc locum habet etiamſi pater dixerit in teſtamento filiam debere eſſe contentam. *Bart. in l. quoties*, 9. §. *ſi duo*, 13. *ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. omnimodo*, 30. *C. de inoffic. teſtam.* vel filium contentum fundo relicto, *l. ſi quando*. 35. §. *& generaliter, Cod. de inoffic. teſtam.* Habentur enim pro non ſcriptis quæcunque legitimæ conditionem facere poſſunt deteriorem, *l. quoniam in prioribus*. 31. *C. de inoffic. teſtam.* conceditur enim filiæ etiam à patre dotatæ, ſupplementum eius quod doti congruæ & legitimæ deeſt, *l. cum donationibus C. de inoff. donat. & l. vn.* §. *quæ à nobis*, *C. de rei vxor. act. & in l. cùm pater*, §. *gener. ff. de iur. dot.* Debet autem quarta hæreditatis pars haberi vt de inofficioſo agere quis non poſſit, §. *ſed hæc ita*, 3. *hic. l. omnimodo*. 30. *C. eod. Nouell.* 115. *cap.* 5. *l. quæ nuper*, 31. *C. eod.* Qui verò agit ad ſupplementum legitimæ impugnare non dicitur teſtamentum, *l. omnimodo*, 30. *C. de inoffic. teſtam.* *Vt non agatur de inoffic. debet haberi legitima.*

Per voluntatis agnitionem renunciatúrne querelæ inofficioſitatis?

Qui agnouit teſtamentum à querela eſt repellendus. Iuris eſt certiſſimi, ſi quis iudicium defuncti aut dicto aut facto agnouit, putà legatum ſibi relictum accipiendo, eum ab hac quetela eſſe repellendum, *l. Papinianus*, 8. §. *ſi conditionis*, *l. ſi pars*, 10. §. 1. *& duab. ll. ſeqq. l. ſi pœnas*, 23 §. 1. *l. pë.* §. *pë. & vlt. ff. de inoffic. teſtam. & l. parentibus*, 8. *C. de inoffic. teſtam.* nam teſtamentum ſemel approbatum ampliùs impugnari nequit, *l. nihil*, 12. *l. ſi pœnas*, 23. §. *conditioni*, 10. §. *ſi quis poſt*, *d. l. ſi pars decima*, 10. *l. nam etſi* 15. § 1. *ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis.* 33. *C. eod.* Ratio eſt, quia nemo poteſt mutare conſilium in alterius detrimentum atque iniuriâ, *l. nemo* 75. *ff. de reg. iur.* Illud tamen non valet ſi legatum pupillo ſuo relictum ex neceſſitate officij petiit tutor, *l. ſi tutor*, 4. *& l. aduerſus* 30. §. 1. *ff. h. t.* aut ſi totum legatum alij adminiſtrauit ex neceſſitate, quâ teſtator eum de hoc rogauit, *l.* 10. §. 1. *ff. eod.* aut legatum quod ignorabat ſibi in codicillis ademptum petiit, *l. ſi inſtituta*, 27. *in princ. l. ſi ſuſpecta*, 29. §. *quamuis*, 2. *ff. eodem.* Sed ſi contrà pupilli nomine cui nihil relictum fuerat de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt ipſe tutor, nó admittet quod ſibi in eodem teſtamento relictum erit, §. *ſed ſi à contrario* 5. *hic.* *Teſtamentum ſemel approbatum, non poteſt improbari.* *Nemo mutare poteſt conſilium in alterius detrimentum.*

Quo titulo debet relinqui legitima in ratione inofficioſitatis?

Dictum eſt aliquem debere habere quartam vt de inofficioſo agere non poſſit, ſiue iure hæredis, vt ſi pater liberos in legitima inſtituat, ſiue iure legati, vel fideicommiſſi, vel ſi mortis cauſa ei donatum fuerit, vel inter viuos. *l. Papinianus* 8. §. *ſi quis mortis*, 6. *ff. h. tit. l. quoniam*. 29. *l. omnimodo*. 30. *l. ſi quis ſuo*. 33. *l. ſi quando*. 35. §. *& generaliter*, 2. *& auth. nouiſſima*. *C. eod. Nou.* 18. *c.* 1. Ita tamen vt legati agnitio neque excludat filium à petitione ſupplementi, *l. ſi quando* 35. §. *& generaliter*, 2. *C. de inoff. teſtam.* neque à reſtitutione in integrum, quia fraus legitimæ non debet fieri, *l. quoniam*, 29. *C. de inoffic. teſtam.* neque debet ipſa minui etiam per donationes cauſâ mortis. *Fab. defin.* 28. *C. de inoffic. teſtam.* Quod dictum eſt ita intelligi debet, vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures quibus agere de inofficioſo permittitur, vna quarta totius hæreditatis eis dari poſſit pro rata, *id eſt* pro virili portione diſtribuenda, §. *igitur*, 6. *hic.* Titulo ergo inſtitutionis & quidem ſolo relinqui debet legitima, *Cuiac. ad Nou.* 18. *ex Nou.* 115. quòd ſi non ita relinquatur, infirmabitur teſtamentum, nec competeret inofficioſitatis querela, & hoc de iure Nouell. conſtitutionum. Patet igitur poteſt de bonis ſuis pro arbitrio diſponere dummodo liberis legitimam ſuam relinquat inſtitutionis titulo, *l. Papinianus*, 8. §. *quoniam*, 8. *ff. de inoffic. teſtam. l. parentibus*, 8 *C. de inoffic. teſtam. Auth. nouiſſimo*, *C. eod.* Bart. *de præteritione liberorum lib.* 10. *nu.* 6. quia legitima iure naturali liberis debetur, *l. cum ratio*, 7. *in princ. ff. de bon. damnat. l. ſcripto*, 6. *in fi. ff. vnde liberi. Nou.* 1 §. *primum itaque de hæred. & falcid. Geil. lib.* 2. *obſeru.* 122. *n.* 16. & vicem alimentorum ſubit, nec non omni iure liberis debetur, §. 1. *ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* nec poſſunt eâ parentes filios priuare ſine iuſta cauſa, vt conſtat ex *tit. ff. de inoffic. teſtam. & ff. de liber. & poſth. tum ex Cod. de liber. præter.* *Legati agnitio non excludit filium à petitione legitimæ.* *Fraus non debet fieri legitimæ.* *Soli titulo inſtitutionis relinquitur legitima.*

Quæ vocatur legitima?

Legitima vulgò ita appellatur, aliàs *Legitima*

Varia appellationes. legitima portio, *l. omnimodo*, 30. *& l. ſeq. C. h. t. l. humanitat.* 9. *C. de impub. & al. ſubſt.* aliàs debita portio, *l. Papinianus*, 8. §. *quoniã*, 8. *&* §. *unde ſi quis*, 11. *ff. h. t.* aliàs debitum bonorum ſubſidium, *l. ſi totas*, 5. C. *de inoff. ſic. donat.* aliàs falcidia, *l. qua nuper*, 31. *ibi*, *ratione Falcidiæ*, *C. h. t.* aliàs debitũ naturale, *l. ſcimus*, 26. §. *illud*, C. *h. t.* quod debetur ex bonis quæ reperiuntur tempore mortis, *l. parentibus* 8. C. *eod.* & commenſuratur ſucceſſioni ab inteſtato, *d. l. parentibus*, nec eſt quota hæreditatis, ſed bonorum, *l. cùm quæritur* 6. *C. de inoffic. teſtam. l. Papinianus*, 8. §. *quarta autem Dig. eodem*, propriè non debetur legitima niſi deſcendentibus & aſcendentibus *leg. nam etſi parentibus*, 15. *Digeſtis de inoffic. teſtament.*

Olim legitima portio dicebatur quarta pars eius partis quæ ad hæredem ab inteſtato ſuccedentem pertinere potuiſſet, *l. parentibus*, 8. *C. de inoff. teſtam. & l. Papinianus*, 8 §. *quoniam*, 8. *ff. eod.*

Legitima quid ſit. Iure nouo, eſt congrua portio eius quod quis iure legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato eſſet habiturus, *l. Papinianus*, 8. §. *ſi quis mortis*, 6. *ff. h. t.* Quæ vel eſt triens, vel ſemis pro numero liberorum: nam ſi quatuor vel pauciores ſint liberi, erit triens, nempe pars eius quod ab inteſtato habituri eſſent: ſi plures, ſemis, vel media pars erit, *auth. nouiſſima & ibi not. cod. h. t. nou.* 18. *cap.* 1. vnde verſiculi.

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem
Semiſſem verò dant natis quinque vel vltra.

V. g. & quidem primo caſu, aliquis habet in hæreditate duodecim millia librarum, & duos liberos, legitima eorum erit triens, *id eſt*, quatuor millia librarum, quę ſi æqualiter diuidantur, vnuſquiſque duo millia habebit. Secundo caſu, aliquis habet in hæreditate duodecim millia librarum, & quinque liberos, legitima eorum erit ſemis, *id eſt*, ſex millia librarum, quæ legitima ſi diuidatur in quinque partes, vnuſquiſque mille ducentas conſequetur libras, Iure municipali, non ſpectato numero liberorum, media pars bonorum quam quis ex bonis defuncti patris vel matris ab inteſtato eſſet habiturus pro legitima liberis debetur, & in ea dicuntur creditores, *l. ſi quis legatum*, 6. *ff de falſis.*

Quid imputatur in legitimam?

Imputationes in legitimã. In legitimã imputatur quidquid quocunque titulo filio à patre relictum eſt, *l. omnimodo*, 30. §. *imputari*, C. *de inoff. teſtã.* Non tamen donatio inter viuos, aut capta ex contractu, niſi dictum ſit tempore donationis, *Dd. in l. in quartam.* 91. *ff. ad leg. Falcid. Alex. in conſ.* 8. *n.* 2. *volum.* 2. *l. ſi quando*, 35. §. *& generaliter*, *C. de inoffic. teſtam. l. illud.* 15. *C. de collat.* Dos tamen in legitimam imputatur, *l. quoniam nouella*, 29. *C. de inoffic. teſtam.* & confertur, *l. filiæ*, 12. *l. filiam.* 16. *ff. de collat. Papo, lib.* 20. *tit.* 8. *arr.* 10. quia loco legitimæ eſt, eodémque iure cum ea cenſetur, *d. l. quoniam nouella*, 29. *C. de inoffic. teſtam.* *Dos eſt loco legitima.* Fructus etiam in legitimam imputantur, eámque augent ſicut & hæreditatem, *l. papinianus*, 8. §. *vnde ſi quis*, *ff. de inoffic. teſtam. l. item veniunt*, §. 2. *verſ. fructus*, *ff. de petit. hæred. Papo, lib.* 21. *tit.* 7. *arr.* 7. *Fructus augent legitimam.* nempe fructus percepti à teſtatore adhuc viuente, vel à curatore bonis dato hæreditate iacente, vel ab hærede quidem, ſed quos ipſe teſtator emerat, Mater. de quartis cap. vlt.

Quando petere poteſt legitimam filius?

Legitimam petere non poteſt filius quandiu pater viuit, *l.* 1. §. *ſi impubere*, 21. *in fin. ff. de collat. bon. Guid. Pap. quæſt.* 486. *Papo, lib.* 20. *tit.* 7. *arr.* 1. quia viuentis nulla eſt hæreditas, *l.* 1. *vb. gloſ. ff. de hæred. vel act. vendit. d. l.* 1. §. *ſi impubere. ff. de collat. bon. Mynſing. Cent.* 4. *obſeru.* 25. *Legitimã non poteſt filius viuente patre. Viuentis nulla hæreditas.* Licèt à volente patre ſolui poſſit legitima, *Mynſing. conſ.* 38. *n.* 41. Poteſt etiam pater cogi dare legitimam filio ad ipſum ex carcerib⁹ redimendũ in quibus detinetur magis facto quodam, aut ætatis infirmitate, quàm dolo, aut culpâ, *Meyn. lib.* 7. *cap.* 23. *&* 24. Ius legitimæ & ſupplementi præſcribitur poſt 30. annos, *Guid. Pap. quæſt.* 82. *Ius legitimæ & ſupplementi præſcribitur poſt 30. annos.*

Teneturne pater filio aliquid relinquere vltra legitimam?

Non, *text. in* §. 1. *in auth. de trien. & ſemiſſ.* & in *auth. vt lice. matr. & auiæ*, *in princ.* *Non tenetur pater aliquid filii relinquere vltra legitimam.*

Debétne detrahi legitima ante legata?

Debet, *l. fin.* §. *etſi præfatam. C. de iur. delib. Oldrad. conſ.* 200. *Alexand. conſ.* 17. *&* 30. *vol.* 4. *Rauch. in quæſt.* 82. *Guid. Pap.* *Legitima ante legata eſt detrahẽda.* dicit ante ſolutionem legatorum legitimam filiis deberi, *per l. Papinianus.* §. *quarta & ibi. not. ff. de inoffic. teſtam. l. cùm quæritur. & auth. nouiſſ. vb. not. C. eod.*

TITV-

TITVLVS XIX.

DE HAEREDVM QVAlitate & differentia.

TEXTVS.

HÆREDES autem, aut neceſſarij dicuntur, aut ſui & neceſſarij, aut extranei.

1 ¶ Neceſſarius hæres, eſt ſeruus hæres inſtitutus. Ideoque ſic appellatur, quia ſiue velit, ſiue nolit, omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſatius hæres fit. Vnde qui facultates ſuas ſuſpe ctas habẽt: ſolent ſeruũ ſuum primo aut ſecundo, aut etiam vlteriore gradu hæredem inſtituere: vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potiùs eius hæredis bona, quàm ipſius reſtatoris à creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo, illud ei commodum præſtatur: vt ea, quæ poſt mortem patroni ſui ſibi adquiſierit, ipſi reſeruentur. Et quamuis bona defuncti non ſufficiant creditoribus: [iterum] tamen ex ea cauſa res eius, quas ſibi adquiſierit, non veneunt.

2 ¶ Sui autem & neceſſarij hæredes ſunt, veluti filius, filia, nepos neptíſve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate morientis modò fuerint. Sed vt nepos, neptíſve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum eamve in poteſtate aui mortis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit ſuus hæres eſſe, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate: tunc enim nepos neptíſve in locum patris ſui ſuccedit. Sed ſui quidem hæredes ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt, & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur: prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum. Neceſſarij verò ideo dicuntur, quia omnino, ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento [ex lege duodecim tabularum] hæredes fiunt. Sed his prætor permittit volentibus abſtinere hæreditate vt potiùs parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur.

3 ¶ Cæteri, qui teſtatoris juri ſubiecti non ſunt, extranei hæredes appellantur. Itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes à nobis inſtituti, extranei hæredes nobis videntur. Qua de cauſa, & qui hæredes à matre inſtituuntur, eodem numero ſunt: quia fœminæ in poteſtate liberos non habent. Seruus quoque hæres à domino inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur.

4 ¶ In extraneis hæredibus illud obſeruatur, vt ſit cum eis teſtamenti factio: ſiue hæredes ipſi inſtituãtur, ſiue hi, qui in poteſtate eorum ſunt, & id duobus temporibus inſpicitur: teſtamenti quidem [facti] tempore, vt conſtiterit inſtitutio: mortis vero teſtatoris, vt effectum habeat: huc amplius, & cùm adit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio, ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit: nam jus hæredis eo maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris non nocet hæredi: quia [vt diximus] tria tempora inſpici debent. Teſtamenti autem factionem non ſolùm is habere videtur, qui teſtamentum facere poteſt: ſed etiam qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt, vel alij adquirere, licèt non poſſit facere teſtamentum. Et ideo furioſus & mutus, & poſthumus, & infans, & filiusfamilias, & ſeruus alienus teſtamenti factionem habere dicuntur. Licèt enim teſtamentum facere non poſſint, attamen ex teſtamento vel ſibi, vel alij adquirere poſſunt.

5 ¶ Extraneis autem hæredibus deliberandi poteſtas eſt de adeunda hæreditate, vel non adeunda. Sed ſiue is, cui abſtinendi poteſtas eſt, immiſcuerit ſe bonis hæreditatis: ſiue extraneus, cui de adeunda hæreditate deliberare licet, adierit: poſtea relinquendæ hæreditatis facultatem non habet, niſi minor ſit viginti quinque annis. Nam huius ætatis hominibus, ſicut in cæteris omnibus cauſis decepris: ita & ſi temere damnoſam hæreditatem ſuſceperint, prætor ſuccurrit. Sciendum eſt tamen diuum Hadrianum etiam maiori vigintiquinque annis veniam dediſſe, cùm poſt aditam hæreditatem grande æs alienum quod aditæ hæreditatis tempore latebat, emerſiſſet. Sed hoc quidem diuus Hadrianus cuidam ſpeciali beneficio præſtitit: diuus autem Gordianus poſtea militibus tantummodo hoc conceſſit.

6 ¶ Sed noſtra beneuolentia commune omnibus ſubiectis Imperio noſtro hoc beneficium præſtitit: & conſtitutionem tam æquiſſimam, quàm nobiliſſimam ſcripſit: cuius tenorem ſi obſeruauerint homines, licet eis adire hæreditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hæreditatis contingit: vt ex hac cauſa neque deliberationis auxilium ſit eis neceſſarium, niſi omiſſa obſeruatione noſtræ conſtitutionis, & deliberandum exiſtimauerint, & ſeſe veteri grauamini aditionis ſupponere maluerint.

7 ¶ Item extraneus hæres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hæreditatem vocatus, poteſt aut pro hærede gerendo, aut etiam nuda volũtate ſuſcipiendæ hęreditatis hęres fieri. Pro hærede autem gerere quis videtur ſi rebus hæreditatiis tamquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia colendo locandóve, & quoquomodo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hæreditate: dummodo ſciat eum, in cuiùs bonis pro hærede gerit, teſtatum inteſtatúmve obiiſſe, & ſe ei hæredem eſſe. Pro hærede enim gerere, eſt pro domino gerere, veteres enim hæredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit: ita contraria deſtinatione ſtatim ab hæreditatę repellitur. Eum, qui ſurdus vel mutus natus, vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro hærede gerere, & adquirere ſibi hæreditatem: ſi tamen intelligit, quod agit.

Quot ſunt hæredum differentiæ?

Connexio. DE Inſtitutione & ſubſtitutione hæredum actum eſt ſuprà, in hoc titulo de hæredum diuiſione ſiue differentia agitur, & hic titulus referri debet ad *tit. ff. de iur. delib. & tit. de acquir. hæred. tum ad tit. C. de iur. delib. & de adeund. vel acquir. hæred. & tit. de repud. vel abſt. hæred.*

Hæredes qui. Sunt autem hæredes ſucceſſores in vniuerſum jus defuncti, *l. hæreditas* 61. *ff. de reg. iur.* & ſunt in triplici differentia atque conditione: Hæredis diuiſio. nam omnis hæres vel eſt neceſſarius, vel ſuus & neceſſarius, vel extraneus ſiue alienus, *in princ. hic. & arg. §. poſthumo*, 26. *infr. de legat.* Diuiditur adhuc hæres in neceſſarium & voluntarium, *l. ſeruus*, 3. *§. qui fideicommiſſariam*, 3. *ff. de hæred. inſtit. l. ſi ſeruus.* 18 *& l. fin. § fi. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.*

Quis eſt hæres neceſſarius?

Hæres neceſſarius. Dicebatur olim hæres neceſſarius ſeruus hæres inſtitutus, qui ſiue vellet, ſiue nollet aut inuitus omninò poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius hæres erat, *§.* 1. *hic. l.* 1. *C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſt. l.* 12. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Cuius neceſſitatis cauſa fuit poteſtas dominica: cur enim non liceat domino hæredem eum vel inuitum inſtituere quem & occidere poteſtat? *§.* 1. *ſupr. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. l.* 1. *§.* 1. *ff. eod.* Alia fuit cauſa videlicet ne iniuriâ defunctus afficeretur, *§.* 1. *ſupr. quib. ex cauſ. man. non lic.* Hæc hæredis qualitas vnà cum ſeruis inter Christianos ſublata eſt hodie.

Quis eſt hæres ſuus & neceſſarius?

Hæres ſuus & neceſſarius. Eſt ille omnis qui in poteſtate patris tempore mortis exiſtit, *§. ſui autem*, 2. *infr. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l.* 1. *§. ſuos hæredes*, 2. *ff. de ſuis & legit. hæred.* vt filius, filia, nepos, neptis reſpectu patris & aui paterni, Quanquam etiam ſuus hæres dicatur viuo eo de quo quæritur, quem Galli hæredem præſumptiuum vocant.

Suus. Dicitur ſuus quaſi proprius ac domeſticus hæres, non autem aliunde accerſitus, & in eius perſona non mutatur, ſed tantùm continuatur dominium, ita vt dicatur quaſi ſibi ipſi ſuccedere, nam pater & filius eadem cenſentur eſſe perſona, *l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & viuo parre quodammodo paternorum bonorum dominus exiſtimatur, *l. in ſuis.* 11. *ff. de lib. & poſth.* & illo mortuo inteſtato prima cauſa in eius ſucceſſione eſt, *§. ſui autem*, 2. *verſ. ſed ſui quidem hæredes, hic.* & non tâ alienarum quàm ſuarũ rerum acquirit dominium, ſunt quippe filij viſcera parentum & membra, *Saluian, lib.* 3. *de gubernat.* Dei. Filij ſunt viſcera parentum & membra. Pater etiam mortuus iu filij perſona rediuiuus quodammodo videtur, vt de Phœnice cecinit quidam.

Ipſa ſibi proles, ſuus eſt pater, & ſuus hæres.

Ex his colligi poteſt ſuitatis definitio, quòd nẽpe ſuitas ſit qualitas hæredis certum in poteſtate paterna locum Suitas quid ſit. obtinentis, continuationem dominij & neceſſitatem ſuccedendi inducens. In vltimis voluntatibus ſoli deſcendentes dicuntur ſui hæredes, non etiam agnati aut cognati: in cõtractibus ſui appellantur omnes hæredes, *Fab. defin.* 3. *C. de verb. ſignif.*

Seruus hæres dicebatur olim etiam neceſſarius eo quòd vellet nollet tam ab Seruus quare neceſſarius hæres. inteſtato quàm ex teſtamento ſeruorum inſtar hæres eſſet, *§. eod. verſ. neceſſary verò.* vnde illud, filius eſt, ergo hæres, *Rom. cap.* 9. *v.* 1. ideo hæres ponitur aliquando pro filio, Filius eſt, ergo hæres. *l.* 17. *§. fi. ff. ad Trebell.* Verùm neceſſitas illa fuit ſublata, quia creditores miſerè & crudeliter eiuſmodi hæredem tractabant, & ſucceſſit facultas ſeſe ab hæreditate abſtinendi, *l.* 1. *C. de repud. vel abſt. hæred.* vt hac ratione creditores potiùs in parentum quàm in liberorum bona agere cogerentur. Nemo enim damnoſam hæreditatem adire eſt compellendus, Nemo damnoſam hæreditatem adire eſt compellendus. *l.* 16. *C. de iur. delib.* Itaque filius ex neceſſario hæres factus fuit voluntarius, *§. ſui autem in fi. l. neceſſariis*, 57. *ff. de acquir. vel omitt. hæred.*

Quinam ſunt extranei hæredes?

Extranei hæredes ſunt qui in poteſtate teſtatoris non ſunt nec dominicâ nec patriâ, inter quos ſunt etiam liberi à patre emancipati, ſi ab ipſo patre hæredes Hæredes extranei. fuerint inſtituti, item liberi à matre hæredes inſtituti, cùm mater eos in poteſtate ſua non habeat, *§. cæteri*, 3. *hic.* deinde ſeruus hæres à domino inſtitutus, & poſt conditum teſtamentum manumiſſus.

Hic notandum quoad extraneos hæredes, debere cum eis eſſe teſtamenti factionem, *id eſt*, eos tales eſſe, vt hæredes inſtitui poſſint, *§. cæteri hic.* putà vt ſint ciues Romani, quòd in ſuis hæredibus nõ requiritur, quia ſuitas efficit, vt teſtamenti factionem habeant.

Vt au-

Tria tempora conſideranda in extraneorũ hæredum inſtitutione.

Vt autem hæredes inſtitui poſſint extranei, tria rempora conſideranda ſunt, ptimò, tempus teſtamenti facti, vt ab initio conſtiterit inſtitutio : ſecundò, mortis, quia tunc effectum ſortitur teſtamentum : Tertiò, aditionis, quia tunc acquiritur hæreditas. §. *in extraneis*, 4. *hic.* Medium tempus quod interceſſit inter factum teſtamentum & mortem hæredis vel conditionem inſtitutionis exiſtenrem non nocet hæredi, *ibid.* In ſuis hæredibus duo tantùm priora tempora ſpectantur, non tertium, quia ſuus hæres ſtatim atque mortuus eſt teſtator, ipſo jute hæres efficitur, etiamſi aditio illicò non ſequatur, *l. in ſuis*, 14. *ff. de ſuis & legit. hæred.* ſed extraneus hæres non exiſtit niſi adeat, §. *item extraneus*, 7. *hic.*

Quid eſt ius deliberandi, & quibus hæredibus competit?

Ius deliberandi.

Ius deliberandi eſt quædam facultas hæredi cõceſſa vt ſecum diligenter cogitet, vel in mente ſua reuoluat, vel cum amicis exploret, excuſſis diligenter bonis & rationibus defuncti, & an hæreditas ſit lucroſa vel damnoſa, & an expediat eam adire vel repudiare de quo iure eſt titulus, *ff. & C. de iur. delib.* non enim omnis hæreditas eſt lucroſa, ſed vt plurimùm damnoſa, l. ſi hæreditatem, in 2. reſponſo, ff. mandati.

Quibus competat ius deliberandi.

Iure Ciuili ſolis hæredibus extraneis competebat jus deliberandi, quippe qui ſoli poſſent velle aut nolle hæreditatem adire, cùm contrà neceſſarij vellent nollent adire cogerentur : Iure verò Prætorio conceſſum fuit jus abſtinendi ſuis hæredibus, §. *ſui autem*, 2. *in fi. hic.* & per conſequens ius deliberandi, ita vt quod ſolis hæredibus extraneis & voluntariis proprium erat iure ciuili, factum ſit iure Prætorio commune, & ſuis & extraneis hæredibus, vt tam illi quàm hi deliberare poſſent, verùm ſe immiſcere vellent hæreditati paternæ, vel teſtatoris §. *extraneis*, 5. *hic. l. ſi quis*, 8. *& l. ſeq. ff. de iur. delib.*

Quodnam tempus ad deliberandum à Prætore petenti concedebatur?

Tempus conceſſum ad deliberandum.

Ex *l.* 1. §. 1. *ff. de iur. delib.* patet, Prætorem dediſſe tempus ad deliberandum petenti hæredi, pauciores autem centum dierum non dabantur *l.* 2. *ff. eod.* ideo dies aditionis centeſimus dicitur reſpectu agnatorum & cognatorum, §. 4. *infr. de bon. poſſ.* Vulgò à Principe annus integer fuit ad deliberandum conceſſus, ab aliis judicibus nouem menſes indulti fuerunt, ne creditores diutiùs detinerentur, *l. fin.* §. *& hac quidem*, 13. *verſ. ſed quia &c. de iur. deliber.*

Seruus hæres qui ſemel ſe immiſcuit & extraneus, qui ſemel adiuit hæreditatem poſſunt-ne eam relinquere?

Hæreditas ſemel adita non poteſt relinqui.

Non, *l.* 4. *C. de repud. hæred.* quamuis illis ſit damnoſa, & bona hæreditaria creditoribus non ſufficiant, §. *extraneis*, 5. *hic.* ſibi námque imputare debent, quòd hæreditati ſeſe immiſcuerint, vel eam adierint, *arg. l. quod quis*, 203. *ff. de reg. iur.* adde quòd nemo conſilium cum alterius iactura mutare queat, *l. nemo* 75 *ff. de reg. iur.* & hæres adeundo vel immiſcendo quaſi contrahat cum creditoribus hæreditariis, §. *hæres quoque*, 5. *infr. de oblig. quæ quaſ. ex contract. naſc.*

Minor reſtituendus ſi damnoſam hæreditatem adierit.

Ab hac regula excipitur minor, qui per imprudentiam & propter infirmam ætatem adiit, vel ſe immiſcuit, is enim à Prætore in integrum reſtituitur ſicut in omnibus aliis cauſis ſi læſus aut deceptus comperiatur, §. *extraneis* 5. *hic. & tot. tit. ff. de minor. & l. neceſſariis* 57. §. 1. *ff. de acquir. vel omitt. hæred.*

Eſt-ne hodie neceſſarium ius deliberandi?

Iuſtinianus non ſuſtulit iuris deliberandi grauamen, ſed tantùm conſtituit tale ius non eſſe neceſſarium, ſi quis eo omiſſo inuentarium conficere & legis beneficio vti voluerit, §. *extraneis*, 5. *hic. & l. fin.* §. *ſin autem hoc*, 14. *C. de iur. delib.* Quod quidem beneficium valde eſt vſitatum hodie, & quo gaudent illi qui dubitant de viribus hæreditatis ſiue maiores illi ſiue minores ſint, ſiue milites ſiue non, ita tamen vt ante confectionem inuentarij nihil ſubripiant, vel celent vel amoueant ſub pœnâ dupli, ſi maiorem eſſe ſubſtantiam quàm in Inuentario ſit deſcripta, probauerint creditores, & legatarij *l. ſcimus*, 22. §. *licentia, C. de iur. delib. Nou.* 1. c. 1.

Inuentarij beneficium.

Notandum hîc hæredem purè dictum excludere hæredem cum beneficio legis in linea collaterali, non in recta, *Pape, lib* 21. *tit.* 10. *arr.* 7.

Notandum adhuc hæredem beneficio Inuentarij non priuari tali beneficio etiamſi aliquid omiſerit aut recelauerit, vel amouendum curauerit, ſupplen-

dum enim eſt quod non fuit deſcriptum & duplum teſtituendum, *Expill. 2. part. cap. 169. per. l. fin. §. licentia, Cod. de iur. deliber.*

Vnde dictum, & quid eſt Inuentarium? & quæ in eo conficiendo requiruntur?

Inuentarium vnde dictū. Inuentarium ab hætede confectum, de quo ſolo hic agitur, quod aliàs teperторium dicitur, ita appellatur eo quòd res omnes hæreditariæ in eo deſcriptæ inueniantur. *l. vlt. C. arbitr. tut.* non ſolùm res quæ tempore mortis teſtatoris adfuerũt, ſed etiam alij fructus & acceſſiones quæ poſt defuncti obitum ex hæreditate perceptæ ſunt: fructus namque iſti ad hæreditatem pertinent, *l. quod ſeruus, 38. ff. de leg. 2.* & pars rei intelliguntur, *l. fructus pendentes 44. ff. de rei vindic.*

Inuentarium quid ſit. Definitur inuentarium deſcriptio ſiue annotatio publica atque legitima omnium bonorum defuncti Iudicis authoritate facta, citatis omnibus quorum intereſt.

In Inuentario requiſita. In Inuentario rectè conficiẽdo quinque potiſſimùm requiruntur, I. Iudicis authoritas, II. Citatio creditorum, legatariorum, & aliorum omnium ad quos res pertinent, vt certâ die, horâ, & loco adſint ad videndum quomodo hæres inchoandum, proſequendum & perficiendum curet Inuentarium, *Bald. in l. fin. §. ſin autem dubius. C. de iur. deliber. Guid. Pap. in tr. de forma Inuentarij, n. 1. & 2. & in deciſ.* 571. Ratio eſt, quia in vno quoque actu præiudiciali pars debet citari, aliàs non valet quod agitur, res enim inter alios acta & iudicata tertio non nocet, *tot. tit. res inter alios, act. l. vlt. vbi Dd. ff. de re iudic. l. ſi cui 7. §. iiſdem criminibus, 2. ff. de accuſat. l. Modeſtinus, 10. ff. de except.* Quod tamen quadraginta duobus modis limitat *Tiraq. in Tract. ad tit. C. res inter alios acta, &c.* à numero 5. vſque ad finem. *Citatio partis in vnoquoque actu requiſita. Res inter alios acta, & iudicata tertio non nocet.* Debet enim pars ipſamet citari ſi præſens, aut ad domicilium per affixionem exempli ad fores vno teſte vidente, *Fab. def. 1. C. de in ius vocand. Fran. 1. 1539. art. 9.* quòd ſi abſit & nullum habeat domicilium in Prouincia, fiet citatio ad Prouinciæ confines proximiores, ibique exemplũ affigetur citationis, *id. ibid. defin. 2.* nec valebit citatio ſine literis Iudicis, *ibid. def. 7. n. 2.* *Citatio vel fit in perſona, vel ad domicilium. & plura de citationibus.* Quòd ſi citatus perſonaliter, nõ veniat, cõtumax erit, *l. 1. & ibi Bart. n. 2. C. quor. appell. non recip.* & is poſteà non audietur niſi teſtituat expenſas & damna, *l. ſancimus, C. de iudiciis.* Et ſi citandus plura habeat domicilia, ſufficiet ſi in præcipuo, aut in eo in quo habitabit tempore habitationis citetur, Maſuer. tit. de adiornamentis, n. 22.

Corpus quomodo citandum. Quoad corpus, collegium captiuum, illud citabitur in perſona conſulis, aut Prioris ſi præſens ſit, aut alterius qui ſit de illo corpore, collegio, aut capitulo, *Maſu. pract. tit. de adiornam. n. 18. & 19. Papo, lib. 7. tit. 4. art. 2.* Debet ergo pars neceſſario citari aliàs non valebit quod agitur, *l. de vnoquoque, 47. ff. de re iudic. l. nam ita diuus, 39. ff. de adopt.* & hoc ideo procedit vt etiam in notoriis citatio requiratur, *Bart. in l. cum fratrem. 9. in vlt. colum. verſ. dubitari conſueuit, C. de his quib. vt indign.*

Subſcriptio notarij. III. Requiritur ſubſcriptio hæredis, vel ſi ſcribere neſciat, notarij: deinde præſentia teſtium hæredem cognoſcentium, *l. vlt. §. 2. C. de iur. delib.*

Tẽpus inchoãdi & perficiendi Inuẽtarij. IV. Debet confici Inuentarium intra tres menſes, inchoari nimirum intra triginta dies poſtquam hæres nouit delatam ſibi hæreditatem, *Pap. lib. 22. tit. 10. art. 5* & perfici intra dies ſexaginta, *l. ſcimus. 22. §. ſin autem 2. C. de iur. deliber. Matth. annot. in quæſt. 571. Guid. Pap.* & ſic tres menſes ſunt.

A Notario publico debet conſcribi inuentariũ. V. Debet Inuentarium conſcribi propriâ manu notarij publici. In ſumma locorum conſuetudo ſeruari debet, quæ in hoc negotio prævalere dicitur, *d. l. 22. §. ſin autem dubius eſt, 2. & l. ſeq. C. de iur. deliber.* Si hæres prædictas formas ſtrictè, & ad vnguem non obſeruauerit, nõ gaudebit beneficio Inuentarij, *l. fi. §. 12. C. de iur. delib. Nou. de hæred. & Falcid. 1. c. 2. §. 2. Papo. tit. de Inuentar. art. 6.*

Quænam beneficia percipit hæres ex confectione Inuentarij?

Dicitur vulgò Inuentarij beneficium, eo quòd confecto rerum hæreditariarum Inuentario, hæres hoc gaudeat beneficio vt vltra vires hæreditarias legatariis & creditoribus hæreditariis non teneatur, *§. ſed noſtra, 7. hic.* aliàs dicitur beneficium legis, nempe *legis ſcimus, 22. C. de iur. delib.* in cuius principio ita loquitur Imperator, *Ex omnibus itaque iſtis vnam legem colligere nobis apparuit eſſe humanum, & non ſolùm milites adiuuare huiuſmodi beneficio, ſed etiã ad omnes hoc extẽdere.* *Beneficiũ legis.*

Multa autem percipit hæres beneficia ex confectione Inuentarij.

Beneficia quæ hæres I. Si confecit Inuentarium hæres, non tenebitur vltra vires hæreditarias, *§. ſed noſtra,*

percipit ex confectione inuentary.

noſtra,7. hic leg.vlt. §. etſi præfatum, 4. *cod. de iur. delib.* & nihil de ſua ſubſtantia amittere poterit, nullúmque ſentire damnum, *d.l.fin. §. etſi præfatam, & § in computatione*, *Cod. de iur. deliber.* Sed ſi non fecit inuentarium, in ſolidum tenebitur, *gloſ.fi. in l. in teſtamento*.3. *C. de teſtam. milit.* ita loquitur Paul de Caſtr. *in l ſeruum filij, §. ſi idem, n.4. ff. de leg.*1. Iure ipſo, inquit, hodie facto inuentario non valent legata vltra vires hæreditatis. Qui ergo dicit ſe hæredem cum beneficio inuentarij, & ita non vult teneri vltra vires hæreditatis, debet inuentarium exhibere, alioqui tenebitur vt hæres purus, Fab. *defin.*8. *C. de iur. delib. & defin.*32. *C. eod.*

II. Non poterit à creditoribus hæres tanquam hæres conueniri antequam perfectum ſit inuentarium, *d.l.vlt. §. donec tamen*, 11. *C. de iur. delib.* Guid. Pap. *quæſt.* 571. *num.*7. & 8. niſi pium legatum peratur, Tepat. *de inuentario cum beneficio leg. cap.*36. vel alimentum pauperi relictum. Surd. *de alim. tit.*8. *cap.*11. aut viduæ defuncti, Rebuff. *art.*3. *gloſ. num.*4. *de ſentent. prouiſ.* Etiamſi non poſſit conueniri hæres dum fit inuentarium, tamen poteſt alios conuenire, Guid. pap. *de quæſt.*571 Boer, *deciſ.*53. *n.*3. Capell. Thol. *q.*258.

III. Cogentur creditores in ſolutum res hæreditarias occupare, ſi in hæreditate non ſit pecunia, neque enim tenetur vendere hæres, & ſe pro euictione obligare, *argum. leg. non dubium*, 14. *§. vlt. ff. de leg.*1. *& leg. vlt. §. etſi præfatam*, *Cod. de iur. deliber.*

IV. Omnes ſumptus factos in confectionem inuentarij deſumet ex bonis hæreditariis, *l. ſcimus*, 22. *§. in computatione*, *Cod. de iur. delib.* Plura beneficia vide apud Iaſon, *in leg. ſcimus*, *& § etſi præfatum*, *Cod. de iur. deliber.* vbi ſeptem enumerantur vtilitates.

Denique hæres cum beneficio inuentarij poterit iure retentionis conſequi quicquid in funus, teſtamenti inſinuationem, & alias neceſſarias hæreditatis cauſas expendit, *d.l. ſcimus*, *§. in computatione*, *C. de iur. delib.*

Hæres ſuccedit in omne ius defuncti.

Ex his patet eum qui non confecit inuentarium teneri & obligari, nec tantùm pro rebus hæreditariis, ſed etiam vltra eas æs alienum ſoluere. Ratio eſt, quia ſuccedit in ius defuncti tam actiuum quàm paſſiuum, eiúſque perſonam repræſentat, *l.fi. §.*12. *vbi communiter*, Dd. *C. de iur. delib. nou.*1. *c.*61. Mynſing. *in § ſed noſtra, n.*14. *hic*. Roſenth. *de feudis, c.*7. *concl.* 20. *n.*12. Tamen ſuus hæres habet à Prætore abſtinendi beneficium ſi ſe non miſcuerit, ſecùs ſi ſe immiſcuerit, niſi reſtituatur vt minor, *l.*57. *ff. de acq. vel omit. hæred* nam maior reſtitui nequit aduerſus omiſſum inuentarium, neque aduerſus hæreditatis aditionem, Fab. *defin.* 7. *C. de iur. delib. & defin.*18. *C. eod.* Guid. Pap. *qu.*474. *num.*4.

Si hæreditas ſit ſoluendo inuentarium non prodeſt.

Hic notandum inuentarium non prodeſſe quatenus hæreditas eſt ſoluendo, Boer. *deciſ* 23. *n.*20.

Filius negligens confectionem inuentarij perdit-ne legitimam, & Trebellianicam?

Filius non perdit legitimam etiamſi nõ conficiat inuentarium.

Non perdit, cùm ante legata tanquam æs alienũ deducatur legitima, & pro hac ſententia eſt *gl. in § vlt. & pen. C. de iur. delib.* Guid. Pap. *deciſ.*53 Fab. *defi* 23 *C. de iur. delib.* Deinde legitima debetur liberis iure naturæ, ac perinde adimi non poteſt aut ob inuentarium omiſſum, aut aliam ob cauſam Trebellianicam nonnulli putent amitti, illi contrarium ſuſtinent, veriorem dicit eſſe primam opinionem Giphan. *ad l. vlt. C. de iur. delib.*

Poteſt-ne teſtator inuentarij confectionem hæredi remittere?

Teſtator poteſt inuentarij confectionem remittere hæredi.

Poteſt, in præiudicium legatariorũ, & fideicommiſſariorum, Fachin. *lib.*6. *controuerſ. iur. cap.*25. Clar *de teſtament. qu.*66. *in princ. nu.*1. ſed non in creditorum detrimentum, nam alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, *l. non debet*, 74. *ff. de reg. iur. l. debitorem pactionibus*, 25. *C. de pactis*. Tuſch. *tom.*1, *lit. A. concluſ.*313. nec poteſt quiſquam conſilium ſuum mutare in alterius detrimentum, *l. nemo* 75. *ff. de reg. iur.* Ratio ſententiæ eſt deſumpta ex eo, quòd teſtator poſſit prohibere ne fideicommiſſarius cautionem exigat fideicommiſsi ſeruandi cauſâ ab hærede dari ſolitam, *l.*2. *& l. penult. Cod. vt in poſſeſſ. leg. &c.* cautio autem illa in fauorem fideicommiſſarij ſit inducta, & inuentarium in fauorem hæredis, ita vt ſi illam prohibere poſsit teſtator, *dd. ll.* ita & hoc.

Poteſt-ne teſtator prohibere hæredi ne cum Inuentario adeat?

Non poteſt teſtator prohibere hæredi ne cũ inuentario adeat.

Non, poteſt tamen hæredi ſub hac cõditione ſubſtituere ſi inuentariũ conficere velit, item hæredẽ inſtituere ſub hac

conditione, ſi inuentarium non fecerit Fab. *deſin.* 43. *Cod. de iur. delib.* Expill. 2. *part. cap.* 170.

Hæreditas quomodo aditur?

Modi adeunda hæreditatis.

Vel verbo, *id eſt*, nudâ voluntate expreſsâ, cùm quis ſe velle adire qualibuſcunque verbis profiterur, *l. 12. ff. de interr. in iur. &c.* vel facto, cùm quis ſe pro hærede gerit, ranquam dominus: pro hærede enim gerit, qui pro domino gerir, quia veteres pro dominis appellabant hæredes, §. *fin. hic.* & qui aliquid quaſi hæres gerit, *leg. 20. Digeſtis de acqu. vel omitt. hæreditate*: & quod non alitet quàm vt hæres agere, aur gerere poſſet. Si aurem quis pro hærede, vel domino gerit, ſi rebus hæreditariis veluti hæres ſeſe immiſceat, Barr. *in l. gerit. ff. de acquir. hæred.* & ea faciendo quæ dominus in re ſua facere conſueuit, *hic. §. pro hærede 9. & §. item extraneus, 8. & l. pro hærede, 20. & paſſ. ff. de acquir. vel omitt. hæred.* Tum debita hæreditaria ſoluendo, *l. 2. C. de iur. delib.* vel creditum hæreditarium recipiendo, Socin. *in conſ. 89. n. 8. vol. 1.* vel quando promiſit debitum non perere, Menoch. *in conſ. 1. num. 489.* tunc ſanè hæredis actum verè exercet, vt etiam cùm negotium à teſtarore cœptum perficir, *l. Iulian. 42. §. ſi is ſocietatẽ, 1. ff. de acqu. hæred.*

Pro hærede gerere quis dicatur.

Quis pro hærede nõ gerat.

Tamen ille non ſe gerit pro hærede qui proſpicir rebus hæreditariis perituris, *l. Ariſto. 5. §. ſi maior. ff. de iur. delib.* eas cuſtodiendo, *leg. pro hærede, 20. §. 1. ibi, ſeruos, ff. de acquir. vel omitt. hæred.* neque ille qui funeris causâ ſumptus fecir, quia pietatis causâ eos feciſſe dicendus, *leg. etſi quis, 14. §. plerique, 8. Digeſtis de relig. & ſumpt. fun.* Guid. Coquill. *in quæſt. 254.*

Mutus & ſurdus poſſunt-ne ſe pro hæredibus gerere?

Mutus & ſurdus ſe pro hæredib. ge- [illegible]

Poſſunt, ſiue naturâ ſiue caſu tales ſint facti, nempe gerendo pro hæredibus, vel nutu voluntatem ſuam declarando, §. *item extraneus, 8. hic. in fin. leg. mutum, 5. & leg. pater. 93. §. 1. & 2. Digeſtis de acquir. vel omitt. hæred.* ſi modò intelligant quod agunt, alioqui non aliter quàm tutoris vel curatoris conſilio adire poterunt.

TITVLVS XX.

DE LEGATIS.

TEXTVS.

POst hæc videamus de legatis: quæ pars juris extra propoſitam quidem materiam videtur. (nam loquimur de iis juris figuris, quibus per vniuerſitatem res nobis adquiruntur) ſed cùm omninò de teſtamentis, & de hæredibus, qui in teſtamento inſtituuntur, loquuti ſumus, non ſine cauſa ſequenti loco poteſt hæc juris materia tractari.

1 ¶ Legatum itaque eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.

2 ¶ Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem: & certa quædam verba cuique generi legatorum adſignata erant, per quæ ſingula genera legatorum ſignificabantur. Sed ex conſtitutionibus diuorum Principum ſolennitas huiuſmodi verborum penitus ſublata eſt. Noſtra autem conſtitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores eſſe cupientes, & non verbis, ſed voluntatibus eorum fauentes, diſpoſuit, vt omnibus legatis vna ſit natura, & quibuſcunque verbis aliquid relictum ſit, liceat legatariis id perſequi, non ſolùm per actiones perſonales, ſed etiam per in rem, & per hypothecariam. Cùm conſtitutionis perpenſum modum ex ipſius tenore perfectiſſimè accipere poſſibile eſt.

3 ¶ Sed non vſque ad eam conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem ſtrictè concludentem, fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis deſcendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare: vt nulla ſit inter ea differentia, ſed quod deeſt legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid ampliùs eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus quandam introducamus difficultatem, operæpretium eſſe duximus, interim ſeparatim priùs de legatis: & poſtea de fideicommiſſis tractare, vt natura vtriuſque juris cognita, facilè poſſint permiſtionem eorum eruditi ſubtilioribus auribus accipere.

4 ¶ Non ſolùm autem teſtatoris vel hæredis res, ſed etiam aliena legari poteſt: ita vt hæres cogatur redimere eam, & præſtare, vel ſi eam non poteſt redimere, æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res, cuius commercium non eſt, [vel adipiſci non poteſt:] nec æſtimatio eius debetur, veluti ſi campum Martium, vel baſilicas, vel templa, vel quæ publico vſui deſtinata ſunt, legauerit: nam nullius momenti [tale] legatum eſt. Quod autem diximus alienam rem poſſe

poſſe legari: ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe, non ſi ignorabat. Forſitan enim ſi ſciuiſſet alienam rem eſſe, non legaſſet: & ita diuus Pius reſcripſit. Et verius eſt ipſum qui agit, id eſt, legatarium probare oportere, ſciuiſſe alienam rem legare defunctum: non hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit.

5 ¶ Sed & ſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet hæres [eam] luere. Et [in] hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe, & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expreſſerit: non debet hæres eam luere.

6 ¶ Si res aliena legata fuerit: & eius rei viuo teſtatore legatarius dominus factus fuerit: ſi quidem ex cauſa emptionis: ex teſtamento actione pretium conſequi poteſt. Si verò ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia ſimili cauſa, agere non poteſt: nam traditum eſt duas lucratiuas cauſas in eundem hominem & eamdem rem concurrere non poſſe. Hac ratione, ſi ex duobus teſtamentis eadem res eidem debeatur: intereſt, vtrùm rem, an æſtimationem ex teſtamento conſequutus ſit, nam ſi rem habet, agere non poteſt, quia habet eam ex cauſa lucratiua, ſi æſtimationem, agere poteſt.

7 ¶ Ea quoque res, quæ in rerum natura non eſt, ſi modò futura eſt, rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

8 Si eadem res duobus legata ſit, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim: ſi ambo perueniant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum: ſi alter deficiat (quia aut ſpreuerit legatum, aut viuo teſtatore deceſſerit, vel alio quoquo modo defecerit) totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim autem legatur, veluti ſi quis dicat, *Titio & Seio hominem Stichum do lego*, diſiunctim ita, *Titio hominem Stichum do lego. Seio hominem Stichum do lego.* Sed & ſi expreſſerit eundem hominem, Stichum, æquè diſiunctim legatum intelligitur.

6 ¶ Si cui fundus alienus legatus ſit, & emerit proprietatem deducto vſufructu, & vſusfructus ad eum peruenerit, & poſtea ex teſtamento agat: rectè eum agere, & fundum petere, Iulianus ait: quia vſusfructus, in petitione, ſeruitutis locum obtinet, ſed officio iudicis continetur, vt deducto vſufructu, iubeat æſtimationem præſtari.

10 ¶ Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum: quia quod proprium eſt ipſius, ampliùs eius fieri non poteſt: & licèt alienauerit eam, non debetur nec ipſa res, nec æſtimatio eius.

11 ¶ Si quis rem ſuam quaſi alienam legauerit, valet legatum, nam plus valet quod in veritate eſt, quàm quod in opinione. Sed & ſi legatarij eſſe putauit, valere conſtat, quia exitum voluntas defuncti habere poteſt.

12 ¶ Si rem ſuam legauerit teſtator, poſteáque eam alienauerit: Celſus putat, ſi non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi. Idemque diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Iidem reſcripſerunt eum, qui poſt teſtamentum factũ prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademiſſe legatum non videri: & ideò legatarium cum hærede [eius] agere poſſe, vt prædia à creditore luantur. Si verò quis partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non eſt alienata omninò debetur: pars autem alienata ita debetur, ſi non adimendi animo alienata ſit.

13 Si quis debitori ſuo liberationem legauerit legatum vtile eſt: & neque ab ipſo debitore, neque ab hærede eius poteſt hæres petere: neque ab illo, qui hæredis loco ſit. Sed & poteſt à debitore conueniri, vt liberet eum. Poteſt etiam quis vel ad tempus iubere, ne hæres petat.

14 ¶ Ex contrario, ſi debitor creditori ſuo quod debet legauerit: inutile eſt legatum, ſi nihil plus eſt in legato, quàm in debito: quia nihil ampliùs per legatum habet. Quòd ſi in diem, vel ſub conditione debitum ei purè legauerit: vtile eſt legatum propter repræſentationem. Quòd ſi viuo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus ſcripſit, vtile eſſe nihilominus legatum: quia ſemel conſtitit, quod & verum eſt. Non enim placuit ſententia exiſtimantium, extinctum eſſe legatum, quia in eam cauſam peruenerit, à qua incipere non poteſt.

15 ¶ Sed ſi vxori maritus dotem legauerit, valet legatum, quia plenius eſt legatum, quàm de dote actio. Sed ſi quam non accepit dotem, legauerit: diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſi quidem ſimpliciter legauerit, inutile eſſe legatum: ſi verò certa pecunia, vel certum corpus, aut inſtrumenta dotis in relegando demonſtrata ſunt, valere legatum.

16 ¶ Si res legata ſine facto hæredis perierit, legatario decedit. Et ſi ſeruus alienus legatus ſine facto hæredis manumiſſus fuerit: non tenetur hæres. Si verò hæredis ſeruus legatus ſit. & ipſe eum manumiſerit, teneri ipſum Iulianus ſcripſit: nec intereſt, ſciuerit, an ignorauerit à ſe legatum eſſe. Sed & ſi alij donauerit ſeruum, & is, cui donatus eſt, eum manumiſerit: tenetur hæres quáuis ignorauerit à ſe eum legatum eſſe.

17 ¶ Si quis ancillas cum ſuis natis legauerit, etiamſi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem eſt, & ſi ordinarii ſerui cum vicariis legati fuerint: quia licèr mortui ſint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed ſi ſeruus fuerit cum peculio legatus: mortuo ſeruo, vel manumiſſo, vel alienato, peculij legatum extinguitur. Idem eſt, ſi fundus inſtructus, vel cum inſtrumento legatus fuerit Nam fundo alienato, & inſtrumenti legatum extinguitur.

18 ¶ Si grex legatus fuerit: & poſteà ad vnam ouem peruenerit: quod ſuperfuerit, vindicari poteſt. Grege autem legato, etiam eas oues, quæ poſt teſtamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Eſt autem gregis vnum corpus ex diſtantibus capitibus, ſicut ædium vnum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus.

19 ¶ Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quæ poſt teſtamentum factum adiecta ſunt, legato [dicimus] cedere.

20 ¶ Si peculium legatum fuerit: ſine dubio, quicquid peculio accedit, vel decedit viuo teſtatore, legatarij lucro vel damno eſt. Quòd ſi poſt mortem teſtatoris antè aditam hæreditatem [ali-

Digitized by Google

quid] ſeruus acquiſierit: Iulianus, ait, ſi quidem ipſi manumiſſo peculium legatum fuerit: omne, quod ante aditam hæreditatem adquiſitum eſt, legatario cedere, quia huiuſmodi legati dies ab adita hæreditate cedit, ſed ſi extraneo peculium legatum fuerit: non cedere ea legato, niſi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium. Peculium autem, niſi legatum fuerit, manumiſſo non debetur: quamuis ſi viuus manumiſerit, ſufficit, ſi non adimatur, & ita diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt. Idem reſcripſerunt peculio legato, non videri id relictum, vt petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber eſſe juſſus eſt, & ex eo reliqua inferre.

21 ¶ Tam autem corporales res legari poſſunt, quàm incorporales, ideò quod defuncto debetur, poteſt alicui legari, vt actiones ſuas hæres legatario præſter: niſi exegerit viuus teſtator pecuniam, nam hoc caſu legatum extinguitur. Sed & tale legatum valet, *damnas eſto heres meus domũ illius reficere*, vel *illũ ære alieno liberare*.

22 ¶ Si generaliter ſeruus vel res alia legetur: electio legatarij eſt, niſi aliud teſtator dixerit.

23 ¶ Optionis legatum, [id eſt,] vbi teſtator ex ſeruis ſuis, vel aliis rebus optare legatarium juſſerat, habebat olim in ſe conditionem: & ideò niſi ipſe legatarius viuus optaſſet, ad hæredem legatum non tranſmittebat: ſed ex conſtitutione noſtra & hoc in meliorem ſtatum reformatum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarij optare [ſeruum,] licèt viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in noſtra cõſtitutione additum eſt: ſiue plures legatarij extiterint, quibus optio relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo: ſiue vnius legatarij plures hæredes, [ſint,] & inter ſe circa optandum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra beneuolentiam introducebant) fortunam eſſe huius optionis judicem, & ſorte hoc eſſe dirimendũ, vt ad quem ſors venerit, illius ſententia in optione præcellat.

24 ¶ Legari autem illis ſolùm poteſt, cùm quibus teſtamenti factio eſt.

25 ¶ Incertis verò perſonis neque legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat. Nam ne miles quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, vt diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubijciebat: veluti ſi quis ita dicat, *quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato*. Illud quoque, quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati eſſent: æquè incertæ perſonæ legari videbatur, & denique multæ aliæ huiuſmodi ſpecies ſunt. Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari, quia placebat nominatim ſeruos liberari. Sub certa verò demonſtratione. id eſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ rectè legabatur: veluti, *ex cognatis meis, qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato*. Incertis autem perſonis legata vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſoluta, repeti non poſſe, ſacris conſtitutionibus cautum erat.

26 ¶ Poſthumo quoque alieno inutiliter [antea] legabatur. Eſt autem alienus poſthumus, qui natus inter ſuos, hæres teſtatori futurus non eſt. Ideóque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthumus auo.

27 ¶ Sed nec huiuſmodi ſpecies penitus eſt ſine juſta emẽdatione relicta, quum in noſtro Codice conſtitutio poſita ſit per quam & huic parti medemur, non ſolùm in hæreditatibus, ſed etiam in legatis & fideicommiſſis, quod euidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit. Tutor autem nec per noſtram conſtitutionem incertus dari debet: quia certo judicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati cauere.

28 ¶ Poſthumus autem alienus hæres inſtitui & antè poterat, & nunc poteſt, niſi in vtero eius ſit, quæ jure noſtro vxor eſſe non poteſt.

29 ¶ Si quidem in nomine, cognomine, prænomine, [agnomine] legatarij teſtator errauerit: cùm de perſona conſtat, nihilominus valet legatum. Idémque in hæredibus ſeruatur, & rectè. Nomina enim, ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt: qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt.

30 ¶ Huic proxima eſt illa iuris regula, falſa demonſtratione legatũ non perimi: veluti ſi quis ita legauerit, *Stichum ſeruum meum vernã do lego*: licèt enim non verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſeruo conſtat, vtile eſt legatum. Et conuenienter, ſi ita demonſtrauerit. *Stichum ſeruum, quem à Seio emi*, ſitque ab alio emptus: vtile eſt legatum, ſi de ſeruo conſtat.

31 ¶ Longè magis legato falſa cauſa [adiecta] non nocet: veluti cùm quis ita dixerit: *Titio quia me abſente negotia mea curauit, Stichum do lego*: vel ita, *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichum do lego*. Licèt enim neque negotia teſtatoris vnquam geſſerit Titius, neque patrocinio eius liberatus ſit, legatum tamen valet. Sed ſi conditionaliter enunciata fuerit cauſa: aliud juris eſt, veluti hoc modo, *Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum* [*meum*] *do lego*.

32 ¶ An ſeruo hæredis rectè legemus, quæritur, & conſtat purè inutiliter legari, nec quicquam proficere, ſi viuo teſtatore de poteſtate hæredis exierit: quia quod inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator, hoc non debet ideò valere, quia diutius teſtator vixerit. Sub conditione verò rectè legatur [ſeruo,] vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hæredis non ſit.

33 ¶ Ex diuerſo, hærede inſtituto ſeruo, quin domino rectè etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam etſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſerit teſtator: non tamen apud eum, qui hæres ſit, dies legati cedere intelligitur: cùm hæreditas à legato ſeparata ſit: & poſſit per eum ſeruum alius hæres effici, ſi priùs, quàm juſſu domini adeat, in alterius poteſtatem tranſlatus ſit: vel manumiſſus ipſe hæres efficitur, quibus caſibus vtile eſt legatum: Quod ſi in eadem cauſa permanſerit, & juſſu legatarij adierit: euaneſcit legatum.

34 ¶ Ante hæredis inſtitutionem inutiliter antea legabatur ſcilicèt quia teſtamenta vim ex inſtitutione hæredis accipiunt, & ob id veluti

caput

caput atque fundamentum intelligitur totius teſtamenti hæredis inſtitutio. Pari ratione nec libertas, ante hæredis inſtitutionem dari poterat. Sed quia inciuile eſſe putauimus, ſcripturæ ordinem quidem ſequi (quod & ipſi antiquitati vituperandum fuerat viſum) ſperni autem teſtatoris voluntatem: per noſtram conſtitutionem & hoc vitium emendauimus: vt liceat & ante hæredis inſtitutionem, & inter medias hæredum inſtitutiones legatum relinquere, & multò magis libertatem, cuius vſus fauorabilior eſt.

35 ¶ Poſt mortem quoque hæredis aut legatarij ſimili modo inutiliter legabatur: veluti ſi quis ita dicat, *cum heres meus mortuus fuerit, do lego*, Item, *pridie quàm heres aut legatarius morietur*. Sed ſimili modo & hoc correximus, firmitatem huiuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicommiſſorum inueniatur.

36 ¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter [antea] legabatur & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legati videtur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quò magis aliquid faciat, aut non faciat: veluti ſi quis ita ſcripſerit: *heres meus ſi filiam ſuam in matrimonium Titio collocauerit*: vel ex diuerſo, *ſi non collocauerit, dato decem aureos Sejo*: aut ſi ita ſcripſerit, *heres meus ſi ſeruum S... alienauerit*: vel ex diuerſo, *ſi non alienauerit, ... itio decem aureos dato*. Et in tantum hæc regula obſeruabatur, vt quàm plurimis principalibus conſtitutionibus ſignificaretur, nec principem agnoſcere, quòd ei pœnæ nomine legatum ſit, nec ex militis quidem teſtamento talia legata valebant, quamuis aliæ militum voluntates in ordinandis teſtamētis valdè obſeruabantur, quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari poſſe placebat, eo ampliùs nec hæredem pœnæ nomine adiici poſſe, Sabinus exiſtimabat: veluti ſi quis ita dicat, *Titius heres eſto, ſi Titius filiam ſuam in matrimonium Sejo collocauerit, Sejus quoque heres eſto.* Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, vtrùm legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit: & generaliter ea, quæ relinquuntur, licèt pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium tranſlata: nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis quæ impoſſibilia ſunt, vel legibus interdicta, aut aliàs probroſa. Huiuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporum non patitur.

Quare agit Iuſtinianus de legatis poſt teſtamenta?

Connexio. HIc titulus de legatis prima fronte videri poſſet malè hoc in loco appoſitus vbi agitur de eo jure quo nobis per vniuerſitatem res acquiruntur, cùm legato tantùm nobis acquiramus per ſingularitatem: ſed quoniam de hæreditatibus quę ex teſtamento deferuntur, diſſeruimus, in teſtamento autem & legata relinquuntur, §.10. *infr. de fideicommiſſ. hæred.* non malè de legatis proximè agendum ſequitur poſt teſtamenta: ſunt enim legata teſtamentorum partes, acceſſoria, vel appendices, quæ non niſi ex teſtamento valent. §. *præterea*, 20. *infr. de fid. i om. hæred.* attamen hodie ab inteſtato legata relinqui, & valere poſſunt, *l.* 1. *C. de legat. & l. vn. §. hæc ... tem*, 14. *C. de caduc. toll. accurſ. hic. ſuper verbo ſequenti.* Porrò in hoc titulo oſtenditur quomodo legata inſtituantur: in tit. 21. quomodo adimantur & transferantur: in tit 22. quomodo per Falcidiam diminuantur. Referendus eſt iſte titulus ad *lib. 30. ff. & 5. ſeqq. tum ad tit. C de legat. & alios ſeqq. vſque ad tit. de legit. hæred.* Legata nō niſi ex teſtamento valent.

Vnde dictum, & quid eſt legatum?

Nonnulli putant legatum dictum à lege, quia ſecundùm legis formulam & præſcriptum relinquitur: alij à legendo, *id eſt*, deligendo, quoniam qui legat deligit ex omnibus bonis, quod mauult legatario quàm hæredi relinquere, Giphan. *ad princip. de legat. inſtit.* dicit legati verbum deductum eſſe à Græco λόγειν antiquo, vnde λῆξις veteribus Græcis idem valet quod legatum ſiue potiùs bona, & hæreditas. Legati etymon.

Definitur legatum donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda, §. 1. *hic. leg. legatum* 56. *Digeſtis de leg.* 2. Vel delibatio, *id eſt*, deductio aut diminutio hæreditatis, quâ teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit, *leg. legatum eſt*, 116. *Digeſtis de leg.* 1. Prior definitio eſt Iuſtiniani, poſterior Florentini. Eſt ergo legatum *donatio*, quia in multis æquiparatur donationi cauſâ mortis, & ex mera liberalitate legantis pendet, *leg.* 1, *Digeſtis de donat. l. rem legatam*, 18. *Digeſt. de adimend. vel transferend. leg.* Eſt donatio *à defuncto relicta*, quia non debetur legatum, niſi teſtamentum morte confirmatum ſit, tunc rectâ viâ à legante ad legatarium tranſit, *leg.* 64. *Digeſtis de furt.* quoad jus dominij, non quoad poſſeſſionem quam ab hærede petere debet. Quòd ſi legatarius decedat ante teſtatorem, legatum fiet caducum, *leg. vnica. §. & cum triplici, ibi, & viuo teſtatore*, C. *de caduc. tollend.* attamen ſi pater relinquat legatum filio loco legitimę, & filius prę-moriatur, non fiet caducum legatū, ſed tranſmittetur in hæredes filii Molinæus Legatum quid ſit.

annot.in conſ. Alexand.142.*vol.2.& in conſ.* 109. *Ab hærede præſtari debet*, ideò eſt interdictum, quod legatorum, *l.1 ff.quod legat.* quia hæres adeundo hæreditatem cum creditoribus & legatariis quaſi contrahit, §.*hæres*, 5.*infr.de oblig.quæ q. ex con.naſc.l.qui cum alio*, 19. *ff. de reg. iur. leg.ſi quis abſentis*, 5. §. *hæres*, 2.*ff.de act. & obl.l. apud Iulianum*, 3. §.*fin.ff. quib.ex cauſ. in poſſ. eat.* Deinde quia legatum capi debet de manu hæredis, *l.eam quam*, 14. *Cod.de fideic.* alioqui ſi propria authoritate capiatur, legatarius perdet jus ſuum, *l.non eſt dubium*, 5. *Cod.de leg.* Fallit quando non extat hæres, Bald.*in l.extraneum*, 11. *num.* 5. *Cod.de hæred. inſtit.* Fallit etiam ſi factum vni cohæredi, Menoch. *de adipiſc. poſſ.rem.2.nu.78.* vide infr. de interdictis,

Hæres adeundo quaſi contrahit cum creditoribus & legatariis. Legatum capi debet de manu hæredis.

Porrò *ab hærede præſtatur legatum*, ad differentiam donationis causâ mortis quæ plerunque à defuncto præſtatur. Aliis modis differt legatum à donatione causâ mortis, nam legatum ſemper ab hærede præſtatur, donatio causâ mortis à quolibet alio. Deinde in donatione causâ mortis donator obligatur, in legato non item, Præterea qui impugnat teſtamentum tanquam inualidum, ille perdit legatum, non donationem. Inſuper filiusfamiliàs donare poteſt, ſed non legare.

Legati & donationis causâ mortis differentia.

Obiect.

Non obſtat, *l.legatum*, 80.*ff.de leg.2.* vbi dicitur legatum rectâ viâ ad legatarium tranſire ſine facto hæredis: nam in illa lege agitur de legato quoad dominium conſiderato quod tranſit ad legatarium ſine hæredis facto: hîc verò de legato quoad poſſeſſionem, quod requirit hæredis factum.

Reſp.

Ex dictis patet quomodo legatum differat ab hæreditate. legatum enim non poteſt fingi aut cogitari ſine lucro vel emolumento in re legata, ideo per donationem definitur: hæreditas verò ſæpè non adfert lucrum, ſed damnum *l.ſi hæreditatem*, 32.*ff.mandati*, *l.1. Cod. commun.de leg. & fideicom.*

Legatum & hæreditas differunt.

Quot ſunt legatorum genera?

Olim quatuor erant. §. *ſed olim*, 2. *hic. l.1.C.commun.de leg.*

I. Legatum per vindicationem, vt, *Titio centum do, lego.* Vel, *Titius centum ſibi habeat, vindicet*, & dicebatur per vindicationem, quia legatarius tale legatum vindicatione, *id eſt*, actione in rem auferebat.

Legatum per vindicationem.

II. Per damnationem, vt, *damnas, vel obligatus eſto hæres Titio dare centum*: & naſcebatur actio in perſonam legatario contra hæredem, nempe ex teſtamento.

Legatum per damnationem.

III. Per ſinendi modum, ſic, *Hæres meus ſinito illi centum accipere*, & legatario etiam actio in perſonam ex teſtamento competebat.

Legatum per ſinendi modũ.

IV. Per præceptionem, ſic: *Præcipuam illa ex parte hæres rem illam accipito.* Iſtud legatum quartum, eſt quaſi præcipuum, vel prælegatum quod vnus ex hæredibus accipit judicio familiæ erciſcundæ, *leg.7.Cod.fam.erciſc.* Vel quod alicui cohæredi vltra & præter hæreditatis portionem legatur, ita vt illud tanquam præcipuum habeat, nec aliis communicet, neque conferat, Papo, *lib. 21 tit. 7. art. 7.* Eiuſmodi prælegatum non venit in reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis, niſi quædam voluntatis coniectura contrariam interpretationem ſuadeat, Fab.*defin.28. Cod.ad S.C. Trebell.l.77.§.12. ff. de leg. 2. l.16.Cod.de fideicom.leg.lucius*, 78. §.*pluribus*, 13.*ff.ad Trebell.* Neq; etiam prælegatum retinere poteſt ille qui hæreditatem repudiauit, *l. quidam elogio*, 20.*Cod.de iur. deliber.* Inſuper prælegatum non ſubmittitur oneribus hæreditatiis, *l.1. C.ſi cert.pet.* Chopin.*in tract.de priuil.ruſtic. fol.216.* Hodie vna eſt tantùm omnium legatorum natura, vis ac poteſtas, ita vt quibuſcunque verbis fiant ad ea perſequenda agere poſsit legatarius, §.*noſtra autem conſtitutio, hic.leg.1.C.commun.de legat.* & quidem actione triplici, *l.1. & ibi* Dd. *C. comm.de leg.* Rip.*in l.1.num.38.ff.de l.1.* Primò perſonali ex teſtamento, quia legatarius hæredem habet obligatum ex quaſi contractu, §.*hæres*, 4.*infr.de oblig. quæ ex q. contr.naſc.leg. ſi quis abſentis* 5. §. *hæres.2.ff. de oblig. & action.* Secundò reali vel in rem quæ rei vindicationis actio dicitur, quâ poſtulat legatarius rem ſuam ſibi tradi, quæ ipſi ſtatim atque teſtator mortuus eſt ipſo jure acquiritur, *leg.legatum*, 80.*ff.de leg.3.* Tertiò hypothecariâ, nam aliquando habet legatarius hypothecam in re ſibi legata, §.*ſed olim ſecundo, in fin. hic.l.1.Cod.commun.de leg.* & rem illam jure taciti pignoris perſequitur, Guid.Pap.*quæſt.483.*

Legatum per præceptionem. Prælegatum quid.

Prælegatum non venit in reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis.

Qui hæreditatẽ repudiauit non poteſt retinere prælegatũ. Prælegatũ non ſubmittitur oneribus hæreditatis.

Triplex actio ad legatum perſequendũ. Perſonalis.

Realis.

Hypothecaria.

Nota hîc in legatis eorúmque actionibus ſtrictam fieri debere interpretationem, *l.nummis*, 57 *ff.de leg.3.*

Quot modis ſit legatum?

Sex potiſsimùm, vel purè, & eius dominium

minium rectà tranſit in legatarium aditâ hæreditate, *l. ſi ſibi homo*, §. *cùm ſeruus, ff. de leg.* 1. vel in diem, & debetur tantùm poſt diei euentum, *l. Sempronius* 26. *ff. de vſu & vſufr. &c.* vel ſub conditione, & tunc tranſit dominium poſt conditionis implementum, quæ conditio fit per *ſi, gloſſ. vt monumẽto, in l. Mænia*, 44. *ff. de manumiſſ. teſtam. l. libertas*, 17. §. *hæc ſcriptura, ff. eod.* vel ſub modo, qui fit per vt, & qui eſt cauſa finalis legati, & præſtita cautione à legatario de implendo modo debetur, *l. ſi tibi legatum*, 19. *ff. de leg.* 3. *l. quib. dieb.* 40. §. *fi. ff. de cond. & demonſtr.* vel qui eſt cauſa impulſiua, nec præſtanda cautio, *l. Titio certum, in princ. & ibi not. ff. de cond. & demonſtr.* Vel fit legatum ſub demonſtratione, quæ eſt nota clariùs legatarium aut legatum deſignans, *l.* 33. *ff. de cond. & demonſtr.* vel fit cum cauſa, cuius nota eſt; *quia, l.* 1. *C. de falſ. cauſ. adie. leg.*

Legata ſúnt ne eadem cum fideicommiſſis?

Legata ferè eadẽ ſunt cum fideicommiſſis ſingularibus.

Eadem non ſunt cum fideicommiſſis vniuerſalibus, quæ hæreditati ſimilia ſunt, ita quidem ferè eadem cum fideicommiſſis ſingularibus, quia & illa ſingularia ſunt, §. *ſed non vſque*, 3. *hic.* Eſtq; legatum quaſi genus, fideicommiſſum verò ſpecies, *l. vxorem*, 41. §. *legauerat, ff. de leg.* 3. *l. Titia.* 35. *l. Titia.* 38. *ff. de aur. & arg. leg. iuncto*, §. *ſed non vſque, hic.* differunt tamen in quibuſdam.

In quibus differant legatum & fideicommiſſũ ſingulare.

I. Quòd legata non niſi latinè relinqui potuerint, *l. directas. C. de teſtam. manum.* fideicommiſſa etiam græcè, *l. fideicommiſſa*, 11. *ff. de leg.* 3.

II. Nomine, quia libertas, hæreditas, & ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria, non legataria.

III. Quòd legata non fuerint relicta niſi verbis expreſſis, §. *ſed olim, hic.* fideicommiſſa, ſolâ voluntate, & nutu, *l. pen. ff. de leg.* 1. *l. cùm proponebatur*, 66. *ff. de leg.* 2. *l. nutu.* 21. *ff. de leg.* 3.

IV. Differunt verbis quibus quid relinquitur: nam ſi teſtator directis vtatur verbis in relinquendo, erit legatum, vt, *Titio fundum do*, lego: ſin autem orationem ad perſonam hæredis, vel alterius cui aliquid mandat, conuertat, fideicommiſſum appellabitur: putà, *rogo te hæres vt Titio fundum præſtes: volo vt filio meo Seio hæredi tuo domum meam concedas*, §. *vlt. infr. de ſing. reb. per fideic. relict.* Hodie vt in Inſtitutionibus hæredum, remiſſa eſt in legatis & fideicommiſſis verborum obſeruantia, *l.* 2. *C. commun. de leg.* 21. *C. de legat.* Plures ſunt aliæ differentiæ quæ in ff. libris ſparſæ conſpiciuntur quas enumerant *Od. in Rubr. & l.* 1. *ff. de leg.* 1. inter quas hæ potiſſimùm numerantur; Prima, quod pro legatis tres competant actiones, perſonalis, realis & hypothecaria, pro fideicommiſſo nulla detur actio, ſed tantùm extraordinaria perſecutio, vel ſaltem actio perſonalis, *l. pecunia*, 178. §. *perſecutionis, ff. de verb. ſignif.* Secunda, quòd legata non niſi ex teſtamento relinquantur, *l. legatum* 36. *ff. de legat.* 2. fideicommiſſa etiam ab inteſtato, §. *præterea*, 20. *infr. de fideicom. hæred.* etiam nudâ Epiſtolâ. Tertia, quòd fideicommiſſa nutu & ſigno relinqui poſſint, legata non item, *l. nutu*, 21. *ff. de leg.* 3. Quarta, quòd fideicommiſſum à legatario relinqui poſſit, legatum non item, *infr. init. tit. de ſing. reb.* Quinta, quòd à poſthumo relinqui poſſit fideicommiſſum, legatum non item *l. pen. ff. de leg.* 1. *l.* 1. §. *ſed & eius*, 8. *ff. de leg.* 3. Sexta, quòd legato ſtatim transferatur rei legatæ dominium à teſtatore in legatarium, fideicommiſſo non item, *l. ſi Titio.* 33. *ff. de vſufr. l. qui vſumfructum*, 3. *ff. ſi vſufr. pet. Giphan. in* §. *ſed non vſque ad eam*, 3. *hic.*

Pro fideicommiſſo competit actio extraordinaria.

Poſſúntne teſtatoris res legari?

Expoſitâ definitione legati, diuiſione, & diſtinctione eius à fideicommiſſo, ſequitur videndum quænam res legari poſſint, quod exponit Imperator à §. *non ſolùm*, 4. *vſque ad* §. *legari autem*, 24. *hic.* ac primùm quidem nullum eſt dubium quin res teſtatoris legari poſſit; §. *non ſolùm*, 4. *hic.* quia vnuſquiſque rerum ſuarum legitimus moderator eſt & arbiter, §. 3. *verſ. cuius reſcripti, ſupr. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. l. in re mandata*, 21. *C. mandat.*

Res teſtatoris legari poteſt.

Poſſúntne res hæredis legari?

Poſſunt, §. *non ſolùm*, 4. *hic. Graſſ.* §. *legatum, quæſt.* 14. *n.* 7. *Gomez. Var. reſol. tom.* 1. *cap.* 12. *n.* 14. & text. eſt in *l. vnum ex familia*, §. *ſi rem tuam, ff. de leg.* 2. quia teſtator & hæres pro vna & eadem perſona habentur, *Nou.* 48. *in fi. præfat. l. vnum ex familia*, 67. §. *ſi rem.* 8. *ff. de leg.* 2.

Res hæredis legari poſſunt.

Poſſúntne legari res aliena?

Poſſunt; ità vt videatur quaſi rogatus hæres res illas alienas legatas redimere ſi fieri poſſit, aut ſi dominus

Res alienæ legari poſſunt.

eas vendere recuſet, vel iuſto pretio cõtentus eſſe nolit, iuſtam earum æſtimationem præſtare legatario, §. *non ſolùm* 4. *hic.* *l. ſi damus* 71. §. *qui confitetur.* 3. *ff. de leg.* 1. *l. non dubium*, 14. §. *vlt. ff. de leg.* 3. Quòd ſi res illæ in cõmercio non ſint, nec tales quales adipiſci poſſit hæres, aut quarum æſtimatio non debeatur, nullius momenti legatum erit, *d.* §. *non ſolum. hic. l. cùm ſeruus*, 39. §. *vlt. & l. ſeq. ff. de leg.* 1. Per rem alienam intelligenda eſt ea quæ, neque teſtatoris neque hæredis neque legatarij ſit. Quod de rebus alienis legandis dictum eſt, intelligi debet cum hac teſtrictione verum eſſe ſi teſtator ſciuit tes illas fuiſſe alienas, quam ſcientiam probare tenebitur legatarius actor, quia ſemper ptobandi neceſſitas incumbit agenti: *d.* §. *non ſolùm*, 4. *hic. l.* 2. *l. verius*, 21. *l. ante omnia*, 23. *ff. de probat. l. actor.* 23. *C. eod. tit. l. cùm rem alienam*, 10. *C. de legat.* Quòd ſi alienas eſſe neſciuerit, tunc legatæ eſſe non videntur, quia ſi fortè teſtator ſciuiſſet tales eſſe, nunquam legaſſet, *d.* §. *non ſolùm. Graff.* §. *legatum, quaſt.* 14. *n.* 2. *Menoch. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 116.

Agenti incumbit neceſſitas probandi.

Si quis rem creditori obligatam vel oppignoratam legauerit, valebitne legatum?

Res obligata legari poteſt.

Valebit, idémque ius erit quod in re aliena, ac proinde eam hæres luere, atque præſtare tenebitur, eadem adhibitâ ſcientiæ & ignorantiæ diſtinctione: nam ſi ſciuit teſtator rem eſſe obligatam, vel oppignoratam, aut ſi dixit vt hæres eam lueret, ſanè eam luere tenebitur: at ſi neſciuit, nec quicquam dixit, non tenebitur, §. *ſed etſi rem obligatam* 5. *hic. l. ſi res obligata*, 57. *de leg.* 1. *l. prædia*, 6. *C. de fideicom. l. licet.* 15. *ff. de dot. præleg.* Quod dictum eſt, id intelligendum cum hac exceptione, vt nimirum non teneatur hæres tem alienam vel oppignoratam redimere, aut luere, ſi teſtator nominatim, & manifeſtè id prohibuerit, & hoc legatario potiùs impoſuerit expreſsè, non tacitè, *l. ſi res*, 57. *ff. de leg.* 1. quia legatum maximè pendet ex teſtatoris voluntate quæ diligenter attendenda, quia etiam tacita voluntas teſtatoris nõ ſufficit ad obligandum legatarium vt luat, ſed expreſſa requiritur, *Borcholt. ad* §. *ſed etſi rem obligatam*, 5. *hic. n.* 2.

Si alienæ rei legatæ viuo teſtatore legatarius dominus factus ſit, valebitne legatum?

Diſtinguendum, vel enim legatarius factus eſt dominus cum onere, ſiue ex cauſa oneroſa vt emptionis, locationis, & hoc caſu legatarius pretium ab hærede conſequetur, vel cum lucro ſiue ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia ſimili cauſa pro qua nihil quicquam dedit aut præſtitit, & accipiet nihil: nam traditum eſt duas cauſas lucratiuas in eundem hominem eandémque tem directò concurrere non poſſe §. *ſi res aliena*, 6. *hic. l. omnes.* 17. *l. ex promiſſione*, 19. *ff. de oblig. & action.*

Duæ cauſæ lucratiuæ in eundem hominem & eandē rem concurrere nō poſſunt.

Per cauſã lucratiuã intelligere debemus, eam ex qua accipienti nihil abeſt, vt in legato, donato, ſucceſſione, *l.* 5. *ff. de vſucap.* Cui opponitur cauſa oneroſa ex qua aliquid accipiẽti abeſt, vt in empto, vendito, locato, conducto, & eiuſmodi aliis. *d. l. omnes*, 17. *d. l. ex promiſſione*, 19. *ff. de oblig. & act. l. Iulianus*, 13. §. *ſi fundum*, 15. *ff. de act. empt. & vend. l. apud Celſum*, 4. §. *ſi quis autem*, 29. *Digeſtis de dol. & met. except.*

Cauſa lucratiua.
Cauſa onerosa.

Si eadem res aliena ex duobus teſtamentis legata ſit eidem, valebitne legatum?

Valebit, ita tamen vt ex vno teſtamento rem, ex altero pretium conſequatur legatarius, §. *ſi res aliena*, 6. *verſ. hac ratione, hic. l. planè*, 34. §. *ſed ſi.* 2. *ff. de leg.* 1.

Res in rerum natura non exiſtentes poſſúntne legari?

Poſſunt, dummodo futuræ ſint, vt fructus fundi naſcituri, fœtus & partus in vtero exiſtentes, §. *ea quoque res*, 7. *hic. l. quod in rerum natura*, 24. *ff. de leg.* 1. Quòd ſi futuræ non ſperentur, legari non poterunt, vt ſi centaurus, vel mons aureus legetur.

Res in rerũ natura non exiſtẽtes nõ poſſunt legari.

Si eadem res duobus ſit legata ſiue coniunctim ſiue diſiunctim, ad quem pertinebit?

Non tantùm coniunctiuo modo legata relinquuntur, ſed etiam diſiunctiuo, *l. vn.* §. *huic ita definitis. C. de caduc. toll.* Coniunctim legatur re & verbis, adiectâ particula *Et*, ſic: *Titio & Seio decem ſolidos do, lego*, Titius enim & Seius re coniunguntur, quia eadem res vtrique legatur: Verbis etiam coniunguntur quia eadem enunciatione legatum iis ambobus relinquitur, §. *ſi eadem res*, 8. *hic.* Diſiunctim legatur verbis tantùm coniunctione *Et.* non adiecta, ſic: *Ti-*

Cõiunctiuo & diſiunctiuo modo legata relinquuntur.

ſic : *Titio decem ſolidos do, lego : Seio decem ſolidos do, lego.* Si ergo ambo petierint legatum, illud inter eos diuidetur, & ſi alter deficiat, quia aut ſpreuerit legatum, aut ante teſtatorem deceſſerit, aut alio quocunque modo defecerit, tunc totum legatum ad collegatarium pertinebit, iure accreſcendi, vt patet ex §. 4. *ſupr. de donat. &* §. *ſi eadem*, 8. *hic. l. vn.* §. *vbi autem legatarij. C. de caduc. tollend.* Ratio eſt, quia non pars occupata occupatæ, ſed deficiens ſeu vacans occupatæ accreſcit, *Vultei. de locat. n.* 1. *Inſtit. & lib.* 1. *Iuriſp. Romanæ, cap.* 77.

Si cui fundus alienus legatus ſit cuius proprietatem iam antè emerit ille, vſumfructum verò ex cauſa lucratiua compararit, valebitne legatum?

Valebit, & hoc caſu pro vtroque competet actio legatario, tamen æquitas poſtulat vt loco nudæ proprietatis præſtetur æſtimatio vſufructu deducto, cuius pretium non præſtabit hæres, §. *ſi cui fundus*, 9. *hic. l. non quocunque modo*, 82. §. *fundus* 2. *ff. de leg.* 1.

Res legatarij poteſtne ei legari?

Res legatarij non poteſt legari.

De re teſtatoris, hæredis, aliena, & in rerum natura non exiſtente actum eſt, ſequitur res legatarij, an legari poſſit, & ait Imperator hanc legari non poſſe, quia quod proprium eſt legatarij; eius ampliùs fieri non poteſt, §. *ſi rem legatarij*, 10. *hic. Vaſq. de ſuc. progr. lib.* 3. §. 27. *n.* 36. & ſi legatarius poſt conditum teſtamentum rem alienauerit, non debeti nec rem ipſam nec eius æſtimationem, *d.* §. *ſed ſi rem legatarij*, 10. *hic. l. cætera*, 41. §. *tractari.* 2. *ff. de leg.* 1. *l. Manius.* 66. § *fundo*, 6. *ff. de leg.* 2. *l. proprias*, 13. *C. de Leg.* Ratio autem cur propriæ rei legatum etſi poſteà mea eſſe deſinat, non valeat, eſt quia quod ſemel ab initio non valuit tractu temporis conualeſcere non poteſt, *d. l. cætera* §. 1. *ff. de leg.* 1. Tamen ſi cui legetur res ſua propria, alteri tamen pignerata, valebit legatum ratione videlicet iuris quod deerat legatario, *l. non quocunque*, 82. §. 1. *& ibi Dd. ff. de leg.* 1. ita vt hæres eam legatario redimere teneatur, *l. ſi tibi* 86. *in princ. ff. de leg.* 1.

Quod ab initio non valuit, nõ poteſt tractu temporis conualeſcere.

Teſtator poteſtne rem ſuam quaſi alienam legare?

Plus valet quod in veritate eſt quàm quod in opinione.

Poteſt, nam plus valet quod in veritate eſt, quàm quod in opinione, §. *ſi quis rem* 11. *hic. l. regula*, 9. §. *qui ignorauit*, 4. *ff. de iur. & fact. ignorantia. l. pro emptore*, 2. §. *ſi à pupillo*, 15. *ff. pro empt. Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 31. *n.* 4. & hoc verum eſt cùm res pendet non ab opinione, animo, & voluntate, ſed à facto, & reipsâ, vt rectè diſtinguit *Giphanius ad* §. *ſi quis rem ſuam*, 11. *hic.* Et hac diſtinctione vitatur antinomia dicti §. *ſi quis rem hic*, *& legis, is qui putat*, 15. *ff. de acquir. hæred.* nam veritas præfertur opinioni cùm res pendet ab animo & voluntate, ei verò poſtponitur cùm res pendet à facto, *Giphan. ad d.* §. *ſi quis rem, verſ. nam plus valet quod in veritate eſt, hic.*

Antinomia conciliatio. Quando veritas præferatur opinioni.

Si teſtator rem propriam legauerit, deinde alienauerit, valebitne legatum?

Si neceſſaria ſit alienatio, vel rei familiaris, vel legis neceſſitate impellente, valebit legatum, quia adimendi animus non præſumitur: ſi ſpontanea ſit alienatio, quia animus erit adimendi, non valebit legatum, §. *ſi rem ſuam*, 12. *hic. l.* 18. *ff. de adim. leg.*

Poteſtne liberatio legari?

Liberatio legari poteſt.

Poteſt, & quidem vel in perpetuum, vel ad tempus, *l.* 1. *l.* 3. *& tot. tit. ff. de liber. legat. l. ſi creditoris.* 17. *C. de fideicom.* §. *ſi quis debitori*, 13. *hic. D. Pacius cent.* 6. *quæſt.* 42. Nempe poteſt hoc imponi ne à debitore quod debet exigat, ſed eum dimittat, *d.* §. *ſi quis debitori.* 13. *hic.* ita vt ſi hæres, petat, exceptione repelli poſſit, & à legatario vrgeri queat ad liberationem præſtandam, *l.* 3. §. *nunc. l. quod mihi*, 22. *l. legati*, 25. *ff. de liber. leg.* Quòd ſi debitor creditori quod debet legauerit, legatum erit inutile, ſi nullum ex eo percipiatur commodum, §. *ex contrario*, 14. *hic.* eſt quippe legatum donatio & cauſa lucratiua, §. 1. *hoc tit.* Tamen non erit inutile ſi quod debet, debitor in diem, vel ſub conditione, leget purè, quia ſtatim peti poterit, & hoc eſt vtilius, §. *eod.* & hoc ita verum eſt, vt ſi viuo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit, tamen vtile ſit legatum, §. *ex contrario.* 14. *hic.* nonobſtante *l.* 82. *de leg.* 2. vbi dicit Paulus ſi viuo teſtatore annus ſuperueniat, inutile effici legatum, licèt conſtiterit ab initio, nam in §. *ex contrario*, inutile, idem ſonat ac non valet legatum, *in d. l.* 82. inutile ſumitur pro eo quod nullum habet cõmodum, ita *Giphan. ad d.* §. *ex contrario, verſ. quòd ſi viuo, hic.* Sic vitatur antino-

Antinomia conciliatio.

Digitized by Google

mia inter *d. §. ex contrario*, *verſ. quod ſi viuo*, *& d. l. debitor decem*, 82. neque erit inutile ſi quod debitor iure Prætorio debet, leget creditori, tunc enim legatum eſt ciuile, & ſic vtilius, cùm vtiliùs ſit actionem ciuilem habere, quàm prætoriam, eo quòd illa ſit perpetua, hæc temporalis, *l. ſi creditori*, 28. *ff. de legat.* 1.

Maritus poteſtne vxori dotem legare?

Acceptam dotẽ maritus legare poteſt.

Iſta interrogatio vel eſt de dote verè data & accepta vel de non accepta: acceptam dotem poteſt maritus vtiliter legare, ita vt dos quæ ſtatim non reſtituitur, & quæ peti non poteſt niſi in quantum maritus facere poteſt, cùm legata fuerit, vel in legatum conuerſa, ſtatim peti poſſit, eámque vxor legataria in ſolidum perſequi queat, *l. cum quis*, 2. *l. cùm ſcriptum*, 6. *& l. vlt. ff. de dot. pral.* De dote non accepta ita ſtatuendum: nempe ſi maritus nullâ expreſſa certa quantitate, vel ſpecie dotem legauit, legatum non valebit, quia erit ſine re: quòd ſi maritus certam quantitatem nomine dotis legauerit, aut corpus aliquod expreſſerit valebit legatum, *d. §. ſed ſi vxori*, *hic*; quia res certa eſt legata.

Si res legata ſine facto hæredis perierit, cui periiſſe cenſebitur?

Res legata perit legatario ſi ſine facto hæredis periit.

Ipſi legatario, & ita liberabitur hæres, non tantùm à ſolutione rei legatæ quæ periit, ſed etiam ab eius æſtimatione, §. *ſi res legata* 16. *hic. l. non ampliùs*, 26. §. 1. *l. cùm res legata*, 47. *ff. de leg.* 1. *l. omnia*, 32. §. *ſpecies*. 5. *ff. de leg.* 2. Contrà ſe res habebit ſi facto hæredis perierit, vt potè dolo, vel culpâ vel negligentiâ eius, *d. §. ſi res legata*: v. g. ſi hæres rem legatam perdat, vel ſi bouem legatum occidat.

Si duarum rerum copulatim legatarum altera perierit, quæ ſupererit debebiturne?

Debebitur; verbi gratiâ ſi ancilla cum ſuis natis, *hoc eſt*, liberis legata fuerit, & ipſa mortua ſit, nihilominus natorum legatum debebitur, §. *ſi quis ancillas*, 17. *hic.* neque enim partus propriè eſt acceſſio, quę rei principalis ius & naturam ſequitur, *l. cùm principalis*, 188. *ff. de reg. iur.* prout fœtus pecorum acceſſio dicitur, nam hominis dignitas id non patitur, vt in pecoribus, *l. iuſtiſſimè*, 44. *ff. de adil. edict. l. at ſi*, 3. *ff. de pec. leg.* ergo ancillæ & earum nati duo conſtituunt legata. Idem dicendum de ſeruis & ſubſeruis, qui ordinarij & vicarij ſerui dicuntur, *d. §. ſi quis ancillas*: aliud eſt ſi cum ſeruo legatum fuerit eius peculium, tunc enim ſeruo mortuo extinctum erit peculium quod ſerui acceſſio eſt, *l. nam quæ*, 2. *ff. de pecul. leg.* aliud etiam ſi fundus cum inſtrumento legatus fuerit, nam fundo alienato inſtrumenti legatum extinguitur, quia inſtrumentum eſt acceſſio fundi; *l. 1. ff. de inſtructo, vel inſtr. legato.*

Inſtrumẽtum eſt acceſſio fundi.

Obiect.

Non obſtat lex ſi cui fundum, 5. *ff. de fundo inſtructo*, in qua hoc diſcrimen ponitur inter hæc duo legata, fundum inſtructum, & fundum cum inſtrumento do, lego, quod ex hoc alienato fundo nihil debeatur, vt & hic dicitur, ex illo poſſit fundo alienato inſtrumẽtum deberi, quod hîc negatur. Nam dicendum neutro caſu deberi fundo alienato inſtrumentum, niſi alia ſit voluntas teſtatoris, vt faciliùs eſſe putatur in illo quàm in hoc; & ita conciliatur antinomia inter *d. §. ſi quis ancillas*, *& ad l. ſi cui fundum.*

Reſp.

Grege legato & ad vnam ouem redacto, debebiturne grex integer?

Legato toto legata ſunt ſingula partes.

Grex.

Debebitur, adeóque poterit peti actione in rem §. *ſi grex*, 18. *hic*, quia legato toto legatæ ſunt ſingulæ partes. *l. ſi grege*, 22. *ff. de leg.* 1. Per gregem intelligimus tantùm congregationem minutorum pecorum, vt ouium, porcorum, caprarum, quæ congregatio decem conſtat capitibus ad minimum, *l. oues vlt. in princ. ff. de abigeis.* Grex vnum corpus eſt ex diſtantibus conflatum capitibus, ſicut ædium vnum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus compoſitum, §. *ſi grex*. 18.

Grege legato veniuntne oues adiectæ?

Grege legato venit incrementum.

Veniunt, quia gregis legatum vniuerſale comprehendit omne futurum incrementum quod poſt teſtamentum factum, vel etiam poſt hæredis moram contingit, §. *ſi grex*, 18. *& l. grege*, 21. *cum l. ſeq. ff. de leg.* 1.

Ædibus legatis quid cenſetur legatum?

Ædibus legatis adiecta poſt teſtamentum veniunt.

Columnæ, marmora, & eiuſmodi alia quæ poſt teſtamentum factum adiecta ſunt, legato cedunt, §. *ædib.* 19. *hic. l. cætera*, 41. §. *pen. ff. de leg.* 1. nec non hortus cohærens domui, *l. prædiis*, 91. §.

qui

Digitized by Google

qui domum, 5. *ff. de leg.* 3. & deſtinatus ad vſum domus, *Alex. in conſ.* 233. *in princ. vol.* 3. nec non domus gratiâ comparatus. *Bald. & Caſtrenſ. in l. Olym[illegible] in princ. ff. de ſeruit. Vrban. præd.* Idem iuris eſt in tignis, feneſtris, oſtiis, &c. *l. cætera* 41. §. *item hoc*, 9. *ff. de leg.* 1.

Peculij legati augmentum vel decrementum ad quem pertinet?

Peculio legato veniunt incrementum aut decrementum. Peculium ſerui mei tibi legaui in quo erant decem ſolidi, ſiue me viuente quindecim fiant, ſiue quinque, tale augmentum vel decrementum ad legatarium pertinebit, §. *ſi peculium.* 20. *hic. l.* 8. §. 8. *ff. de pecul. leg.* quia peculij legato continetur vniuerſitas, *l.* 65. *ff. de leg.* 2. *Graſſ.* § *legatum, quæſt.* 72.

Peculium ſerui quid ſit. Per peculium ſerui intelligere debemus puſillam illam pecuniam ſiue puſillum matrimonium, quod ſeruus frugalitate & parcimonia domino acquiſiuit, *l. depoſiti*, 5. §. *pen. & vlt. l. peculium & ex eo*, 39. *ff. de peculio.*

Peculium ſerui ſequiturne ſeruum manumiſſum?

Si ſeruus manumittatur inter viuos, peculium ſequetur ſeruum, ſed non ſi manumittatur teſtamento, §. *ſi peculium*, 20. *verſ. peculium autem, hic. l. vn. C. de pecul. eius qui libert. mer. l.* 1. §, *ſed ne circa*, 3. *C. commun. ſeruo manumiſſ. l. ſi ſticha* 53. *ff. de pec.* Ratio huius differentiæ eſt, quia homines in teſtamento liberaliores ſunt quàm inter viuos, *ſupr. de leg. Fuſ. Can. toll.* ideò per teſtamentum manumiſſo debetur etiam peculium, inter viuos non item.

Poſſúntne legari tam res corporales quàm incorporales?

Res corporales & incorp. legari poſſunt. Poſſunt §. *tam autem.* 21. *hic. l. cætera*, 41. *in princ. ff. de legat.* 1. *tot. tit. ff. de vſu & vſufr. leg.* Legari ergo poſſunt corpora, iura, ſeruitutes, obligationes, nomina ſiue debita, at hæreditas quamuis ſit res incorporalis, legari nequit, quia legatū eſt cauſa lucratiua, verùm hæreditas poteſt eſſe damnoſa, *l. ſi hæreditatem*, 32. *ff. mandati*, rectè quidem legari poterit pars hæreditatis, *l. cùm ex filio*, 39. *in princ. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.*

Factum poteſtne legari?

Factū legari poteſt. Poteſt, nempe vt hæres aliquid legatario faciat quod ei aliquam adferat vtilitatem: v. g. vt domum ei extruat, vel reparet, vel eum ære alieno liberet. *d.* §. *tam autem*, 21. *hic. l. ſi cui*, 49. §. *vlt. ff. de leg.* 1. *l. mortuo boue*, 49. §. *vlt. ff. de leg.* 2.

Poteſtne genus legari?

Senſus eſt, An generaliter legari poſſit, & an poſſit ſeruus Pamphilus, Fundus Tuſculanus, equus, vel res alia quæ genus dici poſſit, legari non quidem genus ſummum vel ſubalternum, ſed ſpecies infima, vel indiuiduum: nam quæ dialecticis ſunt ſpecies, Iuriſconſultis ſunt genera, & quæ illis indiuidua, his ſpecies ſunt. Reſpondendum ergo genus, vel generaliter legari poſſe, ita vt legatario permiſſa ſit electio, §. *ſi generaliter*, 22. *l. cùm incertus* 13. *l. legato generaliter*, 37. *in princ. ff. de leg.* 1. *Genus, ſpecies, & indiuiduū apud Iuriſconſult. ſ. Genus legari poteſt.*

Optionis legatum tranſit-ne ad hæredes legatarij?

Tranſit, non minùs quàm purum legatum propter vltimarum voluntatum fauorem quòd ſi pluribus electio competat, & illi circa optionem diſſentiant, tunc ſorte omnia erunt dirimenda, §. *optionis legatum*, 23. *hic. l. apud*, 20. *& l. ſeq. ff. de opt. & elect. leg.* quamuis ſors in optione non valde videatur apta, eo quòd vbi ſors, ibi nec optio, nec electio.

Obiter notandum in frequenti vſu fuiſſe ſortem olim cùm aliquid controuertebatur, vt cùm agebatur de iudicio fam. ercisc. de magiſtratibus eligendis, *l. ſed cùm ambo*, 14. *ff. de iud. l. ſi quæ ſunt*, 5. *ff. fam. erciſc. Nou.* 1[illegible]2. *c.* 3. Sortis etiam fit mentio in ſacra ſcriptura, *Numer. cap.* 33. *verſ.* 54. *& cap.* 34. *verſ.* 13. *Prouerb. cap.* 15. *&* 18. *Act. cap.* 1. & paſſim alibi, non tamen licita eſt ſors omnis, non diuinatoria & magica, vltimo ſupplicio coercēda, *l. nemo*, 5. *C. de malefic. & Mathem.* ſed tantùm diuiſoria, vel iudiciaria, vel politica. *Sortis ſenſus.* *Quæ ſors licita.*

Quibus poſſunt legata relinqui?

Actum eſt de rebus quæ legari poſſunt, Sequitur agendum de perſonis, non quæ legata relinquunt, de quibus in *l. ſciendum*, 2. *ff. de leg.* 1. & illæ eſſe dicuntur quæ teſtandi ius habent, ſed de illis quibus legata relinquuntur. Qua in re hæc ſtatuenda eſt regula, nempe illis tantùm legari poſſe vtiliter cum quibus teſtamenti factio eſt, ſaltem paſſiua, *hoc eſt*, qui ex alieno teſtamento vel ipſi capere, vel aliis acquirere poſſunt, cuiuſmodi ſunt filiuſfamiliâs, ſeruus alienus, infans, furioſus; & hi omnes qui ex teſtamento aliquid poſſunt acquire- *Quibus legari poſſit vtiliter.*

gari autem, 24. Cuius paſſiuæ factionis mentio fit *in* §. 6. *ſupr. de teſtamentis ordinandis.in* §.4.*ſupr.de hæred. qual. & diff. in l.* 21.*ff. de teſtam.tut. & in l.* 16.*ff. qui teſtam.fa.poſſ.*

Quænam ſunt incertæ perſonæ, & an illis legari poteſt?

Incerta perſona.

Illa olim dicebatur incerta perſona quam teſtator incertâ opinione animo ſuo ſubiiciebat, & de qua interrogatus nihil certi reſpondere poterat, eiuſmodi perſonæ legari non poterat, §.*incertis verò*, 25. *hic.* quia commodè effectum ſortiri non poterat tale legatum ob perſonæ incertitudinem, *arg. l. duo ſunt Titij*, 30.*ff.de teſtam. tut.* deinde quia amicis & notis legata relinqui ſunt ſolita, *l. amiciſſimos*, 36.*ff. de excuſ.tut.* tum quia teſtatoris conſilium debet eſſe certum. Perſonæ omninò incertæ hoc poteſt eſſe exemplum, Ei qui filio meo, filiam ſuam in vxorem dederit, hæres meus talem fundum vel talem pecuniam dato. Ignoratur enim prorſus illa perſona an amica vel inimica ſit futura, digna vel indigna, ideò non poteſt ei legatum relinqui. Tamen incertæ perſonæ in piam cauſam rectè legatur, *l. id quod*, 24. *l. nulli* 28.*& l. ſi quis ad declinandum*, 48.*C.de Epiſc.& cler.* Deinde incertæ perſonæ ex aliis certis perſonis procreatæ legari poteſt, vt ex cognatis meis qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato, §.*incertis* 25.*verſ.ſub certa verò demonſtratione hic. Dd. in l. id quod pauperibus*,24.*C.de Epiſc. & Clerc.* Sufficit enim vt incerta perſona certam repræſentet perſonam, *l.* 22.*ff. de fideiuſſ.* Deinde ſufficit ſi certiorari poſſit perſona ex aliquo futuro euentu, *l. quidam relegatus*,6.*ff.de reb.dubiis.*

Perſona incerta non legabatur olim.

Incerta perſona in piam cauſam legatur.

Notandum hîc legatum incertæ perſonæ relictum, per errorem ſolutum, repeti non poſſe, §. *incertis*, *hic. in fin.* quia naturale debitum erat, cuius imprudenter & errore iuris ſoluti nulla eſt repetitio, *l.naturaliter* 13.*l.fideicommiſſum*, 62.*ff. de condict.indeb.*

Poſthumo poteſtne legari?

Poſthumo rectè legatur.

Olim poſthumo alieno inutiliter legabatur, §. *poſthumo quoque* 26. *hic.* at hodie rectè legatur §.*ſed nec huiuſmodi*, 27. *hic.* Eſt autem poſthumus alienus qui eſt in vtero, & natus non eſt futurus ſuus hæres, ſiue qui natus primum gradum in familia defuncti non obtinet, §. *poſthumo quoque* 26.*hic.* Olim poſthumus alienus i[illegible]itui potuit, hodie adhuc poteſt, n[illegible]n vtero eius ſit quæ vxor eſſe non poteſt, §. *poſthumus autem*, 28. *hic.*

Error nominis, cognominis, prænominis, & agnominis vitiátne legatum?

Error nom. cogn. præn.& agn. non vitiat legatum.

Non, ſicut nec hæredis inſtitutionem, dummodò de perſona aliter conſtet, § *ſi quis in nomine* 29.*hic.l.ſi in nomine*, 4. *C. de teſtam.l.*6.*ff.ſi cert.pet.l.*17.§.1.*ff.de condit.& demonſt.* & ſi conſtet de intentione, *l.ſi quis in fundi vocabulo*,4.*ff.de leg.* 1. *l. ſi me in vacuam*, 34. *in princ. ff. de acquir. poſſ.& ibi Dd.* Prænomen nomini præponitur, vt Publius: nomen familiæ originem denotat, vt Cornelius cognomen, nomini ſubiicitur ac ſubiungitur, vt Scipio: agnomen, extrinſecus ab euentu adiicitur, vt Africanus: ergo hîc ſunt Prænomẽ, nomẽ, cognomẽ, & agnomẽ. Publi9, Cornelius, Scipio, Africanus. Ratio cur talis error non vitiat legatum, eſt quia nomina ipſa tantùm hominum ſignificandorum & deſignandorum gratiâ inuenta ſunt, ideò & mutari & alio quolibet modo deſignari poſſunt, § *eod.*

Prænomẽ. Nomen. Cognomẽ. Agnomen.

Falſa demonſtratio rei legatæ vitiátne legatum?

Falſa demonſtratio non vitiat legatum.

Non, ſi de illa aliter, atque determinatè conſtet, §. *huic proxima*,30.*hic.l.falſa demonſtratio*,33.*& l. ſeq.& l. quibus*,40. §. *penult. ff. de cond. & demonſt.* Vt ſi quis ita legauerit, Stichum ſeruum meum vernam do lego, Stichus debebitur, licèt non verna, ſed emptus ſit, dummodò de voluntate teſtatoris conſtet. Verna appellatur ſeruus domi noſtræ ex ancilla noſtra verè natus, quod anni tempus valde eſt ad naturalem fœturam aptũ, *gloſſ.exceptum*, *in l. Titia textores*, 36.*ff.de leg.*1.*gl.ſi alij vernæ in l.*99.§.*fi.ff. de leg.* 3. *& gl.*1.*in l.*10.*C.de rei vind.*

Verna.

Falſa cauſa nocétne legato?

Falſa cauſa non nocet legato.

Non, §.*longè magis* 31. *hîc.l.etiamſi*,2.*& l. refert*,5.*C.de falſ. cauſ.ad leg.l.cùm tale*,72.§. *falſam*, 6.*ff. de condit. & demonſtr.* veluti cùm quis ita dixerit. Titio qui me abſente negotia mea curauit, Stichum do, lego, vel ita, quia patrocinio eius crimine capitali liberatus ſum, do, lego: niſi probetur aliàs defunctum non fuiſſe legaturum, aliud eſt ſi illa cauſa per modum conditionis adiecta fuerit,

fuerit, perinde enim erit ac ſi deficiat conditio, *ib.* Vide *l.*17.§.2.*& 3.ff. de condit.& demonſtr.* Vbi dicitur falſam cauſam non vitiare legatum niſi conditionaliter ſit expreſſum.

Poteſt-ne ſeruo hæredis rectè legari?

Non purè, ita quidem ſub conditione nempe ſi extra domini poteſtatem mittatur, §.*an ſeruo hæredis*,32.*hic.*

Poteſt-ne ſeruus hæres inſtitui & eius domino legari?

Poteſt, tam purè quàm conditionaliter, quia legatum domino relictum non acquiritur ſeruo, §.*ex diuerſo*,33.*hic.*

Legata relinquuntur-ne ante hæredis inſtitutionem?

A §. ante hæredis inſtitutionem, 34. hîc, vſque ad finem tituli, agitur de legatis inutilibus olim, hodie verò vtilibus, ſiue de jure nouo: ac primùm quidem quæritur, An legata ante hæredis inſtitutionem relinquantur? Reſpondendum olim non fuiſſe relicta, hodie nihil referre ſiue ante inſtitutionem hæredis ſcribantur, ſiue poſt: inuerſus enim ordo non vitiat, dummodò de teſtatoris voluntate conſtet, *d.*§.*ante hæredis*, *l.ambiguitates*, 24.C.*de teſtam.* Ordo enim ſcripturæ cauſam juris ac voluntatis non impedit, *l.cùm pater*, 77.§ *fidei*,12. *ff.de leg.*2. quia voluntas facit vt in teſtamento ſcriptum valeat, *l.*12.§.*fi.ff.de leg.*1.

Legata & ante & poſt inſtitutionem hæredis relinquuntur.

An rectè legatur poſt mortem hæredis, aut legatarij?

Olim legabatur, verùm inutiliter: nam quandiu ſuperſtes erat hæres, nihil debebat, eo autem mortuo, legatum ab ipſo hærede peti non poterat, quia actio quæ aduerſus nos cœpit, neque aduerſus hæredes noſtros tranſire poteſt. Hodie quia in omnibus & per omnia legata exæquata ſunt fideicommiſſis, quæ ante mortem relinqui poſſunt, ita etiam ſe res habet de legatis, §.*poſt mortem*,35.*hic*: ſublatâ prohibitionis ratione, *l.vn.Cod. vt act.ab hæred.*

Poteſt-ne pœnæ nomine legari?

Senſus quæſtionis eſt, An teſtator hæredem ſuum condemnare atque punire poſſit, & talem pœnam imponere, vt ſi quid feciſſet vel non feciſſet alicui, hoc vel illud præſtaret. Dicendum ergo pœnæ nomine legari poſſe dummodò pœna non ſit impoſſibilis, vel contrà leges, aut ignominioſa, vel rei probroſæ adiecta, §. *pœnæ quoque nomine*, 36. *hic. & l.vn. C. de his quæ pœnæ nomine*, *&c.* eiuſmodi enim legata hodie non valent: & hoc eſt quod dicit eleganter Imperator in fine *d.*§. Huiuſmodi, *inquit*, teſtamentorum diſpoſitiones valere ſecta meorum temporum non patitur: Olim legatum cum adiectione pœnæ relinqui non potuit, *d.l.vn.C.de his quæ pœna*, *&c.*

Pœnæ nomine legari poteſt.

TITVLVS XXI.

DE ADEMPTIONE ET *tranſlatione legatorum.*

TEXTVS.

ADEMPTIO legatorum (ſiue eodem teſtamento adimantur, ſiue codicillis) firma eſt, ſed & ſiue contrariis verbis fiat ademptio: veluti ſi quis ita quid legauerit, *do, lego*: ita adimatur, *non do, non lego*: ſiue non contrariis, ſed & aliis quibuſcumque verbis.

2 § Transferri quoque legatum ab alio alium poteſt: veluti ſi quis ita dixerit, *hominem Stichum, quem Titio legaui, Seio do, lego*: ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit, quo caſu ſimul [&] Titio adimi videtur, & Seio dari.

Quid eſt ademptio legatorum, & quomodo fit?

QVemadmodum priùs de ordinandis teſtamentis, deinde de infirmandis, ſic priùs de legatis relinquendis actum in præcedenti titulo, & in hoc de iiſdem adimendis & transferendis, de quibus eſt *tit.ff.de adim.vel transf.leg.* Sanè liberum eſt teſtatori voluntatem ſuam mutare, eſt quippe teſtatoris voluntas ad mortem vſque ambulatoria, *l. quod ſi iterum*,4.*ff.de adim. & transf.leg.& l.cùm hic ſtatus*,32.§.*pœnitentiam*,3.*in fi.ff.de donat.int. vir. & vx.* nec poteſt ſibi hanc legem imponere vt prius teſtamentum rumpere non poſsit, & ab eo recedere, *l.ſi quis in principio*,22.*ff.de leg.*3. Eſt ergo ademptio legatorum puta ſiue conditionalis legatorum reuocatio, cùm teſtator ea legata, quæ alicui reliquerat, adimit: & fieri poteſt V. modis.

Connexio.

Voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem.

Teſtator non poteſt hoc ſibi imponere vt prius teſtamentū rumpere nequeat.

Ademptio legatorū.

I. Per contrariam voluntatem propter teſtatoris pœnitentiam, vt ſi quis ita legauerit, *do, lego*, ita adimet, *non do, non lego*, *adjiciendo negatiuā, non; in princ.hic.l.*2.3.§.

Quinque modis fit legatorum ademptio.

ſi Titio. D. *de adim. leg.* licèt eius non fiat mentio in alio teſtamento quod facere quidam teſtator inſtituit, ſed morte præuentus perficere non potuit, *l. ex parte*, 22. *ff. de adim. leg.*

II. Per venditionem rei legatæ, *l. rem legatam*, 18. *ff. de adim. leg.* ſi nimirum talis venditio facta ſit ex mera voluntate, non ex neceſſitate, Mantic. *lib.* 12. *tit.* 6. *n.* 12. Maſc. *concl.* 1286. *n.* 122.

III. Si legatarius legatum propria authoritate occupet, *l.* 1. §. 2. *ff. quor. leg. l. extat*, 13. *ff. quod met. cauſ. l. non eſt ſingulis*, 136. *ff. de reg. iur.*

IV. Si Teſtamentum tanquam inofficioſum, vel falſum perperam accuſet legatarius, *l.* 8. §. *meminiſſe*, 14. *ff. de inoff. teſtament. l.* 12. *& tot. tit. ff. &* C. *de his quæ vt indign. auffer.*

V. Propter capitales inimicitias, *l.* 3. §. *vlt. D. de adim. legat.* quæ ex verborum atrocitate æſtimantur, & propter facta atrocia, vt ſi legatarius cum teſtatoris etiam ignorantis vxore concubuit, Graſſ. §. *legatum*, *quæſt.* 78. *num.* 4. Maſc. *concluſ.* 1286. *num.* 141. De modis legatorum adimendorum vide Matth. *in quæſt.* 484. Guid. Pap.

Quid eſt tranſlatio legatorum & quomodo fit?

Tranſlatio legatorum. Tranſlatio legatorum, eſt eorum in alterum collatio: poteſt enim teſtator id quod alicui legauerat ei adimere, & alij legare, vt, *fundum quem Titio legaui, Seio do, lego*, §. *transferri*, 1. *hic.* ademptionem igitur ſequitur tranſlatio, nam legatum quod à Titio transfero, tacitè Titio adimo.

Quatuor modis transferuntur legata. Transferuntur legata quatuor modis, I. A perſona in perſonam, vt centum nummos quos Titio legaui, Seio do, lego, *l. ſi pluribus*, 33. *verſ. quod ſi ſeparatim: & l. planè*, 34. *ff. de leg.* 1.

II. Ab eo qui dare juſſus eſt transfertur legatum, vt alius det,

III. Fit tranſlatio de re in rem, nimirum cùm res vna legatur pro alia vt pro fundo centum nummi.

IV. De tempore præſenti in conditionis cuiuſdam euentum, vt cùm quod purè legatum eſt, legatur ſub conditio- *l. tranſlatio*. 6. *ff. de adim. leg.*

Quotuplex eſt ademptio & tranſlatio?

Ademptio & tranſlatio legatorum expreſſa. Duplex, expreſſa & tacita: expreſſa fit cum ſcriptura, vel in eodem teſtamento in quo legatum relictum eſt, vel in alio ſolenni & perfecto, vel in codicillis poſteà factis, *l. in princ. hic. l.* 2. *& paſſ. D. de adim. vel trãſſ. leg.* Tacita fit ſine ſcriptura, v. g. per ſuperuenientiam grauium & capitalium inimicitiarum non reconciliatarum inter teſtatorē & legatarium, quibus legatarius præbuit occaſionem, *l. ſi quis ita*, 3. §. *vlt. l. ex parte*, 122. *D. de adim. vel transfer. leg. l. ſi inimicitia*, 9. *D. de his quæ vt indign. auffer.* niſi poſteà reconciliatio ſecuta ſit, *l. quod ſi*. 4. *ff. de adim.* *Tacita.*

TITVLVS XXII.

DE LEGE FALCIDIA.

TEXTVS.

SVPEREST, vt de lege Falcidia diſpiciamus, qua modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. Cùm enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare (quippe [cùm] ea lege ita cautum eſſet: *vti quiſque legaſſet ſuæ rei, ita jus eſto*) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum gratia prouiſum eſt, ob id, quòd plerumque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditates adire. Et cùm ſuper hoc tam lex Furia, quàm lex Voconia latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: nouiſſimè lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum: id eſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud eum eóſve pars quarta remaneat.

2 ¶ Et cùm quæſitum eſſet, duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio & Sejo) ſi Titij pars, aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum onerata: à Sejo verò aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem eius duntaxat in partem dimidiam minuant: an quia is quartam partem totius hæreditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat, vt quartam partem ſuæ partis ſaluam habeat: placuit poſſe retinere, etenim in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt.

3 ¶ Quantitas autem patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpectatur. Itaque (verbi gratia) ſi is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodeſt, ſi ante aditam hæreditatem per ſeruos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantùm acceſſerit hæreditati, vt centum [aureis] legatorum nomine erogatis hæres quartā partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerſo, ſi ſeptuaginta quinque legauerit, & ante aditam hæreditatem in tantum decreuerint bona (incendiis forte, aut

te, aut naufragiis, aut morte ſeruorum) vt non ampliùs, quàm ſeptuaginta quinque [aureorum ſubſtantia,] vel etiam minus relinquatur: ſolida legata debentur: Nec ea res damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt non adire hæreditatem: quæ res efficit, vt ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci.

4 ¶ Cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum: item funeris impenſa, & pretia ſeruorum manumiſſorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat, tres verò partes inter legatarios diſtribuantur: pro rata ſcilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaq; ſi fingamus quadringintos aureos legatos eſſe, & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe: quartá pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quòd ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus: octaua debet detrahi. Quòd ſi quingentos legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet. Antè enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

Lex Falcidia à quo lata, vnde dicta, quæ eius diſpoſitio, & quid eſt?

Connexio. IN præcedenti titulo oſtenſum eſt quibus modis legata alicui in totum adimantur: in hoc titulo traditur modus per quem tantùm ex parte legatum adimitur, qui titulus referri debet ad *tit.* D. *& C. ad leg. Falcid.* Eſt autem iſte modus per legem Falcidiam, quæ lata & dicta eſt à Falcidio Tribuno plebis, vel etiam à falce; quæ vt fœnum & ſegetes reſecat, ita legata amputat, ipſiſque modum imponit: nam olim ex lege duodecim tabularum permiſſum erat cuique pro arbitrió de rebus ſuis diſponere: Verba Legis hæc erant. *Vti quiſque legaſſet ſuæ rei ita ius eſto*, qua permiſſione ita multi abutebantur, vt ferè totam hæreditatem legatis exhaurirent, & hæres nullum aut minimum reportaret lucrum ſiue commodum ex inſtitutione, *l.* 120. *ff. de verb. ſign.* Lex Furia ſucceſſit, à C. Furio Tribuno plebis lata, quâ fuit cautum ne cui plus quàm mille aſſes, *hoc eſt*, aurei legarentur, & ſi plus legaretur, quadruplum eius quod quis plus accepiſſet, reſtitueretur, §. 1. *hic.* ſed ſublata etiam fuit, quia illa aſſium quantitas pluribus legatariis; & ſic tota hæreditas legatis erogari poterat, nec proſpiciebatur hæredibus, & introducta eſt lex Voconia, à Quinto Voconio Tribuno plebis lata, quæ vetabat ne plus legaretur quàm hæres eſſet habiturus: antiquata eſt etiam illa lex, quia fraus ei facilè fieri poterat, & ſucceſſit Lex Falcidia, quæ diſpoſuit, vt ſi teſtator abſumeret totam hæreditatem legatis, hæres poſſet per legẽ Falcidiam, quartam partem à legatis defalcare, aut abſcindere, vel diſpoſuit ne plus teſtamento legaretur quàm vt quarta pars hæreditatis ſupereſſet & apud hæredem remaneret: quæ quarta legitima dicitur; non à teſtamento, ſed à lege Ciuili, quæ legitimam liberis relinquendam eſſe diſponit, Nou. 117. *cap.* 1. nam quamuis natura liberos ad ſucceſſionem vocet, *l. cùm ratio naturalis*, 7. *ff. de bon. damnat.* tamen non aſſignat illis certam portionem: ius enim ciuile, ſiue lex ciuilis id præſtat. Cauſa legis Falcidiæ eſt vtilitas teſtatoris, nimirum vt ipſius voluntas & teſtamentum ſortiatur exitum, & vt hæres quartâ relictâ inuitetur ad adeundum hæreditatem, cùm alioqui multi inteſtati morerentur recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo commodo hæreditatem adire, *in princ. hic.* verebatur antè hoc dedecori ſi quis hæredem non relinqueret, §. *licet*, *in fin. inſtit. quib. manumittere licet.* ſi quis ergò habeat in bonis 400. libras. v. g. & de his legauerit 380. poterit hæres ſcriptus defalcare 80. vt quartam ſuam habeat integram, *l. quoties*, 67. *ff. ad leg. Falcid.* quæ hæreditatis pars appellatur priuilegiata, Nou. 115. *cap.* 3. *in princ.* ideò filius habet commodum abſque incommodo, §. *fin. hic.*

Lex Falcidia vnde dicta, & eius origo.

Lex Furia

Lex Voconia.

Lex Falcidia.

Cauſa legis Falcidiæ eſt vtilitas teſtatoris.

Ex dictis hæc colligi poteſt Falcidiæ definitio, quòd nempè ſit quarta pars bonorum defuncti deducenda & complenda ex legatis, quibus onerata eſt ſupra dodrantem hæreditas.

Legis falcidiæ definitio.

Tantúmne locum habet lex Falcidia in teſtamento?

Etiam producta eſt ad donationes causâ mortis; *l. ſi quis quadringentorum*, 18. §. *ſi enim*, C. *ad l. falcid.* tum ad fideicommiſſa particularia *l.* 2. C. *eod.* propter eorum cum legatis exæquationem *l.* 2. *C. commun. de leg.* Deinde ad donationes inter viuos quæ morte confirmantur, vt eſt donatio inter virum & vxorem, *l. in donationibus*, 12. *C. ad l. falcid.*

Falcidia locum habet in donationibus causâ mortis & fideicom. ſing.

Si plures ſunt hæredes, poteſt-ne quilibet pro ſua parte quartam falcidianam detrahere?

Detractio falcidiæ quando plu. et ſūt hæredes.

Poteſt, §. *& cùm quæſitum*, 2. *hic. & l. in ſingulis, ff. ad l. Falcid.* quia lex falcidia non tantùm vnius, ſed multorum hæredum gratiâ lata eſt, *leg. poteſt. hæres*, 71. *ff. ad leg. Falcid.*

Quando non habet locum falcidia?

Varij caſus quibus non habet locum falcidia.

Primò, cùm hæres non fecit inuenta- *l. vlt. §. ſi tantùm hoc aliquis. C. de iur. deliber. nou. 1. cap. 2.* Guid. Pap. *quæſt.* 53.

Secundò, ſi teſtator prohibeat ne hæres falcidia vtatur, Nou. 4. *c. 2. auth. ſed cùm teſtator* C. *ad l. falcid.*

Tertiò, ſi portio naturaliter debita fuerit legata *comm. opin.*

Quartò, ſi ſcienter, vel errore juris ſoluantur legata, *l. errore*, 9. C. *h. tit.*

Quintò, ſi miles legauerit, *l.* 7. C. *h. tit.*

Sextò, ſi in pias cauſas legatum ſit, Nou. 131. *c. 12. auth. ſimiliter*, C. *h. tit.* Guid. Pap. *quæſt.* 188.

Denique, ſi dos vxori prælegata ſit, *leg.* 57. *ff. h. tit.*

Alij ſunt caſus quibus non habet locum falcidia, ſed iſti ſunt præcipui.

Ratione cuius temporis conſideranda eſt falcidia?

Vt dignoſcatur quæ ſit quarta, & vtrùm legata excedant dodrantem necne, conſideranda eſt vniuerſa bonorum quantitas, tempore mortis exiſtentium, etenim ſecundum illius temporis valorem fit legitimæ ſupputatio, *vt not. in auth. nouiſſ. Cod. de inoffic. teſtam. & in l. hæreditas, ff. de reg. iur. l. quæritur Cod. de inoffic. teſtament.* Menoch *de arbitr. ad caſ.* 149. *num.* 18. quia nulla legitima ante illud tempus debetur, *l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collat. bon. l. cùm quæritur* C. *de inoff. teſt.* quidquid enim hæreditati poſt mortẽ teſtatoris vel accedit vel decedit, ad hæreditatem pertinet, §. *quantitas autem*, 2. *hic. l. cum qua*, 56. *in princ. & l. in quantitate*, 73. *in princ. ff. ad leg. falcidiam.* Ergo tempus non hæreditatis habitæ, ſed mortis eſt conſiderandum, quo dies legatorum cedit, de quibus quarta venit detrahenda, *l. vn. §. in nouiſſimo*, C *de caduc. toll.*

Legitima ſupputanda ratione valoris bonorum tẽpore mortis.

Nulla legitima debetur ante mortem.

Quænam detrahenda ſunt ex hæreditate antequàm hæres falcidiam detrahere & legatarius legatum conſequi poſſit?

Tria detrahenda ante falcidiam.

Hæc tria, I. Impenſæ funebres ad neceſſitatem non ad luxuriam factæ quæ præferuntur creditoribus hypothecam ſiue tacitam ſiue expreſſam etiam anteriorem habentibus, §. *cùm autem ratio*, 3. *hic. l. impenſa funeris*, 45. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* Dicuntur autem impenſæ funebres, ea omnia, quæ ad condendum, ſepeliendum, & inhumandum corpus defuncti, atque monumentum extruendum erogata ſunt, *l. & ſi quis*, 14. §. *funeris* 3. *& l. funeris ſumptus*, 37. *ff. eod. tit. l. 1. §. vlt. ff. ad leg. falcid.* tum etiam veſtes lugubres & viduales, Expill. 2. *part. cap.* 190. Eiuſmodi impenſæ ex defuncti dignitate veniunt æſtimandæ & boni viri arbitrio committendæ ſunt. Idem dicendum de expenſis factis in defuncti infirmitate, *tex. in l. in reſtituenda* 4. *Cod. de petit. hæred.* quæ detrahendæ ſunt.

Impenſæ funebres quæ.

Notandum impenſas vel eſſe neceſſarias, vel vtiles, vel voluptuarias, *l. impẽſæ*, 79. *ff. de verb. ſigni.* neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. Vtiles ſunt, quibus non factis res non erat peritura, ſed ipſis factis melior efficitur, vt potè ſi faciã feneſtras vtiles in domo, vel ſimilia: faciunt ergo vtiles impenſæ rem deteriorem eſſe meliorem. Voluptuariæ dicuntur quibus non factis res non erat peritura, nec ipſis factis res efficitur melior, ſed amœnior, vt ſi facio picturas in domo mea. Neceſſariæ & vtiles repetuntur, & deducuntur, non voluptuariæ.

II. Pretia ſeruorum manumiſſorum, & eorum qui vltimo ſupplicio fuerunt affecti, *d. §. cùm autem.*

III. Omnia debita hæreditaria: legata enim ſunt portiones bonorum, & falcidia eſt portio legatorum: bona autem non cenſentur vel æſtimantur niſi deducto ære alieno, *id eſt*, eo quod aliis debetur *l. vlt. ff. de vſufr. leg. l. mulier*, 72. *ff. de iur. dot.* C. *ſubſignatum* 39 §. 1. *ff. de verb. ſignif. l. Papinianus*, 8. §. *quoniam*, 7. *in fi. ff. de inoffic. teſtam.* Surd. *conſ.* 122. *n.* 22. *& n.* 81. *& conſ.* 216. *n.* 12. *gloſ. hæreditatem, in §. ſed neque* 1. *ſupr. de auth. tut.* Ideò Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. vol. 2. lib. 13. tit. 25. n. 7.* dicit bona illa quæ habet donator non eſſe aliter intelligenda, niſi quantum ſupereſt deducto ære alieno.

Bona non cenſentur niſi deducto ære alieno.

Vbi notandum bona dici, ex eo quòd beent, *id eſt*, beatum faciant: beare enim eſt prodeſſe *leg. bonorum appellatio*, Digeſtis *de verb. ſignif.* vnde res quæ plus incommodi afferunt, bonorum appellatione propriè non veniunt, *leg. propriè bona*, Digeſtis *de verb. ſignif.* Item bonorum appellatione veniunt nomina debitorum, *l. bonorum*, §. *vltim.* Digeſtis *de verb. ſignif. l. Princeps bona*, Digeſt. *eod.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam*

Bona vnde dicta.

Bonorum appellatione quæ veniant.

*vnquam in verb.bona, num.*8. *Cod. de reuoc. donat.* Guid. Pap. *quaſt.*499.*n.*1. *verſ.& præmiſſa*, non quòd nomina ſint bona mobilia aut immobilia, ſed tertia quædã bonorum ſpecies, *l.à Diuo Pio*, §. *in vendit.ff. de re iud.* Tiraq. *de iur.retract.*§.1.*tit.*1.*gl.*7.*n.*2. ideò legato vſufructu bonorũ mobiliũ & immobilium, non cõtinetur vſusfructus nominum debitorum, Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*142.*n.*19. Deinde actiones venire, *l.*3.*in princ.&* §.1.*ff.de bon.poſſ. l.hæres in omne*,37.*ff. de acquir. hæred.* tum emphyteuſin, prædia, mancipia, & ſuppellectilia, *l.*37.*ff.de vſufr.leg.* non tamen fructus, *l.ſi quis bonorum*, 23.*ff. de l.*1. Imbert. Ench. *in verbo bonorum differentia.*

Illis tribus detractis ex bonis reſtantibus deducitur ab hærede quarta pars, & aliæ tres partes legatariis relinquuntur, & inter eos diſtribuuntur, pro rata ſcilicèt portione eius quod cuique legatum fuerit, §.*cùm autem ratio*,3.*hic.*

Legata non perſoluuntur niſi oneribus & debitis deductis.

Legata enim non perſoluuntur niſi priùs oneribus & debitis deductis, *l.ſi vniuerſa*, 15.*Cod.de legat.& l.quærebatur*, 81.*ff. ad leg. Falcid.& l.*1.*Cod.de bon.auth.iudic.poſſ.* Sanè de iure ciuili Romanorum æs alienum non ſequitur ſingulares ſucceſſores, ſed ad hæredes pro proportionibus hæreditariis tranſit, *l.*1. *C.ſi cert.pet.l.ſi fideicommiſſum*, §. *tractatum*, *ff.de iudic.*

Legatarij omnibus creditoribus poſtponuntur.

Legatarij poſteriori loco habentur, & omnib[9] creditoribus poſtponuntur, *l.creditoribus*, 4. *in fin.& l.quoties*, 6.*ff.de ſeparat. l.primo gradu*,23.*ff.quæ in fraud.cred.l.ſcimus*, 22.§.*ſin verò creditores*, C. *de iur.delib. leg. is cui*,5.§.*poſtquam*, 4.*ff.vt in poſſ.leg.*

Creditores poſſunt auocare legatariis quod acceperunt.

ita vt creditores legatariis etiam id quod iam acceperunt, auocare poſſint, *d.l.ſcimus.* 22.§.*ſin verò creditores, vſque ad* §.*in computatione*, C.*de iur. delib.l.etſi debitor*,17.*& ibi* Dd.*ff.de mort.cauſ.donat.*

Legitima debetur ſine onere.

Legitima ergo neque diem, neque conditionem recipit, & filio debetur ſine grauamine, nec fideicommiſſo grauari poteſt, Papo, *lib.*20. *tit.*3. *arr.*3.*l.quoniam*,32.*auth. nouiſſima*, C.*de inoffic.teſtam.* quæ tamen lex quoniam varias recipit limitationes, & Vaſq. *de ſucceſſ. in tit.de teſtat.potent. enumerat centum.* Facit quod dicit Fab. *defin.*12. *&* 13. *C. de inoff.teſtam.* etſi euincatur quod datum eſt pro legitima, ad ſupplementum agendum erit, vel emendandum vitium, rem, vel pecunias reſtituendo, *leg.ſcimus*, 36 C.*de inoffic.teſtament.*

Præter illa tria modò expoſita ex quibus quarta non detrahitur, adhuc alia ſunt, vt dos relegata, res mulieris cauſâ paratæ, ea quæ ipſi hæredi à teſtatore aut inter viuos donata, aut jure legati in teſtamento fuerint relicta, quæ ad conditionem implendam accipit hæres, & legata in piam cauſam relicta, vt ait Giphan. *ad* §.*quantitas, hic, per l.nec ampliùs*,2. *l.vſufr.*69.*l.quod autem*, 74. *& duas l.l.ſeqq. ff.ad leg.falcid. Nou.*131.*c.*12.

Multa ex quibus quarta nõ detrahitur.

Hîc notandum eſt quæ deductiones hîc ante quartam falcidianam fiunt, eaſdem omninò fieri ante eam quartam quæ inofficioſi querelam remoueat, *l. Papinianus*, 8.§. *quarta*, *ff.de inoffic.teſtam.* & Paul. *lib.ſent.*4.*tit.*5 *ſent. quarta.*

An hæres detrahit falcidiam ex re quam hæreditariam eſſe negauit, aut occultauit vel ſubtraxit?

Non, *l.computationi*,68 §. *vlt.ff.ad l.falcid*, vbi ſubtrahens rem hæreditariam, vel negans rem hæreditariam eſſe, ſi poſteà de mendacio conuincatur, falcidiam in illa perdit, & in *l.reſcriptum*,6.*tum in l.hæres qui*, 11.*ff.de his quæ vt indign.* ille non detrahit falcidiam ex re quam amouit.

TITVLVS XXIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS hæreditatibus, & ad S Ctum Trebellianum.

TEXTVS.

NVNC tranſeamus ad fideicommiſſa; ſed prius eſt, vt de hæreditatibus fideicommiſſariis videamus.

1 ¶ Sciendum itaque eſt, omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe, quia nemo inuitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant [hæreditatem.] Et ideò fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo juris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea diuus Auguſtus primus, ſemel iterúmque gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorumdam perfidiam, juſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia juſtum videbatur, & populare erat; paulatim conuerſum eſt in aſſiduam juriſdictionem: tantúſque eorum fauor factus eſt, vt paulatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis jus diceret, quem fideicommiſſarium appellabant.

2 ¶ In primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe, vt aliquis recto jure teſtaméto hæres iuſtituatur eiúſque fideicommittatur, vt eam hæreditatem alii reſtituat, alioqui inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres iuſtituitur. Cùm igitur aliquis ſcripſerit, *Lucius Titius hæres eſto*: poteſt adijcere, *rogo te Luci Titi, vt cùm primùm poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas reſtituas.* Poteſt autem quiſque & de parte reſtituenda hæredem rogare. Et liberum eſt, vel purè vel ſub conditione relinquere fideicommiſſum, vel ex certo die.

3 ¶ Reſtituta autem hæreditate, is quidem, qui reſtituit, nihilominus hæres permanet: is verò qui recipit hæreditatem, aliquando hæredis, aliquando legatarij loco habetur.

4 ¶ Et Neronis quidem temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca conſulibus ſenatoſconſultum factum eſt: quo cautum eſt, vt ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes actiones, quæ jure ciuili hæredi, & in hæredem competerent, ei, & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas. Poſt quod ſenatuſconſultum prætor vtiles actiones ei, & in eum, qui recipit hæreditatem, quaſi hæredi, & in hæredem dare cœpit.

5 ¶ Sed quia hæredes ſcripti, cùm aut totam hæreditatem, aut penè totam plerumque reſtituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum vel minimum lucrum recuſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſteà Veſpaſiani Auguſti temporibus Pegaſo & Puſione conſulibus ſenatus cenſuit vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt. Poſt quod ſenatusconſultum ipſe hæres onera hæreditaria ſuſtinebat. Ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id eſt, eius legatarij, cui pars bonorum legabatur, quæ ſpecies legati, partitio vocabatur: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Vnde quæ ſolebant ſtipulationes inter hæredem & partiarium legatarium interponi: eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem, & hæredem, id eſt, vt lucrum & damnum hæreditarium pro rata parte inter eos commune eſſet.

6 ¶ Ergo ſi quidem non plus, quàm dodrantem hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere: tunc ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituebatur hæreditas, & in vtrumque actiones hæreditariæ pro rata parte dabantur: in hæredem quidem jure ciuili: in eum verò, qui recipiebat hæreditatem, ex ſenatuſconſulto Trebelliano tamquam in hæredem. At ſi plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hæreditatem reſtituere rogatus eſſet: locus erat Pegaſiano ſenatuſconſulto: & hæres, qui ſemel adierat hæreditatem (ſi modò ſua voluntate adierat) ſiue retinuerat quartam partem, ſiue retinere noluerat: ipſe vniuerſa onera hæreditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidem retenta, quaſi partis & pro parte ſtipulationes interponebantur, tamquam inter partiarium legatarium & hæredes: ſi verò totam hæreditatem reſtitueret: emptæ & venditæ hæreditatis ſtipulationes interponebantur. Sed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hæreditatem, ob id, quòd diceret eam ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam: cauebatur Pegaſiano ſenatuſconſulto, vt deſiderante eo, cui reſtitueret hæreditatem: perindéque ei & in eum, qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac juris eſt ex Trebelliano ſenatuſconſulto, quo caſu nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas datur, & actiones hæreditariæ ei & in eum transferuntur, qui recipit hæreditatem, vtroque ſenatuſconſulto in hac ſpecie concurrente.

7 ¶ Sed quia ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt, & quibuſdam caſibus captioſas eas homo excelſi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas quàm difficultas placet: ideò omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quàm differentiis vtriuſque ſenatuſconſulti: placuit, exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, quod poſtea ſuperuenit, omnem auctoritatem Trebelliano ſenatuſconſulto præſtare, vt ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſiue habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartam, ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: vt tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra auctoritate retinere, vel repetere ſolutum quaſi ex Trebelliano ſenatuſconſulto pro rata portione actionibus, tam in hæredem, quàm in fideicommiſſarium competentibus: ſi verò totam hæreditatem ſponte reſtituerit: omnes hæreditariæ actiones fideicommiſſario, & aduerſus eum competant. Sed etiam id quod præcipuum Pegaſiani ſenatuſconſulti fuerat, vt quando recuſaret hæres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire, neceſſitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transpoſuimus ad ſenatuſconſultum Trebellianum, vt ex hoc ſolo neceſſitas hæredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fideicommiſſarius deſideret reſtitui ſibi hæreditatem, nullo nec damno nec commodo apud hæredem remanente.

8 ¶ Nihil autem intereſt, vtrùm aliquis ex aſſe hæres inſtitutus, aut totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatur: an ex parte hæres inſtitutus, aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogatur. Nam & hoc caſu eadem obſeruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus.

9 ¶ Si quis vna aliqua re deducta, ſiue præcepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus ſit reſtituere hæreditatem: ſimili modo ex Trebelliano ſenatusconſulto reſtitutio fiet, perinde ac ſi quarta parte retenta rogatus eſſet reliquam hæreditatem reſtituere, ſed illud intereſt, quod altero caſu, id eſt, cum deducta, ſiue præcepta aliqua re, reſtituitur hæreditas: in ſolidum ex eo ſenatuſconſulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet apud hæredem, ſine vllo onere hæreditario apud eum remanet, quaſi ex legato ei adquiſita, altero verò caſu, id eſt, cum quarta parte retenta rogatus eſt

hæres

hęres tęſtituere hæreditatem,& reſtituit:ſcindũtur actiones,& pro dodtante quidem transferũtur ad fideicommiſſarium,pto quadrante temaneot apud hæredem, Quinetiam licèt vna re aliqua deducta, aut præcepta, reſtituere aliquis hæreditatem rogatus ſit,in qua maxima pars hęreditatis contineatur,æquè in ſolidum transferuntur actiones : & ſecum deliberare debet is, cui reſtituitur hæreditas, au expediat ſibi teſtitui. Eadem ſcilicet interueniunt, & ſi duabus pluribúſve deductis præceptíſve rebus,reſtituere hæreditatem rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma deducta præceptáve,quæ quartam vel etiam maximam partem hæreditatis continet, rogatus ſit aliquis hæreditatem reſtituere: idem iuris eſt. Quæ [autem] diximus de eo , qui ex aſſe inſtitutus eſt : eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hæres ſcriptus eſt.

10 ¶ Præterea inteſtatus quoque moriturus, poteſt rogare eum,ad quem bona ſua, vel legitimo iure , vel honorario pertinere intelligit : vt hęreditatem ſuam totam,partémve eius,aut rem aliquam (veluti fundum,hominem, pecuniam) alicui reſtituat:cùm alioqui legata, niſi ex teſtamento,non valeant.

11 ¶ Eum quoque , cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare,vt id rurſum alij aut totum, aut partem,vel etiam aliquid aliud reſtituat.

12 ¶ Et quia prima fideicommiſſorum cunabula à fide hæredum pendent , & tam nomen, quàm ſubſtantiam acceperunt : ideò diuus Auguſtus ad neceſſitatem iuris ea rettaxit. Nuper & nos eundem principem ſuperare contendentes,ex facto. quod Tribonianus vir excellentiſſimus ex quæſtore ſacri palatij ſuggeſſit, conſtitutionem fecimus:per quam diſpoſuimus,ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit , vel hæreditatem, vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat , & neque ex ſcriptura , neque ex quinque teſtium numero (qui in fideicommiſſis legitimus eſſe noſcitur) poſſit res manifeſtari , ſed vel pauciores, quàm quinque, vel nemo penitus teſtis interuenerit:tunc ſiue pater hæredis, ſiue alius quicunque ſit, qui fidem hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit:ſi hæres perfidia tentus adimplere fidem recuſat , negando rem ita eſſe ſubſequutam, ſi fideicommiſſarius iuſiurandum ei detulerit,cùm priùs ipſe de calumnia iurauerit, neceſſe eum habere vel iuſiurandum ſubire,quod nihil tale à teſtatore audiuerit,vel recuſantem ad fideicommiſſi vel vniuerſalis, vel ſpecialis ſolutionem coarctari,ne depereat vltima voluntas teſtatoris fidei hæredis commiſſa. Eadem obſeruari cenſuimus,& ſi à legatario vel fideicommiſſario aliquid ſimiliter relictum ſit. Quòd ſi is, à quo relictum dicitur, [poſtquam negauerit], confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe , ſed ad legis ſubtilitatem recurrat, omnino ſoluere cogendus eſt.

Vnde dictum eſt fideicommiſſum, & quid eſt ?

Connexio. Expoſita fuit ſuprà ſubſtitutio directa, ſequitur precaria,indirecta,obliqua,& fideicommiſſaria , quæ potiſſimùm æſtimanda eſt ex coniectura & verisimili mente teſtatoris , tum ex diligenti verborum teſtamenti conſideratione, iuxta. *l. cùm auus*, 101. *ff. de conditio. & demonſt.* Iſta ſubſtitutio etiam vocatur reſtitutio,quia hâc aliquis alteri reſtituere rogatur ; quando teſtator hæredem inſtituit , & eius fidei committit, vt hæreditatem ſiue purè ſiue ſub conditione relictam , vel eius partẽ alij reſtituat, tum ille ſubſtitutus ſumit ab hærede,non à teſtatore, licèt teſtatori ſuccedat. Referendus eſt iſte titulus ad *tit. ff. de fideicom. hæred. petit. tit. de fideicom. libert. & tit. ad SC. Trebell. tum ad tit. C. de fideicom. & tit. de fideicom. libert.*

Subſtitutio ex coniectura eſtimanda, & ex mẽte teſtatoris.

Dictum eſt fideicommiſſum ex eo quòd fidei hæredis cõmittatur, *in princ. hîc*, & concipiatur verbis precariis , §. *vlt. infrà tit. prox.* qualia ſunt cupio, volo , opto,rogo,peto, jubeo,mando,fidei tuæ committo , & plura alia precaria verba inflexa & obliqua. Ille cui relinquitur hæreditas fideicommiſſo reſtituenda , appellatur fideicommiſſarius, qui non dicitur hæres niſi impropriè , *l. ſi filiusfamilias*, 5. §. 1. *ff. quod cum eo. l. poſtulante*, 44. §. *ſed & in huiuſmodi*, 1. *ff. ad Trebell. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. part. 2. declar. 11. n. 11.* Qui verò fideicommiſſo grauatus eſt, dicitur fiduciarius hæres , *l. Seius Saturninus*, 46. *ff. ad SC. Trebell.* §. *ſed quia ſtipulationes* 7. *hic.*

Fideicommiſſi etymon.

Verba precaria.

Fideicommiſſarius.

Fiduciarius.

Quotuplex eſt fideicommiſſum?

Duplex,vniuerſale & ſingulare: *Dd. in Rubr. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. n. 3. & Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 273. ſolut. 2.* Vniuerſale, eſt quo hæres totam hæreditatem,vel totum patrimonium,aut eius quotam ſiue partem alij reſtituere cogitur *l. fi. C. ad SC. Trebell.* vt Titium hæredem inſtituo : & volo vt ſi ſine liberis moriatur,bona mea reſtituat Sempronio , vel quotam bonorum nempe tertiam, quartam, & dimidiam partem bonorum. Singulare , eſt rerum ſingularium,& in rebus ſingulis reſtituendis conſiſtit, *h. t. & ſeq. l. 1. in princ. & l. 2. 3. 4. & tot. tit. ff. ad SC. Trebell. l. vlt. C. de fideicommiſſ. l. generali*, 13. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Quando vtrumque fideicommiſſum cenſeatur factum , Vide *Buſar. part. 2. de fideicom. ſubſtit. quæſt.* 268.

Fideicommiſſum vniuerſale.

Fideicommiſſum ſingulare.

Fideicommiſſarius cui ſuccedit ?

Succedit teſtatori , non grauato, *l. Fideicom.*

miſſarum ſuccedat teſtatori non grauato.

cohæredi, 41. §. cùm filia, 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Peregr. de fideicom. art. 20. n. 1. Mantic. de coniect. vlt. vel. lib. 8. tit. 7. n. 3. & tit. 23. n. 7.

Quis eſt vſus & origo fideicommiſſorum?

Fideicommiſſorum vſus.

Vſus iſte eſt, cùm hæreditas ex die certo, putà poſt quinquennium quàm moriatur teſtator, dari non poſſit, & tutius ſit vt interdum bona nõ ſtatim, ſed certo tempore ei in quem illa tranſlata cupit, dentur, fortè propter ætatem & mores, hęres alius inſtitui poteſt, qui rogetur vt die certo adueniente hæreditatem huic aut illi reſtituat nullo iuris vinculo, ſed pudore ad reſtituendum inductus, *l. ſciendum. 1. hic. l. in tempus, 62. ff. de hæred. inſtit. l. 33. in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 1. §. 9. ff. ad SC. Trebell.*

Fideicommiſſorum origo.

Fideicommiſſa non proficiſcuntur ex rigore juris ciuilis, non ex certa lege, nõ ex ſcriptura, vel nuncupatione, ſed ex nuda voluntate reliuquentis, *Vlp. in fragmentis, tit. 25. in princ.* & moribus iam ante Ciceronis tempora obſeruatis, vt patet ex *lib. 2. de finib. & lib. 1. in Verr.* Cùm enim iure directo hæreditates relinqui non poſſent, excogitatus eſt alius earum relinquendarum modus, nempe iure precario, qui modus ante diuum Auguſtum fuit adhuc infirmus, ſed illum poſteà confirmauit ipſe Auguſtus, voluitq; vt fideicommiſſa pręſtarẽtur, ideò mandauit conſulibus, vt authoritatem ſuam interponerent, & cogerent hæredem grauatum reſtituere, quod quia iuſtum & populo grauatum ad hæc vſque tempora firmiter fuit obſetuatum, ita vt noſtra ætate fideicommiſſa ſint in frequentiſſimo vſu. Et tantus fuit olim fideicommiſſorum fauor, vt duo Prætores creati fuerint, qui de fideicommiſſis cognoſcerent, & ius dicerent, de quorum vno tantùm loquitur Iuſtinianus, quem fideicommiſſarium Prætorem appellat, *§. ſciendum, 1. hic.*

Fideicommiſſa quomodo relinquuntur?

Ratio relinquendi fideicommiſſa.

Primò relinquuntur tam ex teſtamento vel codicillis, quàm ab inteſtato. De fideicommiſſis ex teſtamento relictis agitur in §. *in primis, 2. hic.* De fideicommiſſis ab inteſtato relictis agitur in §. *præterea, 10.* De iis quæ codicillis relinquuntur agitur *infr. de Codicillis.*

Secundò relinquuntur fideicommiſſa, non tantùm vniuerſæ hæreditatis, ſed etiam partis, adeóque certæ rei, §. *in primis, 2. hic.*

Tertiò relinquuntur, vel purè, vel ſub conditione, vel ex die certo, *d. §. in primis, in fin.* Nihil obſtat etiamſi hæres ex certo tempore inſtitui nequeat, §. *hæres, 1. ſupr. de hæred. inſtit.* quia ibi de directa hæredis inſtitutione agitur, hic de fideicommiſſaria, & ſanè hæres ex certo die inſtitui nequit, alioqui teſtator aliquandiu ſine hærede eſſet, ita quidem ſubſtitui, quia hæredem habere non deſineret.

Hæres reſtituere grauatus poſt reſtitutionem deſinitne eſſe hæres?

Hæres grauatus poſt reſtitutionem non deſinit eſſe hæres.

Non, §. reſtituta, 3. hic, ſemel enim hæres nunquam deſinit eſſe hæres, *l. ei qui ſoluendo, 88. ff. de hæred. inſtit. l. ait Prætor, 7. §. ſed quòd Papinianus, 10. in fi. ff. de min. 25. ann. l. ſicut maior, C. de repud. vel abſtin. hæred.* Quod verum eſt de jure prætorio, nam de iure ciuili qui ſemel fuit hæres poteſt deſinere eſſe hæres, *l. ex facto. 43. §. Iulianus, 3. vbi gloſſ. in verb. forte. & Dd. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. auth. hoc amplius. C. de fideicom.* Sic mater iure admiſſa ad fideicommiſſum, tamen propter ſuperuenientiam liberorum eis hæreditatem reſtituere tenetur, tanquam à teſtatore vocatis. *Gloſſ. Bald. & Imol. ad l. peto, 59. §. fratre, 3. ff. de leg. 2.*

Quot fuerunt Senatuſconſulta circa fideicommiſſa?

SC. Trebellianũ.

Duo, Trebellianum, & Pegaſianũ: per Trebellianũ cautum eſt, vt actiones hæreditariæ tá actiuæ, quàm paſſiuæ, quæ hæredi & contra hæredes competerent, in fideicommiſſarium, tanquam eum qui ſit loco hæredis, transferrentur non directò, ſed vtiliter, *hoc eſt*, per quandam interpretationem, *arg. l. ſecundum naturam, 10 ff. de reg. iur.*

SC. Pegaſianum.

Per Pegaſianum cautum eſt, vt quemadmodum hæres legatis oneratus habebat quartæ deducendæ facultatem, ita is qui hæreditatem reſtituere grauatus eſſet, quartam ex fideicommiſſo deducere poſſet, & à fideicommiſſario, ſi adire nolebat, eo quòd eſſet damnoſa hæreditas, cogeretur, *l. quia, 4. & l. cogi. 16. ff. ad SC. Trebell.* contra regulam quæ vult vt nemo adire compellatur, *l. nec emere, 16. C. de iur. delib.* quo caſu hæres nullam quartam deducebat, quia nemo commodum ſentire debet ex eo quod impugnare viſus eſt, *l. ita tamen, 27.*

Nemo adire compellendus.

Nemo commodum

ſentit ex eo quod impugnauit. *men, 27. §. qui ſuſpectam, 2. ff. ad SC. Trebell.*

Sed Iuſtinianus tranſtulit Pegaſianum in Trebellianum, & abolito Pegaſiano (non quòd Trebellium magis quàm Pegaſum dilexerit, neque enim ius permittit vt perſonarum ratio habeatur, ſed quòd multas ambages contineret, nec ſatis proſpiceret hæredi directo, quem pro quarta ſupponebat omnibus hæreditariis oneribus) ſanxit vt deinceps ex Trebelliano quarta detraheretur, quæ ideò non ampliùs Pegaſiana, ſed Trebellianica appellata fuit, *§. ſed quia hæredes, 5. hic.* & onera atque actiones pro rata parte diſtribuerentur, *l. 1. & tot. tit. ff. ad S.C. Trebell.* tamen ſi hæredi per præceptionem quędam portio ſit relicta, ratione illius portionis nullas ſuſtinebit actiones, quia cenſetur legatarius: Legatarius enim actionibus hæreditariis non tenetur, ſed tantùm hæres quà hæres, *§. ſi quis vna, 9. hic. l. ſi hæreditatem, 32. verſ. nam legatum, ff. mandati, l. penult. C. de hæred. inſtit.*

Quarta Trebellianica.

Prælegatū non ſubijcitur actionibus.

Sī vus hæres actiones ſuſtinet.

Notandum filium grauatum imputare ſibi in legitimam quæcunque bona alienauit titulo lucratiuo, *tex. in l. Marcellus, 3. §. ea quæ, 3. ibi: imputatur hæredi. ff. ad ad Trebell.*

Grauatus imputat in legitimam bona alienata titulo lucratiuo.

Notandum adhuc ſecundo loco ſubſtitutum non detrahere Trebellianicam, vt tenent omnes [illegible] *l. 1. §. denique, ff. ad Trebell.* quia Trebellianica ſemel tantùm detrahitur, *Pap. lib. 20. tit. 4. art. 3. in fin.*

Secundo loco ſubſtitutum nō detrahit Trebellianicam. Trebell. ſemel tantùm detrahitur.

Quid detrahit hæres grauatus præter quartam Trebellianicam?

Grauatus deducit creditum, & fideicommiſſum.

Deducit ſuum creditum, *Surd. conſ. 7. n. 23.* & ciuiliter & naturaliter, *n. 25.* deducit etiā fideicommiſſum quod teſtator reſtituere ſibi tenebatur, idem *n. 27.* & id omne quod hæreditario titulo ad eum peruenit, non quod alio titulo, *l. cohæredi, 41. §. cum filio 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 3. §. vxor, in fi. ff. de dot. prælegat. l. ſi res, 52. in princ. ff. ad Trebell.* non quod aliunde habuit quàm ex teſtamento licèt à teſtatore habuerit, *l. 3. §. ſi rem, ff. de leg. 3.*

Grauatus nō deducit quod aliūde habuit quàm ex teſtamēto.

Fideicommiſſarius agens contra tertium ad quid [illegible] [illegible]?

Fideicommiſſarius quomodo agat contra tertiū.

Fideicommiſſarius contra tertium poſſeſſorem non agit fideicommiſſaria hæreditatis petitione ſed rei vindicatione, *l. regulariter 9. ff. de petit. hæred. l. 2. & l. hæreditatis 7. C. eod.* ergo tenetur probare dominium fideicommittentis, quia actore non probante reus abſoluitur, *l. qui accuſare, C. de edend.* & poſſeſſionem tertij poſſeſſoris.

Quomodo differunt Falcidia & Trebellianica?

Sic potiſſimùm: falcidia ex legatis ab inteſtato, *in princ. ſupr. de leg. falcid.* Trebellianica ex fideicommiſſis detrahitur à grauato, *§. ſed quia, 3. h. t.* & quidem ex fideicommiſſis vniuerſalibus, nam ex ſingularibus non detrahitur, vt poſt multos grauiſſimos doctores refert, *Expill. part. 2. cap. 9* Falcidia reſecat ſuperflua legata particularia vſque ad dodrantem, ſed SC. Trebellianum reſecat ſuperfluam inſtitutionem. Quòd autem legitima non deducatur de rebus quæ reſtitutioni ſubiacent, certi iuris eſt, nam talia bona vt æs alienum deducuntur, *l. irritum. 8. C. ad leg. falcid. l. pater filium, 54. in princ. l. ſi dos, 85. ff. eod. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. n. 232.* Deinde in falcidiam ſiue legitimam non imputando, ea quæ hæres capit iure legati, aut fideicommiſſi, ſed tantùm iure hæreditario, ita quidem in Trebellianicam, *l. in quartam, 91. ff. ad leg. Falcid.*

Falcidia & Trebellianicæ differētia.

Legitima nō detrahitur de rebus reſtituēdis.

Quarta Trebellianica eſt-ne, immunis ab omni onere hæreditario?

Non, ſed pro rata illis ſubiacet, *§. ſed quia, 7. hic. & §. ſi quis erat 9. hic.* ſi tamen relinquatur vt res ſingularis, tunc hæres erit veluti legatarius, qui nullis oneribus ſupponitur, *d. §. ſi quis vna hic.* Creditores tamen hæreditarij in ſubſidium contra hæredem grauatum agere poſſunt, ſi portio reſtituta non ſufficit, licèt Trebellianica vt res ſingularis relinquatur: quod fit ſi teſtator ita dixerit, inſtituo Titium hæredem & retento tali prædio ex bonis meis, rogo eum vt reliqua Sempronio reſtituat, hoc caſu quamuis prædium quod retinet Titius quadrantem excederet, tamen oneribus non ſubiaceret niſi in ſubſidium, *d. §. ſi quis vna*, quare aliquando Trebellianica vna in re ſoluitur, & in eam imputatur id quod iure ſingulari capitur, *l. in quartam. 91. ff. ad leg. Falcid.*

Quartā Trebellianica ſubiacet oneribus pro rata.

Contrà ſe res habet quoad legitimā, quæ nullo onere grauari poteſt, & quicquid ei onerandæ adiicitur pro nullo eſt, *l. quoniam in precibus, 32. ibi, vel quodcunque onus introducens, tollat, C. de*

Legitima nullo onerē grauari poteſt.

inoffic. teſtam. l. in imponenda, 6. *C. ad leg. Falcid. Cepol. cont.* 36. *Cacheron. deciſ. Pedem.* 148. *n.* 8. *& deciſ.* 20. *n.* 4. quia filij quoad legitimam æquiparantur creditoribus, §. *prohibemus*, *in auth. de triente & ſemiſſe auth. de nouiſſ. C. de inoffic. teſtam.* neque grauari poteſt legitimæ ſupplementum *Guid. Pap. quæſt.* 303.

Grauatus in quarta præfertur legatariis.

Hic notandum hæredem grauatum qui detrahit quartam, non ſuſtinere quartam partem legatorum, quia in quarta Trebellianica præfertur legatariis, nec eis tenetur niſi in eo quod habet vltra quartam, *l.* 1. §. *ſi is qui ff. ad SC. Trebell. l.* 1. §. *idem Iulianus* 21. *ad SC. Trebell.* legatorum enim ſolutio ſpectat ad fideicommiſſarium, *Pap. lib.* 20. *tit.* 4. *art.* 1. *Ranchin. in annot. ad quæſt.* 296. *Guid. Pap.* Verùm ſuſtinere quartam partem debitorum, § *ſi quis*, 9. *hic.* quia creditores prætendunt cauſam oneroſam, *l. fin.* §. *licentia. C. de iur. delib.* æs quippe alienum præfertur in totum quartæ, quæ non detrahitur niſi eo deducto, *l. in imponenda*, 16. *l. scitum* 8. *C. ad L. falcid.* Quod ad legitimam attinet, ea detrahitur ante Trebellianicam,

Legitima detrahitur ante Trebellianicam.

Barr. de ſucceſſ. lib. 15. *quand. deſcen. detrah. duas quar. n.* 10. *poſt Pet. Placentin quæſt.* 15. *n.* 208. *de fideicom. Graſſ. quæſt.* 4. *n.* 2. *Dec. conſil.* 236. *n.* 18. *Papo*, *lib.* 20. *tit.* 4. *art.* 1.

Teſtator poteſtne prohibere ne hæres detrahat Trebellianicam?

Teſtator poteſt prohibere, ne hæres detrahat Trebell.

Poteſt, non ſecus ac falcidiæ detractionem poteſt prohibere, *Nou.* 1. *c.* 2. *in fin. ibi ſi verò expreſſim*, *auth. ſed cùm teſtator*, *C. ad leg. Falcid. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib.* 7. *tit.* 11. *n.* 7. æquiparãtur enim Falcidia & Trebellianica §. *ſed quia hæres*, 5. *h. tit.* quod autem eſt verum de vno æquiparatorum, id etiam de altero verum eſſe debet iure nouo, *l. ſi quis ſeruo*, 20. *C. de furt. l.* 1. *ff. de leg.* 1. *Menoch. de arbitr. iudic. caſ.* 88. *n.* 8. *Tuſch. tõ.* 3. *lit. E. concluſ.* 308. Deinde ſi facta ſit prohibitio in vno gradu, cenſebitur repetita in ſequentibus, *Guid. Pap. quæſt.* 545. *n.* 1. *& quæſt.* 592. *n.* 1.

Quod eſt verum de vno æquiparatorũ, de altero etiam verum eſt.

Quinam rogari poſſunt hæreditatem aliis reſtituere?

Vel inſtitutus vel ab inteſtato ſuccedẽs poteſt grauari. Obiect.

Non tantùm illi qui hæredes inſtituti ſunt, ſed etiam qui ab inteſtato ſuccedunt grauari poſſunt hæreditatem vel totam, vel eius partem, aut rem aliquam alicui reſtituere §. *prætereà*, 10. *hic.* nec obſtat, *lex ab eo*, 9. *C. de fideicom.* vbi dicitur, non honoratum grauari non poſſe, atque ita non grauari venientem ab inteſtato, eo quòd honoratus non ſit; nam ex *l. conficiuntur*, §. 1. *ff. de iur. codicill.* ideò fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur paterfamilias ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem: ergo qui ab inteſtato veniunt, non tantùm lege veniunt, ſed etiam tacitâ defuncti voluntate.

Poteſtne fideicommiſſarius grauari vt alij rurſus hæreditatem reſtituat?

Fideicommiſſarius poteſt grauari.

Non tantùm hæres, ſed etiam fideicommiſſarius grauari poteſt, vt id quod ipſi ex fideicommiſſo relictum eſt alij reſtituat, §. *eum quoque* 11. *hic. l.* 1. §. *de illo quæritur*, 8. *ff. ad SC. Trebell.* ita tamen vt ille fideicommiſſarius grauatus quartam deducere non poſſit, quia ſolus directus hæres quartam detrahit, *l. lex falcidia* 47, *in fin. ff. ad l. falcid. l. mulier.* 22. §. *fin. ff. ad SC. Trebell.*

Solus directus hæres quartam detrahit.

Si fideicommiſſum de iure non valeat, tamen fidei hæredis committatur, quomodo erit procedendum?

Aliquando fieri poteſt vt neque ex ſcriptura, neque ex teſtium numero poſſit fideicommiſſum manifeſtari, ſi nempe pauciores ſint teſtes quàm par eſt, vel nullus ſit teſtis, ſic hæres grauatus liberabitur quamuis fideicommiſſum fateatur, tamen excipiat de defectu ſolennitatum, §. *& quia*, 12. *hic.*

Si fideicommiſſũ non valeat liberabitur hæres grauatus.

Si fideicommiſſum fateatur hæres, tamen dicat deficere ſolennitates, aut ſi prorſus neget, quid erit agendum?

Primo caſu liberabitur, quia deficientibus ſolennitatibus non conſtabit de firma teſtatoris voluntate, & ita infirmabitur fideicommiſſum, ideò liberabitur hæres, neque enim poteſt cogi ad ſoluendum fideicommiſſum, non rectè aut non ſolenniter factum. *l.* 2. *& l. veritas*, 23. *C. de fideicomm.* Poſteriori caſu deferetur ipſi hæredi iuramentum, & ſi iuret, abſoluetur: ſi verò iurare recuſet pro conuicto habebitur, §. *fin. hic.* nec fideicõmiſſario referet, quia veriſimilius eſt hæredem ſcire teſtatoris voluntatem quàm fideicommiſſarium, eo quòd vt plurimùm teſtator alloquatur hæredem, rarò fideicommiſſarium, *l. peto*, 69. *ff. de legat.* 2. *l. fideicommiſſa.* §. 11.

Hæres potius ſcit voluntatẽ defuncti quàm fideicommiſſarius.

ſi quis

ſi quis ita.4.ff.de legat.3.Maſner. pract. tit.de iureiur.n.8.

Quot modis debetur quarta?

Sex modis debetur quarta.

Sex modis: I. Debetur iure naturali, vel deſcendentibus, vel aſcendentibus & dicitur legitima, de qua *ſupr. in tit.de inoffic.teſtam.*

II. Debetur hæredibus, quando teſtator vltra dodrantem legauit, quæ dicitur quarta falcidiæ, de qua *ſupr. in tit. de leg. Falcid.*

III. Trebellianica, quæ relinquitur hæredi directo qui reſtituere grauatus eſt, de qua in hoc titulo, & quam etiam hæredis hæres detrahere poteſt, *l. nunquam C.ad leg. Falcid.*

IV Datur filio arrogato à patre adoptiuo ſine legitima cauſa emancipato, aut exhæredato, *§.cùm autem impubes, 3. pr. de adopt.*

V. Debetur concubinæ, quæ eo animo apud quendam vixit, vt duceretur in vxorem, quæ poſteà ſi fuerit expulſa, debetur ei quarta pars bonorum illius, qui eam expulit, §. *qui vero legem dudum, au h.vt liceat, matri vel auiæ, collat.* 8.

VI. Quando diues maritus moritur relinquens poſt ſe vxorem inopem & indotatam, illa habebit quartam, ſi tantùm tres vel pauciores liberi extent, & ſi plures, æqualiter cum iis ſuccedet, *auth.præterea. C. vnde vir & vxor.*

Filius poteſtne duas quartas detrahere?

Filius duas quartas poteſt detrahere.

Poteſt, vnam iure filiationis, & dicitur Legitima, nempe triens, *hoc eſt,* quatuor vnciæ, *Nou.* 18. & alteram iure ſcripto hæredis grauati, quę quarta Trebellianica appellatur, nempe quadrans beſſis reliqui, hanc dicit communem eſſe opinionem in toto mundo receptam; *Iaſ. in auth. res quæ. C. commun. de leg. n.* 3. Vbi ita loquitur, *Ex generali conſuetudine totius mundi obſeruatur; & in iure Canonico, & ex iure ciuili, quòd filius qui reſtituere debet duas detrahat quartas, & conſequenter dimidiam totius hæreditatis habeat.* Idem dicit *Andr.Gail.obſeruat.lib.2.ca.121.*

TITVLVS XXIV.

DE SINGVLIS REBVS PER fideicommiſſum relictis?

TEXTVS.

POTEST tamen quis etiam ſingulas res per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, [&] pecuniam numeratam: & vel ipsũ hæredem rogare, vt alicui reſtituat, vel legatarium, quamuis à legatario legari non poſſit.

1 ¶ Poteſt autem non ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere: ſed & hæredis, aut legatarij, aut fideicommiſſarij, aut cuiuſlibet alterius. Itaque & legatarius & fideicõmiſſarius non ſolùm de ea re rogari poteſt, vt eam alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit: ſed etiam de alia, ſiue ipſius, ſiue aliena ſit. Hoc ſolùm obſeruandum eſt, ne plus quiſquam rogetur alicui reſtituere, quàm ipſe ex teſtamento ceperit, nam quod amplius eſt, inutiliter relinquitur. Cùm autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur: neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere & præſtare, aut æſtimationem eius ſoluere.

2 ¶ Libertas quoque ſeruo per fideicommiſſum dari non poteſt, vt hæres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommiſſarius: nec intereſt, vtrùm de ſuo proprio ſeruo teſtator roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarij, vel etiam extranei ſit. Itaque & alienus ſeruus redimi & manumitti debet. Quòd ſi dominus eum non vendat: ſi modò nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatẽ, recepit, non ſtatim extinguitur fideicommiſſaria libertas, ſed differtur, quia poſſit tempore procedente, vbicunque occaſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas: Qui autem ex fideicommiſſi cauſa manumittitur: non teſtatoris fit libertus, etiamſi teſtatoris ſeruus ſit, ſed eius, qui manumittit. At is, qui directò ex teſtamento liber eſſe iubetur, ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiam orcinus appellatur. Nec alius vllus directò ex teſtamento libertatem habere poteſt, quàm qui vtroque tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamentum, & quo moreretur. Directa autem libertas tunc dati videtur, cùm non ab alio ſeruum manumitti rogat, ſed velut ex ſuo teſtamento libertatem ei competere vult.

3 ¶ Verba autem fideicommiſſorum hæc maximè in vſu habentur, *peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo.* quæ perinde ſingula firma ſunt, atque ſi omnia in vnum congeſta eſſent.

Quid eſt fideicommiſſum ſingulare?

Comment.

ACtum eſt de vniuerſali fideicommiſſo: ſequitur ſingulare, qui eſt peculiaris modus acquirendi dominij iure ciuili, & quo relinquitur non hæreditas vel quota eius, ſed corpus ſingulare de manu alterius accipiendum, veluti fundus, argentum, homo, veſtis, & pecunia numerata, *in princ. hic.* Refertur iſte titulus ad *tres titulos, ff. de leg. & fideicom. tum ad tit. de fideicom.* Fideicommiſſum ergo ſingulare eſt cùm teſtator inſtituit hæredem, & eum iubet aut rogat alij reſtituere certam rem ſingularem, vel particularem in ſpecie aut quãtitate, quam in ſuo teſtamento deſignat: in ſpecie, vt domum, pratum, vineam; in quantitate, modium vini, tritici.

Fideicommiſſum ſingulare.

Quis poteſt rogare & quis rogari fideicommiſſum ſingulare reſtituere?

Fideicommittere & fideicommitti quinam poſſunt.

Illi omnes fideicommittere poſſunt quibus conceſſa eſt facultas de bonis ſuis pro libitu diſponendi ſiue per teſtamentum, aut codicillum, ſiue ab inteſtato, vt in præcedenti titulo dictum eſt. Fideicommitti verò non poteſt, niſi illis qui aliquid ex teſtamēto ceperint, ſiue illi ſint hæredes ſiue legatarij, *in princ. hic.* ſiue fideicommiſſarij, ſiue quicunque aliter honorati: nam ille ſolus oneratur aut grauatur qui honoratus eſt, *l. 1. §. ſi quis ad SC. Trebell. l. Imperator, 70. §. 1. & ſeq. ff. de leg. 2. l. plane, 92. §. fi. l. filiusfamilias, 114. §. apud Marcellum, ff. de leg. 1. l. ſed ſi non ſeruus, 36. ff. ad leg. falcid.* Tantundem enim quis præſtare rogandus eſt, quantum accepit, nullo legis falcidiæ beneficio competente, *l. ex falcidia, 47. ff. ad leg. falcid.*

Is ſolus grauatur qui honoratus eſt.

Poteſtne legatarius legatum æquè ac fideicommiſſum relinquere?

Non, *in princ. hic.* alioqui eſſet legatum legati quod eadem ratione non licet, quâ ne computentur fructus fructuum, vſuræ vſurarum, ſeruitus ſeruitutis, *l. ſi non ſortem, 26. §. 1. ff. de condict. indeb. l. neque, 15. l. 29. ff. de vſur. rei iudic. l. 1. ff. de vſufr. l. 2. §. ſi identitas, ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertinent.* Deinde eius legati nulla dari poſſet formula aut modus; Fideicommiſſi verò poteſt, vt, *rogo te Semproni legatarie, vt ex centum quæ tibi legaui quinquaginta, Mæuio reſtituas*: at legata tantùm ad hæredem diriguntur vt damnas eſto hæres Titio date centum, *Giphan. ad princ. hic.* Vnde patet diſcrimen inter legatum & fideicommiſſum.

Quænam res fideicommiſſo relinqui poſſunt?

Res propria & aliena fideicommitti poſſunt.

Non tantùm res propriæ, ſed etiam alienæ, hæredis nimirum legatarij, fideicommiſſarij aut cuiuſlibet alterius, *§. 1. hic.* Cùm res alienæ per fideicommiſſum relictæ ſunt, is qui rogatus fuerit, aut ipſas redimet, & præſtabit, aut earũ æſtimationem ſoluet, *d. §. 1. §. ſi res aliena, 6. ſupr. de legat.*

Libertas poteſtne per fideicommiſſum relinqui?

Libertas directa & fideicommiſſaria.

Duplex eſt libertas, directa & fideicommiſſaria: illa legato, hæc fideicommiſſo relinquitur, quæ in *tit. ff. de fideicomiſſ. liber.* Aliæ proponuntur differentiæ inter has duas libertates, *in gloſſ. datis, ad l. Iulianus, 40. ff. de manum. teſtam.* Qui libertate directa, & immediatè à teſtatore capta fit libertus, Orcinus appellatur, *id eſt*, libertus illius Patroni qui ad orcum deſcēndit, ſeu mortuus eſt, neque enim habet hæredem patronum, *§. libertas, 2. hic.* Eſt Orcus inferorum atque mortis Deus, hinc orcinus libertus, qui ſit ipſius teſtatoris defuncti, & in orci familia adſcripti, ac proinde nullius viuentis, vel qui ſit in familia eius qui in orco eſt, qui ergo per fideicommiſſum accepit libertatem, fit libertus eius qui cum manumittere rogatus eſt.

Orcinus.

Orcus.

Verba fideicommiſſorum quænam ſunt?

Nutu & verbis fieri poteſt fideicommiſſum.

De verbis quibus relinquitur fideicommiſſum actum eſt *ſupr. in tit. prox.* quanquam etiam coniecturis, & ſolo nutu ſiue verbis fieri poſſit fideicommiſſum, *l. nutu, 21. in princ. ff. de leg. 3. Matth. in quæſt. 459. Guid. Pap.*

Fideicommiſſum ſiue legatum in teſtamento imperfecto, & minùs ſolenni relictum valétne?

Fideicommiſſum in teſtamento imperfecto relictum aliquando valet, aliquādo nō.

Non, ſi extraneæ perſonæ relictum ſit, ita quidem ſi perſonæ teſtatori coniunctæ, aut ab eo valdè dilectæ, cuiuſmodi etiam poteſt eſſe vxor, factum ſit, *text. & gloſ. in l. in teſtamento, ff. de fideicommiſſ. libert. gloſ. in l. eam quam verb. traditur, C. de fideicom. Iaſ. in l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, n. 20. ff. de leg. 1. & l. non dubium, n. 6. C. de teſtam.* Ratio eſt, quia ardor liciti & honeſti amoris clauſulæ codicillaris vim habet, *l. 1. l. in teſtamento. ff. de fideicom. libert. Sichard. in d. l. non dubium. n. 10. Cephal. conſil. 294. n. 14. & ſequent.* Idem dicendum de legato in piam cauſam facto, quod valet etiamſi teſtamentum non valeat. *Pap. lib. 20. tit. 6. art. 1.*

Legatum piam valet licèt teſtamentum ſit imperf.

TITVLVS XXV.

DE CODICILLIS.

TEXTVS.

ANTE Auguſti tempora conſtat codicillorum ius in vſu non fuiſſe, ſed primus Licius Lentulus (ex cuius perſona etiam fideicommiſſa [eſſe] cœperunt) codicillos introduxit. Nam cùm decederet in Africa, ſcripſit codi-

codicillos teſtamento confirmatos, quibus ab Auguſto petiit per fideicommiſſum, vt faceret aliquid. Er cùm diuus Auguſtus voluutatem eius impleſſet: deinceps reliqui eius auctoritatem ſequuti fideicommiſſa præſtabant: & filia Lentuli legata quæ jure non debebar, ſoluit. Dicitur autem Auguſtus conuocaſſe ſapientes viros, intérque eos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, nec abſonans à juris ratione codicillorum vſus eſſet: & Trebatium ſuaſiſſe Auguſto, quod diceret vtiliſſimum & neceſſarium hoc ciuibus eſſe propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuiſſent: vbi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora cùm & Labeo codicillos feciſſet: jam nemioi dubium erat, quin codicilli jure optimo admitterentur.

1 § Non tanium autem teſtamento facto poteſt qois codicillos facere, ſed [&] inteſtatus quis decedens fideicommittere codicillis poteſt Sed cùm ante teſtamentum factum codicilli facti erant: Papinianus ait, non aliter vires haberc, quàm ſi ſpeciali poſtea voluotate confirmentur. Sed diui Seuerus & Antooinus reſcripſerunt: ex iis codicillis, qoi teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat eum, qui teſtamentum fecit, à voluutate, quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.

2 § Codicillis autem hæreditas neque dari, neque adimi poteſt: ne confundatut jus teſtamentorũ & codicillorum, & ideò nec exhæredario ſcribi. Directo autem hæreditas codicillis neque dari neque adimi poteſt: nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis jure relinquitur. Nec conditionẽ hæredi inſtituto codicillis adjicere, neq; ſubſtituere directo [quis] poteſt.

3 § Codicillos etiã plures quis facere poteſt, & nullã ſolemnitatem ordinationis deſiderant.

Vnde dictus, & quid eſt Codicillus?

Commentar.

NOn tantùm teſtamentis, ſed etiam codicillis relinquuntur fideicommiſſa, §. *codicillis, 2. verſ. directo, hic. l. 2. in princ. & l. 3 ff. de iur. codicill.* Idcircò expoſitis teſtamentis & fideicommiſsis de codicillis agendum ſequitur qui ſunt quædam teſtamenta ratione ſolennitatum imperfecta. Hic titulus referri debet *ad tit. ff. de iur. Codicill. & ad tit.* C. *de codicill.*

Codicillus unde dictus.

Codicillus eſt diminutiuum Codicis, & Codex à caudice dicitur, craſsiore arboris parte, faciendis veterum tabulis apta. Codex ſignificabat contextũ tabularũ, quæ cerâ ad ſcribendum aptabatur antequam inuenta eſſet papirus: vnde codicis & codicilli nomina fuerunt retenta licèt loco tabularũ chartæ cõmodior nunc vſus ſucceſſerit. Eſt autẽ Codicillus hoc in loco non ſcriptura quæuis, vel diploma, vel epiſtola, quę ab amico ad amicum mittitur, vel quæ teſtamentum dicitur, ſed ſententia, vel volũtas vltima defuncti teſtati, vel inteſtati

Codicillus quid ſit.

imperfecta minúſq; ſolennis propter aliquod impedimentũ ſine hæredis inſtitutione, ita vt codicillus ſit paruus codex, vel paruum & minùs ſolenne teſtamentum, vel quoddã teſtamenti ſupplemẽtũ, *in princ. hic. & in ff. &* C. *d. codic. gloſſ. in Rub. ff. de codic. & hic.* rectè comparat teſtamentũ juſtæ naui, & codicillos cõparat ſcaphæ, quæ eſt nauis parua piſcatoria, quę plerunq; ſolet annecti juſtę naui.

Codicillum eſſe vltimam volunratem defuncti patet, *ex princ. huius tit. ibi, voluntatem eius, & l. fin.* §. 1. *& vlt.* C. *h. tit.* Patet etiam iſtam voluntatẽ eſſe teſtati vel inteſtati, §. 1. *hic. l. conficiuntur,* 8. *l. ab inteſtato, 16. ff. de iur. codicill. l. non idcircò,* 4. C. *h. tit.* Iſta voluntas eſt imperfecta & minùs ſolennis, §. *vlt. hic.* reſpectu teſtamenti, quia in Codicillo nõ inſtituitur hæres, §. *codicillis, 2. hic. l. 2.* §. *fin. l. quod per manus,* 10. *ff. de iur. codicill.* ita quidem in teſtamẽto, §. *ante hæredis, 34. ſupr. de legatis.* Præterea nõ eſt neceſſe vt ſcribantur, vel ſignentur codicilli manu propria ipſius teſtatoris, *l. diui Seuerus,* 6. §. *codicillos,* 1. *ff. de iur. Codicill.* Deniq; dicitur Codicillus eorũ quæ in teſtamento vel antè, vel pòſt facto teſtatoris voluntati deſunt, ſupplementũ, vt habetur, *in* §. *non tantùm,* 1. *hic. in l. ante tabulas, 5. in l. conficiuntur,* 8. §. *ſi poſt factum, 3. ff. de iur. codicill.*

Nora codicillos in plurali frequenter, in ſingulari rarò accipi, *gl. vel codicillo, in l. generali,* 13. C. *de ſacroſ. Eccleſ. l.* 48. *& ibi gloſſ. fin. ff. de verb. ſignif.*

Qua ratione & neceſsitate cœperunt codicilli?

Codicillorum origo & neceſsitas.

Conſtat ante Auguſti tempora codicillorum jus in vſu non fuiſſe, ſed primũ Lucium Lentulũ codicillos introduxiſſe, cuius introductionis hiſtoria fusè deſcribitur *in princ. hic.* Neceſsitas in ea verſatur, vt ſi quis impediatur facti non juris impedimẽto iuſtam ſententiam teſtamento relinquere, is ſaltem ab inteſtato obiter deſcribat de bonis ſuis, cui aliquid voluerit reſtitui, per codicillum vnum aut plures, ita vt codicilli ad fideicommiſſa præſtanda inuenti ſint, *l. 1. & 2.* C. *de codicill. &* §. 1. *hic.* Vel ſi quis oblitus fuerit alicuius rei in teſtamento deſcriptæ, is codicillum ſcribere poſsit. Deinde ſi propter defectum ſeptem teſtium aliquis non poſsit condere teſtamentum ſolenne, tamen ſi quinque habeat teſtes, poſsit codicillos condere, nec inteſtatus moriatur *in princ. hic.*

Quot ſunt Codicillorum *genera?*

Variis modis diniduntur codicilli,

Codicillorũ diuiſiones.

præcipuè tamen diuiduntur in eos qui fiunt in teſtaméto,& eos qui fiunt extra teſtamentum, *l. conficiuntur*, 8. *in princ. l. ob inteſtato*, 16. *ff. de iur. codicill.* Qui in teſtamento fiunt cum hac clauſula codicillari, quæ vult, vt ſi teſtamérum non valeat iure teſtamenti, valeat iure codicilli, *l. ſi. §. illud quoque*, C *de codicill. l. ſi miles*, 3. *ff. de teſtam. milit. l. 1. ff. de iur. codicill.*

Clauſula codicillaris.

Et quæ in teſtamento appoſita noſtrâ ætate eſt vſitatiſſima, túncq; habet locum, cùm teſtaméctum propter ſolemnitatis omiſſæ defectum non valet, per *text. & gloſ. in l. codicillos*, §. *fin. ff. de leg.* 2. & facit vt valeat eo modo quo poteſt, ſi nõ iure teſtaméti, ſaltem iure codicilli & fideicommiſſi *l. 1. vbi* D *d. ff. de iur. codicill.* Menoch. *arb. 1. qu.* 47. Alex. *conſ.* 112. *vol.* 3. Socin. *conſ.* 66. *n.* 7. *& ſeq. vol.* 3. Dec. *conſ.* 14. *nu.* 3. *conſ.* 77. *nu.* 4. qui, inquam, codicilli in teſtaméto fiũt, cui ſolet etiam par clauſula adiici, *omni meliori modo quo valere poterit*, quæ inducit hæredis inſtitutionem, Bald. *l. quoties*, 13. *n.* 3. C. *de hæred. inſtit.* non valebunt niſi infirmato teſtamento, *l. ex ea ſcripturo*, 29. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. ex teſtamento*, 29. C. *de fideicommiſſ. l. iure*, 11. C. *de teſtam. monum.*

Clauſula omni meliori modo

Qui verò fiunt extra teſtamentum, aut confirmantur in præteritum, aut in futurum, aut per fideicõmiſſum teſtamento facto, aut ſine facto teſtamento, *l. conficiuntur ff. de iur. codicill.* Confirmantur in præteritum, ſi ante teſtamentum fiant: confirmãtur in futurum, ſi fiant poſt teſtamentum, *l. ante tabulas.* 5. *l. conficiuntur*, 8. *ff. de iur. codic.* Olim neceſſariò confirmãdi erant codicilli teſtamento, hodie nõ item, *gl. 1. in l. 18. ff. de annuis leg.* quia fieri etiam poſſunt ab inteſtato.

Inde exiſtit alia codicillorum diuiſio in eos qui teſtamento facto relinquuntur, & eos qui ab inteſtato, §. *non tantùm*, 1. *hic.* Illi ab iſtis differunt, quòd in illis tam legata quàm fideicõmiſſa relinqui poſſint, in his tantùm fideicommiſſa. Ratio differentiæ eſt, quia legata tantùm ex teſtamento, fideicommiſſa etiam ab inteſtato relicta valent, Giphan. *ad* §. *non tantùm, hic.*

Quomodo differunt & conueniunt codicillus & teſtamentum?

Codicilli & teſtamenti differentia ſex.

Sic differunt. I. Ipſa nominis voce, *l. ſi idem codicill.* 7. C. *de codicill.*

II. Hæres in teſtamento inſtitutus per ſeipſum capit bona hæreditaria. In codicillis autem inſtitutus per manum alterius, *l. ſi quis*, 8. *in fi.* C. *eod.* competitque illi actio directa ex teſtamento huic vtilis, *d. l. ſi quis, in fi.* ita vt vnâ viâ electâ ad alteram non detur regreſſus.

III. In teſtamento plures requiruntur ſolemnitates quàm in Codicillo, §. *codicillis*, 2. & §. *fin. hic.* ideò in teſtamento ſeptem teſtes debent eſſe, etiam rogati, *l. hac conſultiſſima*, 21. C. *de teſtam. ordinand.* In codicillis quinq; tantùm teſtes, etiam non rogati vel forruitò venientes ſufficiunt, *l. ſi quis*, 8. §. *vlt.* C. *de codicill.* & etiam fœminæ adhiberi poſſunt, *gl. in l. qui teſtam.* 20. §. *mulier*, 16. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

IV. In Codicillo nemo directè inſtituitur, aut exhæredatur, ita quidem in teſtamento, ne videlicèt codicillorum & teſtamentorum iura confundantur, §. *codicillis*, 2. *hic. l. ſi idem*, 7. C. *h. tit. l. quod per*, 10. *ff. h. tit.* excipitur miles, qui etiam Codicillis hęredem inſtituere poteſt. *l. quærebatur*, 10. *l. militis*, 36. *ff. de teſtam. milit.* Ergo qui inſtitutionem facit, teſtamentum non codicillum facere voluiſſe intelligitur, *l. non codicillum*, C. *de teſtam.*

V. Plures poſſunt relinqui codicilli, ita vt omnes valeant, modò inter ſe non contrariẽtur, *l. cùm proponatis*, 3 C. *de codic.* at plura teſtamenta non relinquuntur, quia poſterius rumpit prius, §. *ſed ſi quis*, 2. *ſupr. quib. mod. teſtam. infirm.* §. *fi. hic. l. diui*, 6. §. 1. *ff. de iur. codicill.* nec in duobus teſtamentis poteſt quis decedere niſi ſit miles *l.* 19. *in princ. ff. de teſtam. milit. gl. ſed teneri, in l. ſi quis priore*, 29. *ff. ad SC. Trebell. gloſſ. ſimul. in l. 1. §. ſi quis, ff. de bon. poſſeſſ. ſecundũ tabulas, gl. 1. in l. ſi arrogotor, ff. de adoption. gl. plures in l. diuus, ff. de iur. codicill.*

VI. Teſtamentum magnam requirit ſolemnitatem, ideò definitur juſta, *id eſt*, ſolẽnis voluntas, §. *ſed cùm paulatim*, 3. *ſupr. de teſtã. ordin.* Codicillus, nullam vel exiguam, §. *fin. hic.* in codicillis enim non requiritur ſubſcriptio aut ſubſignatio teſtatoris, contrà in teſtamento *d. l. diui*, §. 1. *ff. de iur. codicill. l. vlt.* §. *vlt.* C. *hoc tit.*

Codicillus & teſtamentum conuenius

Conueniunt ſic, I. Qui poteſtatem habet condendi teſtamentum, habet etiam poteſtatem codicillandi *l. diuus Seuerus*. 6. §. *Codicillos, is demum*, 3. *ff. de iur. codicill. l. 2. ff. de legat.* 1. dummodò ſint quinque teſtes, *comm. opin.*

II. Teſtamentum & codicillus poſſunt eſſe cum ſcriptura, vel ſine ſcriptura, §. *ſed hæc*, 14. *ſupr. de teſtam. ordin. gloſſ. hic. in princ. huius tit.*

Quomodo infirmantur codicilli?

Tribus modis infirmantur codicilli.

Tribus potiſſimùm modis. I. Voluntate contraria defuncti nuda, *l. ſi iure*, 18. *ff. de leg.* 3.

II. Voluntate contraria alio codicillo contrario declaratâ, *l. cùm proponatis*, 3. C. *hoc tit.*

III. Codicillus in teſtamento facto, teſtaméto infirmato, infirmatur, *l. 1. C. de codic. l. cùm princip.* 138. *ff. de reg. iur.* Varios alios modos lege apud Vaſq. *de ſucceſſ. tom. 2. lib. 3. §. 30. n. 52. & ſeqq.*

LIBRI

LIBRI TERTII TITVLVS I.

DE HÆREDITATIBVS QVÆ ab inteſtato deferuntur.

TEXTVS.

INTESTATVS decedit, qui aut omninò teſtamentum non fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritúmve factum eſt, aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.

1 ¶ Inteſtatorum autem hæreditates ex lege duodecim tabularum, primùm ad ſuos hæredes pertinent.

2 ¶ Sui autem hæredes exiſtimantur (vt ſuprà diximus) qui in poteſtate morientis fuerint: veluti filius filiáve, nepos neptíſve ex filio, pronepos proneptíſve ex nepote ex filio nato prognatus prognatáve. Nec intereſt, vtrùm naturales ſint liberi, an adoptiui. Quibus connumerari neceſſe eſt etiam eos, qui ex legitimis quidem [nuptiis vel] matrimoniis non ſunt progeniti, curiis tamen ciuitatum dari ſecundùm diualium conſtitutionum, quæ ſuper his poſitæ ſunt, tenorem, [hæredum] ſuorum jura nanciſcuntur. Necnon eos, quos noſtræ amplexæ ſunt conſtitutiones, per quas juſſimus, [vt] ſi quis mulierem in ſuo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos ſuſtulerit: poſteà verò affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non ſolùm eos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, juſtos & in poteſtate patris eſſe: ſed etiam anteriores, qui & iis qui poſtea nati ſunt, occaſionem legitimi nominis præſtiterunt. Quod obtinere cenſuimus, & ſi non progeniti fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint ſubtracti. Ita demum tamen nepos neptíſve, pronepos proneptíſve, ſuorum hæredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe: ſiue morte id acciderit, ſiue alia ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per id tempus, quo quis moritur, filius in poteſtate eius ſit: nepos ex eo, ſuus hæres eſſe non poteſt. Idque & in cæteris deinceps liberorum perſonis dictum [eſſe] intelligimus. Poſthumi quoque, qui ſi viuo parente nati eſſent, in poteſtate [eius] futuri forent, ſui hæredes ſunt.

3 ¶ Sui autem hæredes ſiunt etiam ignorantes, & licèt furioſi ſint, hæredes poſſunt exiſtere: quia quibus ex cauſis ignorantibus nobis acquiritur: ex his cauſis & furioſis acquiri poteſt. Et ſtatim morte parentis quaſi continuatur dominium, & ideò nec tutoris auctoritate opus eſt pupillis, cùm etiam ignorantibus acquiratur ſuis hæredibus hæreditas, nec curatoris aſſenſu acquiritur furioſo, ſed ipſo iure.

4 ¶ Interdum autem, licèt in poteſtate [parentis] mortis tempore ſuus hæres non fuerit, tamen ſuus hæres parenti efficitur: veluti [ſi] ab hoſtibus quis reuerſus fuerit poſt mortem patris [ſui.] jus enim poſtliminij hoc facit.

5 ¶ Per contrarium [autem hoc] euenit, vt licèt, quis in familia defuncti ſit mortis tempore, tamen ſuus hæres non fiat: veluti ſi poſt mortem ſuam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit: ſuum enim hæredem habere non poteſt cùm fiſcus et ſuccedat, ſed poteſt dici ipſo [quidem] jure ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere.

6 ¶ Cùm filius filiáve, & ex altero filio nepos neptíſve exiſtunt, pariter ad hæreditatem [aui] vocantur: nec qui gradu proximior eſt vlteriorem excludit. Æquum enim eſſe videtur, nepotes neptéſque in patris ſui locum ſuccedere Pari ratione & ſi nepos neptíſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptíſve: ſimul vocantur. Et quia placuit nepotes neptéſve, item pronepotes proneptéſve in parentis ſui locum ſuccedere: conueniens eſſe viſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi, vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluréſve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filiis nepotes neptéſve exiſtant, ex altero vnus fortè aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

7 ¶ Cùm autem quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere poſſit: eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt aliquem ſine teſtamento deceſſiſſe, quod accidit & deſtituto teſtamento. Hac ratione, ſi filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres inſtitutus, & filio mortuo, poſtea certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento non fieri hæredem, aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non potuit, nepos auo ſuus hæres exiſtet:

quia quo tempore certum eſt inteſtatum deceſſiſſe patremfamiliàs, ſolus inuenitur nepos, & hoc certum eſt.

8 Et licèt, poſt mortem aui natus ſit, tamen à uo viuo conceptus, mortuo patre eius, poſteàque deſerto aui teſtamento, ſuus hæres efficitur. Planè ſi & conceptus & natus fuerit poſt mortem aui: mortuo patre ſuo, deſertóque poſtea aui teſtamento, ſuus hæres auo non exiſtet: quia nullo jure cognationis patrem ſui patris agit. Sed nec ille eſt inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem, cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi: neque bonorum poſſeſſionem petere poſſunt quaſi proximi cognati. Hæc de ſuis hæredibus.

9 ¶ Emancipati autem liberi, jure ciuili nihil juris habent (neque enim ſui hæredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt) neque vllo alio jure per legem duodecim tabularum vocãtur, ſed prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum poſſeſſionem *Vnde liberi*, perinde ac ſi in poteſtate parentis tempore mortis fuiſſent: ſiue ſoli ſint, ſiue cum ſuis hæredibus concurrant. Itaque duobus liberis exiſtentibus, emancipato vno, & eo qui tempore mortis in poteſtate fuerit: ſanè quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus jure ciuili hæres eſt, & ſolus ſuus hæres, ſed cùm emancipatus beneficio prætoris in partem admittitur, euenit, vt ſuus hæres pro parte hæres fiat.

10 ¶ At hi, qui emancipati à parente in adoptionem ſe dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi: ſi modò, cùm is moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab ipſo eſſent, nec vnquam in adoptiua familia fuiſſent. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorum loco eſſe incipiunt. Poſt mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciſcuntur. Quod ideò ſic placuit, quia iniquum erat eſſe in poteſtate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertineant, vtrùm ad liberos eius, an ad agnatos.

11 ¶ Minus ergo juris habent adoptiui [filij] quàm naturales, námque naturales emancipati, beneficio prætoris gradum liberorum retinent, licèt jure ciuili perdant: adoptiui verò emancipati & jure ciuili perdunt gradum liberorum, & à prætore non admittuntur, & rectè: naturalia enim jura ciuilis ratio perimere non poteſt, nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes neptéſue eſſe: adoptiui verò emancipati, extraneorum loco incipiunt eſſe: quia jus noménque filij filiæque, quod per adoptionem conſequuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt, emancipatione perdunt.

12 ¶ Eadem hæc obſeruantur, & in ea bonorum poſſeſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque hæredibus inſtitutis, neque vt oportet exhæredatis prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in poteſtate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat prætor ad eandem bonorum poſſeſſionem: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus quo naturalis parens moreretur, repellit. Idem adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, ſicut ab inteſtato, ita longè minùs contra tabulas teſtamenti ad bona eius [non] admittit: quia deſinunt [in] numero liberorum [eius eſſe.

13 ¶ Admonendi tamen ſumus, eos, qui in adoptiua familia ſunt, quíve poſt mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint: inteſtato parente naturali mortuo, licèt ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſſionem vocãtur, non admittantur, alia tamen parte vocati, ſcilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, ſi neque ſui hæredes liberi, neque emancipati obſtent, neque adgnatus quidam vllus interueniat. Antè enim prætor liberos vocat tam ſuos hæredes, quàm emancipatos, deinde legitimos hæredes, deinde proximos cognatos.

14 ¶ Sed ea omnia antiquitati [quidem] placuerunt: aliquam autem emendationem à noſtra conſtitutione acceperunt, quam ſuper his perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Inuenimus etenim nonnullos caſus, in quibus filij & naturalium parentum ſucceſſionem propter adoptionem amittebant, & adoptione facilè per emancipationem ſoluta, ad neutrius patris ſucceſſionem vocabantur. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem ſcripſimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium ſuum adoptandum alij dederit, integra omnia jura ita ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet, nec penitus adoptio fuiſſet ſubſequuta: niſi in hoc tantummodo caſu, vt poſsit ab inteſtato ad patris adoptiui venire ſucceſſionem. Teſtamento autem ab eo facto: neque jure ciuili, neque prætorio, ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt, neque contra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque inofficioſi querela inſtituta: cùm nec neceſſitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eum inſtituere, vel exhæredatum eum facere, vtpotè nullo vinculo naturali copulatum, neque ſi ex Sabiniano ſenatuſconſulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in eiuſmodi caſu, neque quarta ei ſeruatur, neque vlla actio ad eius perſequutionem ei competit. Noſtra autem conſtitutione exceptus eſt is, quem parens naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroque enim jure tam naturali, quàm legitimo in hanc perſonam concurrente: priſtina jura tali adoptioni ſeruamus, quemadmodum ſi paterfamilias ſeſe dederit adrogandum: quæ ſpecialiter & ſingulatim ex præfatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

15 ¶ Item vetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens ſolos nepotes vel neptes, qui [quæve] ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabant ſucceſsionem: & jure adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorum lineam eos vocabat tam in aui vel proaui materni, quàm in auiæ vel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſucceſsionem. Diui autem principes non paſsi ſunt

talem

talem contra naturam injuriam ſine competenti emendatione relinquere : ſed cùm nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriſque,tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt : ideò eundem gradum & ordinem ſucceſſionis eis donauerunt. Sed vt amplius aliquid ſit eis,qui non ſolùm naturæ, ſed etiam veteris juris ſuffragiis muniuntur: portionem nepotum,vel neptum,vel deinceps (de quibus ſuprà diximus) paulò minuendam eſſe exiſtimauerunt: vt minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum, vel auia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel auus paternus, ſiue maternus, quando fœmina mortua ſit, cuius de hæreditate agitur : iiſque (licèt ſoli ſint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris ſui ad ſucceſſionem aui ſui vocat : ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel auiæ eos cum jam deſignata partis tertiæ deminutione vocat.

16 ¶ Sed nos,cùm adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem ſubſtantiæ defuncti adgnatis ſibi vindicantibus ex cuiuſdam conſtitutionis auctoritate : memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano Codice in eo conceſſimus. Noſtra autem conſtitutione promulgata, toti juri eius derogatum eſt: & ſanximus,talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte,& deinceps ſuperſtitibus, adgnatos nullam partem mortui ſucceſsionis ſibi vindicare: ne hi,qui ex tranſuerſa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure deſcendunt. Quam conſtitutionem noſtram obtinere ſecúdùm ſui vigorem & tempora, & nunc ſancimus:ita tamen, vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit,non in capita,ſed in ſtirpes,diuidi hæreditatem : ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia, diſtributionem fieri iubeamus,vel inter omnes nepotes & neptes,& inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas:vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui,portionem ſine vlla deminutione conſequatur: vt ſi fortè vnus vel duo ex vna parte,ex altera tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant.

Quænam eſt iſtius doctrinæ de ſucceſſione ab inteſtato cum ſuperiore connexio?

Connexio.

HÆc. In fine tituli noni libri ſuperioris dictum eſt hæreditaté duobus modis deferri vel ex teſtamento directè, aut indirectè ſiue per fideicommiſſum,vel ab inteſtato:de priori modo actum eſt in libro præcedenti,de poſteriori agendum ſequitur, quæ legitima ſucceſſio appellatur, vtpotè à ſola lege proficiſcens,cuius materia crebrò in iudicio forenſi occurrit & ventilatur hodie,ita vt eius cognitio apprimè ſit neceſſaria. Reſpondet iſte titulus *titulo ff. de ſuis & legit.hæredib. & tit.C.de ſuis, & legit.lib. &c.*

Quid ſignificat,& quid eſt ſucceſſio?

Succeſſio vel ſumitur generaliter, vel ſpecialiter, generaliter accepta competit rebus omnibus mortalibus & caducis pereuntibus ac deficientibus, in quarum locum aliæ ſufficiuntur, & ſuccedunt cùm rerum omnium ſit viciſſitudo. Specialiter ſumpta, eſt cùm quis vel in alterius viuentis aut mortui officium ſiue dignitatem ſuccedit & concedit, ita vt ſucceſſor reputetur eadem perſona *l. proponebatur, 26. ff. de Iudic.* & nullum conferatur dominium, vel in ius,res.& bona defuncti ſuccedit, ita vt dummodò legitimè fiat,dominium cóferatur, *Vultei. ad princ. tit. de teſtam.ord. ſupr.n.3. & ſeq.Vaſq. de ſucceſſ.crea.in præfat. n.4. &* 5.De hac ſola vltima ſucceſſione hîc agendum eſt, non quidem ea quæ competit ex teſtamento,de qua in *lib. 2. ſupr.*ſed ab inteſtato, quæ definitur ſucceſſio iure legitimo ab inteſtato delata, *l.1.ff.de ſuis & legit.* appellatúrque hæreditas iuſta *l.3.§.de illo,ff.pro ſocio.*

Succeſſio generaliter ſumpta. Succeſſio ſpecialiter accepta.

Succeſſio quid ſit.

Qua definitione refellitur omnis ſucceſſio quæ ex pacto,contractu, aut conuentione defertur, vtpotè prohibita, & bonis moribus contraria,votum quippe captandæ mortis alicuius in ſe continens,& liberam teſtádi facultatem impediens,*l.pactum quod dotali,15.& l.fin. C. de pact.l.de.fideicómiſſo.11.C.de tranſact.l. cú duob.52.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio*, Quòd intelligendum niſi ille de cuius ſucceſſione agitur conſenſerit, & in eodem conſenſu perſeuerauerit vſque ad mortem, *d.l.fin.C.de pactis.*

Succeſſio quæ ex pacto defertur prohibita.

Quis dicitur inteſtatus?

Inteſtatus aliquis dicitur decedere quatuor modis, *in princ.hic.*

I. Si omnino teſtamentum non fecit, etiamſi facere potuerit, vel quia noluit, vel quia iure aut facto prohibitus non potuit,tamé qui lege prohibetur,vt impubes,furioſus,& prodigus, minùs propriè inteſtatus decedere dicitur, *l. 1. in princ.ff.de ſuis & legit.*

Inteſtatus

II. Si teſtamentum quidem fecit,ſed non iure,vel ritè fecit:*id eſt*,non ſeruatis ſolennitatibus de iure requiſitis, *l.1.ff.de iniuſt.rupt.irrit.fact.teſtam.* Nam teſtamentum non facere, vel facere, ſed inualidum, æquiparantur, *l. 4. C. de legit. hæred.* pariáque ſunt non fieri & non

quia quo tempore certum eſt inteſtatum deceſſiſſe patremfamiliàs, ſolus inuenitur nepos, & hoc certum eſt.

8 Et licèt, poſt mortem aui natus ſit, tamen à uo viuo conceptus, mortuo patre eius, poſteàque deſerto aui teſtamento, ſuus hæres efficitur. Planè ſi & conceptus & natus fuerit poſt mortem aui: mortuo patre ſuo, deſertóque poſtea aui teſtamento, ſuus hæres auo non exiſtet: quia nullo jure cognationis patrem ſui patris agit. Sed nec ille eſt inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem, cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi: neque bonorum poſſeſſionem petere poſſunt quaſi proximi cognati. Hæc de ſuis hæredibus.

9 ¶ Emancipati autem liberi, jure ciuili nihil juris habent (neque enim ſui hæredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt) neque vllo alio jure per legem duodecim tabularum vocãtur, ſed prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum poſſeſſionem *Vnde liberi*, perinde ac ſi in poteſtate parentis tempore mortis fuiſſent: ſiue ſoli ſint, ſiue cum ſuis hæredibus concurrant. Itaque duobus liberis exiſtentibus, emancipato vno, & eo qui tempore mortis in poteſtate fuerit: ſanè quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus jure ciuili hæres eſt, & ſolus ſuus hæres, ſed cùm emancipatus beneficio prætoris in partem admittitur, euenit, vt ſuus hæres pro parte hæres fiat.

10 ¶ At hi, qui emancipati à parente in adoptionem ſe dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi: ſi modò, cùm is moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab ipſo eſſent, nec vnquam in adoptiua familia fuiſſent. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorum loco eſſe incipiunt. Poſt mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciſcuntur. Quod ideò ſic placuit, quia iniquum erat eſſe in poteſtate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertineant, vtrùm ad liberos eius, an ad agnatos.

11 ¶ Minus ergo juris habent adoptiui [filij] quàm naturales, namque naturales emancipati, beneficio prætoris gradum liberorum retinent, licèt jure ciuili perdant: adoptiui verò emancipati & jure ciuili perdunt gradum liberorum, & à prætore non admittuntur, & rectè: naturalia enim jura ciuilis ratio perimere non poteſt, nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes neptéſue eſſe: adoptiui verò emancipati, extraneorum loco incipiunt eſſe: quia jus nomenque filij filiæque, quod per adoptionem conſequuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt, emancipatione perdunt.

12 ¶ Eadem hæc obſeruantur, & in ea bonorum poſſeſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque hæredibus inſtitutis, neque vt oportet exhæredatis prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in poteſtate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat prætor ad eandem bonorum poſſeſſionem: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus quo naturalis parens moreretur, repellit. Idem adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, ſicut ab inteſtato, ita longè minùs contra tabulas teſtamenti ad bona eius [non] admittit: quia deſinunt [in] numero liberorum [eius eſſe.

13 ¶ Admonendi tamen ſumus, eos, qui in adoptiua familia ſunt, quive poſt mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint: inteſtato parente naturali mortuo, licèt ex parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſſionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, ſcilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, ſi neque ſui hæredes liberi, neque emancipati obſtent, neque adgnatus quidam vllus interueniat. Antè enim prætor liberos vocat tam ſuos hæredes, quàm emancipatos, deinde legitimos hæredes, deinde proximos cognatos.

14 ¶ Sed ea omnia antiquitati [quidem] placuerunt: aliquam autem emendationem à noſtra conſtitutione acceperunt, quam ſuper iis perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalib' in adoptionem aliis dantur. Inuenimus etenim nonnullos caſus, in quibus filij & naturalium parentum ſucceſſionem propter adoptionem amittebant, & adoptione facilè per emancipationem ſoluta, ad neutrius patris ſucceſſionem vocabantur. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem ſcripſimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium ſuum adoptandum alij dederit, integra omnia jura ita ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet, nec penitus adoptio fuiſſet ſubſequuta: niſi in hoc tantummodo caſu, vt poſsit ab inteſtato ad patris adoptiui venire ſucceſſionem. Teſtamento autem ab eo facto: neque jure ciuili, neque prætorio, ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt, neque contra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque inofficioſi querela inſtituta: cùm nec neceſſitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eum inſtituere, vel exhæredatum eum facere, vtporè nullo vinculo naturali copulatum, neque ſi ex Sabiniano ſenatuſconſulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in eiuſmodi caſu, neque quarta ei ſeruatur, neque vlla actio ad eius perſequutionem ei competit. Noſtra autem conſtitutione exceptus eſt is, quem parens naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroque enim jure tam naturali, quàm legitimo in hanc perſonam concurrente: priſtina jura tali adoptioni ſeruamus, quemadmodum ſi paterfamilias ſeſe dederit adrogandum: quæ ſpecialiter & ſingulatim ex præfatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

15 ¶ Item vetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens ſolos nepotes vel neptes, qui [quæve] ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabant ſucceſsionem: & jure adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorum lineam eos vocabat tam in aui vel proaui materni, quàm in auiæ vel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſucceſsionem. Diui autem principes non paſsi ſunt

talem

Digitized by Google

talem contra naturam injuriam ſine competenti emendatione relinquere: ſed cùm nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt: ideò eundem gradum & ordinem ſucceſſionis eis donauerunt. Sed vt amplius aliquid ſit eis, qui non ſolùm naturæ, ſed etiam veteris juris ſuffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus ſuprà diximus) paulò minuendam eſſe exiſtimauerunt: vt minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum, vel auia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel auus paternus, ſiue maternus, quando fœmina mortua ſit, cuius de hæreditate agitur: iiſque (licèt ſoli ſint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris ſui ad ſucceſſionem aui ſui vocat: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel auiæ eos cum jam deſignata partis tertiæ deminutione vocat.

16 ¶ Sed nos, cùm adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem ſubſtantiæ defuncti adgnatis ſibi vindicantibus ex cuiuſdam conſtitutionis auctoritate: memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano Codice in eo conceſſimus. Noſtra autem conſtitutione promulgata, toti juri eius derogatum eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps ſuperſtitibus, adgnatos nullam partem mortui ſucceſsionis ſibi vindicare: ne hi, qui ex tranſuerſa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure deſcendunt. Quam conſtitutionem noſtram obtinere ſecũdùm ſui vigorem & tempora, & nunc ſancimus: ita tamen, vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit, non in capita, ſed in ſtirpes, diuidi hæreditatem: ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia, diſtributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas: vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionem ſine vlla deminutione conſequatur: vt ſi fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant.

Quænam eſt iſtius doctrinæ de ſucceſsione ab inteſtato cum ſuperiore connexio?

Connexio.

HÆc. In fine tituli noni libri ſuperioris dictum eſt hæreditatẽ duobus modis deferri vel ex teſtamento directè, aut indirectè ſiue per fideicommiſſum, vel ab inteſtato: de priori modo actum eſt in libro præcedenti, de poſteriori agendum ſequitur, quæ legitima ſucceſſio appellatur, vtpotè à ſola lege proficiſcens, cuius materia crebrò in iudicio forenſi occurrit & ventilatur hodie, ita vt eius cognitio apprimè ſit neceſſaria. Reſpondet iſte titulus *titulo ff. de ſuis & legit. hæredib. & tit. C. de ſuis, & legit. lib. &c.*

Quid ſignificat, & quid eſt ſucceſsio?

Succeſſio vel ſumitur generaliter, vel ſpecialiter, generaliter accepta competit rebus omnibus mortalibus & caducis pereuntibus ac deficientibus, in quarum locum aliæ ſufficiuntur, & ſuccedunt cùm rerum omnium ſit viciſſitudo. Specialiter ſumpta, eſt cùm quis vel in alterius viuentis aut mortui officium ſiue dignitatem ſuccedit & concedit, ita vt ſucceſſor reputetur eadem perſona *l. proponebatur, 26. ff. de iudic.* & nullum conferatur dominium, vel in ius, res, & bona defuncti ſuccedit, ita vt dummodò legitimè fiat, dominium cõferatur, *Vultei. ad princ. tit. de teſtam. ord. ſupr. n. 3. & ſeq. Vaſq. de ſucceſſ. crea. in præfat. n. 4. & 5.* De hac ſola vltima ſucceſſione hic agendum eſt, non quidem ea quæ competit ex teſtamento, de qua in *lib. 2. ſupr.* ſed ab inteſtato, quæ definitur ſucceſſio iure legitimo ab inteſtato delata, *l. 1. ff. de ſuis & legit.* appellatúrque hæreditas iuſta *l. 3. §. de illo, ff. pro ſocio.*

Succeſſio generaliter ſũpta. Succeſſio ſpecialiter accepta.

Succeſſio quid ſit.

Qua definitione refellitur omnis ſucceſſio quæ ex pacto, contractu, aut conuentione defertur, vtpotè prohibita, & bonis moribus contraria, votum quippe captandæ mortis alicuius in ſe continens, & liberam teſtãdi facultatem impediens, *l. pactum quod dotali, 15. & l. fin. C. de pact. l. de fideicõmiſſo, 11. C. de tranſact. l. cũ duob. 52. §. idem reſpondit, ff. pro ſocio*, Quod intelligendum niſi ille de cuius ſucceſſione agitur conſenſerit, & in eodem conſenſu perſeuerauerit vſque ad mortem, *d. l. fin. C. de pactis.*

Succeſſio quæ ex pacto defertur prohibita.

Quis dicitur inteſtatus?

Inteſtatus aliquis dicitur decedere quatuor modis, *in princ. hic.*

I. Si omnino teſtamentum non fecit, etiamſi facere potuerit, vel quia noluit, vel quia iure aut facto prohibitus non potuit, tamẽ qui lege prohibetur, vt impubes, furioſus, & prodigus, minùs propriè inteſtatus decedere dicitur, *l. 1. in princ. ff. de ſuis & legit.*

Inteſtatus

II. Si teſtamentum quidem fecit, ſed non iure, vel ritè fecit: *id eſt*, non ſeruatis ſolennitatibus de iure requiſitis, *l. 1. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Nam teſtamentum non facere, vel facere, ſed inualidum, æquiparantur, *l. 4. C. de legit. hæred.* pariáque ſunt non fieri & non

rite fieri, *l. quoties, 6. vbi gloſſ. ff. qui ſatiſd. cog. l. vbi 8. in fin. ff. de edend. l. quamuis 8. §. ſi conuenerit, ff. ad SC.* Vellei.

III. Si Teſtamentum factum poſteà ruptum ſit, & irritum factum, quomodo enim rumpatur & irritum fiat teſtamentum, perſpicuè traditur ſupr. *quib. mod. teſtam. infirm. & tot. tit. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.*

IV. Si nemo ex eo teſtamento hæres exiſtat; *id eſt,* ſi nemo hæreditatem adire velit, aut poſſit *l. 1. ff. de ſuis & legit.* Quòd ſi ex teſtamento hæres aliquis ſit aut expectetur, fruſtrà de ſucceſsione ab inteſtato quæretur, *l. quandiu, 5. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. l. quandiu, 39 ff. de acquir. hæred.*

Quotuplex ius venit conſiderandum de ſucceſſionibus ab inteſtato?

Succeſſio pro triplici iure conſideranda. Triplex, Ciuile, Prætorium, & Nouellarum Conſtitutionum: in octo prioribus titulis huius libri agitur de illa ſucceſsione quæ eſt ex iure ciuili: in nono titulo agitur de illa quæ eſt ex jure Prætorio: in Nouellis conſtitutionibus, 118. & 127. quæ jus vetus de ſucceſsionibus ab inteſtato correxerunt & emendarunt, agitur de tribus ordinibus ſiue capitibus ſucceſsionis hodie obſeruatis, & anfractus atq. ambages Iuris antiqui reſecantur. De triplici hoc jure ſuo ordine venit agendum: eſt enim ius antiquum interdum ad legem nouam intelligendam, legimus antiqua, ne negligantur, legimus ne ignorentur, & legimus non vt teneamus, ſed repudiemus: intereſt enim legem correctam non ignorare vt cognoſcamus in quo ſit correcta, *l. vn. §. 2. C. de caduc. toll.*

Quot ſunt de iure ciuili & antiquo ſucceſſionum gradus?

Duo, nempe ſucceſsio ſuorum & liberorum, quorum prima ſuccedendi eſt cauſa, deinde ſucceſsio agnatorum; de ſuorum & liberorum ſucceſsione agitur in hoc tit. de legitima agnatorum ſucceſsione agitur in tit. ſequenti. His duobus gradibus tertius acceſsit de ſucceſsione cognatorum, & quidem de iure prætorio, & conſtitutionum, de qua ſucceſſ. agitur, *infr. in tit. 5.*

Quinam dicuntur de iure ciuili ſui hæredes?

Inteſtatorum hæreditates ex lege duodecim tabularum primùm ad ſuos hæredes pertinent, *§. inteſtatorum autem, hic. l. liberorum, 220. ff. de verb. ſignific.* Sui autem hæredes dicuntur omnes in poteſtate patria exiſtentes, ſiue ex iuſtis nuptiis procreati ſint, ſiue legitimati, aut per curiæ oblationem, aut per ſubſequens matrimonium, vel adoptati, ita vt non interſit an liberi ſint naturales, an adoptiui, *§. inteſtatorum autem, verſ. nec intereſt, hic.* Quoad emancipatos liberos, ij non dicuntur ſui, nec ad primum ſuccedendi gradum ciuilem referuntur, ſed tantùm prætoris beneficio, *id eſt,* per bonorum poſſeſsionem vnde liberi cum aliis ſuccedunt, quia Prætor jus naturale conſiderat, *§. emancipati, 9. hic.* *Sui hæredes.*

In quibus fuit correctum ius antiquum & ciuile duodecim tabularum quoad ſucceſsionem ſuorum?

In duobus, primum eſt quoad liberos in adoptionem datos, ſecundum quoad differentiá mariú & fœminarú. Iure veteri indiſtinctè per adoptioné acquirebatur patria poteſtas, & filius in adoptioné datus patris naturalis poteſtate liberabatur, vnde eueniebat vt ad neutrius patris vel naturalis vel adoptantis ſucceſsionem vocaretur: non ad ſucceſsionem patris naturalis, quia erat in adoptiua familia: non ad ſucceſsionem patris adoptantis, quia extranei loco habebatur, ſed iure nouo & Iuſtinianeo factum eſt, vt à patre naturali in adoptionem datus, in eius poteſtate remanſerit, & vtrique patri ſuccedere ab inteſtato potuerit, *§. ſed ea omnia, 11. hic. l. pen. C. de adopt.* Niſi ſi filius emancipatus det patri ſuo in adoptionem filium ſuum aui nepotem, vel auus maternus nepotem ex filia natum adoptet, *d. §. & d. l.* *Correctio iuris ciuilis quoad ſucceſsionem ſuorum.*

Correxit etiam Iuſtinianus SC. Sabinianú, quo ei qui ex tribus marib' fuerat adoptatus, quarta omninò relinquéda erat, & ſi non erat relicta filio ad eius perſecutionem competebat, *d. l. pen. § qua autem, 3. C. de adopt.* & conſtituit vt filius adoptatus etiam ex tribus maribus quàm quartam ampliùs perſequi nequeat. *SC. Sabinianum.*

Quoad differentiam marium & fœminarum, Iure veteri mares præferebantur fœminis in ſuccedendi iure: ſed iure nouo, fœminæ maribus exequatæ ſunt, tam in teſtamentis *§. ſed hoc quidem,*

dem, 5. *ſupr. de exhæred. lib.* quàm in legitimis hæreditatibus, §. *cæterùm*, 3. *inf. de legit. agnat. ſucceſſ.* quia natura hanc differentiam non agnoſcit.

TITVLVS II.

DE LEGITIMA AGNATorum ſucceſſione?

TEXTVS.

SI nemo ſuus hæres, vel eorum, quos inter ſuos hæredes prætor, vel conſtitutiones vocant, exiſtat, qui ſucceſſionem quoquo modo amplectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum pertinet hæreditas.

¶ Sunt autem adgnati (vt primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi à patre cognati. Itaque [ex] eodem patre nati fratres, adgnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eamdem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt, qui etiam conſobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis peruenire poterimus. Ii etiam, qui poſt mortem patris naſcuntur, iura conſanguinitatis naniſcuntur. Non tamen omnibus ſimul adgnatis dat lex hæreditatem: ſed iis, qui tunc proximiores gradu ſunt, cùm certum eſſe cepetit aliquem inteſtatum deceſſiſſe.

a ¶ Per adoptionem quoque adgnationis ius conſiſtit: veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptauit. Nec dubium eſt, quin impropriè conſanguinei appellentur. Item ſi quis ex cæteris adgnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu eſt, adoptauerit aliquem: adgnatus inter ſuos hæredes eſſe non dubitatur.

3 ¶ Cæterùm inter maſculos quidem adgnationis iure hæreditas, etiamſi longiſſimo gradu ſint, vltro citroque capitur. Quod ad fœminas verò attinet: ita placebat, vt ipſæ conſanguinitatis iure tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint: vlteriùs non capiant: maſculi autem ad earum hæreditates (etiamſi longiſſimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur ita iura conſtitui, vt plerumque hæreditates ad maſculos confluerent. Sed quia ſanè iniquum erat, in vniuerſum eas quaſi extraneas repelli: prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur: ex qua parte ita ſcilicet admittuntur, ſi neque adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. Et hæc quidem lex duodecim tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatẽ legibus amicam amplexa, ſimili modo omnes adgnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas, cuiuſcumque gradus, ad ſimilitudinem ſuorum inuicem ad ſucceſſionem vocabat. Media autem iuriſprudentia, quæ erat quidem lege duodecim tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior: ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à ſucceſſione adgnatorum repellebat: omni alia ſucceſſione incognita, donec prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis corrigentes: ſiue, quod deerat, implentes, humano propoſito, alium ordinem ſuis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ *vnde cognati*, appellatur. Nos verò, legem duodecim tabularum ſequentes, & eius veſtigia in hac parte conſeruantes, laudamus quidem prætores ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum [huic] cauſæ mederi inuenimus. Quare etenim vno eodémque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in maſculis quàm in fœminis æqua lãce cõſtitutis, maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem venire omnium adgnatorum: ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad agnatorum ſucceſſionem patebat aditus? Ideo [nos] in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim tabularum eamdem diſpoſitionem exæquantes, noſtra conſtitutione ſancimus: omnes legitimas perſonas, id eſt, per virilem ſexum deſcendentes (ſiue maſculini generis, ſiue fœminini ſint) ſimili modo ad iura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato vocari ſecundum ſui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia conſanguinitatis iura, ſicut germanæ, non habent.

4 ¶ Hoc etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus, vt transferatur vnus tantummodò gradus à iure cognationis in legitimam ſucceſſionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecundùm quod iam definiuimus) ad ſucceſſionem patris ſui vocentur: ſed etiam germanæ conſanguineæ, vel ſororis vterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonæ vnà cum his ad iura auunculi ſui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filiis, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab vtroque latere ſuccedant, tamquam ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo iure veniant, ſcilicet vbi frater & ſoror ſuperſtites non ſunt. His etenim perſonis præcedentibus & ſucceſſionem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti, videlicet hæreditate non in ſtirpes, ſed in capita diuidenda.

5 ¶ Si plures ſint gradus adgnatorum, apertè lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaque ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habetur. Et quãuis ſingulari numero vſa lex [duodecim tabularum] proximum vocet, tamen dubium non eſt, quin, ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittantur. Nam & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium eſt, quin licèt vnus ſit gradus

adgnatorum,pertineat ad eos hæreditas.

6 ¶ Proximus autem, ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur. Quòd ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit: per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtamento hęredem exſtiturum: tunc enim propriè quiſque ioteſtatus deceſſiſſe intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur, In quo ſpatio temporis ſæpe accidit, vt proximiore mortuo proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore non erat proximus.

7 ¶ Placebat autem in eo genere percipiendarum hæreditatum ſucceſſionem non eſſe: id eſt, vt quamuis proximus, qui ſecundùm ea, quæ diximus, vocatur ad hæreditatem, aut ſpreuerit hæreditatem, aut antequam adeat, deceſſerit, nihilo magis legitimo iure ſequentes admittantur. Quod iterum prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorum ordine eos vocabant, vtpotè adgnationis iure eis recluſo. Sed nos nihil perfectiſſimo iuri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione, quam de iure patronatus, humanitate ſuggerente, protulimus, [ſancimus] ſucceſſionem in adgnatorum hæreditatibus non eſſe eis denegandam: cùm ſatis abſurdum erat, quod cognatis à prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe recluſum: maximè cùm in onere quidem tutelarum & primo gradu deficiente, ſequens ſuccedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

8 ¶ Ad legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parens, qui contracta fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat: quod ex noſtra conſtitutione omnino inducitur, vt emancipationes liberorum ſemper videantur quaſi contracta fiducia fieri: cùm apud veteres nõ aliter hoc obtinebat: niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet.

Connexio. FVit primus ſucceſſionum gradus de iure ciuili & antiquo, nempe ſuorum liberorum, ſequitur in hoc tit. agendum de ſecundo, qui eſt agnatorũ, qui quidem titulus reſpondet *tit. C. de legit. hæred.*

Quando vocantur agnati ad ſucceſſionem?

Agnatorũ ſucceſſio. Si nullus ſit ſuus hæres, nulli etiam ſint emancipati liberi qui iure prætorio ſuccedant, nulli quoque nepotes ex filiabus, qui ex iure Nouellarum Conſtitutionum ſuccedant cum ſuis hæredibus, tunc ex *l. 12. tabularum* ad proximum agnatum deuoluetur ſucceſſio, *in princ. hic. & l. lex Cornelia*, 28. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ad proximum, inquam, quia non omnibus agnatis ſimul defertur inteſtati hæreditas, ſed iis tantùm qui propinquiores fuerint, §. 1. *hic. l. 2. §. hæc hæreditas*, 2. *ff. de ſuis & legit. hæred.*

Quinam dicuntur agnati?

Ad *tit. ſupr.* de legitima agnatorum tutela expoſitum fuit quinam dicerentur agnati, nempe cognati per virilis ſexus perſonas coniuncti vt ex eodem patre nati fratres, quamuis diuerſas matres habuerint. §. 1. *hic. l. iuriſconſultus*, 10. §. *cognationis*, 6. *ff. de gradib. & affinibus* & conſanguinei, tum etiam fratres germani appellantur. Fratres quoque patrueles, *id eſt*, ex duobus fratribus nati agnati ſunt, & conſobrini vocantur, *d. §. 1. hic. d. l. iuriſconſultus*, § 4. *verſ. eodem gradu, ff. de gradibus*, impropriè tamen, quia conſobrini dicuntur qui ex duabus ſororibus ſunt nati, quaſi conſororini, §. *ſed quidam infr. de gradib. cognat.* — Agnati. — Patrueles. — Conſobrini.

In agnatorum ſucceſſione eſtne differentia inter maſculos & fœminas?

Ex lege 12. *tab.* nulla erat differentia, §. *cæterum*, 3. *verſ. & hæc quidem lex, hic.* Ex media & iuniori lege atque Iuriſprudentia fœminæ ab agnatorum ſucceſſionibus, exceptis ſororibus conſanguineis, excludebantur, *d. §. cæterùm, verſ. media autem, hic.*

Ex iure Prætorio agnatæ fœminæ etiam vltra conſanguineas ſorores admittebantur ad ſucceſſionem agnatorum cum maſculis æqualiter connexis per bonorum poſſeſſionem, vnde cognati, *verſ. ſed* quia ſanè iniquum, §. *eod.*

Ex iure Iuſtinianeo, & Nouellarum Conſtitutionum, æqualiter fœminæ cũ maſculis ad agnatorum ſucceſſionem vocantur, *l. penult. & ult. C. de legitim. hæred.* ſublato agnationis & cognationis diſcrimine, *Nou. 118. cap. 4.*

Qui tantùm cognatus eſt, poteſtne iure agnatorum in ſuccedendo vti?

Poteſt iure veteri, vt non tantùm fratris filius & filia ad ſucceſſionem patrui vocantur, ſed etiam germanæ conſanguineæ, vel ſororis vterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonæ vnà cum his ad iura auunculi ſui perueniunt, ſed hodie illud non obſeruatur, nam tota cognatio in legitimam agnationẽ iure nouo tranſlata eſt, vt indifferẽter & cognati & agnati admittãtur. *Nou. 118. c. 4.*

Quis dicitur proximus agnatus?

Quoniam dictum eſt ad proximum agnatum deuolui ſucceſſionem, §. *ſi plures hic*, ideo videndũ quis dicatur proximus agnatus. Is dicitur agnatus proximus quẽ in gradu nemo antecedit, ſiue gradus vnus ſit, ſiue plures, *l. poſt conſãguineos*, 2. §. *hæc hæreditas*, 2. *ff. de ſuis & legit. hæred. & l. pro-* — Agnatus proximus.

& l. proximus,192.ff.de verb.ſignif.l.ex duobus.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.

Proximo repugnante, ſequens vocatúrne ad ſucceſſionem?

Si proximus agnatus hæreditatem repudiaſſet aut ſpreuiſſet vel deceſſiſſet antequam adiiſſet iure ciuili & lege duodecim tabularum, gradus ſequens non admittebatur ad ſucceſſionem ex interpretatione illius legis, quæ talis erat, Proximus agnatus familiam habeto: ita quidem iure nouo, *Nouell.118.cap. 3. &*

Succeſſorium Edictum. 4. Fuit ſucceſſorium Edictum quo inter bonorum poſſeſſores, ſucceſſionis gradus definiti ſunt, & vno repudiante vel omittente, vel tempore excluſo ſequentes in eius locum admiſſi ſunt, *l.1.C. de ſucceſſ. Edict. l. vn. ff. de ſucceſſ. Edict.* in hunc videlicet finem ne bona hæreditaria maneant vacua *gloſ.in princ.d.l.vn.*

Pater admittitúrne ad legitimam hæreditatem filij emancipati?

Olim non aliter admittebatur, quàm ſi contracta fiducia, *id eſt*, ſaluo iure ſuccedendi emancipaſſet. Hodie admittitur etiamſi illud ſuccedendi ius emancipando non ſibi reſeruarit ſpecialiter & expreſſè, *l. fin. C. de emancip. liber. §. fin. hic.*

TITVLVS III.

DE SENATVSCONSVLTO Tertylliano.

TEXTVS.

LEx duodecim tabularum ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat maſculorum progeniem: & eos qui per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi iunguntur, adeò expellebat, vt ne quidem inter matrem & filium filiámve vltro citroque hæreditatis capiendæ ius daret: niſi quod prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione, *vnde cognati*, adcommodata, vocabant.

1 ¶ Sed hæ iuris anguſtiæ poſtea emendatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudius matri, ad ſolatium liberorum amiſſorum, legitimam eorum detulit hæreditatem.

2 ¶ Poſtea autem ſenatuſconſulto Tertulliano, quod diui Hadriani temporibus factum eſt, pleniſſimè de triſti ſucceſſione matri, non etiam auiæ deferenda cautum eſt: vt ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorũ filiarúmve admittatur inteſtato mortuorum, licèt in poteſtate parentis ſit: vt ſcilicet cùm alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu eius adeat [hæreditatem,] cuius iuri ſubiecta eſt.

3 ¶ Præferantur autem matri liberi defuncti, qui ſui ſunt, quíue ſuorum loco ſunt, ſiue primi gradus, ſiue vlterioris. Sed & filiæ ſuæ mortuæ filius vel filia præponitur ex conſtitutionibus matri defunctæ, id eſt, auiæ ſuæ. Pater verò vtriuſque, non etiam auus & proauus matri anteponitur, ſcilicet cùm inter eos ſolos de hæreditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filij, quàm filiæ excludebat matrem: ſoror autem conſanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed ſi fuerant frater & ſoror conſanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hæreditas ex æquis partibus fratribus & ſororibus.

4 ¶ Sed nos conſtitutione, quam in Codice noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendum eſſe exiſtimauimus, reſpicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & ſæpe mortem ex hoc caſu matribus illatam. Ideò iure impium eſſe credidimus, caſum fortuitum in eius admitti detrimentum: ſi enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immeritò defraudabatur ſucceſſione ſuorum liberorum: quid enim peccauit, ſi non plures ſed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus (ſiue ingenuis ſiue libertinis) & ſi non ter enixæ fuerint vel quater, ſed eum tantùm, vel eam, qui quæve morte intercepti ſunt, vt ſic vocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſſionem.

5 ¶ Sed cùm antea conſtitutiones iura legitimæ ſucceſſionis perſcrutantes, partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant, nec in ſolidum eam vocabant, ſed in quibuſdam caſibus tertiam ei partem abſtrahentes, certis legitimis dabant perſonis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis viſum eſt recta & ſimplici via matrem omnibus perſonis legitimis anteponi, & ſine vlla deminutione filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere: excepta fratris & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt quemadmodum eam toti alij ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue non, ad capiendas hereditates ſimul vocemus: ita tamen, vt ſi quidem ſolæ ſorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint: dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite & fratre, vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus, ſiue legitima ſiue ſola cognationis iura habentibus, inteſtatus quis vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hæreditas.

6 ¶ Sed quemadmodum nos matribus proſpeximus, ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere: ſcituris eis, quòd ſi tutores liberis nõ petierint, vel in locum remoti vel excuſati, intra annum petere neglexerint: ab eorum impuberum morientium ſucceſſione meritò repellentur.

7 ¶ Licèt autem vulgò quæſitus ſit filius filiáve: poteſt [tamen] ad bona eius mater ex Tertylliano ſenatuſconſulto admitti.

Filius ſuccedítne matri, & contrà?

IN præcedenti titulo expoſitum eſt quomodo pater liberis emancipatis

ſuccedat, ſequitur videndum in hoc titulo quomodo mater liberis ſuccedat. Ex lege 12. *tab.* nec mater liberis ſuccedebat, nec liberi matri, *in princ. hic.*

Filius olim non ſuccedebat matri, nec contrà.

Ratio cur liberi non ſuccedebant, erat hæc, quia marer non habet ſuos hæredes: & ratio cur marer non ſuccedebat liberis, erar, quia filio marer non eſt agnara: agnatio enim eſt per maſculos, vt dictum eſt. Contrà res ſe habuit, iure Prætorio, quo reciprocum fuit ius ſuccedendi, per bonorum poſſeſſionem, Vnde cognati, *l. 2. ff. vnde cognati.* Quod ramen locum non habuit niſi defectu vtriuſque illius ordinis legis duodecim rabularum ſuorum, & agnatorum. Poſteà vt magis conſulererut marri, introductum eſt SC. Tertyllianum, à Tertullo Cóſule, diui Hadriani temporibus factum, quo cautum eſt vt mater rres liberos habens, ſi eſſer ingenua, aut quaruor, ſi eſſer libertina, filio ſuo ſuccedere poſſet ab inteſtato, dummodò ſuum hęredem non relinqueret, vel parer aut frater concurrerent: parer enim & frater excludebant defuncti matrem, non ſoror, cum qua mater concurrens vnà admitrebarur, §. *frater autem, hic.* Iure Iuſtinianeo, non conſiderato liberorum numero, marer ad ſucceſſionem filij fuit vocata, *l. fin. C. de iur. liberorum* §. *ſed cùm anteà, hic.* nec pater aut frater ei fuerunt antepoſiti, ramen ex *Nou.* 118. pater & mater, frater & ſoror æqualiter ad ſucceſſionem filij aut fratris admittuntur. *Edicta matrum, Car. 9. lato Pariſiis, 29. Iul.* 1567. abrogatum fuir SC. Tertyllianum, & cautum vt marres excluderentur à ſucceſſione liberorum, exceptis mobilibus & acquiſiris aliunde quàm ex latere paterno, de quo *Papo, lib. 21. tit. 1. arr. 25. & 26.* Ex dictis patet quibus caſibus liberorum hæreditas matribus non fuerit debita, nempè ſi defunctus reliquiſſet ſuos hæredes, §. *præferuntur autem, 1. hic*, deinde ſi defunctus reliquiſſet patrem §. *eadem*, denique ſi defunctus fratrem aut ſororem reliquiſſet, §. *eodem.*

SC. Tertyllianum.

Edictum matrum.

Patet etiam ius trium liberorum fuiſſe ſublarum, §. *ſed nos, 2. hic.* primò à Theodoſio Imperatore *l. 1. C. de iur. deliber.* deinde à Iuſtiniano, *l. 2. C. de iur. liber.*

Denique parer hodie admirtendam eſſe matrem æqualiter cum fratribus & ſororibus ad ſuceeſſionem filij defuncti, §. *ſed cùm anteà, hic. Nou. 18. & 22.* Reſpondet iſte *titulus titulo ff. ad SC. Tertyll. & Orphit.* tum *titulo C. ad SC. Orphit.*

Quo caſu adhuc arcenda eſt mater à ſucceſſione filij?

Hoc nempe ſi filio impuberi de tutore non proſpexerit: in pœnam enim talis negligenriæ ſucceſſione filij priuanda venit, §. *ſed quemadmodum. 4. hic. l. ſciãt, 10. C. de legit. hæred.* item ſi conuolarit ad ſecunda vota priuſquàm rutelæ rationes reddiderit, & ſoluerit, quod debetur, *l. omnem, 6. C. ad SC. Tertyll.* quia plerunque non ſolùm res filij, ſed eriam viram nouo mariro addicir, *l. lex quæ, 22. verſ. lex enim. C. de adminiſtr. tut.*

Caſus quibus mater à ſucceſſione filij arcenda.

TITVLVS IV.

DE SENATVSCONSVLTO Orphitiano.

TEXTVS.

PER contrarium autem liberi ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex ſenatuſconſulto Orphitiano, quod Orphitio & Rufo conſulibus effectum eſt, diui Marci temporibus, & data eſt tam filio quàm filiæ legitima hæreditas etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur conſanguineis & adgnatis defunctæ matris.

1 ¶ Sed cùm ex hoc ſenatuſconſulto nepotes [& neptes] ad auiæ ſucceſſionem legitimo iure non vocarentur: poſtea hoc conſtitutionibus principalibus emendatum eſt, vt ad ſimilitudinem filiorum filiarúmque & nepotes & neptes vocentur.

2 ¶ Sciendum autem eſt huiuſmodi ſucceſſiones, quæ ex Tertylliano & Orphitiano ſenatuſconſultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua nouæ hæreditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, ſed illæ ſolæ, quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur.

3 ¶ Nouiſſimè ſciendum eſt, etiam illos liberos, qui vulgò quæſiti ſunt, ad matris hæreditatem ex hoc ſenatuſconſulto admitti.

4 ¶ Si ex pluribus legitimis hæredibus quidam omiſerint hæreditatem, vel morte, vel alia cauſa impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis, qui adierint, adcreſcit illorum portio: & licèt antè deceſſerint, ad hæredes tamen eorum pertinet.

Quid cautum fuit Senatuſconſulto Orphitiano?

SEquitur videndum qua ratione liberi ad matrum ſucceſſionem vocẽtur, Senatuſconſulto Orphitiano ab Orphitio conſule facto, cautum fuit, vt filius &

Connexio SC. Orphitianũ.

filia ad

filia ad ſucceſſionem matrum inteſtatarum admittantur etiamſi alieno iuri ſubiiciantur, excluſis conſanguineis & agnatis defunctæ matris, *in princ. hic.* nepotes tamen & neptes ad auiæ ſucceſſionem iure legitimo non admittuntur, §. 1. *hic.* quod principum conſtitutionibus fuit emendatum, ita vt nepotes & neptes ad auiæ ſucceſſionem, æquè ac filius & filia ad ſucceſſionem matris admitti poſſint *d.*§.1. Reſpondet iſte titulus *titulo ff. ad SC. Tertyll. & Orphit. & titulo C. ad SC. Orphit.*

Succeſſiones ex SC. Tertylliano, & Orphitiano delatæ perimuntúrne capitis diminutione?

Non, iure nouo, ita quidem iure veteri, §. *ſciendum autem*, 2. *hic. l. tutelas*, 7. *de cap. minut. l. veluti*, 3. *ff. de pet. hæred.*

Liberi illegitimi ex SC. Orphitiano admittuntúrne ad matris ſucceſſionem?

Mater ſemper certa.

Vulgò quæſiti & ſpurij admittuntur, §. *nouiſſimè* 3. *hic. l.* 1. §. 2. *ff. ad SC. Tertyll.* quia mater ſemper certa eſt, *l.* 5. *ff. de in ius vocand.* non tamen admittuntur ex damnato & inceſtuoſo coitu ſuſcepti, §. *fin. auth. quib. mod. natur. effic. ſui.*

Pluribus legitimis hæredibus delata hæreditate, non adeuntium portio accreſcitne adeuntibus?

Accreſcit, & tale ius accreſcendi ad hæredes tranſit, §. *fi. hic. l. ſi ex pluribus*, 9. *ff. de ſuis & legit. hæred.*

TITVLVS V.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM?

TEXTVS.

POST ſuos hæredes, eóſque, quos inter ſuos hæredes prætor & conſtitutiones vocát, & poſt legitimos (quo numero ſunt adgnati, & hi, quos in locum adgnatorum tam ſupradicta ſenatuſconſulta, quàm noſtra erexit conſtitutio) proximos cognatos prætor vocat.

1 § Qua parte naturalis cognatio ſpectatur nam adgnati capite deminuti, quíque ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, ſed à prætore tertio ordine vocantur, exceptis ſolis tantummodo fratre & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anaſtaſiana cum fratribus integri iuris conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatem, ſiue ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cum aliqua deminutione, quam facile eſt ex ipſius conſtitutionis verbis colligere. Aliis verò adgnatis inferioris gradus, licèt capitis deminutionem paſſi non ſunt, tamen antepouit eos & proculdubio cognatis.

2 § Eos etiam, qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu proximitatis nomine prætor ad ſucceſſionem vocat.

3 § Liberi quoque, qui in adoptiua familia ſunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu vocantur.

4 § Vulgò quæſitos, nullos habere agnatos manifeſtum eſt: quum adgnatio à patre ſit, cognatio à matre: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione ne inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitatis ius ſpecies eſt adgnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi, ſicut & matri cognati ſunt. Itaque omnibus iſtis [ex] ea parte competit bonorum poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

5 § Hoc loco & illud neceſſariò admonendi ſumus, adgnationis quidem iure admitti aliquẽ ad hæreditatem, etſi decimo gradu ſit: ſiue de lege duodecim tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo prætor legitimis hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis verò nomine iis ſolis prætor promittit bonorum poſſeſſionem, qui vſque ad ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo ſobrino ſobrináque nato natæve.

Quando vocantur cognati ad ſucceſſionem inteſtatorum, & quo iure?

Expoſita eſt ſuorum & agnatorum ſucceſſio, ſequitur cognatorum ſucceſſio quæ Prætoria eſt, & locum habet, cùm neque ſui hæredes. neque agnati extant, aut ij qui ad ſuos & agnatos referuntur, cuiuſmodi ſunt emancipati, & nepotes ex filiabus, deinde mater ingenua, quæ ter, & libertina, quæ quater peperit, & eiuſmodi alij de quibus ſuprà, & quibus deficientibus vocantur cognati iure Prætorio, *l.* 1. *ff. vnde cognati, & in princ. hic.* id eſt, illi qui per muliebrem ſexum ſunt coniuncti, & quidem vſque ad ſextum gradum incluſiuè. Reſpondet iſte titulus, *titulo ff. vnde cognati, & tit. Cod. vnde legit. & vnde cognati?*

Conuenie: Cognatorum ſucceſſio.

TITVLVS VI.

DE GRADIBVS COGNATIONUM.

TEXTVS.

HOc loco oeceſſarium eſt exponere, quemadmodum gradus cogoatiooıs oumerentur. Quare in primis admonendi ſumus, cognatiooem aliam ſuprà numerati, aliam infrà, aliam ex tranſuerſo, quæ eriam à latere dicitur: ſuperior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex tranſuerſo frarrum ſororúmve & eorum qui quæve ex his generantur: & conuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex tranſuerſo oumeratur, à ſecundo.

1 ¶ Primo gradu eſt ſuprà pater, mater; infrà filius, filia.

2 ¶ Secundo [gradu] ſuprà auus, auia: infrà nepos, neptis: ex tranſuerſo frater, ſorur.

3 ¶ Tertio [gradu] ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex tranſverſo fratris ſororiſque filius, filia, & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus eſt frater patris, qui Græcè πατράδελφος appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur, & vterque promiſcuè θεῖος appellatur: amita eſt patris ſoror, [quæ Græcè πατραδέλφη appellatur.] Matertera verò matris ſoror, [quæ Græcè μητραδέλφη dicitur, [& vtraque promiſcuè θεία appellatur.

4 ¶ Quarto gradu ſuprà abauus, abauia: infrà abnepos, abneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque nepos neptiſve: & conuenieoter patruus magnus, amita magna, id eſt, aui frater & ſoror, ſtem auunculus magnus, & matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror, conſobrinus, cooſobrina, id eſt, qui quæve ex ſororibus aui fratribus procreantur. Sed quidam rectè conſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi conſororinos: eos verò qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore progeneraotur, amitinos propriè dici [putant.] Amitæ tuæ filij, conſobrinum te appellant, tu illos amitinos.

5 ¶ Quinto [gradu] ſuprà adauus, adauia: infrà adoepos, adneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, id eſt, proaui frater & ſoror: [&] proauunculus & promatertera, id eſt, proauiæ frater & ſoror. Item fratris patruelis, vel ſororis patruelis, cooſobrini & conſobrinæ, amitinæ filius filia, propius ſobrino, propius ſobrina: hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia.

6 ¶ Sexto gradu ſuprà tritauus, tritauia: infrà trioepos, trineptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id eſt, abaui frater & ſoror: abauũculus, abmatertera, id eſt, abauiæ frater & ſoror. [item propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius filia: item propius ſobrino ſobrináve filius filia:] item ſobrini, ſobrinæ, id eſt, qui quæve ex fratribus vel ſororibus patruelibus vel conſobrinis vel amitinis progenerantur.

7 ¶ Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata perſona gradum adiicit, vt longè facilius ſit reſpondere, quoto quiſque gradu ſit, quàm propria cognationis appellatione quemquam denorare.

8 ¶ Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

9 ¶ Sed cùm magis veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigatur: ideò neceſſarium duximus poſt narrationem graduum, eos etiam præſenti libro inſcribi, quatenus poſſint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimam graduum doctrinam adipiſci.

Quot ſunt cognationum gradus?

QVia hæreditas iure ciuili proximis agnatis ab inteſtato defertur, & cognatis iure Prætorio, ideò rectè agendũ ſequitur de gradibus cognationum in hoc titulo, qui reſpondet *tit. ff. de gradibus & affin. & nom. eorum.* Cognationum gradus in duplici ordine conſideratur, recto videlicet & obliquo gradu: rectus, vel eſt ſuperior, vel inferior, in ſuperiori ſunt gradus ſurſum, in inferiori, gradus deorſum: in obliquo, ſunt gradus tranſuerſales ſiue collaterales. Superior cognatio eſt, parentum, inferior, liberorum, tranſuerſalis, eſt fratrũ ſororúmve, & eorum qui quæve ex his progenerantur, *in princ. hic.* In quo principio ſex enumerantur gradus ſurſum, ſex deorſum, & ſex à larere.

Comment. — *Gradus rectus cognationũ.* — *Gradus tranſuerſalis.*

Quid eſt gradus?

Gradus.

Gradus eſt interuallum quo agnoſcitur quæ perſona ſtipiti ſit propior, vel eſt quædam diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis quoad generationem, ita vt variæ generationes varios efficiant gradus, ſic reſpectu filij pater conſtituit primam generationem primúmque gradum, quia filius à patre genitus eſt, reſpectu eiuſdem filij auus conſtituit ſecundam generationem, ſecundúmque gradum, quia filij pater genitus fuit ab auo. Ad enumerationem ergo graduum cognationis

Tot ſunt gradus cognationū quot ſunt generationes.

inſignis adducitur *in §. hactenus 7. hic.* regula, & valde neceſſaria, nempe ſemper generatam perſonam gradum adiicere, vel tot eſſe gradus cognationum quot ſunt generationes.

Quis eſt vſus graduum cognationis in iure?

Vſus graduum cognationis.

Maximus, nam nuptiæ in certis gradibus ſunt prohibitæ: per gradus deferuntur hæreditates, proximior enim remotiorem excludit: ſecundùm gradus etiam tutelæ deferuntur: teſtimonium regulariter inter aſcendentes & deſcendentes non admittitur, Schneid. *in princ. Inſtit. de nupt.*

TITVLVS VII.

DE SERVILI COGNATIONE.

TEXTVS.

ILLVD certum eſt, ad ſeruiles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum poſſeſſio promittitur, non pertinere: nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed noſtra conſtitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus vſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum & vndique confuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus, vt ſi quis in ſeruili conſtitutus conſortio, liberum vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſeruilis conditionis muliere: vel contra ſerua mulier ex libero vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcumque ſexus: & ad libertatem his peruenientibus, ii, qui ex ſeruili ventre nati ſunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſeruitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem peruenerint; vt hi omnes ad ſucceſſionem patris vel matris veniant, patronatus jure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolùm in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem, mutuam vocauimus, ex illa lege ſpecialiter eos vocantes: ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati, & poſtea manumiſſi ſunt: ſiue vnà cum aliis, qui poſt libertatem parentū concepti ſunt: ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadem matre, ſiue ex aliis nuptiis, ad ſimilitudinem eorum, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt.

1 ¶ Repetitis itaque omnibus, quæ jam tradidimus, apparet non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eóque ampliùs, ne eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe. Cùm enim prima cauſa ſit ſuorum hæredum, & eorum, quos inter ſuos hæredes enumerauimus: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem eſſe, quàm fratrem aut patrém matrémque defuncti: cùm alioqui pater quidem & mater (vt ſuprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò ſecundum, pronepos autem tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec intereſt, in poteſtate morientis fuerit, annon, quòd vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo ſexu propagatus eſt. Amotis quoque ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hæredes vocari diximus: adgnatus, qui integrum jus habet adgnationis, etiam ſi longiſſimo gradu ſit, plerumque potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos auunculo vel materteræ præfertur. Toties igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati ſunt: quoties neque ſuorum hæredum, quique inter ſuos hæredes ſunt, neque adgnationis [jure,] aliquis præferri debeat, ſecundùm ea quæ tradidimus: exceptis fratre & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſſionem fratrum vel ſororum vocantur: qui etſi capite deminuti ſunt, tamen præferuntur cæteris vlterioris gradus adgnatis.

Serui habéntne ius cognationis ſeruilis vel contracta in ſeruitute?

Commento.

ISte titulus eſt veluti appendix & particula præcedentis, & in eo oſtenditur liberos ſeruorum ſeruarúmve ad libertatem venientium, ſi quidem ex ſeruili ventre nati ſint, libertatem tamen meruerint, omnes ad ſucceſſionem patris vel matris venire, non ſecùs ac ſi ex iuſtis nuptiis eſſent ſuſcepti, *l. 1. §. 2. ff. vnde cognati, l. 10. §. 5. ff. de grad. & affin.* Tamen ſeruilis cognatio impedimento eſt nuptiis, §. 10. *ſupr. de nupt.* 10. §. 5. *ff. de gradibus, & affin.* propter ius naturale & pudorem, qui in nuptiis ſpectatur contahendis, *l. 14. §. 2. ff. de rit. nupt.*

Seruilis cognatio impedit nuptias.

Prior in gradu éſt-ne potior in iure quoad ſucceſſionem?

In §. *fin.* huius tituli continetur ſummaria eorum quæ de ſucceſſione ab inteſtato dicta ſunt, repetitio: traditúrque regula generalis quæ talis eſt. Qui eſt in proximiore gradu non ſemper præfertur ei qui eſt in gradu remotiori, ſed ſeruatur perſonarum qualitas, ſic deſcendentes in vlteriori gradu conſtituti proximis aſcendentibus, & agnatis præferuntur propter jus, vt pronepos ſi ſuus fuerit quáuis tertio ſit gradu, excludit patrem qui eſt in primo, quia, non eſt ſuus. In ordine

Prior in gradu non ſemper præfertur remotiori.

Q

In agnatis gradus prærogatiua atten ditur.

agnatorum, gtadus tatio & ptærogatiua artenditur, ex l.12. tab.agnarus proximus familias habero, §.*ſi plures*, 5.*ſupr.de legit. agn.ſucceſſ.*atq; ita proximior agnatus remotiori agnaro ſemper præfertur. Quòd ſi agnatus cum cognato concurrat,agnatus præferetur cognato etiam proximiori,niſi fratet emancipatus, qui cognarus eſt, concutrat cum frarre non emancipato, qui agnatus eſt, nam illi vnà ſuccedunt, §.1.*ſupr. de ſucceſſ. cognat.* Hodie *ex Nou.* 118. aliter res ſe habet, vt videbitur poſteà.

TITVLVS VIII.

DE SVCCESSIONE LIbertorum.

TEXTVS.

NVNC de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebac liberto patronum ſuum impuoè teſtamento pıæterire: nam ita demum lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, ſi inteſtarus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Itaque inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuum hæredem reliqoiſſet, patrono nihil in bonis eius juris erat. Et ſi quidem ex naturalibus liberis aliquem ſuum hæredem reliquiſſet, nulla videbatur querela: ſi verò adoptiuus filius fuiſſet, apertè iniquum erat, nihil iuris patrono ſupereſſe.

1 ¶ Qua de cauſa poſtea prætoris edicto hæc juris ioiquitas emendata eſt: ſiue enim faciebat teſtamentum libertus, jubebator ita teſtari, vt partono partem dimidiam bonorum ſuorum relinqueret: & ſi aut nihil,aut minus parte dimidia reliquerat: dabatur partono contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſſio. Siue inteſtarus moriebatur, ſuo hærede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc ſuum hæredem, partis dimidiæ bonorum poſſeſsio. Prodeſſe autem liberto ſolebant ad excludendum pattonum naturales liberi, non ſolùm quos in poteſtate mottis tempore habebat,ſed etiam emancipati & in adoptionem dati: ſi modò ex aliqua patte ſcripti hæredes eraot, aut præteriti, contra tabulas bonorum poſſeſsionem ex edicto [prætorio] petierant, nam exhæredati nullo modo repellebaot patronum.

2 ¶ Poſtea [verò] lege Papia adaucta ſunt jura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum eſt enim, vt bonis eius qui ſeſtertium centum millium patrimonium reliquerat,& pauciores,quàm ttes liberos habebat: ſiue is teſtamento facto,ſiue inteſtatus mortuus erat: virilis pars patrono deberetur. Itaque cùm vnum [quidem] filium filiámve hæredem relſquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiáve inteſtatus deceſsiſſet, cùm [verò]duos duáſve hæredes reliquerat, rertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

3 ¶ Sed noſtra conſtitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus,ita huiuſmodi cauſam definiuit, vt ſi quidem libertus vel liberta minores centenariis ſint,id eſt,minus centum aureis habeant ſubſtantiam) ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, vt pro mille ſeſtertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione: ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint,nullo liberorum relicto: tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum)integrum reſeruauit. Cùm verò maiores centenariis ſint,ſi hæredes vel bonorum poſſeſſores liberos habeant,ſiue vnum,ſiue plures cuiuſcumque ſexus vel gradus ad eos ſucceſſionem parentum deduximus, patronis omnibus modis vnà cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint: ſi quidem inteſtati,ad omnem hæreditatem pattonos patronáſque vocauimus: ſi verò teſtamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint,cùm nullos liberos haberent, vel habentes eos exhæredauerint,vel mater ſiue auus maternus eos præterierint,ita quòd non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta: tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas non dimidiam (vt antea) ſed tertiam partem bonorũ liberti conſequantur:vel quod deeſt, eis ex cõſtitutione noſtra repleatur,ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita ſine onere, vt nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommiſſa præſtentur,ſed ad cohæredes eorum hoc onus redundet, multis aliis caſibus à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem juris perſpeximus, vt tam patroni patronæque, quàm liberi eorum, necnon qui ex tranſuerſo latere veniunt, vſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum libertarúmve vocentur,ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt: & ſi eiuſdem patroni vel patronæ,vel duorum duarúmque pluriúmve liberi ſint: qui proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſſionem,& in capita non in ſtirpes diuidatur ſucceſſio: eodem modo & in iis qui ex tranſuerſo latere veniunt,ſeruando. Penè enim conſonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

4 ¶ Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda ſunt,qui in ciuitatem Romanam perueneruntt: cùm nec ſint alii liberti, ſimul & Dedititiis & Latinis ſublatis,cùm Latinorum legitimæ ſucceſſiones nullæ penitus erant, quia licet vt liberi vitam ſuam peragebant,attamen ipſo vltimo ſpiritu ſimul animam atque libertatem amittebant, & quaſi ſeruorum bona eorum jure quodammodo peculij ex lege Iunia [Norbana] manumiſſores detinebant. Poſtea verò ſenatuſconſulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati facti, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam ſuperuenit diui

Tra-

Traiani edictum, quod eundem hominem, ſi inuito vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam venire ex beneficio principis feſtinarat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum verò morientem. Sed noſtra conſtitutione propter huiuſmodi conſtitutionum vices, & alias difficultates, cùm ipſis Latinis etiam legem Iuniam, & ſenatuſconſultum Largianum, & edictum diui Traiani, in perpetuum deleri cenſuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruatur, & mirabili modo quibuſdam adiectionibus ipſas vias, quæ in Latinitatem ducebant ad ciuitatem Romanam capiendam tranſpoſuimus.

Quotuplex fuit jus de ſucceſſione libertorum?

Connexio. HActenus fuit ſucceſsio ingenuorum, ſequitur libertorũ ſucceſsio, de qua incipit agere Imperator in hoc tit. qui reſpondet, *tit. ff. de iur. patron. & 6. ſeqq. & tit. C. de oper. libert. & 4. ſeqq.* Quatuor fuerũt jura de ſucceſsione libertorum, *Succeſſio libertorum.* Primum, eſt lex 12. tabul. Secundum, eſt Edictum Prætoris. Tertium, eſt lex Papia. Quartum, conſtitutiõ Iuſtinianea. Ex lege 12. tabul. patronus tunc tantùm liberto ſuccedebat, ſi ſine liberis naturalibus vel adoptiuis inteſtatus deceſsiſſet, *in princ. h. t.* Ex Edicto Prætoris ſemis bonorum liberti teſtati, vel inteſtati tribuebatur Patrono, ſi adoptiuum tantùm filium haberet, aut naturalem exhæredaſſet, §. 1. *hic.* Ex lege Papia libertis naturalibus etiam extantibus, Patronus admittebatur ad hæreditatem liberti, vel teſtati, vel inteſtati, dummodò liberi pauciores eſſent quàm tres, §. 2. *hic.* Ex conſtitutione Iuſtinianea factum eſt vt nullum jus haberet Patronus in bonis defuncti liberti ſui niſi ille ſine liberis deceſſerit, aut ſi liberi ſint relicti, tamen ad ipſius hæreditatem peruenire nequeant. Fuſiùs exponitur iſta Conſtitutio *in d. princ. hic.* duabus allatis *Liberti centenarij & non centenarij.* diſtinctionibus, quarum prima eſt liberti centenarij, *id eſt*, centum aureos habẽtis, & non centenarii. Deinde liberti teſtati & inteſtati. Si ergo libertus non cẽtenarius & teſtatus deceſſerit, patronus nihil habebit, contrà ſi inteſtatus deceſſerit, hoc caſu excepto, ſi libertus liberos, patrem aut fratres reliquerit, §. *hos enim ſupr. de grad. cognat.* At ſi libertus centenarius fuerit, & liberos habuerit, excludetur patronus tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato: contrà ſi liberos non habuerit, tunc ex teſtamento tertia tantùm pars patrono attribuetur, & ab inteſtato tota hæreditas liberti, §. *ſed noſtra conſtitutio, 3. hic.*

Quot fuerant olim libertinorum genera, & de quibus intelligenda eſt libertorum ſucceſsio?

Fuerunt tria libertinorum genera, nẽpe Dedititii, qui ſe dederant ex obſidione in poteſtatem victoris Liuius *lib. 1. ab vrbe condita.* *Dedititij.* Latini, ita dicti ex lege Iunia Notbana quam tulit Latinus Iuſtinianus, & ciues Romani, qui quamuis *Latini.* neq; actiuam neq; paſsiuam teſtamenti factionem haberent, ramen quibuſdam priuilegiis ciuium Romanorum gaudebant, vel qui poſt manumiſsionem fiebant ciues Romani, ideò ſubiicit Imperator quæ de ſucceſsione libertorum dicta ſunt, tantùm eſſe intelligenda de ciuibus Romanis, *id eſt*, Romæ natis, vel in vico, aut ſuburbio, Boer. *deciſ. 13. n. 26. & ſeq.* Auth. *quib. mod. nat. eff. ſui*, §. *ſi quis igitur. tex. expreſſus in l. quæ ex vico ortu, ff. ad municipal. l. ad ficia, 139. ff. de verb. ſignif.* Latini & Dedititii à Iuſtiniano fuerũt ſublati, nam illa omnia ad ſimplicẽ & priſtinam vrbis Romæ libertatem reuocauit, *Latini & dedititij ſublati.* §. *libertinorum, ſupr. de libertinis, vnde tit. C. de dedit. libert. toll. & tit. de latin. libert. toll.* C.

TITVLVS IX.

DE ASSIGNATIONE libertorum.

TEXTVS.

IN ſumma (quod ad bona libertorum [attinet]) admonendi ſumus, cenſuiſſe ſenatum, vt quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiuſdem gradus ſunt, æqualiter bona libertorũ pertineant: tamen liceret parenti, vni ex liberis adſignare libertũ, vt poſt mortem eius ſolus is patronus habeatur, cui adſignatus eſt & cæteri liberi, qui ipſi quoque ad eadem bona; nulla adſignatione interueniente pariter admitterentur, nihil juris in his bonis habeant: ſed ita demum priſtinum jus recipiant ſi is, cui adſignatus eſt, deceſſerit nullis liberis relictis.

1 § Nec tantùm libertum, ſed etiam libertam, & non tantùm filio, nepotive, ſed etiam filiæ neptive adſignare permittitur.

2 § Dator autem hæc adſignandi facultas ei, qui duos pluréſve liberos in poteſtate habebit, vt eis, quos in poteſtate habet, adſignare libertum libertámve liceat. Vnde quærebatur, ſi eum, cui adſignauit, poſtea emancipauerit: num euaneſcat adſignatio? Sed placuit euaneſcere; quod & Iuliano & aliis pleriſque viſum eſt.

3 § Nec intereſt, [an] teſtamento quis adſignet, an ſine teſtamento, ſed etiam quibuſcumque verbis patronis hoc permittitur facere, ex ipſo ſenatuſconſulto, quod Claudianis tem-

Q 2

poribus factum eſt, Sabellio Rufo & Aſterio Scapula conſulibus.

Quid eſt libertorum aſsignatio, & quomodo fiebat?

Commenio. IN præcedenti titulo oſtẽſum eſt quomodo bona libertorum ad patronos perueniant: in hoc, qui reſpondet *l. 11. ff. de aſsignand. libert.* declaratur quomodo illa bona ad patroni defuncti liberos deuoluantur, quæ deuolutio fit per aſsignationem, (*Aſsignatio*) quæ nihil aliud eſt quàm teſtificatio ſiue declaratio à patrono facta cuius ex liberis libertum eſſe voluit, *l. adſignare*, 107. *ff. de verb. ſignific.* fiebat autem hæc aſsignatio quibuſcunque verbis, §. *fin. hic.* vel nutu, vel teſtamento, vel codicillis, *l. 1. §. 3. ff. de aſsig. libert.* Hac aſsignatione fit vt ex pluribus patroni liberis vnus tantùm ſuccedat liberto, is nempe cui à patre libertus eſt aſsignatus, *in princ. hic.*

Poteſt- ne filio emancipato aſsignari libertus?

antinomia conciliatio Non, §. *datur*, 2. *hic.* ſi nempe emancipatus ſit ſolus, ita quidem, ſi alius ſit in poteſtate & alius emancipatus, *l. vtrum ei*, 9. *ff. de aſsignand. libert.* & ſic rectè conciliantur iſti duo textus, Borcholten, *n.* 2. VVeſembec. *n. 1. ad d.* §.

Vnde habuit hanc aſsignandi poteſtatem Patronus?

Senatuſconſultum Claudianum. A SC. Claudiano, facto Sabellio, Rufo, & Aſterio Scapula conſulibus, §. *fin. hic.* Cuius ſenatusconſulti verba habentur, *in princ. legis 1. ff. de aſsign. libert.*

TITVLVS X.

DE BONORVM POSſeſsionibus.

TEXTVS.

IVs bonorum poſſeſsionis introductum eſt à prætore emendandi veteris juris gratia. Nec ſolùm in inteſtatorum hæreditatibus vetus jus eo modo prætor emendauit, ſicut ſuprà dictum eſt: ſed in eorum quoque qui teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus poſthumus hæres fuerit inſtitutus: quamuis hæreditatem jure ciuili adire non poterat, cùm inſtitutio non valebat: honorario tamen jure bonorum poſſeſſor efficiebatur, videlicet cùm à prætore adiuuabatur, ſed & is à noſtra conſtitutione hodie rectè hæres inſtituitur, quaſi & iure ciuili non incognitus. Aliquando tamen, neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, ſed magis confirmandi gratia [prætor] pollicetur bonorum poſſeſsionem. Nam illis quoque, qui rectè teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, dat ſecundùm tabulas bonorum poſſeſsionem. Item ab inteſtato ſuos hæredes, & adgnatos ad bonorum poſſeſsionem vocat. Sed & remota quoque bonorum poſſeſsione, ad eos pertinet hæreditas jure ciuili.

2 ¶ Quos autem ſolus vocat prætor ad hæreditatem, hæredes quidem ipſo jure non fiunt, nam prætor hæredem facere non poteſt: per legem enim tantùm, vel ſimilem juris conſtitutionem hæredes fiunt, veluti per ſenatuſconſulta, & conſtitutiones principales: ſed cùm eis prætor dat bonorum poſſeſsionem, loco hæredum conſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores. Adhuc autem & alios complures gradus prætor fecit in bonorum poſſeſsionibus dandis, dum id agebat, ne quis ſine ſucceſſore moreretur. Nam anguſtiſsimis finibus conſtitutum, per legem duodecim tabularum jus percipiendarum hæreditatum prætor ex bono & æquo dilatauit.

3 ¶ Sunt autem bonorum poſſeſsiones ex teſtamento quidem hæ. Prima, quæ præteritis liberis datur, vocatúrque *contra tabulas*. Secunda quam omnibus jure ſcriptis hæredibus prætor pollicetur, ideóque vocatur *ſecundùm tabulas*. Et cùm de teſtamentis priùs locutus eſt, ad inteſtatos tranſitum fecit. Et primo loco ſuis hæredibus, & iis, qui ex edicto prætoris inter ſuos hæredes connumerantur, dat bonorum poſſeſsionem, quæ vocatur *vnde liberi*. Secundò, legitimis hæredibus. Tertiò, decem perſonis, quas extraneo manumiſſori præferebat: ſunt autem decem perſonæ hæ: pater, mater, auus, auia, tam paterni, quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quàm ex filia: frater, ſorórve, conſanguinei, vel vterini, Quartò, cognatis proximis. Quintò, *tanquam ex familia*, Sextò, patrono patronæque, liberiſque eorum, & parentibus, Septimò, viro & vxori, Octauò, cognatis manumiſſoris.

4 ¶ Sed eas quidem prætoria introduxit juriſdictio: à nobis tamen nihil incurioſum prætermiſſum eſt, ſed noſtris conſtitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas quidem & ſecundùm tabulas bonorũ poſſeſſiones admiſimus, vtpotè neceſſarias conſtitutas: nec non ab inteſtato *vnde liberi & vnde legitimi* bonorum poſſeſſiones. Quæ autem in prætoris edicto quinto loco poſita fuerat, id eſt, *vnde decem perſonæ*, eã pio propoſito, & compendioſo ſermone ſuperuacuam oſtendimus. Cùm enim præfata bonorum poſſeſsio decem perſonas præponebat extraneo manumiſſori, noſtra conſtitutio, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eiſdémque manumiſſoribus contracta fiducia manumiſsionem facere dedit: vt ipſa manumiſsio eorum hoc in ſe habeat priuilegium, & ſuperuacua fiat ſupradicta bonorum poſſeſsio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum poſſeſsione in gradum eius ſextam antea bonorum poſſeſsionem induximus: & quintam fecimus, quam prætor proximis cognatis pollicetur.

Cúmque.

Cúmque antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio *tanquam ex familia*, & octauo *vnde patroni patronaque & parentes eorum*: vtramque per conſtitutionem noſtram, quam de jure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cùm enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuimus, quas vſq; ad quintum gradum tantommodo coarctauimus, vt ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia: ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeſſio, quàm *vnde legitimi*, & *vnde cognati*, ex quibus poſſunt ſua jura vindicare, omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionem reſoluta. Aliam verò bonorum poſſeſſionem, quæ *vnde vir & vxor* appellatur, & nono loco inter veteres bonorum poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſeruauimus, & altiore loco, id eſt, ſexto eam poſuimus: decima quoque bonorum poſſeſſione, quæ erat *vnde cognati manumiſſoris*, propter cauſas enumeratas meritò ſublata, vt ſex tantummodo bonorum poſſeſſiones ordinariæ permaneant, ſuo vigore pollentes. Septima eas ſecuta, quam optima ratione prætores introduxerunt. Nouiſsimè enim promittitur edicto iis etiam bonorum poſſeſsio, quibus vt detur, lege, vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione comprehenſum eſt: quam neque bonorum poſſeſsionibus, quæ ab inteſtato veniunt, neque iis, quæ ex teſtamento ſunt, prætor ſtabili jure connumerauit: ſed quaſi vltimum & extraordinarium auxilium (prout res exegit) accommodauit, ſcilicet iis, qui ex legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibúſve principum, ex nouo jure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt. Cùm igitur plures ſpecies ſucceſsionum prætor introduxiſſet, eáſque per ordinem diſpoſuiſſet: & in vnaquáque ſpecie ſucceſsionis ſæpe plures extent diſpari gradu perſonæ: ne actiones creditorum differrentur, ſed haberent, quos conuenirent, & ne facilè in poſſeſsionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent: ideò petendæ bonorum poſſeſsioni certum tempus præfiniuit. Liberis itaq; & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorum poſſeſsione anni ſpatium, cæteris [autem] adgnatis, vel cognatis centum dierum dedit.

5 ¶ Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit: eiuſdem gradus perſonis adcreſcit: vel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionem perinde ex ſucceſſorio edicto pollicetur, ac ſi is, qui præcedebat, ex eo numero non eſſet. Si quis itaq; delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiauerit, non quouſque tempus bonorum poſſeſsioni præfinitum exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur. In petenda autem bonorum poſſeſsione dies vtiles ſinguli conſiderantur.

6 ¶ Sed bene anteriores principes & huic cauſæ prouiderunt, ne quis pro petenda bonorũ poſſeſsione curet: ſed quocumq; modo admittentis eam judicium (intra ſtatuta tamen tempora) oſtenderit, plenum habeat earum beneficiũ.

Quid eſt bonorum poſſeſsio?

Connexio.

IN 1. tit. huius libri dictum eſt triplex ius eſſe conſiderandum de ſucceſſionibus ab inteſtato, ciuile, Prætorium, & Nouellarum Conſtitutionum: de ciuili actum eſt, ſequitur agendum de Prætorio, de quo in *hoc tit. reſpondente tit. ff. de poſſ. hæred. petit. & tit. de bonor. poſſeſſ.* Eſt autem bonorum poſſeſsio, jus à prætore datum perſequendi & retinendi patrimonii quod ad quemcunq; cùm is moritur, pertinuerit, *l. bona §. hæreditatis, 1. ff. de bon. poſſeſſ.*

Bonorum poſſeſsio.

Quare introducta fuit bonorum poſſeſsio à Prætore?

Fuit introducta emendandi iuris veteris gratiâ, non tantùm quoad inteſtatorum, ſed etiam teſtatorũ hæreditates, *in princ. hic.* nec tantùm emendandi, ſed etiam confirmandi gratiâ, v. g. illis qui rectè facto teſtamento hæredes inſtituti ſunt Prætor ſecundùm tabulas dat bonorum poſſeſsionem & hæredes ab inteſtato ſuccedentes tam ſuos quàm agnatos ad bonorum poſſeſsionem vocat *§. aliquando tamen, 1. hic.*

Occaſio introducenda bonorum poſſeſsionis.

Quænam ſunt bonorum poſſeſſiones, & quæ hodie in vſu?

Bonorum poſſeſsiones aliæ ſunt ex teſtamento, aliæ ab inteſtato: ex teſtamento duæ ſunt, 1. Contra tabulas quæ datur liberis præteritis, *tot. tit. de bon. poſſ. cont. tab.* 2. ſecundùm tabulas, quæ datur ſcriptis hæredibus, *tot. tit. de bon. poſſ. ſecundùm tabul. §. ſunt autem, 4. hic.* Ab inteſtato ſunt octo. Prima, *vnde liberi*, & datur ſuis, *ff. tot. tit. ſi tabul. teſtament. null. extr. vnde lib.* Secunda, *vnde legitimi*, & datur agnatis, *tot. tit. ff. vnde legit.* Tertia, vnde decem perſonæ, & datur decem perſonis quæ extraneo manumiſſori præferuntur, *Nou. 22. §. ac prima quid in nuptiæ.* Quarta, vnde cognati & datur cognatis, *tot. tit. vnde cognati.* Quinta, tanquam ex familia, & datur familiæ, *Vlp. in fragmen. tit. 28. de poſſ. dandis, hoc eſt, agnatis patroni.* Sexta, vnde liberi patroni, quæ datur patrono, & patronæ, tum tiam eorum liberis & parentibus *tit. de bon. libert.* Septima, vnde vir & vxor, & datur viro & vxori, *tot. tit. vnde vir. & vxor.* Octaua, vnde cognati manumiſſoris, *§. ſunt autem, 4. hic.*

Bonorum poſſeſsionũ varia.
Bonorum poſſeſſio contra tabulas & ſecundum tabul.
Poſſeſſio tum vnde liberi.
Vnde legitimi.
Vnde 10. perſonæ.
Vnde cognati.
Tanquam ex familia.
Vnde liberi patroni.
Vnde vir & vxor.
Vnde cognati manumiſſoris

Harum bonorum poſſeſsionum ſex tantùm in vſu remanſerunt, ſuo vigore pollentes, duæ ex teſtamento ſecundùm tabulas, & contra tabulas & quatuor ab inteſtato, vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, & vnde vir & vxor.

Bonorum poſſeſsiones quæ in vſu.

Datúr-ne alia bonorum poſſeſſio præter eas quæ ex teſtamento, aut ab inteſtato ſunt?

Bonorum poſſeſſio v-ti ex lege.

Datur, nempe extraordinaria, quæ dicitur vti ex lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione, & locum habet cùm noua aliqua lege, vel conſtitutione bonorum poſſeſſio alicui defertur: v.g. cùm ex cōnſtitutione diui Hadriani Imperatoris, militis capite damnati propter crimen aliquod militare, hæreditas, & bonorum poſſeſſio alicui defertur cognatis vſque ad quintum gradum, qui tamen à lege non vocabantur, propter capitis deminutionem militis, *l.2. ff. de veteran. milit. ſucceſſ.* hæc bonorum poſſeſſio appellatur vltimum & extraordinarium remedium, §.5.*hic.*

Quantum tempus præfigitur ad petendam bonorum poſſeſſionem?

Tempus ad petendam bonorum poſſeſſionem.

Liberis & parentibus tam naturalibus quàm adoptiuis præfigitur annus, reliquis centum dies præfiguntur, §.*cùm igitur plures*, 6. *hic.l.1.* §.*largius, ff. de ſucceſſ. Edict.* Præfixa autem fuerunt à Prætore hæc tempora, ne diutiùs bona hæreditaria vacua & ſine domino manerent, & creditores damnum aliquod ex mora paterentur, & iniuriâ afficeretur defunctus, *d.l.1. in princ.* In illis autem temporibus tantùm dies vtiles continebantur, *d.* §.*cùm igitur plures*, 6. *hic.* Cuiac. *lib.2. obſeru. cap.*18. *& tit.* C. *qui admitti ad bonor. poſſeſſ. poſſ. & intra quod tempus.*

TITVLVS XI.

DE ACQVISITIONE PER *arragationem.*

TEXTVS.

Est & alterius generis per vniuerſitatem ſucceſſio, quæ neque lege duodecim tabularum, neque prætoris edicto, ſed eo jure, quod conſenſu receptum eſt, introducta eſt.

1 ¶ Ecce enim cùm paterfamiliâs ſeſe in adrogationem dat, omnes res eius corporales, quæque ei debitæ ſunt, adrogatori antea quidem pleno jure adquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis deminutionem pereunt, quales ſunt operarum obligationes, & jus adgnationis. Vſus etenim & vſusfructus: licèt his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit noſtra conſtitutio.

2 ¶ Nunc autem nos eandem adquiſitionem, quæ per adrogationem fiebat, coarctauimus ad ſimilitudinem naturalium parentum. Nihil enim aliud, niſi tantummodo vſusfructus tam naturalibus parentibus quàm adoptiuis per filiosfamiliarum adquiritur in iis rebus, quæ extrinſecus filiis obueniunt, dominio eis integro ſeruato. Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium [rerum] eius ad adrogatorem pertranſit: niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra patrem in iis, quæ adquiri non poſſunt, antecedant.

3 ¶ Sed ex diuerſo, pro eo, quod is debuit, qui ſe in adoptionem dedit, ipſo quidem jure adrogator non tenetur, ſed nomine filij conuenitur: & ſi noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes noſtros magiſtratus bona, quæ eius cum vſufructu futura fuiſſent, ſi ſe alieno juri non ſubjeciſſet, poſſidere, & legitimo modo ea diſponere.

Quid eſt acquiſitia per arragationem?

Connexio.

IN §. *vlt. ſupr. per quas perſ. cuique acquir.* dictum eſt quatuor eſſe modos quibus acquiritur rerum dominium jure ciuili per vniuerſitatem, nempe hæreditatem bonorum, quæ defertur vel ex teſtamento vel ab inteſtato, bonorum poſſeſſionem de qua in præcedenti titulo, acquiſitionem per arrogationem, & addictioné; de acquiſitione per arrogationem in hoc titulo agitur, quæ nihil aliud eſt, quàm acquirendi dominij per vniuerſitatem modus iure ciuili introductus, cùm is qui ſui iuris eſt ſeipſum dat in arrogationem, tunc bona omnia quæ ad filiuum arrogatum pertinent, fiunt patris arrogantis, ita vt etiam eius liberi tranſeant in arrogantis familiam.

Acquiſitio per arrogationem.

An iure veteri & iure nouo ſucceſſit eodem modo hæc acquiſitio per arrogationem?

Non, quia jure veteri arrogans, arrogati bona omnia acquirebat, exceptis operis, vſu & vſufructu, *l. qui ex liberis*, 11. §.*teſtamenta, ff. de bon. poſſ. ſecund. tab.* Iure nouo bona filij arrogati tantùm quoad vſumfructum acquiruntur, *l. vlt.* C. *de teſt. manum. l. vlt.* C. *commun. de ſucceſſ.*

Quo iure introducta eſt acquiſitio per arrogationem?

Moribus introducta eſt acquiſitio per arrogationem.

Non leg.12. tabul. vt hæreditas, neque iure Prætorio, vt bonorum poſſeſſio, ſed moribus & conſenſu ciuium, prudentúmque approbatione in vſum ciuitatis perducta eſt hæc per adrogationem acquiſitio, quia nititur patria poteſtate, §.1. *ſupr. de pupill. ſubſtit.*

TITV-

TITVLVS XII.

DE EO CVI LIBERTATIS causâ bona aduciuntur.

TEXTVS.

ACcessit nouus caſus ſucceſſionis ex conſtitutione diui Marci. Nam ſi ij, qui libertatem acceperunt à domino in teſtamento, ex quo non aditur hæreditas, velint bona ſibi addici libertatum conſeruandarum cauſa: audiuntur.

1 ¶ Et ita diui Marci reſcripto ad Pompilium Rufum continetur: verba reſcripti ita ſe habent: Si Verginio Valenti, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit, nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente, in ea cauſa bona [eius] eſſe cœperunt, vt venire debeant: is, cuius de ea re notio eſt, aditus rationem deſiderij tui habebit, vt libertatum tam earum, quæ directò, quàm earum, quæ per ſpeciem fideicommiſſi relictæ ſunt, tuendarum gratia addicantur tibi: ſi idoneè creditoribus caueris de ſolido, quod cuique debetur, ſoluendo. Et ij quidem, quibus directa libertas data eſt, perinde liberi erunt, ac ſi hæreditas adita eſſet. Ij autem quos hæres manumittere rogatus eſt, à te libertatem conſequentur: ita, vt ſi non alia conditione velis tibi bona addici, quàm vt [ij] etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, ſi ij, quorum de ſtatu agitur, conſentiant, auctoritatem noſtram accommodamus. Et ne huius reſcriptionis noſtræ emolumentum alia ratione irritum fiat: ſi fiſcus bona agnoſcere voluerit, & ij, qui rebus noſtris attendunt, ſciant commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam: & ita bona cogenda, vt libertas iis ſalua ſit, qui eam adipiſci potuerunt, ac ſi hæreditas ex teſtamento adita eſſet.

2 ¶ Hoc reſcripto ſubuentum eſt & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus poſſideantur & veneant. Certè ſi fuerint hac de cauſa bona addicta: ceſſat bonorum venditio: exiſtit enim defuncti defenſor, & quidem idoneus, qui de ſolido creditoribus cauet.

3 ¶ In primus hoc reſcriptum totiens locum habet, quotiens teſtamento libertates datæ ſunt. Quid ergo ſi quis inteſtatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hæreditas: [an] fauor conſtitutionis debebit locum habere? Certè ſi inteſtatus deceſſerit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium eſt.

4 ¶ Tunc [enim] conſtitutioni locum eſſe verba oſtendunt, cùm nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat. Ergo quandiu incertum erit, vtrùm exiſtat, an non: ceſſabit conſtitutio. Si verò certum eſſe cœperit, neminem exiſtere: tunc erit conſtitutioni locus.

5 ¶ Si is, qui in integrum reſtitui poteſt, abſtinuerit hæreditatem quamuis poteſt in integrum reſtitui, poſſit admitti conſtitutio, & bonorum addictio fieri? Quid ergo ſi poſt addictionem libertatum conſeruandarum cauſa factam in integrum ſit reſtitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia ſemel competierunt.

6 ¶ Hæc conſtitutio libertatum tuendarum cauſa introducta eſt. Ergo ſi libertates nullę ſunt datæ: ceſſit [hæc] conſtitutio. Quid ergo ſi viuus dederit libertates, vel mortis cauſa: & ne de hoc quæratur, vtrùm in fraudem creditorum, an non factum ſit, idcircò velint ſibi addici bona: an audiendi ſint? Et magis eſt, vt audiri debeant, etſi deficiant verba conſtitutionis.

7 Sed cùm multas diuiſiones eiuſmodi conſtitutioni deeſſe perſpeximus, lata eſt à nobis pleniſſima conſtitutio, in qua multæ ſpecies collatæ ſunt, quibus ius huiuſmodi ſucceſſionis pleniſſimum eſt effectum, quas ex ipſius lectione conſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

Quid eſt addictio bonorum libertatum conſeruandarum causâ

EſSt vltimus modus acquirendi dominij iure ciuili per vniuerſitatem nempe cùm quis vel teſtamento, vel codicillis, vel quâ alia vltimæ voluntatis ratione directò aut per fideicommiſſum libertatẽ ſeruis reliquit, ita vt nullo hærede adeunte vnus ex ſeruis vel omnes ſimul quib' relicta eſt libertas aut etiam aliquis extraneus poſſit petere bona defuncti ſibi addici, & dari, & ita pro hærede habeatur, §.1.*hic*, vt creditoribus ſatisfaciat, §.2.*hic*, & defunctus hæredem habeat, quæ occaſio eſt introducendæ huius addictionis: addicere enim bona eſt ea alicui per Prætorem dare. Iſte titulus reſpondet, *l.2.l.3.& l.4.ff. de fideicommiſſ. libert. & leg. vlt. C. de teſtam. manum.*

Connexio. Addictio bonorum libertatũ conſeru. cauſâ.

Addicere bona.

Vnde promanauit hæc bonorum addictio?

Non ex leg. 12. tabul. neque ex edicto Prætoris, neque ex moribus aut conſuetudine, ſed ex cõſtitutione Diui Marcij Imperatoris, cuius conſtitutionis vel reſcripti verba habentur in §.1.*hic*.

Bonorum addictionis origo.

TITVLVS XIII.

DE SVCCESSIONIBVS ſublatis quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex SC. Claudiano.

TEXTVS.

ERANT ante prædictam ſucceſſionem olim & aliæ per vniuerſitatem ſucceſſiones, qualis fuerat bonorum

emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in vſu fuerant, ſed cùm extraordinariis iudiciis poſteritas vſa eſt: ideò cum ipſis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones expirauerunt, & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona poſſidere, & prout vtile eis viſum eſt: ea diſponere, quod ex latioribus Digeſtorum libris perfectiùs apparebit.

1 ¶ Erat & ex ſenatuſconſulto Claudiano miſerabilis per vniuerſitatem adquiſitio: cùm libera mulier ſeruili amore bacchata, ipſam libertatem per ſenatuſconſultum amittebat, & cum libertate ſubſtantiam, quod indignum noſtris temporibus eſſe exiſtimantes, & à noſtra ciuitate deleri, & non inſeri noſtris Digeſtis conceſſimus.

Suntne alij dominij acquirendi modi per vniuerſitatem?

Connexio. SVnt adhuc duo, de quibus in hoc titulo, qui hodie ſublati ſunt, nempe emptio ſiue bonorum debitoris venditio publica, & Claudiana bonorum adiudicatio. Prior modus ita fiebat leg. 12. tabularum, cùm aliquis æs alienum contraxerat, ita vt ſoluendo non eſſet, nec inter creditorem & debitorem conuenire poſſet, factum eſt, vt ſi creditores ita vellent, debitoris corpus in tot partes ſecaretur, quot eſſent creditores, & de partibus ita ſectis cuilibet creditori vna aſſignaretur, vt ciues Romani abſterrerentur à contrahendo ære alieno vltra quàm ſoluere poſſent. Hoc tanquã nimis crudele fuit ſublatũ, & de nouo introductum, vt debitoris bona, ſi quæ reperirentur, publicè proſcriberentur, & nomine debitoris venderentur, & ſic emptor fiebat eorum dominus & quaſi ſucceſſor, *Nou. 53. cap. 4.* Quod adhuc hodie obſeruatur, pignus enim capitur, ter incantatur, & vendendum conclamatur, auctiones homologantur, & nouiſſimo licitatori addicitur pignus, atque ita emptor fit ſecurus niſi dolus in emptionem inciderit. Haſtæ ſolennia varia ſunt pro variis locorum conſuetudinibus.

Bonorum debitoris venditio quomodo olim fiebat, & quomodo fit hodie.

Poſterior fiebat, cùm mulier libera ſeruili amore debacchata, alicuius ſerui conſortium appetiiſſet aliquoties, tunc enim ſi poſt trinam denunciationem flagitij victa cupidine, eandem cum ſeruo illo ſtupri conſuetudinem habuiſſet, licebat eiuſdem ſerui domino eam cum omnibus bonis, quæ poſſidebat, acquirere, quod & à Iuſtiniano ſublatum fuit, *l. vn. C. de SC. Claud. toll.* quâ quidem lege nec bona perdidit mulier, nec amoris feruore libera eſſe deſiit, *Cuiac. lib. 21. obſeru. cap. 16.*

Claudiana bonorũ adiudicatio.

DE SVCCESSIONE AB Inteſtato de Iure Nouiſſimo, nempe ex Nou. 118. & 127.

Quot ſunt gradus ſucceſſionum ab inteſtato de iure Nouellarum Conſtitutionum?

Tres, videlicet Liberorum, Legitimorum, & cognatorum, *Alc. in Parad. lib. 4. c. 4.* Primus eſt deſcendentium, ſecundus aſcendentium, tertius collateralium, *Nou. 118. cap. 1. 2. & 3.* Duo priores ſunt in linea recta, vltimus in linea tranſuerſali. Linea, eſt collectio perſonarum ab eodẽ pite deſcendentiũ gradus continens, & cognationes diſtinguens. Stipes verò eſt illa perſona, à qua cæteræ de quarũ cõiunctione quæritur, deſcendunt & originem ducunt. Quibus ordinibus adiici poſſet ſucceſſio viri & vxoris vel coniugum, de qua *tot. tit. C. vnde vir. & vxor.* Deinde ſucceſſio fiſci de qua *tot. tit. de bon. vacant.* Præter iſtas quinque ſuccedendi ſpecies nullam aliam admittit ius nouum. Ergo non ſuccedunt iure nouo affines affinibus, *l. affinitas, 7. C. Commun. de ſucceſſ.* Sunt autem affines non vir & vxor, *gloſſ. in l. affinitatis. C. Commun. de ſucceſſ.* ſed viri & vxoris cognati, qui proximè illos ſequuntur, dicti ab eo quod duæ cognationes quæ diuerſæ inter ſe ſunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, *l. 4. §. 3. ff. de gradib. & affin* neque nutritores, aut ciuili aut prætorio iure alumno, aut alumnę ſuccedunt, *l. nutritoribus, 10. C. Commun. de ſucceſſ.* Neque tutores pupillis, nullis agnatis aut cognatis relictis, quia legitima ſucceſſio lege datur, *l. 1. & 3. ff. de pet. hæred.* nulla autem eſt lex quę deferat tutori ſucceſſionem pupilli. In Gallia obſeruatur, vt tutor pupillo non ſuccedat, *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif, declar. 15. n. 5.* Neque ſuccedunt ſuſceptores ſuſceptis ex Baptiſmo, nulla quippe inter eos conſanguinitas, *Can. ita. 1. Cauſ. 3. q. 3.* ita quidem cognatio ſpiritualis, *tot. tit. ext. de cognat. ſpirit.* quæ ſuccedendi ius non inducit: neque ſuccedunt hoſpites ſeu caupones aduenis, peregrinis, aut viatoribus hoſpitatis, & ab inteſtato mortuis *auth. omnes peregrini, C. Commun. de ſucceſſ.*

Tres ſucceſſionum ab inteſtato gradus. *Linea.* *Stipes.* *Quinam quib. non ſuccedãt.*

Quinam

Quinam dicuntur deſcendentes, & quomodo ſuccedunt?

Succeſſio deſcendentium.

Primò ad ſucceſſionem inteſtati vocantur deſcendentes in recta linea ſine vllo ſexus aut ętatis diſcrimine, ſine differentia etiam inter natos & naſcituros ſiue poſthumos, inter ſuos & emancipatos, ita tamen vt ſui ſuccedant iure ciuili, & emancipati iure Prætorio, vt etiam emancipati concurrere volentes cum ſuis in ſucceſſione paterna, ſi velint partem bonorum paternorum conſequi, cogantur omnia quæ ipſi acquiſiuerint tempore emancipationis diuidere cum ſuis, *l. 1. in princ. ff. de collat. bon.* Ergo quoad ſuccedendi rationem & effectum, inter ſuos & emancipatos nullum iure nouiſſimo eſt diſcrimen, licèt quoad ſuccedendi vias & iura ciuitatis adhuc durare videatur. Has omnes differentias ſuſtulit *Nou. 118. cap. 1. & 4. l. 4. C. de liber. præter. & l. 14. C. de legitim. hæred.* illa ſola remanſit quæ eſt inter legitimos & illegitimos. Ergo in ſucceſſione ab inteſtato primò vocantur ſui hæredes, & hi qui inter ſuos nominantur, qui etiam in remotiori gradu conſtituti præcedunt omnes aſcendentes, nec nō collaterales etiam proximiores §. 1. *ſupr. de ſeruil. cognat. l. inteſtato, 4. l. ſi matre, 11. C. de ſuis & legit. hæred. l. quoties, eod. auth. in ſucceſſ. eod.* Vide primum ſuccedendi gradum, *Numer. cap. 27.* alij enim ſunt ſui hæredes primi gradus, vt filij, alij gradus vlterioris, vt nepotes, qui etiamſi propriè & nondum ſint ſui, tamen eſſe poſſunt, filiis videlicèt mortuis, *Connan lib. 10. cap. 3. n. 4.*

Liberi ſuccedunt iure diuino, nat. & ciu.

Succedunt liberi iure diuino, filius eſt, ergo hæres *Paul. ad Gal. cap. 4. v. 7.* Iure naturali, *l. cùm ratio naturalis, 7. in princ. ff. de bon. damnat.* & iure Ciuili, §. *ſui autem, ſupr. de hæred. qual. & differ.* Iſta ſucceſſio intelligenda eſt.

Quo ordine ſuccedant liberi.
Liberorū nat. & legitimorū ſucceſſio.

I. De liberis naturalibus & legitimis ex iuſtis nuptiis procreatis, qui ad omnia bona vocantur, etiam feudalia ſine diſcrimine ſexus: & quando plures eodem gradu concurrunt, ſimul ſuccedūt, §. *ſi plures, 5. ſupr. de legit. agnat. ſucceſſ. l. 2. §. 2. ff. de ſuis & legit. hæred.* Vt autem illi ſuccedere poſſint, ſufficit ſi in vtero ſint, §. 2. *verſ. poſthumi quoque, & §. 8. ſupr. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. vel ſi viuo, 7. ff. de ſuis & legit. hæred.* dummodò non naſcantur monſtroſi, *l. quod certatum, 3. in fin. C. de poſth. hæred. inſtit.* Æqualiter etiā ſuccedunt in eodem gradu conſtituti liberi, nullâ habitâ ratione, maioris vel minoris natu, niſi quòd maior natu domus inſignia ferat, & aliis priuilegiis gaudeat, quæ primogenituram conſequi ſolent, vt ait *Guid. Coquill. quæſt. 257.* vbi explicat hæc duo vocabula gallicâ, *aiſné & puiſné*, quæ dicit eſſe deducta ex aliis duabus dictionib⁹, *ain: & puis*, quę Latinè exponuntur, *anteà & poſteà*, quaſi quis dicat, anteà natum & poſteà natum. De priuilegiis & præeminentiis primogenitorum, latè *Tiraq. de iur. primog.*

Liberorū legitimorū tantùm ſucceſſio.

II. De liberis legitimis tantùm, cuiuſmodi ſunt adoptiui, illi enim ad patris inteſtati ſucceſſionem lege vocantur quādiu durat adoptio, §. *ſed hodie 2. ſupr. de adopt. l. ſi te parens. C. de ſuis & legit. l. pen. §. etſi quidem, C. de adopt.* Contrà res ſe habet in Gallia, vbi adoptiui filij non ſuccedunt, *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. declar. 14. n. 2. Imbert. enchirid. in verbo; filius adoptiuus.*

Naturaliū ſucceſſio.

III. De naturalibus tantùm ſiue nothis, *id eſt*, ex concubina, & quidem primi gradus ſuſceptis, *Cuiac. 5. obſeru. 6.* qui à nota, id eſt, infamia nothi dicti ſunt, eo quòd infamiam incurrant, & qui naturalibus & legitimis liberis, nec vxore legitima extantibus, patri inteſtato ſuccedunt in ſextantem, cum matre ſua in capita diuidendum, *Nouell. 118. cap. 5.* quod ius ſextantis ad liberos ex filio naturali ſuſceptos non pertinet, *l. vlt. C. de naturalib. lib.* ſuccedunt enim legitimati à principe, ſi nulli iuſti liberi exiſtant, *l. imperialis, 23. C. de nuptiis.*

Meretrix vnde dicta.
Spurij an ſuccedāt.

Quod ad ſpurios & vulgò quæſitos attinet, ex meretrice (à merendo dicta, quod eſt mercede militare, corpus vendendo, vel quæſtum corpore faciēdo, *l. mercedem 5. C. de condict. ob turp. cauſ.*) ex vulgari muliere ſuſceptos illi ab inteſtato decedenti patri propter incertitudinem non ſuccedunt, quia patrem demonſtrare non poſſunt, *auth. ex complexu, C. de ſecund. nupt. l. 1. C. de natur. liber §. ſi aduerſus, 12. ſupr. de nuptiis, l. vulgò, 24. ff. de ſtat. homin.* Eſtque iuris certi, quòd ſpurij ſiue illegitimi nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, nec ex contractu inter viuos aliquid capere poſſint, veluti communius ſcriptum dicit *Conarr. de ſponſal. lib. 3. cap. 101. n. 8. Andr. Geil. obſeruat. 88. n. 1.* Ratio eſt, quia non ſunt de parentela, *Ricius deciſ. Eccleſiaſt. tit. ius patronatus deciſ. 203.* nec habent agnationem, §. *vulgò ſupr. de ſucceſſ. cognat. Guid. Pap.*

Digitized by Google

Spurij qui dicantur.

deciſ. 580. Per ſpurios intelligere debemus generaliter natos ex concubinatu, ex ſcortatione, ex ſtupro, ex adulterio, & ex inceſtu, hi enim omnes ſine iuſto patre nati ſunt, & vulgò quæſiti appellantur, *l. vulgò*, 33. *ff. de ſtat. homin.* Matri verò & parentibus maternis æque ſuccedunt ſpurij ac legitimi, ſiue ſoli ſint ſiue cum legitimis coniuncti, §. *nouiſſimè*, 3. *ſupr. de SC. Orphitiano l.* 1. §. *ſed & vulgò*, 2. *ff. ad SC. Tertyll.* quia mater ſẽper eſt certa, *l. quia ſemper*, 5. *ff. de in ius vocand. l. Lucius*, 83. *ff. de condit. & demonſtr.* niſi mater ſit illuſtris, *l.* 5. *C. ad SC. Orphit.*

Illegitimi non ſuccedunt.

Illegirimi porrò ex adulterino, nefario, & inceſtuoſo coitu procreati, neque patri neque matri ſuccedunt, neque inuicem, quia nomine liberorum indigni ſunt, & de rigore iuris ciuilis alimenta petere non poſſunt, *auth. ex complexu. C. de inceſt. & inut. nupt. Nou.* 89. *cap. vlt. & Nou.* 15. *cap.* 3. Rationem reddit *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 1. quòd etſi nihil ſit quod filio ex adulterio ſuſcepto imputetur, *cap. naſci*, 56. *diſtinct.* quia tamen pater punitur in filio, *l. iſti quidem*, *in fin. ff. de eo quod met. cauſa*: ideò lex, vt parẽtes ab inhoneſto & damnato coitu abſterreat, filios plectit: quod tamen æquitas Canonica temperauit,

Pater punitur in filio.

C. Cùm haberet, 5. *in fin. extra. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Valentin. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 6. *cap.* 50. *n.* 4. Iure quippe naturali alimenta liberis omnibus debentur, *in princ. ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* eos quippe occiderent patres ſi non alerent *l. necare*, 4. *ff. de agnoſc. & alẽd. lib.* Viciſſim tam iure naturali, quàm ciuili parentes à liberis ali debent ſi egeant, *l. ſi. & tot. tit. C. de alend. liber.* vbi *gloſſ. & Dd. & l. fin.* §. *ipſum autem, C. de bon. quæ liber. tit. de alim. parentib. ff. & C.* natura enim ſuadet vt beneficia rependamus, *l. ſed etſi*, 21. §. *conſuluit*, 11. *ff. de petit. hæred.* Et illa alimenta æſtimanda ſunt pro ratione perſonę, ſtatus, conditionis, & facultatum, *l.* 8. §. *modus. cum* §. *ſeq. ff. de tranſact. l. cùm alimenta*, 22. *ff. de alim. & cibar. legat. facit l. ſi ſeruus plurium*, 50. §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. ſi cui*, 14. *ff. de annuis legat.* Quandoque, vt ſi querela moueatur, vel hæreditas petatur fiduciaria, vulgò prouiſionali adiudicatione decernentur ad vitandum inopiam, *l. vlt. C. de ordin. cognit. l. ſi inſtituto*, 27. §. *penult. ff. de inoffic. teſtam.* Deinde alimentorum nomine veniunt ea omnia quæ ad vitam hominis ſunt neceſſaria, vt cibaria, veſtimenta, & habitatio, *l.* 6. *ff. de alim. & cib. legat.* Quæ ad ſtudia promouenda, & manuariam artem, aut diſciplinam addiſcendam ſpectant, etiamſi non veniant nomine alimentorum, *d. l. legatis* tamen debentur vltra alimenta filio, *l. de bonis*, 6. §. *non ſolùm* 5. *ff. de Carbon. Edict. l.* 3. § *ſed ſi non. ff. vbi pupill. educ. Chaſſan. in conſuetud. Burg. de liberis &c.* §. 4. *verſ. & alere*, *n.* 4. *& ſeqq.*

Alimenta liberis debentur.

Parentibus alimenta debentur.

Alimentorum nomine quid veniat.

In linea deſcendenti poſſuntne aliquando remotiores cum proximioribus ſuccedere?

Poſſunt: v. g filius, & ex alio filio liberi iure repræſentationis, quod hanc vim habet, vt remotus cum proximiori in ſucceſſione concurrat: & tunc non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedunt illi liberi, *Nou. vt fratrum filij*, 127. *cap. hoc itaq.* 1. Ius iſtud repræſentationis tantùm habet locum in linea recta, non in collaterali. *l. conſanguinitatis*, 3. *C. de legit. hæred.*

Ius repræſentationis tãtum in linea recta locũ habet.

Quid eſt ſuccedere in capita?

Eſt ſuccedere in portiones æquales, ita vt tot ſint ſucceſſionis partes quot ſunt capita, vel perſonæ, & ſingulis perſonis ſingulę partes attribuãtur, *l.* 2. §. *hæc hæreditas* 2. *ff. de ſuis & legit. hæred. Nou.* 118. *c.* 2. §. *ſi verò*, *ibid.* & hoc eſt ſuccedere in partes viriles. *Paul. lib.* 3. *ſentent. tit.* 2. In qua ſucceſſione is ſemper conſideratur gradus qui proximior, & à capite ſucceſſionis pari iure conſtitutus eſt: putà, Caius moriens inteſtatus Sempronium & Titium filios reliquit, Caij hæreditas in duas partes æquales eſt diuidenda, nam Titius & Sempronius in ſemiſſem atque in capita ſuccedunt.

Succedere in capita.

Quid eſt ſuccedere in ſtirpes?

Succedere in ſtirpes, vel ex ſtirpibus, quod idem eſt, *l.* 2. C. *de ſuis & legit. hæred.* & iure repræſentationis ſubintrando gradum patris de medio ſubducti, eſt illam partem tantùm hæreditatis adipiſci quã ſtirps haberet ſi adhuc viueret, ita vt plures ſint loco vnius. Quæ ſucceſſio ita nuncupatur, quòd non primum ſuccedendi gradum, atque caput ipſum ſed ſtirpem conſideret, *Guid. Pap. quæſt.* 134. v. g. Sempronius ab inteſtato mortuus filios non reliquit, ſed ex Titio filio duos nepotes, & ex Mæuio altero filio, tres, quorum duo ex Titio in ſemiſſem, tres verò ex Męuio in alterum ſemiſſem, & ſic in ſtirpes vocabuntur,

Succedere in ſtirpes.

d. Nou.

Stirps. d. Nou. 118. c. 1. verſ. ſic tamen. Stirps ſignificat domum, familiam, ſiue deſcendentiam, ſi ita loqui liceat, ipſius teſtatoris, *Mantic. lib. 8. tit. 18. n. 65. Bold. in l. ſi quis in ſuo, n. 2. C. de inoffic. teſtam.* Ius iſtud repræſentationis in linea recta deſcendentium procedit in infinitum, & naturali æquitate contingit, *l. 1. §. 4. ff. de ſuis & legit. hæred.* nec ad certum reſtrictum eſt gradum, *Nou. 118. c. 1. ibi, aut alios deſcendentes, & ibi, in hoc enim ordine gradũ quæri volumus, & §. vlt. ſupr. de hæred. quæ ab inteſt. deferũtur. Tiraq. in tract. de primogen. quæſt. 40. n. 23.* Dicit ius repræſentationis eſſe iuris diuini. *Decian. conſ. 9. n. 2. & conſ. 53. n. 41.* Dicit eſſe naturalis adinuentionis, & in æquitate ſumma ſemper & vbique inniti, eo quòd afflicto non ſit dãda afflictio, *l. tam dementis, C. de Epiſcop. audient.* luctuoſúmque ſit & parente, & ſucceſſione priuari *arg. princ. ſupr. de SC. Tertyll. l. vlt. C. de Inſtit. & ſubſtit. l. vn. in fin. C. de his qui ante apert. tabul.* ita vt mater renunciatione etiam iurata non poſſit liberis ſuis præiudicium aliquod adferre, quo minus concurrant cum patrono in ſucceſſione alterius patrui ſine liberis defuncti, *Fab. defin. 1. C. de pactis.*

Ius repræſentationis procedit in infinitum.

Iuris repræſentationis origo.

Quinam dicuntur aſcendentes?

Deſcendentium ſucceſſio. Secundo loco ad ſucceſſionem deficientibus deſcendentibus vocantur aſcendentes, *Myn. 6. obſeru. 55. Ant. Theſſaur. deciſ. 27. d. Nou. 118. c. ſi igitur, 2. verſ. ſi verò,* nempe parentes gradu proximiores ſeruata gradus prærogatiuâ, tã agnati quàm cognati, pater mater, auus auia, proauus proauia, &c. Parẽtes ſũt qui nos genuerũt, & eorũ nomine veniũt pater & mater, auus auia, proauus proauia, & ſic deinceps ſuperiores in infinitum, *l. quiſquis, 4. §. parentes, 2. ff. de in ius vocand. l. iuriſconſultus, 10. §. parentes, 7. ff. de grad. & affin. l. appellatione parentis, 51. ff. de verb. ſignif.* Aſcendentes vſque ad tritauum propriè dicuntur parentes, & vltra dicuntur, maiores, *gloſſ. ſed an in infinitum, l. 4. ff. de in ius vocand.* Illi enim turbato mortalitatis ordine; & in ſolatium liberorum amiſſorum; *l. nam etſi, 15. ff. de inoffic. teſtam.* ab inteſtato deficientibus liberis & liberorum fratribus ac ſororibus vtrinque coniunctis, ad ſucceſſionem vocantur ſoli, & æqualiter, ſi plures ſint pares in gradu, nullâ habitâ ratione ſexus, nec vtrùm aſcendant per lineam paternã an maternam, *l. ſcripto, 6. §. fin. ff. vnd. liber. Nouell. 118. c. 2.* Nullâ etiam habitâ bonorum ratione vnde profecta ſint, an à patre vel a matre, *Nou. eas. c. 2. Bald. in auth. defuncto n. 3. C. ad SC. Tertyll.*

Parentes.

Iure autem naturæ deſcendentium hæreditas aſcendentibus debetur vt in *auth. de hæred. & falcid. §. primum itaque, ſacit l. fin. C. de Codicill. & l. nam etſi parentibus, 15. ff. de inoffic. teſtam. & l. ſcripto, 6. ff. vnde liber.*

Iure naturæ hæreditas aſcendentium debetur deſcendentib.

Pater ſuccedit filio naturali ex concubina ſuſcepto tantùm in ſextantem, *Nou. 89. c. 13.* Mater & materni parentes in ſolidum ſuccedunt *§ fin. ſupr. de SC. Tertyll.* Pater non ſuccedit ſpurio, *l. ſi ſpurius, 4. ff. vnd. cognati. Iaſ. in §. naturales, in 12. column. in fi. de actio.* ita quidem mater, *l. quia ſemper, ff. de in ius vocand. l. 2. §. ad SC. Tertyll. l. hac parte, 2. ff. vnde cognati.* Parentes non ſuccedunt liberis ex inceſtu procreatis, *auth. ex complexu C. de inceſt. & inutil. nupt.*

Pater non ſuccedit ſpurio.

Proximiores aſcendentes ſempérne excludunt remotiores etiam aſcendentes?

Excludunt, vt mater, auum maternum, *auth. defuncto, C. ad SC. Tertyll.*

Proximiores aſcend. excludunt remotiores.

Aſcendentes ſempérne excludunt collaterales?

Non ſemper, excipiuntur fratres germani, *id eſt,* ex vtroque parente coniuncti, tum ſorores, illi enim & hæ cum proximis gradu aſcendentibus defuncto ſuccedunt, & quidem in capita, ſublaro SC. Tertylliano, quo mater cum ſororibus defuncti ſuccedebat in ſemiſſem, non in capita, & quo pater excludebat matrem, *Nou. 118. c. 2.* Quamuis pater vnà cum fratre vtrinque coniuncto ſuccedat, ramen excludit fratrem ex vno latere tantùm, *C. ad Tertyll. auth. defuncto, verſ. ſed ſi cum parentibus, vo. glo. in l. fin. ff. de fact. & iur. ignor.* Non tantùm fratres & ſorores, ſed etiam fratrum & ſororum filij, & quidem non in capita, ſed in ſtirpes iure repræſentationis, & illo iure durante, *Nou. 127. c. 1. auth. poſt fratres, fratrúmque filios C. de legit. hæred.* Olim fratres præferebantur parentibus *l. 4. C. de bon. quæ liber.* hodie non.

Aſcendentes non ſemper excludunt collaterales.

Pater cũ fratre germano ſuccedit.

Quinam dicuntur collaterales?

Tertio ordine ſuccedunt collaterales, & quidem ſemper proximiores, in quo ordine nullum eſt hodie diſcrimen agnationis & cognationis *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* nullum diſcrimen ſexus, *Nou. de hæred. ven. ab inteſt. c. 2.*

Collaterales.

Sunt ergo collatetales qui ſe contingũt tranſuerſalitet pet lineam collatetalem, & non pet rectam aſcendentem aut deſcendentẽ, vt frattes & ſotores ex codẽ patre & ex eadẽ matre, fratrũ & ſorotũ liberi qui ptopriè conſanguinei dicũtut, *l.1.C.de legit.hæred.* itẽ patrui, auũculi, amitæ, matertetæ, patrui magni, auunculi magni, & ſic deinceps à latete cognati & æqualitet quaſi latetibus conſidentes ad hæreditatem vocantut ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogariuam, *l.Iuriſconſultus*, 10.§ *ſunt & ex latetibus*, 8.*ff.de grad.& affin.auth.poſt fratres, vbi Dd.* C. *de legit. hæred.* §. *fin. ſupr. de hæredit. quæ ab inteſt.defer. l.* 2.§.2.*ff.de ſuis & legit.* §. *nos verò legem, ibi. ſecundùm ſui gradus prærogatiuam ſupr.de legit.cgn. ſucceſ.*

Patruus. Auunculus.

Dicitut patruus quòd pattis loco ſit, & auunculus matris meæ fratet, quòd æquè tettius à me ſit, vt auus.

Quomodo & quando ſuccedunt collaterales?

Collateralium ſucceſſio.

Tunc ſuccedũt, cùm defunctus neque deſcẽdentes neque aſcẽdentes teliquit, §.*igitur defunctus, in auth. de ſucceſſ.ab inteſt. Nou.* 118. *c. ſi igitur.* 3. Vocantut etiam ftatres vttinque coniuncti in capita, & excludunt ex vno tantùm latere coniunctos, & cum illis concuttunt prędefunctotum fratrum vel ſototum liberi, verùm in ſtitpes, & iure repræſentationis, *Nou.*118.*cap.*3.*auth.ceſſante,*C.*de legit.hæred.ibi, cuius beneficium à lege dependet, d. Nou.* 118. nec facto cuiuſquam tolli poteſt, *arg.l.ſi arrogatus*, 22.§.1.*ff.de adopt. l. vlt. ff. de pactis.* quia liberi non ſuecedunt ex petſona quam tepræſentant, ſed ex ſua, §.*ſi igitur defunctus, Nou.* 118.& tenentur confetre portionem matris quæ renuneiauit, *Fab. defin.* 16. *C.de pactis.* Quòd ſi nullus ſit patruus aut auunculus ſupetſtes, in capita ſuccedẽt, *l.*2.§.2.*ff.de ſuis & legit.hæred.l.* 1. § *fin.ff.ſi pars hæred.pet.Guid.Pap.q.*134. *Vaſq. de ſucceſſ. reſol.lib.* 2. §. 13. *n.*13. quæ ſententia tanquam communis in doctorum ſcholis fuit tecepta. Et iſti liberi excludunt ftattes conſanguineos, vel vtetinos, quod tamen ad nepotes frattum extendi non debet, nam vltta fratrumfilios nullus eſt repræſentationis locus,

Liberi ſuccedunt ex ſua perſona.

Vltra fratrum filios nullus eſt repræſentationis locus.

Vultei. ad princ.tit.ſupr.de hæred. quæ ab inteſt.defer. n. 43. *Nou. de hæred.ab inteſt. venient.*118.*c.ſic igitur*, 3. *Schneid. ad tit.ſupr. de hæred. quæ ab inteſt. defer. rubr. de tertio ordine ſucced.Collateral.ſcilicèt,n.*14. & proximiotes agnati aut cognati excludunt vlteriotes, *auth. poſt fratres fratrumq́; filios.* C.*de legit.hæred.Nou.*118.*c.*3.§.*vlt.* vno tãtùm caſu excepto, nempe ſi fratrum ptædefunctotum filij filiæve cum pattuis, & materteris ſuis ad patrui, vel matertetæ ſucceſſionem concurrunt, *Nou.*118.*cap.*3.& *l.*1.§.*proximus,& ſeq.ff.vnde cognati.* §. *ſi plures, ſupr. de legit. cognat. ſucceſſ.* Conſanguinei ſi cum vterinis concuttant ſuccedent in bonis ex linea paterna, & hi in bonis matetnis per *l. de emãcipatis*,13.*verſ.excepti*:*.C.de legit.hæred.* Multi tamen non diſtinguũt intet bona patetna, & bona materna, iuxra *Nouel.*118 *c.*14. Reliqua vetò bona aliunde deriuata intet eos æqualitet diuidentut.

Ftatres naturales conſanguinei, *hoc eſt*, ab eodem ex diuerſis meretricibus ptocteati, inuicem non ſuecedunt, etiamſi ex diuerſis patribus, §.*eos*, 2.§. *vulgo*,4. *ſupr.de ſucceſſ. cognat.* Adulterinotum & inceſtuoſorum nulla eſt omninò reciptoca ſucceſſio, *Nou.* 89. *c. vlt.* Pet adulterinos debemus etiam intelligere natos vndecimo menſe poſt morrem, vel abſentiam viti, *Farinac. de delict.carnis, quæſt.*142.*n.*111.& 112.

Quænam eſt coniugum ſucceſſio?

Suptà dictum cſt tribus expoſitis ſucceſſionum ordinibus adiiciendos eſſe duos alios, nempe ſucceſſionem coniugum, & ſucceſſionem fiſci: Eſt ſucceſſio coniugum, quando deficientibus deſcẽdentibus, aſcendentibus, & collareralibus ſiue propinquis maritus ab inteſtato mottuus legitimam vxorem ſupetſtitem relinquit, vel vxot maritum, tunc ſuperſtes ab inteſtato ſuccedit de iure Prætorio, fiſeo excluſo pet bonorum poſſeſſionem, Vnde vit & vxot, *l.*1.*ff. vnde vir & vxor. & l.*1. C. *eod. Bouuot. tom.* 1. *part.*1. *verb.hæres ſimplex, quæſt.*1.*Papo, lib.*2.*tit.*1. *arr.* 19. niſi vidua intra annum luctus ad alia conuolet vota, tunc non ſuccedet priori marito, *Vide ſupr. de hæred. inſtit. ad quæſt. Quinam hæredes inſtitui & non inſtitui poſſunt? Pap.lib.*21.*tit.*4.*arr.*2.

Succeſſio coniugũ.

Quænam eſt fiſci ſucceſſio?

Fiſci ſucceſſio.

Si nulli ſunt cognati, nullíque ex quauis ſanguinis linea aut legitimi hæredis hæredes relicti, quod ratò contingit, *gloſ. in l. ex facto*,§.*vlt.ff.ad SC.Trebell.* bona erunt vacantia, nempe vacantia & à vero domino, & à poſſeſſote, atque ita fiſcus ſucceder, *l.*1 & 4. C. *de bon.vacant. l.fin.*C.

l. fin. C. de pet. bon. ſublat. quia affines non ſuccedunt affinibus, *l. affinitatis*, 7. *C. commun. de ſucceſſ.* Succedit etiam fiſcus ex conſuetudine Galliæ Albinatis ſi ciuitate Gallicana, *id eſt*, iure Gallorum donati non ſint per literarum naturalitatis impetrationem, tum nothis non legitimatis, Greg. Tholoſ. *in Syntag. iur. lib. 3. cap. 13. n. 9. & 10.* Albinati dicuntur alienigenæ, quaſi alibi nati, qui nec ab inteſtato poſſunt ſuccedere, nec hæredem habere in illo loco in quo ius Albinatus obſeruatur, Fab. *defin. 18. C. de verb. ſignif.* Pa[illegible] *lib. 5. tit. 6. per totum.* vt in Gallia, in qua peregrini teſtari non poſſunt niſi in fauorem liberorum in Gallia natorum, & ex matre Gallica, Pap. *ibid. arr. 2.* aut ex matre etiam peregrina, vt iudicatum Pariſiis in ſuprema Regiarum rationum Curia, 29. Febr. 1515. Quod quidem ius reſpondet aliquo modo antiquis Romanorum legibus, ſecundùm quas peregrini, qui non eſſent ciues Romani, non poterant eſſe hæredes, *l. t. C. de hæred. inſtit.* Aliquando excludit fiſcus propiores hæredes, eos nempe qui aliquod crimen atrox patrarunt, *l. quiſquis, 5. C. ad l. Iul. Maieſt.* vel eos qui indigni ſucceſſione iudicati fuerunt, *tot. tit. C. de his quib. vt indign. hæred. auffer.* Si tamen Collegiata fuerit perſona, excludetur fiſcus, & collegio deferetur defuncti hæreditas: ſic nauiculario demortuo, non fiſcus, ſed corpus nauiculariorum ex quo fatali ſorte ſubtractus eſt, ſuccedit, *l. ſi quis nauicularius*, *C. de hæredit. decurion.* quod & in fabricenſibus, cohortalibus, curialibus, & militibus militiam exercentibus locum habet, *l. vniuerſis, l. ſi quis cohortalis, l. inteſtatorum, & l. ſi quis fabricenſis, C. eod.*

Albinati. *Fiſcus quos excludat.*

Nonnulli alias introduxerunt ſuccedendi ſpecies, vel ex lege vel ex conſuetudine, etiam fiſco excluſo, vt cùm collegium ſuccedit ei qui eſt in illo collegio: Vniuerſitas doctori, Eccleſia Clerico, Hoſpitale expoſito, & Monaſterium Monacho, Tiraq. *in tract. Le mort ſaiſit le v. ſ. declar. 15. num. 6. & ſeqq.* Cùm iſta corpora ſuccedunt, ſucceſſio peruenit ad manum mortuam, quia illa immortalia ſunt, nec vnquam hæredem habere deſinunt, quod de Eccleſia dicitur *in lib. 1. feud. tit. 13.* Manus in hoc vocabulo ſignificat poſſeſſionem, & mortua immortalitatem Vide lexic. Feud. in verbo manus mortua. Ergo vocatur manus mortua quæ non mutat dominium, ſed ſemper retinet, & ſic cùm Eccleſia, Capitulum, Communitas ſiue Vniuerſitas dominium acquirit vix vnquam mutatur illud dominium, nam corpora illa non mutantur, ac proinde neque res in eorum peruenerunt ditionem.

Aliæ ſucceſſionis ſpecies. *Manus mortua.*

TITVLVS XIV.

DE OBLIGATIONIBUS.

TEXTVS.

NVNC tranſeamus ad obligationes. Obligatio eſt juris vinculũ, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundùm noſtræ ciuitatis jura.

1 § Omnium autem obligationum ſummâ diuiſio in duo genera diducitur: námque aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. Ciuiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certò jure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt, quas prætor ex ſua juriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur.

2 § Sequens diuiſio in quatuor ſpecies diuiditur. Aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Priùs eſt, vt de iis, quæ ex contractu ſunt, diſpiciamus. Harum æquè quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, de quibus ſingulis diſpiciamus.

Quare in hoc loco tractanda ſequuntur obligationes?

CVm dictum ſit §. *vlt. de iur nat. gent. & ciu. ſupr.* omne ius verſari circa tria obiecta, Perſonas, res, & actiones. Obligatio autem ad nullum horum obiectorum videatur referenda, ſtatim mirabitur quiſpiam cur expoſitis perſonis & rebus, proximè non tractentur actiones. Dicendum ergo obligationes generaliter referri ad hæc tria obiecta, primò ad perſonas, quia obligationibus perſonæ adſtringuntur, ad res, quia de rebus contrahuntur obligationes, & ad actiones, obligationes ſunt actionum matres, vt loquuntur *Dd. in princ. huius tit. de oblig.* & paſſim. Tria ſunt in iure quæ licèt eadem eſſe videantur, tamen tempore & origine differunt, nimirum contractus, obligatio, & actio: contract⁹ producit obligationẽ, & obligatio actionẽ; *l. licet 42. § eo ff. de procurat.* & quemadmodum obligatio non eſt ſine contra-

Connexio. *Qua habitudo inter contractum*

R

Obligationem & actionem.

ctu:ita neque actio ſinè obligationē, id quod ſaltem eſt in actione perſonali verum.

Obligationes propriè ad actiones referenda.

Propriè tamen ad ſecundum iuris obiectum obligationes referri putandum eſt quia ſunt res incorporales, §. 2. *ſupr. de reb.corp.& incorp.* vbi dictum hæreditatem, vſumfructum, vſum, & obligationem quoquomodo contractā eſſe res incorporales. Cùm ergo fusè actum ſit de ſeruitutibus quæ etiam ſunt res incorporales, §.3. *ibid.* de vſufructu, atque vſu, tum de hæreditatibus, quæ vel ex teſtamento, vel ab inteſtato deferuntur, agendum ſequitur de obligationibus, quæ quendam acquirendi modum conſtituunt, quo dominium non ſtatim adipiſcimur, ſed aliquē aſtringimus, vt nobis det vel faciat aliquid & per eam nobis dominium comparamus. Iſte *tit.referri debet at tit. ff.& C.de oblig. & action.*

Quid ſunt, & quomodo ſe habent inter ſe hæc vocabula, conuentio, pactum, contractus, & obligatio?

Meritò hæc proponitur quæſtio vt obligationis natura clariùs innoteſcat.

Conuentio

Conuentionis igitur vocabulum eſt valde generale, vt *l.1. § conuentionis, ff.de pactis*, ad omnem enim contractum pertinet, & ad omnia de quibus negotii contrahendi tranſigendique causâ conſentiunt, qui inter ſe agunt, ergo conuentio comprehendit pactum, contractum; & obligationem, *l.1.§.3.cum ll.ſeqq.l.Iuris gentium,7.ff.de pact.*

Pactum.

Pactum à pactione, *id eſt*, pacis actione dictum, *l.1.§.1.ff.de pactis*, eſt enim pactum pacis & concordiæ actus quidam. Definitur, *l.eadem*, §. 2. duorum pluriúmve placitum vel conſenſus in idem ſcilicet dandum vel faciendum, ita vt naſcatur aliqua obligatio.

Pactum quale prohibitū.

Tale pactum contra leges, plebiſcita & decreta Principum fieri non debet, *l.7.§. ait Prætor, ff.de pact. l.contra,28.ff.eod.* neque contra bonos mores, *l.pacta quæ contra 6.D.de pactis.*

Pactum de futura ſucceſſione non valet.

Cuius generis eſt pactum de futura hæreditate & ſucceſſione etiam in contractu dotali omninò prohibitum, *l.pactum quod dotali, 15.ff. de pactis; l.ex eo*, 4. D. *de inut. ſtipul.l. cum donationis*, 34. C. *de tranſact.l.ſtipulatio hoc modo concepta*, 61. *ff.de verb.oblig.gl.in l. ſi quādo,35.§.illud in verb.grauari*, C.*de inof. teſtam.* niſi expreſſus eius de cuius hæreditate agitur interuenerit conſenſus. Fab.*defin.3.& 10.* C.*de pactis, l.hæreditas*, C. *de pact. conuent. l. verba gesſerunt, ff. de verb.ſignif.* Ratio eſt ne confundatur teſtamentum cum contractu à quo eſſentialiter diſtinguitur, Iaſ. *in l.licet, n.8.* C. *de pact.* Hoc non obtinet in pacto appoſito in contractu matrimonij, vt primogenitus vel primogenita ſuccedat coniugibus, vt latè probat, Greg. Tholoſ, *ſyntag.lib.41.c.7.*

Contractus.

Contractus à contrahendo dictus, *arg. l.qui cum alio,19.ff.de reg.iur.* vel quaſi contra, ſeu viciſſim actus, eſt duorum pluriúmve conuentio per ſe ciuilem obligationē tacitam vel expreſſam conſtituens, ita vt alter alteri ob cauſam, ſit obnoxius, *l.1.§ 2 ff.de pact. l.Labeo,§.contractū, ff.de verb. ſignif. l.non ſolum,31.ibi ex duorum pluriúmve conſenſu, D. de oblig. & act.*

Contractus à principio voluntatis, & ex poſtfacto neceſſitatis.

Contractus à principio ſunt voluntatis, & ex poſtfacto neceſſitatis, *l.in commodato,17.§.ſicut*, 3. *D.commod.l.ſicut. initio*,5.C. *de act. & oblig. l.de contractu*, 3.C.*de reſcind. vend.l.quamuis*, 39. C.*de tranſact. l.eo quod*, 10.*D ſi cert.pet.* Tiraq.*in l.ſi vnquam,8.verb. libertatis,n.15.* C. *de reuocat.donat.*

Verba contractus valde conſideranda

Ita vt contractu ſemel perfecto, eius verba diligenter ſint ponderanda & ab iis ne latum quidem vnguem diſcedendum, *l. iuris gentium,7.§.pactorum, 8 & ibi Dd.ff.de pactis, l.ſi ita ſtipulatus,126.§* Chryſogonus 2.*ff.de verb.oblig.* In contractu ſiquidem nullum verbum eſt otioſum, & ſine virtute operandi. Bald.*in rubr.* C.*de contrah. empt.n.9.16.& 17.*Surd.*conſ.325.n.6.*& verba contractus ſunt lex contractus, *l.1.§.ſi conuenerit D. depoſiti*, debéntque ſumi ſecundùm propriam ſignificationē, Surd. *deciſ.288.n.27.*& ſecundùm naturam cōtractus, ſubiectámque materiam, Surd. *deciſ.2.n.13.& deciſ.43.n.16.*

Verbum enunciatiuum an probet.

Verbum etiam enunciatiuum quamuis non probet iuribus vulgatis, tamen probat in antiquis Fab. *defin.6.* C.*de probat.* Tiraq.*in tract.de præſcript.t.1.n.51.* quæ

Antiquū.

antiqua ſunt temporis immemorialis, VVeſembec.*conſ.2. n.83.* vel centum annorum, *id. conſ.12.n.1.*

Contractus conſiderandus ratione loci in quo fuerit celebratus

Quòd ſi quædam ſuboriatur difficultas de ſolennitate cōtractus, conſideranda erit forma ſtatuti vigentis & obſeruati in loco vbi celebratus fuerit contractus, *l.ſi fundus, 6.ff.de euict.l.1.* C. *de emancip.liber. l.2.l.C.quē.teſtā. aper.* Guid.Pap.*q.262.* Quod non procedit in contractu dotis, nā mariti domicilium eſt inſpiciendum, *l.exigere dotem, 65.ff.de iudic.* Neque ſi agatur de judicio ordinando, hoc enim loco ſeruanda

eſt

eſt conſuetudo localis ipſius iudicii, *l. 3. §. fi. D. de teſtibus.*

Obligatio unde deſcendat. Ex contractu deſcendit obligatio, tanquam ex cauſa, aut quaſi contractu, ex delicto aut quaſi delicto, *l. 1. in princ. D. de oblig. & act.*

Quænam ſunt cauſæ & ſubſtantialia contractus?

Cauſa efficiens & origo contractus, *Cauſa contractus.* eſt ius Gentium, *id eſt*, naturale & diuinum, *l. ex hoc iure, 5. D. de iuſt. & iur.* Cauſa materialis, ſunt res humanæ & functiones, tam variæ vt plura ſint negotia quàm voces, *l. natura enim, 4. D. de præſcript. verb.* Cauſa formalis, eſt cauſæ vel negotii conſiſtentis in datione & facto deſignatio.

Egregiam hîc Oldendorpii contra- *Contractuum ratio egregia.* ctuum formam & rationem per gradus vſui humano valde accommodatam referre iuuabit, ac primùm quidem ſi rebus indigeas, & præſentem habeas pecuniam, propoſita eſt emendi & vendendi forma: ſi pecunia non ſuppetat, & aliis rebus abundes, tunc permutare poteris: ſi nec pecuniam, nec rem permutandam habeas, & ſi dominus rem quam appetis alienare nolit, vſum ad tempus poteris conſequi, & ita conducere aut commodato accipere poteris. His omnibus ceſſantibus ſupererit liberalitatis forma, precarium, donatio, &c.

Finalis cauſa contractus eſt, vt rebus à Deo datis honeſtè atque commodè vtamur fruamur, nec alter ab altero grauetur, ſed omnia ad finem benefaciendi proximo, referantur.

Subſtantialia contractuum, *id eſt*, ad *Subſtantialia contractuum.* cõtractuum eſſentiam pertinentia, ſunt quinque, 1. Forma, nam contractus ſine cauſa non valet, Iaſ. *in l. creditori ſuo, 5. C. de pactis.* 2. Materia licita & apta, quia de rebus omnibus non celebrantur contractus, neque enim omnes in commercium hominum veniunt, vt alibi probatum. 3. Conſenſus vtriuſque partis contrahentis, ad reiiciendum contractus ſimulatos, in quibus non eſt plenus & perfectus conſenſus. 4. habilitas ad contrahendum, quia omnes non ſunt idonei, vt infantes, pueri minores, mulieres, prodigi, furioſi, muti, ſurdi infantes: 5. bona fides, debet enim in contractu exuberare bona fides.

Quotuplex eſt contractus?

Duobus potiſſimùm modis diuiditur contractus, Primò in certum ſiue nominatum, & incertum ſiue innominatum, *l. 1. 2. & 3. ff. de præſcript. verb.* Ille eſt qui ſpe- *Contractus certus & nominatus.* ciale, elegans, & proprium nomen habet à iure ciuili inditum, quòd ciuilem quandam formam exprimat, & ſolennẽ humanæ authoritatis inſtitutionem; *l. iuriſgentium, 7 §. 1. D. de pact.* quo etiam quid certum in obligationẽ deducitur; cuiuſmodi ſunt emptio & venditio, locatio, & conductio, depoſitum, commodatum, & ſimiles. Hic verò eſt, qui nullũ *Contractus incertus & innominatus.* ciuſmodi nomen habet, ſed præſcriptis verbis deſignatur, & ad multa negotia vnica appellatione refertur, cuiuſmodi eſt permutatio, do vt des, do vt facias facio vt des, facio vt facias, & inde naſcitur actio præſcriptis verbis; *l. 3. l. 5 ff. de præſcript. verb.* de quà vide D. Pacium, *diſput. 20. th. 27. &* Mynſing. §. *actionum, inſt. de actio.* & Cuiac. *in Paratit. ff. de præſcr. verb.* Hoc contractu certa quantitas vel res non exprimitur. Iſtæ contrahendi rationes aliis nominatis contractib⁹ adaptari poſſunt, v. g. do pecuniam tibi vt fundũ mihi des, ac tradas, & ſic erit emptio, *l. natural. 5. §. & ſi quidẽ, D. de præſc. verb.* Obligatio de qua hic agendũ venit, eſt contractus nominatus, nempe emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, depoſitum, & cæteri ſimiles contractus, *l. iuriſgentium, 7. § 1. ff. de pactis.*

Secundò diuiditur contractus in cõtractum bonæ fidei, & contractum ſtricti iuris; *l. cum qui, 22. ff. de donat.* Ille eſt *Contractus bonæ fidei.* in cuius actione vel iudicio fit condẽnatio ex bona fide, *id eſt*, ex bono & æquo, etiam præter id de quo expreſsè ac nominatim fuit conuentum, §. *conductor autem, 5. inſt. de locat. & conduct.* cuiuſmodi ſunt omnes qui enumerantur, *in §. actionum, inſt. de actio.* Hic verò eſt, in cuius a- *Contractus ſtricti iuris.* ctione tantùm fit conſideratio eorũ de quibus expreſsè, ac nominatim conuẽtum eſt, *l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſog. 2. verſ. plerunque in ſtipulationib. ff. de verb. oblig.* vt mutuum, donatio, ſtipulatio, conſtitutum, arbitrium, & cæteri qui in *d. §. non enumerantur.*

In inſtitutionibus enumerantúrne omnes contractus?

Non: neque enim in iis agitur de dotis datione quæ contractus eſt, *l. contractus, 17. C. de fid. inſtrum.* neque de donatione propter nuptias, quæ contractus eſt, *Nou. 119.* neque de contractibus innominatis, qui veri contractus ſunt, *l. naturalis, 5. ff. de præſcr. verb.* Tamen contractus dotalis annũmerari poteſt inter cõtractus bonæ fidei, quia actio ex dote

nata, eſt bonę fidei, §. *fuerar, infr. de action.*

Quid eſt obligatio?

Obligatio.

Iſtis de contractuum natura præmiſſis, facilioris doctrinæ gratiâ, veniendum eſt ad obligationis naturam, quæ definitur juris vinculum quo neceſſitate adſtringimur rei alicuius ſoluẽdæ vel præſtãdæ ſecundùm noſtræ ciuitatis iura, *in princ. hic.* rei nempe quæ in obligationem venit, ſeu quæ de obligatione debetur, Schneid. *n.* 8. *hic.* Dicitur, *vinculum, in l.* 67. *D. de procurat.* quia actionem parit & obligatum debitorem ligat, atque aſtringit, ita vt ſemel conſtitutæ obligationi, altero non conſentiente renunciare nemo poſsit, *l. ſicut inuito,* 5. *C. de act. & oblig.* 1. *de contractu,* 3 *C. de reſcind. vendit.* Iſtud vinculum eſt vinculum *iuris*, ad differentiam aliorum vinculorum, quibus ligantur animalia, vel aliæ res: deinde obligationis cauſa efficiens ac principalis eſt jus. Iſto vinculo *neceßitate aſtringimur alicuius rei ſoluenda*, quæ verba conſtituunt differentiam ſpecialem obligationis, ſimúlque ſubſtantiam, finem, & effectum eius denotant. ſubſtantia enim obligationis, eſt aliquem ad aliquid præſtandum, dandum videlicet, vel faciendum, adſtringere, *l. obligationẽ,* 3. *in princ. D. de oblig. & act.* Iſta verba, *ſecundùm noſtra ciuitatis iura*, denotant obligationem eſſe contrahendam prout ius Romanum & ciuile præſcribit, à quo vim ſumit atque robur.

Obligatúrne aliquis ex alterius contractu?

Ex alterius contractu nemo obligatur.

Non: *l. cùm te poſſeßiones,* 3. *in fin. C. ne vxor pro marito, &c.* adeò vt nec vxor pro marito, nec maritus pro vxore, vel mater pro filio cõueniatur, *l. ob maritorum,* 2. *l. cùm te ideo* 4. *& l. fruſtrà,* 1. *C. eod.* nec filius pro patre *l. neque ex eius,* 1. *C. ne filius pro, &c. l. ne contra.* 2. *l. nec patris nomine*, C. *eod.* nec pater pro filio, *l. ſi filiusfamiliàs,* 3. C. *eod.* nec libertus aut ſeruus pro patrono vel domino, *l. ex patroni,* 5. C. *eodem,* nec tutor pro pupillo, *l. propter æs,* 1. C. *quand. fiſc. vel priuat. &c.* Excipitur hæres pro defuncto in ciuilibus, *l. creditores, fin.* C. *ex delict. def.* item conſtitutor, *l. ſi pro alieno,* C. *de conſtit. pecun.*

Quotuplex eſt obligatio?

Variè diuiditur obligatio, ſumma tamen & propria eius diuiſio eſt in naturalem tantùm, ciuilem tantùm, & mixtam. Naturalis tantùm eſt quæ ſolâ naturali æquitate nititur, nullo iure ciuili ſuffulta, *l. Stichum,* 95. §. *naturalis,* 4. *D. de ſolut. l. fideiuſſor,* 16. §. *fideiuſſor, ff. de fideiuſſ. & mandat.* Cuiuſmodi eſt illa obligatio quâ filius patri, & contrà, ſeruus domino, & contrà, pupill⁹ tutori, frater fratri obligatur. Duplex eſt obligatio naturalis, leuis, vt cùm quis ad remunerationem obligatur, *l. etſi,* 25. §. *conſuluit,* 11. *ff. de hæred. petit.* & ex puris ac meris motibus animi cuiuſque deſcendit: vel arcta ſiue ſtricta, vt obligatio ex nudo pacto, quod pactum naturali æquitate æquum eſt ſeruari, *l.* 1. *in princ. ff. de pact.* vt ſi pupillus cum aliquo contrahit ſine tutoris authoritate, naturaliter obligatur non ciuiliter.

Obligatio naturalis tantùm.

Ciuilis tantùm dicitur, ex qua jure ciuili producta eſt actio, §. *omnium autem,* 1. *hic.* vimque habet & vinculum à iure ciuili præter naturalem æquitatem. Sic quando quis non eſt obligatus ex jure naturali vel gentium, ſed ex ſola juris ciuilis diſpoſitione deficiente conſenſu obligati, eſt obligatio ciuilis tantùm, Bart. *in l. Iulianus verum debitorem,* 60. *ff. de condict. indeb.* ſed inefficax prout, v. g. ſe res habet in literarum obligatione, *l. obligamur,* 51. *ver. fin. ff. de action.* vbi exceptio non numeratæ pecuniæ proponitur, item legis Aquiliæ obligatione, §. *omnium, infr. de action.* De pauperie §. 1. *infr. ad leg. Aquil.* furti non manifeſti, *l.* 1. *ff. ſi quad. paup. fec. dic.* & pacti perpetui de non petendo.

Obligatio ciuilis tantùm.

Mixta ex naturali & ciuili, eſt illa quam definiuimus juris vinculum, de qua ſola hîc agitur, cuius finis & operatio eſt parere actionem cum effectu exactionis, ſtatim enim atque quis alicui naturaliter & ciuiliter obligatus eſt, parit illa obligatio ius perſequendi in iudicio cum effectu quod debetur, *l. licet,* 42. §. *& obligatio,* 2. *ff. de procurat.*

Obligatio mixta.

Secundò, diuiditur obligatio in ciuilem & Prætoriam, §. 1. *hic.* Ciuilis, vel ex l. 12. tabul. vel ex Senatuſconſulto, vel ex aliis juris ciuilis partibus introducta eſt, recepta, & confirmata, vt legis Aquiliæ obligatio, & de pauperie, tum furti nec manifeſti, §. *ſunt autem, infr. de nox. act.* Item omnis obligatio ex contractu nata.

Obligatio ciuilis.

Prætoria ex Prætoris iuriſdictione deſcendit, qualis eſt obligatio, v. g. ex furto manifeſto, & ex rapina, *in princip. tit. infr. de perpet. & temp. act.* ex rapina, *infr. in princip. tit. de vi. bon. rapt.* & aliæ multæ ex delicto natæ.

Obligatio prætoria.

Hono-

Honoraria etiam appellatur, ab honore in quo Prætores conſtituti erant, §. *Prætorum, 7. ſupr. de iur. nat. gent. & ciu §. omnium autem hic. l. obligamur, 5.* D. *de act. l. ius autem ciuile, 7. in fin.* D. *de iuſt. & iur.*

honoraria.

Obligatio vel ex cõtractu vel ex quaſi contractu ex delicto, aut quaſi delicto.

Tertiò, diuiditur obligatio in eam quæ eſt ex contractu, *l. 2. D. mandati*, aut ex quaſi contractu, ex delicto, aut ex quaſi delicto, § *ſequens, 2. hic* Duæ priores diuiſiones ex iure dependent, tertia ex facto, *d. §. ſequens, 2. hic. l. 1. in princ. D. de oblig. & act.*

Obligationis ex contractu diuiſio.

Quartò, obligatio quæ ex contractu eſt, *id eſt*, quæ ex communi partium conuentione, & tractatu oritur, ſubdiuiditur in eam quæ contrahitur re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, *§. ſequens, 2. hic. l. 1.* D. *de oblig. & act.*

TITVLVS XV.

QVIBVS MODIS RE CONtrahitur obligatio.

TEXTVS.

RE contrahitur obligatio, [veluti] mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus conſiſtit, quæ pondere, numero, menſura conſtant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo in hoc damus; vt accipientium fiant. Et quoniam nobis non eædem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis redduntur: inde etiam mutuum appellatum eſt, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat: & ex eo contractu naſcitur actio, quæ vocatur condictio.

1 ¶ Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem ſoluit, re obligatur: datúrque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei condici poteſt, ſi paret eum dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet. Vnde pupillus, ſi ei ſine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum eſt, non tenebitur indebiti condictione: non magis quàm mutui datione. Sed hæc ſpecies obligationis non videtur ex contractu conſiſtere: cùm is, qui ſoluendi animo dat, magis voluerit negotium diſtrahere, quàm contrahere.

2 ¶ Item is, cui res aliqua vtenda datur, id eſt, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is, ab eo, qui mutuum accepit, longè diſtat, namque non ita res datur, vt eius fiat, & ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, ſi quolibet fortuito caſu amiſerit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hoſtiúmve incurſu: nihilominus obligatus remanet. At is, qui vtendum accepit, ſanè quidem exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare iubetur: nec ſufficit ei tantam diligentiam adhibuiſſe, quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi modò alius diligentior poterat eam rem cuſtodire: ſed propter maiorem vim maioréſve caſus non tenetur, ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenit, alioqui ſi id, quod tibi commodatum eſt domi, peregrè tecum ferre malueris, & vel incurſu hoſtium prædonúmve, vel naufragio amiſeris: dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta vel conſtituta, [res] tibi vtenda data eſt, alioqui mercede interueniente, locatus tibi vſus rei videtur. Gratuitum enim debet eſſe commodatum.

3 ¶ Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, tenetúrque actione depoſiti: quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur. Sed is ex eo ſolo tenetur ſi quid dolo commiſerit: culpæ autem nomine, id eſt, deſidiæ ac negligentiæ, non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit: quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, [non ei] ſed ſuæ facilitati id imputare debet.

4 ¶ Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur actione pigneratitia. Sed quia pignus vtriuſque gratia datur, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur, & creditoris, quò magis ei in tuto ſit creditum: placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam ſi præſtiterit: & aliquo fortuito caſu rem amiſerit, ſecurum eſſe, nec impediri creditum petere.

Quid eſt re contrahere?

Contractus.

IN fine præcedentis tituli obligationes ex contractu natæ diſtributæ ſunt in eas quæ aut re aut verbis, aut literis, aut conſenſu contrahuntur: in hoc titulo, de primo diſtributionis membro agitur. Iſte *tit. referri debet ad tit.* D. *ſi cert. pet. tit. de condict. indeb. tit. commod. tit. depoſ. & tit. de pignorib. & hypoth. & ad tit.* C. *ſi cert. pet. tit. de condict. indeb. tit. de commod. tit. depoſ. & tit. de pign. & hypoth. vſque ad tit. de pact. pign. &c.* ac primùm quidem ſciendum re contrahere dici, cùm non contrahitur niſi res ipſa interueniat atque tradatur, *l. obligamur, 52. §. 1. D. de oblig. & act.* neque enim poteſt re contrahi obligatio niſi datio cauſam præbeat, quod autem præſens non eſt, dari non poteſt, & vt aliquid detur, oportet res vt de manu in manum, vel aliquo alio ſimili modo transferatur, oportet vt realiter, & realis fiat traditio, & de facto, *d. l. obligamur, 52. §. 1. D. de oblig. & act. l. ſi tibi decem, 17. D. de pact.* Vnde contractus innominati re fiunt, quia facto interueniente ſubſtantiam capiunt, *l. 1. ff. de*

Re cõtrahere.

rer. permut. l. ex placito, 3. *C. eod.* Obligationes autem ex delicto re fiunt, *id eſt*, facto, §. 1. *inſr. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur. l. aut facta*, 16. *ff. de pœnis.*

Obligationis re contractæ quot ſunt ſpecies?

Species obligationis re contractæ. Quinque, mutuum, indebiti ſolutio, commodatum, depoſitum, & pignus, & quamuis plures ſint obligationes re contractę, vt nuperrimè dictum, tantùm hic enumerantur illæ obligationes re contractæ quæ certæ ſunt, & nominatæ, non quæ innominatæ, & incertæ.

Vnde dictum, & quid eſt mutuum?

Mutui ẏmo. Mutuum dicitur, quia fit de meo tuum, *in princ. hic. l. 2. §. 2. ff. ſi cert. pet.* quâ notatione ſignificatur mutui effectus, nam mutuû quod dedi eius fit cui dedi, & cùm anteà meum fuerit, eius datione de meo factum eſt tuum. Deinde etiam de tuo fit prorſus meum genere idem. Dicitur aliàs creditum, vel res credita, vnde *tit. de reb. cred.* id eſt, de mutuo, *l. mutuum*, 2. *§. mutui*, 1. *ff. de reb. cred. & l. ſingularia*, 15. *ff. eod.*

Mutui definitio. Definitur mutuû, contractus re perfectus quo datur aliquid alicui accipiẽti, qui eius dominus fit, & danti obligatur, non ad idem illud in ſpecie, ſed ad aliud eiuſdem ſubſtantiæ & quantitatis tempore conſtituto reſtituendum, *l. 2. in princ. & l. cùm quid*, 3. *D. ſi cert. pet.* Dicitur *contractus re perfectus*, quia factum, & actualis rei traditio requiritur, *in princ. hic. l. ſi tibi decem*, 17. *ff. de pact. & l. rogaſti*, 11. *§. ſi tibi*, 1. *D. ſi cert. pet.* Dicitur *dominus fieri ille qui accipit*, nam res quæ datur debet eſſe mutuantis, & dominium eius debet in recipientem transferri, *l. 2. §. appellata*, 2. *D. ſi cert. pet.* Deinde hac conditione diſtinguitur mutuum à commodato & depoſito, in quibus is qui accipit dominus non fit. Dictum eſt, *accipientem obligari*, ad diſtinctionem donationis, quâ dominus fit qui accipit, ſed non obligatur. Dictum eſt, *non ad idem illud*, ne vſus mutuò datarum rerum tollatur, mutuum enim accipit vnuſquiſque, vt illud in vſus ſuos impendat, & pro eo aliud reddat, nam ſi idem in ſpecie, aut numero reſtitueretur, inutile eſſet mutuum. In hoc ergo conſiſtit mutui natura, vt res in eodem genere, & eadem bonitate reddatur, *l. 2. in princ. & l. cùm quid*, 3. *D. ſi cert. pet.* Ita vt pecunia in vna nummorum ſpecie credita, in alia reddi poſſit, ſi ita conuentum ſit, dummodò & quantitatis & monetarum ratio atque æſtimatio ſeruetur, Fab. *defin.* 1. *C. ſi cert. pet.*

In quibus rebus conſiſtit mutuum?

Mutui ſubiectum. In iis rantùm rebus quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, ita vt mutuum in genere ſuo eandem recipiat functionem, *l. 2. § 1. ff. cert. pet.* Cuiuſmodi ſunt æs, argentum, aurum, pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum, quæ res fungibiles dicuntur: quandoquidem non confeſſione mutuum contrahitur, ſed numeratione, *l. 1. §. 2. re contrahitur ff. de oblig. & act. & paſſ. ff. ſi cert. pet.* Fab. *defin. 4. n. 2. C. ſi cert. pet.* Ergo mutuum non conſiſtit in libris, ouibus, equo, veſte, pane, & ſimilibus.

Quinam poſſunt mutuò dare vel accipere, & qui non?

Mutuò dãtes & accipientes. Omnes qui conſentire, & liberè tanquam domini rẽs adminiſtrare poſſunt, *l. non omnis numeratio*, 19. *in princ. & l. ſi & me & Titium*, 32. *ff. de reb. cred. &c.*

Mutuum qui contrahere non poſſunt. Ergo mutuû contrahere non poſſunt.

I. Pupilli, *l. 3. §. 2. verſ. in pupillo ff. ad SC. Maced. §. nunc admonendi ſumus, ſupr. quib. alien. lic. vel non.*

II. Furioſi, *l. ſi à furioſo*, 12. *D. de reb. cred. &c. & l. ſi à furioſo*, 24. *D. de oblig. & act.*

III. Prodigi, *l. certi condictio*, 9. *§. ſed etſi*, 7. *D. de reb. cred. &c.*

Alea prohibita. IV. Colludentes aleâ, *l. alearum vſus*, 15. *C. de relig. & ſumpt. fun. & al. luſ. & aleat.* vbi non tantùm oſtenditur aleæ luſum eſſe prohibitum per leges Romanas, ſed etiam per conſtitutiones Regias propter multa mala inde prouenientia, multaſque tragœdias quæ exinde excitantur, ac proinde ex mutuo facto in luſu prohibito nullam oriri actionem, vt cõmuniter Dd. tradunt *gl. in l. 1. §. quod autem, D. de alea. & aleat. verb. ſimpliciter, verſ. ſi omnis actio*, Salic. *in l. vlt. C. de relig. & ſumpt. fun. n. 6.* Farinac. *in ſua pract. crimin. part. 3. quæſt* 109. *n.* 216. niſi in mutuo licito pecunia data ſit, Capell. Tholoſ. *dec.* 192. *n.* 9. niſi etiam mutuans ignorauit an accipiens ludere vellet, necne, *text. in l. verum*, 11. *§. item quæritur*, 6. *D. de minorib.* Extat *Conſtit. Lud.* 1254. his verbis *Iubemus vt nullus omninò ad taxillos ludat, ſed ad aleas, & eſchaios*, & quæ ſequuntur. Item *Conſtit.* Molin. *art.* 59. Gueneſ. *in Conſtit. reg. lib. 3. tit. 10. de alea ludo.* Guid Pap. *quæſt.* 581. *n. 2. l. ſi verò non remunerandi*, 12. *§. ſi adoleſcens*, 11. *D. mand.*

Oſtendi-

Luſu prohibito ludentes ſunt coercendi. Oſtenditur etiam coercendos eſſe eos qui luſu prohibito luſerint, & aleatores receptarint:ſunt enim aleatorum receptatores ipſis aleatoribus plerunque nequiores, illiſque iniuriá vel aliud damnum impunè inferre licet, *l.1.ff.de aleat.* aut ad ludendum aleâ compulerint, *d.l.1.*

Quanam actio oritur ex mutuo?

Actio mutui. Ex contractu mutui oritur mutui actio, *l. neque mutui*, 5.*C.quib. non obiicitur long. temp. præſcript.* item actio ſi certum petatur, *l.1.in princ.ff.de condict.tritic.*item *Certi condictio generalis.* certi condictio, non generalis, ſed ſpecialis: nam generalis eſt quæ competit ex omni cauſa, & ex omni contractu *l. certi condictio*,9.*ff.ſi cert.pet.*ex quo certum *Condictio ſpecialis.* petitur, vt ex cauſa legati. Eſt enim condictio,repetitio, & condicere,repetere.Specialis eſt,quæ ex ſolo mutui cõtractu ſine obligatione naſcitur, ideo dicit Iuſtinianus *in princ. hic*, *in fin.* ex contractu mutui naſci actionem quæ vocatur condictio,nẽpe condictio certi.eſt quippe mutuum certum, quia idẽ *Mutuum quare certum.* debetur in genere, & cùm perire non poſſit, ſemper certum hic eſt quod debetur. Deinde mutui obligatio ſemper contrahitur ad aliquod certum, habito reſpectu ad id quod eſt numeratum, vel mutuò datum,quod ſemper eſt certum, vt potè in quantitate & qualitate ſitum, *l.ſi quis certum*,24.*ff.ſi cert. pet.* debet enim tale reddi quale fuit mutuò datum; Eſt ergo ſpecialis hæc condictio,certi condictio,quæ exercetur in eum cui res vel pecunia certa credita eſt,& qui certum corpus,vel certam quantitatem debet.

Cuius eſt mutui periculum,dantis an recipientis?

Mutui periculũ eſt recipientis. Eſt recipientis, etiamſi caſu fortuito ſit mutuum amiſſum,§.*item is*,2.*verſ.& is quidem,hic.*ideo creditor ex mutuo securus eſt, quòd nullum damnum pecuniæ ſentiat.

Quid eſt indebiti ſolutio?

Obligationis re contractæ ſecunda *Indebitũ.* ſpecies eſt,indebiti ſolutio; Dicitur autem indebitum propriè quod nullo iure debetur,ne quidem naturali, *l. cum amplius*,84.§.*is natura debet,ff.de reg. iur. Fab. defin.*4.*n.*3.*C.de ſport. & ſumpt; &c.* quando aliquis ſoluit per errorem quod non debet:per errorem, inquam, *id eſt*, ex falſa opinione vel ex ignorantia: Deinde per errorem ſiue ignotantiam, non iuris,ſed facti, *l.cùm quis*, 10. *C.de iur. & fact. ignor.* v. g. cùm ego me tibi debere *Error iuris & error facti.* putarem centum aureos, ego tibi per errorem,falſam opinionem, & ignorãtiam facti ſoluero,ex ſolutione illius indebiti re contrahitur obligatio,quia qui rem accepit non debitam, tenetur eam reſtituere, aut aliam eiuſdem quantitatis ſi illa in genere ſuo functionem recipiat,quaſi ex mutui datione,§.*is quoque*, 1. *hic.* Si hæres errans repetit à legatario condictione indebiti, ſi habet vltra *Mutuum & indebitum cõveniũt & differunt.* quam habere deberet ſecundùm legem Falcidiam,*l.1.*§.11.*ff.ad leg.falcid.*eſt enim hæc indebiti obligatio mutui obligationi valde ſimilis,vtraque dicitur condictio,§.*eodem*,vtraque fit per rei traditionem, reſtitui debet in vtraque res eiuſdem bonitatis. Tamen differunt; quia mutuum eſt verus contractus,indebitum verò ad diſtractum potiùs quàm ad contractum pertinet, §. *is quoque*, 1. *hic.* non vt contractus impleatur, ſed vt reſoluatur *laſ. in condict. cauſâ datâ, cauſâ non ſecutâ in ff.* Mutuum eſt iuris gentiũ, §.*ſed ius quidẽ ciuile*, 2.*in fin.ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* Indebitum eſt iuris naturalis, *l.indebiti*, 15. *in princ.ff.de condict. indeb.* quia acceſſiones naturales in eo veniunt, vt cùm reſtituitur fundus indebitè ſolutus cum fructibus, *l.eadem*, & *l. videamus*; 38. §. 2. *ff. de vſur.* non enim veniunt acceſſiones ciuiles, nempe vſuræ pecuniæ indebitè ſolutæ per errorem; *l.* 1. *C. de condict.ind.* Ergo mihi qui per errorem ſolui, obligatur re qui accepit, & contra eum ad repetendum indebitum mihi competit actio quæ appellatur indebiti condictio, *l.indebiti* §.1.*ff. de condict. indeb.* orta ex naturali æquitate, *l.in ſumma*,65.§.*quod ob rem* 4.*& l. ſeq.ff.de condict. indeb.* Debitum idem bis ſolui *Idem debitum bis nõ eſt ſoluendum.* & exigi non patitur bona fides, *l.Stichũ*, 95.§.*dolo*,9.*ff.de ſolut.l.*3.§.*condemnato, vbi gloſ.ff.de tab.exhib.l. bona fides*, 31.*ff.depoſ. l. bona fides*, 57.*ff. de reg. iur.* Talis actio mihi non competet ſi ſciens ſoluero, *Qui ſciens ſoluit, non repetit, quia donaſſe videtur.* quia donaſſe videbor, *l.cuius per errorem*, 52.*ff. de reg. iur.* nec recipiens reſtituere tenebitur,*l.*1.*ff.de condict. indeb.l.ſi is*, 24. *L.ſi non ſortem*,26.§.*indebitum ff.eod.*

Quanam actio oritur ex indebitè ſoluto?

Actio condictitia. Actio quæ appellatur condictitia, §.*is quoque*, 1. *hic.* & competit ei qui ſoluit per errorem, eiúſque hæredi aduerſus eum qui accepit indebitum, & eius hæ-

redem, *l. ſi fundi*, 12. *l. qui hæredis*, 46. *ff. de condict. indeb.* Hæc actio competet etiamſi renunciatum ſit repetitioni, quia error extenditur etiam ad renunciationem. In hanc actionem non veniunt vſuræ, *l. 1. C. de condict. indeb.* ita quidem fructus, *l. indebiti*, 15. *l. in ſumma*, 65. §. *et qui*, 5. *ff. de condict. indeb.* neque venit ſolutum ex ſententia vt indebitum, *l. 1. ff. de cond. indeb.* neque ſolutum ex iureiurádo delato, *l. 1. C. de reb. cred. l. nam poſteaquam.* 9. §. 1. *ff. de iureiur.* neque ſolutum ex cauſa tranſactionis, *l. ſi non ex tranſactionis cauſa*, 6. *C. de iur. & fact. ignor.* neque ſolutum in piam cauſam, §. *fin. infr. de obl. quæ ex q. cont.* neque ſi ab alio debitum ſit licèt indebitum reſpectu illius qui dedit nomine debitoris, *l. de hæreditate*, 5. *C. de pet. hæred.* neque ſolutum ex cauſis quæ creſcunt per inficiationem, cuiuſmodi eſt ſolutum ex cauſa legis Aquiliæ. Vide *gloſ. in* §. *ex quibuſdam*, *infr. de oblig. quæ ex q. contr. naſc. & Greg. Tholoſ. Syntag. lib. 22. cap. 17.*

In actione indebiti non veniunt vſuræ. Neque ſolutum ex ſententia. Neque ſolutum ex iureiur. Neque ſolutum ex cauſa tráſactionis. Neque ſolutum in piam cauſam.

Vbinam & in qua moneta reſtituendum eſt indebitum?

Vbi reſtituendum indebitũ.

Ibi reſtituendum eſt indebitum vbi fuit exactum, quia ibi debet quis conueniri vbi ſeſe obligauit, aut ex contractu, aut ex quaſi contractu, *l. 2.* §. *omnes*, *l. hæres abſens*, 19. §. 1. *ff. de iudiciis.* In moneta quoque illius loci fieri debet indebitè ſoluti repetitio vbi illud exactum fuit, ſi eius qui ſoluit interſit. Idem iudicium de expenſis ſi quæ factæ ſint in illa ſolutionis indebitæ repetitione, *Fab. defin. 23. C. de ſolut. & liber.*

Vnde dictum, & quid eſt commodatum?

Tertia ſpecies obligationis re contractæ eſt commodatum, generaliter à commodando dictum, quia inſeruit & prodeſt ei cui vtendum datur, accommodare enim eſt inſeruire vel prodeſſe. Specialiter dicitur quaſi cum modo, hoc eſt, certa vtendi ratione, vel ſecundum aliquam præſcripram formam datum: & definitur cōtractus re perfectus, quo rei alicuius vſus certus conceditur, vt res illa eadem etiam in ſpecie vſu finito reſtituatur, §. *itē is*, 2. *hic. l. 1.* §. *is quoque cui. ff. de oblig. & act.* vel eſt rei alicuius & certæ ad certum ſpecialémque vſum gratis facta conceſſio, *Add. marg. ſup. rubr. commod.* Vſus rei conceditur, quia traditione rei perficitur commodatum, & re contrahitur, *d. l. 1.* Gratis conceditur ille vſus, vt diſtinguatur commodatum à locatione, & contractu innuminato, §. *item is*, 2. *hic. l. ſi gratuitam*, 17. *ff. de præſcript. verb.* Ille vſus eſt certus, determinatus, & ad certum tempus, *l. in commodato*, 17. §. *ſicut*, 3. *ff. commod.* v. g. ſi quis me rogarit vt equum meum ſibi commodem, & ego commodauerim, ecce factum ſubſecutum, & obligationem quare contrahitur peperit; ac per conſequens commodati actionem.

Commodatum.

Quomodo differt commodatum à mutuo?

Quia commodatum & mutuum vſus gratiâ incuntur, non abſimilem habere videntur naturam, tamen commodatum proptiè acceptum differt à mutuo tribus potiſſimum modis.

Commodati & mutui differentia.

I. Rei commodatæ proprietas & poſſeſſio à commodante retinetur, quia res commodata eadem numero & ſingulariter reſtituitur, §. *item is*, 2. *hic. l. 1.* § *is quoque*, 5. *ff. de oblig. & act.* Rei mutuo datæ proprietas in accipientem tranſit, quia ſatis eſt ſi eadem res genere & quantitate reſtituatur, *l. 1.* §. 2. *verſ. mutui autem, ff. de obl. & act. l. mutuum*, 2. *ff. de reb. cred. &c.*

II. Mutuum tantùm conſiſtit in illis rebus quæ pondere, numero, & menſura conſtant, commodatum etiam in aliis rebus mobilibus, vt veſtibus, libris, & omni ſuppellectilium genere.

III. In mutuo eadem res redditur genere, bonitate, & qualitate in commodato, eadem res ſpecie & numero, *l. 2. ff. de reb. cred.*

Debétne Commodatarius rem cum acceſſione reſtituere?

Debet, v. g. equam cum pullo, ſeruum cũ lance, domum cum ſuppellectilibus, in ſumma res cum fructibus & vſuris, *l. ſi vt certo*, 5. §. *vſque adeo*, 9. *&* §. *ſi me rogaueris*, 13. *ff. commod. l. mora*, 32. §. *in bonæ fidei*, 2. *& l. videamus*, 38. §. *ſi poſſeſſionem*, 10. *&* §. *in cæteris*, 15. *ff. de vſur.*

Commodatarius rem cum acceſſione reſtituit.

Si res commodato perierit ad quem pertinebit periculum?

Vel commodatum ſit commodatarij causâ, *l. 5.* §. *nunc videndum eſt*, 2. *ff. Commod.* & tunc præſtare debet ille dolum, & culpam omnem, datam, leuem, & leuiſſimam, §. *item is cui*, 2. *hic. l. 5.* §. *nunc videndum*, 2. *ff. commod. l. in rebus*, 18. *in princ. ff. commod.* id eſt, non tantum præſtare debet quod diligentes homines ſuæ profeſſionis & conditionis facerent, verùm etiam

Quando commodatarius ſuſtineat rei commodatæ periculum.

etiam

etiam quòd diligentiſſimi quique facerent, *l. ſi vt certo*, 5. §. 2. *ff. commod.* vel ſit causâ commodantis, *l.5.§ ſed interdum 7. ff. commod.* & tunc commodatarius tantùm præſtabit dolum & latam culpam, *d. l. 5. §. ſed interdum, 7.* Vel ſit vtriuſque gratiâ & tunc commodatarius dolum, latam & leuem culpam tantùm præſtabit *l. in rebus, 18. verſ. at ſi vtriuſque, ff. commod.* non autem caſum fortuitum, *l. 5. §. 4 l. in rebus, 18. in princ. ff. commod. l. contractus, 23 in fin. ff. de reg. iur. l. 1. C. Commod. l. quæ fortuit. 5, 6. C. de pignorat. act.* Elegans exemplum proponit Pomponius in *l. ſi commodauero, fin. ff. commod.* Si commodauero tibi equum quo vtereris vſque ad certum locum, ſi nullâ tuâ culpâ interueniente in ipſo itinere deterior equus factus ſit, non teneberis commodati, nam ego in culpa ero qui in tam longum tempus commodaui equum, qui eum laborem non potuit ſuſtinere Ex quibus verbis contrarium hoc colligitur, ſi culpâ commodatarij equus perierit vel deterior factus fuerit, commodatarium teneri, *l. ſi vt certo, 5. §. ſed interdum, 7. ff. commod.* nempe ſi equum commodauero vt ad villam adduceret commodatarius, tum illum ab bellum duxerit. Ergo conſiderandum hic eſt, an commodatarius ſe ad caſum fortuitum obligauerit, tunc conuentioni ſtandum erit, quia contractus ex conuentione legem recipiunt, *l. 1. §. ſi conuenit, ff. de poſ. l. contractus, ff. de reg. iur. l. lege, 10. C. de pact. conuent. l. 1. C. de oper. Libert. l. 1. C. Commod. Surd. conſ. 383. n. 6.* & ſemper ac vbique id obſeruandum quod inter contrahentes actum eſt, *l. ſed Celſus, 6. ff. de contrah. empt. l. emptione, 3 C. plus val. quod agit. l. teſtatrix, 20. §. plures, vbi gloſ. & Dd. ff. ſi ſer. vit. vindic.* nec operari debet contractus vltra intentionem agentium, *l. non omnes, ff. ſi cert. pet. l. in agris ff. de acquir. rer. domin. l. age cum Geminiano, C. de tranſact.* aut conſiderandum an æſtimatam rem acceperit, aut caſui fortuito occaſionem dederit, aut in mora reſtituendæ rei commodatæ ſe conſtituerit.

Caſum fortuitum non commodatarius ſuſtinet.

Contractus ex conuẽtione legẽ recipiunt.

Quænam actio naſcitur ex commodato?

Actio commodati directa.

Actio directa & contraria, illa commodatori competit, §. *item is, 2. hic.* eiúſque hæredi aduerſus commodatarium, & eius hæredem, *l. 2. §. hæres eius, 3. ff. commod.* ad rei commodatæ repetitionem, non vltrà, niſi res illa deterior ſit facta, hoc caſu quod intereſt rem integram reſtitui, præſtandum eſt, *l. 3. § 1. ff. commod.* nec poteſt commodatarius prętextu debiti reſtitutionem probabiliter recuſare, *l. prætextu, ſi. C. de commod.* ſi nempe commodatum conſiſtat in ſpecie, quæ non admittit compenſationem, *l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indeb. & l. ſi conuenerit in princ. ff. de pig. act.* Aliud erit ſi commodatum conſiſtat in quantitate, *l. ſi. C. de compenſat.* Hæc competit commodatario contra commodatorem vt indemnis ſeruetur, v.g. ſi commodatarius ſumptus magnos fecit in re commodata, item ſi aliquid vitioſum commodatum ſit, vt ſi quis ſciens in vindemia vtrem vitioſum commodauit, & ſic vinum vel muſtum effluxerit, vel dolium vitioſum quod vinum corruperit, *l. in rebus, 18, §. item qui ſciens, 3. ff. commod.* Tum etiam ſi ante tempus commodans rem commodatam reuocet, *l. in commodato, 17. ff. eod.*

Actio commodati contraria.

Vnde dictum, & quid eſt depoſitum?

Depoſiti etymon.

Quarta ſpecies obligationis re contractæ eſt depoſitum, ita dictum, quòd ponatur, nam præpoſitio *de*, auget depoſitum, *l. 1. in princ. ff. depoſ.* quaſi valde poſitum, *id eſt* planè alicui commiſſum & creditum, vel extra manum poſitum, vt oſtendatur quòd is apud quem res eſt depoſita debeat adhibere totam fidem ad cuſtodiendum rem depoſitam, *ib.* Et definitur contractus re perfectus, quo res aliqua alicui qui nõ ſit dominus cuſtodienda gratuitò traditur vt depoſitori cùm voluerit reſtituatur, *d. l. 1. in princ. ff. depoſ.* Ergo re conſtat iſte contractus §. *præterea, 3. hic.* quia res ipſa quæ deponitur, obligationem eiuſdem rei reſtituendæ parit, ac proinde actionem depoſiti, quæ datur cõtra depoſitariũ, *id eſt*, eũ apud quẽ res eſt depoſita, vt eã reſtituat, §. *præterea 3. hic. §. vlt. infr. de mandat. l. 1. §. is quoque apud quem, 5. ff. de oblig. & act.* aliquãdo tamen contrahitur confeſſione rei acceptę ſine rei traditione, vt *not. Fab. de fin. 17. n. 9. C. ad SC. Velle.* Res gratuitò cuſtodienda datur, nam ſi merces ſit conſtituta non erit depoſitum, ſed locatio, & conductio *l. 1. §. ſi veſtimenta, 8. ff. depoſ.* Deinde ſi depoſitarius fructum perceipiat, non erit depoſitum *l. 1. §. ſi quis ſeruum, 9. ff. depoſ.* Traditur res cuſtodienda alicui qui non ſit dominus, nam rei ſuæ nemo eſt depoſitarius, *l. ſi quis rẽ ſuã, 15. ff. depoſ. l. neque pignus, 45. ff. de reg. iur.*

Depoſiti definitio.

Rei ſuæ nemo eſt depoſitarius.

Quomodo diuiditur depoſitum?

Depoſitũ voluntarium. Depoſitum neceſſarium.

Duobus potiſſimùm modis, I. in voluntarium & neceſſarium: voluntarium eſt quod pendet ex libera deponentis voluntate, & neceſſarium quod ex neceſſitate aliqua deſcendit, veluti ruinæ incendij, naufragij, tumultus, *l.1.§.meritò,2.ff.depoſ.*

Depoſitum vulgare vel ſimplex.

II. Diuiditur in vulgare ſiue ſimplex, & illud quod in ſequeſtrum appellatur. Vulgare vel ſimplex eſt, quo res non cõtrouerſa ab vno vel à pluribus, *id eſt*, à ſingulis pro parte deponitur, ita vt rei depoſitæ proprietas apud deponentem maneat, *l.licet deponere*, 17. §. 1. *ff. depoſ.*

Depoſitũ in ſequeſtrum.

Depoſirum in ſequeſtrum eſt, quo res controuerſa apud ſequeſtrum à pluribꝰ in ſolidum deponitur, eâ lege vt lite pẽdente cuſtodiat, & eâ finitâ ei qui ſuperior euaſit, reſtituat, *l. propriè*, 6. *& l. licet deponere*, 17. *in princ. ff. depoſ. l. is penes. C. depoſiti.* Interim autem dum res apud ſequeſtrũ manet, eam nec actor nec reus poſſidet, talis ſequeſtratio euitari nequit, niſi idonea ſatiſdatio præſtetur

Sequeſtri notatio.

tex. in l. fin. C. de ord. cogn. Hinc ſequeſtrum dici proditum eſt, quaſi occurrẽtem cõtrouerſiæ, ſequẽtémque litigatores, quia occurrenti & ſequenti committitur res, *l. ſequeſter*, 110. *ff. de verb. ſignif.* & apparet, & apprehenditur, *ex l. propriè*, 6. §. *licet, ff. depoſ.* ita vt ſequeſter aliàs rectè dicatur commiſſarius cui debitoris bona ſunt commiſſa, vt debitor tædio affectus iuri parêre, & rationi ſatisfacere cogatur, *c.2. ext. de dolo & contumac. l.15. cui, ff. vt in poſſeſſ. lega.* & vt omnibꝰ innoteſcat quænam bona ſub haſta vendi debeant. Sequeſtri vel commiſſarij munus inter perſonalia ciuilia munera annumeratur, *l.1. circa finem, ff. de muneribus.*

Sequeſtratio vnde pendeat.

Sequeſtratio vel pendet ab extraiudiciali partium conuentione, vel à Iudice qui rem litigioſam, & controuerſam, vt potè inſtrumenta communia apud aliquem deponi iubet, *l. fin. C. de fid. inſtrum. l. ſi cuius rei vſusfructus*, 13 §. *ſed ſi intra duos*, 3. *ff. de vſufruct. l. fin. ff. de offic. Proconſ.* Vt autem Iudex ſequeſtrationem faciendam

Quatuor requiſita in ſequeſtratione.

iudicet, quatuor requiruntur, *Guid. Pap. quæſt.* 246. I. vt conſtet de iure creditoris, *l. cùm proponas*, 9. *C. de bon. auth. iud. poßid.* II. vt vocetur debitor, *l. vnoquoque*, 47. *ff. de re iud.* III. vt iuret actor ſequeſtrationem petere ſe ad debiti ſui conſeruationem, *l. de pupillo*, 5. §. *qui opus, &* §. *ſeq. ff. de oper. non. nuntiatione* IV. vt ſit ſuſpicio dilapidationis, *l. Imperatores*, 21. §. *fin. ff. de appell.* Hæc ſequeſtratio ſi nondum ſit facta, impediri poterit, & iam conſtituta reuocari, ſi detur fideiuſſor, §. *fin. ſupr. de ſuſpect. tut. l. ſi fideiuſſor*, 7. *ff. qui ſatiſd. cog.*

Duo adhuc depoſitorum genera colliguntur ex *l. in nauem*, 31. *ff. locat.* vnum, quando dominium tranſit in depoſitarium, vt in pecunia depoſita non clauſa, neque obſignata in quo tãtundem redditur in eodem genere: aliud quando dominium non tranſit, vt in veſte vel annulo depoſito in quo idem reddendum.

Quænam res deponi poſſunt?

Res mobiles et immob. deponi poſſunt.

Omnes quæ cuſtodiri poſſunt, tam mobiles quàm immobiles, eſt enim certiſſimi iuris non minùs res immobiles cuſtodire poſſe quàm mobiles, *l.3. §. quod autem*, 23. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.*

Quænam actio oritur ex depoſito?

Actio depoſiti directa.

Actio directa & contraria: Directa competit deponenti ad reſtitutionem rei depoſitæ: tenetur enim depoſitarius rem deponenti reſtituere *l. 2. in princ. ff. de reb. cred. l.1. §. 5. ff. de obl. & act. Cuiac. in l. 23. ff. de verb. oblig.*

Actio depoſiti contraria.

Contraria competit depoſitario aduerſus deponentem eiúſve hæredem ſi ad conſeruationem rei depoſitæ aliquid impenderit de ſuo depoſitarius. Vtraque hæc actio eſt bonæ fidei, *l.1. §. hac actione, ff. depoſ. §. actionum, infr. de action.* Et eſt actio depoſiti ſequeſtrarij in ſequeſtrum data, *l. ſi in Aſia*, 12. §. 2. *ff. depoſit.*

Vbi notandum deponentẽ non habere actionem contra depoſitarium niſi ad reſtitutionem rei depoſitæ, non autem ad reſtitutionem rerum quæ depoſito accedunt, nam quod depoſito accedit non intelligitur depoſitum, veluti ſi homo veſtitus deponatur, veſtis non eſt depoſita, nec ſi equus cum capiſtro, nam ſolus equus depoſitus eſt, *l.1. §. qua depoſitus*, 5. *ff. depoſ.* Depoſitarius tamen de capiſtro debet habere cuſtodiam, aliàs depoſiti agitur, non vt pro depoſito, ſed vt pro acceſſorio depoſiti, *gloſ. cum capiſtro, in d. l.1. §. 5.*

Si res depoſita perierit ad quem pertinebit periculum?

Periculum rei depoſitæ quis ſuſtineat.

Ad depoſitarium ſi res perierit ipſius dolo & culpâ quæ dolo æquiparatur, §. *pen. hic.* at non ſi perierit eius culpâ leui

& le-

& leuiſſimâ, tum etiam fortuitò, *l. quod ne.…, 32 ff. depo… quæ fortuitis, 6. C. de pig. ne-rataci*. Quoniam ex hoc contractu nullū percipit commodum; neque enim debet vti re depoſita depoſitarius, alioqui furtum committet, §. *furtum, 6. inſt. de o-bl g. quæ ex delict. naſc. l. ſi ſacculum, 29. in princ. ff. depoſ.* & ad vſuras tenebitur, *l. ſi deu ſi t, 3. C. depoſ.* Nam depoſitum paratam habet executionem, & illicò debet reſtitui, *l. pen. C. depoſ.* Vide quando depoſitarius teneatur, & quando non, de culpa, & dolo etiam præſumpto, apud *Fab. …4. C. depoſ.*

Vnde dictum, & quid eſt pignus?

Pignoris etymon. Vltima ſpecies obligationis re contractæ eſt pignus, ita appellatum à pugno, quia res omnes quæ pignori dantur manu traduntur. Deinde pignoris *Pignoris tria ſignificata.* nomen tria ſignificat I. rem obligatam, *vt in Rub. de diſtractione pignoris.* II. Ius creditoris in ea re, vt in *Rubric. quib. mod. pign. et hyp. ſolv.* cuiuſmodi eſt anti-*Antichreſis.*chreſis, poſſeſſio nempe rei vtendæ data creditori pro vſu pecuniæ ei debitæ, de qua in *l. ſi is qui bona, 11. §. ſi antichreſis, ff. de pign. & hypoth.* v. g. ſi in ædes oppigneratas, creditor inducatur vſurarum vice, & in iis habitet vſquedum debitum ſoluatur. Ita enim contrahitur antichreſis, vt fructus pignoris vſurarum vice cedant, *Fab. d. …7 …2. C. de action. empti.* & non eſt propriè fœneratitius cōtractus, *d. l. ſi is qui b. n., 11 §. ſi antichreſis, ff. d. pign.* III. Contractum, quo ca res obligatur, *l. 1. §. vlt. ff. de pact.* In hac poſtrema ſignificatione ſumitur pignus in hoc tit. & d finitur contractus re *Pignoris definitio.* perfectus quo res mobilis à debitore creditori obligatur ad maiorem debiti ſecuritatem vſquedum ei ſatisfiat, ita vt poſt ſatisfactionem idem ſpecie pignus reſtituatur, *arg. §. creditor, 4. vl. & l. legata, 9 §. vlt. ff. de ſuppellect. leg.* Pignus contrahitur re, *d. §. creditor, & l. 1. §. creditor a…, 6. ff. de oblig. & act.* Deinde qui pignus accepit ad realem eius in ſpecie reſtitutionem debito ſoluto adſtringitur. Pignore res mobilis propriè obligatur, *l. 238. §. pignus, 2. ff. de verb. ſig…* ad maiorem creditoris ſecuritatem datur pignus, §. *creditor quoque, 4. hic, & l. ſi rem, 9. §. … 2. ff. de pign. act.* non enim debitor aliter à creditore *Pignus vtile & debitori & creditori.* quod capit obtineret. Eſt ergo vtile pignus & creditori & debitori §. *vlt. hic.* Soluto debito idem ſpecie pignus debet reſtitui, *l. 9. §. omnis, 3. ff. de pign. act. §. vlt. hic. l. 1. §. creditor, 6. ff. de oblig. & act.* quia eius poſſeſſio quāuis ad creditorē tranſierit, tamen proprietas remanſit apud debitorem, *l. … & fortis, §. 1. ff. de pign. act.*

Quomodo differt pignus ab hypotheca?

Sic, I. Pignus eſt rei mobilis, hypo-*Pignoris & hypothecæ differentiæ.*theca rei immobilis, §. *item ſeruiana, 7. verſ. inter pignus, inſt. de act.* Dicitur res *Res mobilis quæ.* mobilis propriè quæ apta eſt moueri, & de loco ad locum transferri, quæque vel eſt animata, vt equus, bos, & alia animalia, *l. a diuo Pio, 15. §. in venditione, 9. ff. de verb. ſign.* vel inanimata, vt vaſa & veſtes, item fructus à ſolo ſeparati, *l. fin. ff. de requir. reo.* pecunia, *l. … ff. de verb. ſignif.* Eiuſmodi res mobiles nō *Res mobiles quāde hab. de ſequelam.* habent ſequelam in hypotheca generali, ita quidem in ſpeciali, *Chaſſ. in conſ. Burg. tit. de redit. vend. §. 3. verb. mobilis. n. 4. Rebuff. de l. ter. oblig. art. 4. glo 2. n. 38.* Ratio eſt, quia mobilium vilis & abiecta poſſeſſio eſt, *l. ſi rem mob… de acquir. poſſeſſ.* Immobilis verò eſt quæ ſuapte *Res immobilis quæ.* natura mutari nequit, *l. moue… 93. ff. de verb. ſignif.* & ſolo hæret, vt domus, fundus, colonus, mancipia ruſtica, ciuiles annonæ quæ inter immobilia numerantur, *auth. … §. …enim illa quamuis propriè immobilia non ſint, gloſ. ibid.*

II. Pignus tranſit à debitore in creditorem Hypotheca remanet penes debitorem, *l. ſi rem, 9. §. propriè, 2. l. cum & ſor-tis, 35. §. … ff. de pign. act.* neque enim poſſeſſio vel dominium ex hypotheca transfertur, *l. qui pignoris 36. cum l. ſeq. ff. de acquir. poſſ. l. ſciendum, 15. §. creditor, 12. … quiſ ſat … g.* Quantum ad actionem hypothecariam attinet & effectum, nulla eſt differentia, niſi quòd altera latina, altera græca vox ſit, *l. res hypotheca, 5. in fin. §. inter pignus, ff. de pignor. Fab. lib. 19. coniect. cap. 6. & de erro. decid 9. err. 7.*

III. Hypotheca ſolo conſenſu, nudâ conuentione, & voluntate contrahitur, *l. conuentionem, 4 ff. de pignor.* vel generaliter omnium bonorum, vel ſpecialiter quorundam, ita vt hęc plus iuris tribuat cre-*Specialis hypotheca præfertur generali.*ditori quàm illa, & plus afficiat rem, *gloſſ. in § nos igitur, in verb. creditoribus, in fin. in auth. de non alien. Neguz. 1. membr. 2. part. n. 10. & in 2. membr. 5. part. in fin* vbi dicit quòd ſpecialis plus iuris adfert. Ratio eſt, quia ſpeciale plus viget & valet quàm generale, *l. item apud, 15. §. hoc edi-*

Tertius poſſeſſor non poteſt conueniri ante diſcuſſam ſpecialem hypothecam.

ctum, 26.*ff. de iniuriis*, hinc eſt vt tertij poſſeſſores non poſſint conueniri vſquedum creditor excuſſerit ſpecialem hypothecam, *Lomm.lib.3.c.11.fol.* 288. *&* 289. *Maximarum ſuarum.* quia creditor debet excutere ſpecialem hypothecam antequam venire poſſit ad generalem, *l.2. C.de pignor.l.generaliter.*C.*qui pot.in pign. hab. Bouuot.tom.2.verb.hypotheca,& excuſſio, quæſt.* 1. at ſolo conſenſu non contrahitur pignus propriè ſumptum, quod rei traditionem requirit,& tranſitum, *l.9.§.2.ff.de pign.act.*

IV. Pignus ciuile eſt,& bonæ fidei actionem producit, hypotheca verò eſt Prætoria & ſtricti iuris. Hypotheca dicitur,à verbo ὑποτίθεσθαι,quaſi dicas ſuppoſita,ſubiecta obligationi,& obſtricta: & hypothecare eſt obligare, vel ſupponere.

Quomodo diuiditur pignus?

Multis modis. Præcipuè verò & primò diuiditur in Conuentionale,Prætorium ſiue Iudiciale & Teſtamentarium.

Pignus conuentionale.

Conuentionale eſt, quod ex conuentione, & hominis promiſſione naſcitur, *l.1.ff.de pign.act.& l ſi tibi,*17.*§.de pignore.*2.*ff.de pactis,& l.contrahitur,*4.*ff.de pignor.* de quo pignore agitur in hoc.tit.

Pignus prætorium ſiue iudiciale.

Prætorium pignus eſt quod pendet ex officio Prætoris aut Iudicis ſine conſenſu partium, *l.non eſt mirum*, 26.*ff.de pignor.act.l.2.*C.*de Prætor.pignor.l.ſi duo*, 3.§.*creditores* 8.*ff. vti poſſid.* ideò ex cauſa iudicati poteſt capi ac diſtrahi, *l.ſi in cauſ.iud.pig.cap.ſit.*

De hoc pignore agitur in *ff. & C. vt in poſſeſſ.legat.ſeruan.cauſ.mittat. & de bō.auth. iud. poſſid.in tit.C.de Prætor.pign. & tit. C.ſi ſi in cauſ.iud. pig.* Vt ſi debitor in ius vocatus,& contumax factus captis pignoribus venire cogatur: pendet enim illa pignoris conſtitutio à Prætoris vel Iudicis authoritate, quæ idem operatur ac contrahentium conſenſus, *l.1.*C.*ſi in cau. iud. pign. capt.ſit.* Teſtamentarium

Pignus teſtamentarium.

à teſtatore conſtituitur, *l.non eſt mirum*, 26. *ff. de pign.act.* quando videlicet teſtator alicui prædia ſua obligat pro annuis alimentis legatis, *l.Lucius Titius*, 12. *ff. de alim. & cibar.lega. l.1.C. commun. de legat.*

Pignus expreſſū.

Secundò diuiditur in expreſſum & tacitum: expreſſum eſt, quando partes nō ſolùm verbis inter præſentes,ſed etiam literis, vel per nuntium inter abſentes expreſsè conuenerunt vt res aliqua pro debito eſſet obligata, *l. creditor,*23.*§.fin.& l.pen.§.1.ff.de pign.& hypoth.* Tacitum verò eſt, quod expreſſis verbis non conſtituitur, ſed ex mente intelligitur, aut legis authoritate inducitur, *tot. tit.ff.&* C.*in quib.cauſ.pign. vel hypoth. tac. contrah.* Eiuſmodi pignus eſt, v. g. in rebus illatis in conductum prædium vrbanum, vel ruſticū pro prædij mercede, etiamſi nihil nominatim ſit conuentum, §. *item Seruiana*, 7.*inſt.de act.l.item quia*, 4. *in princ.ff.de pact.l.ſancimus*, 7.C. *in quibus cauſ.pign. vel hypoth. tac. contrah.* Talis eſt hypotheca tacita legatorum & fideicommiſſorum, *l.1.*C. *Commun.de legat.*

Pignus tacitum.

Pignus generale.

Tertiò diuiditur in generale & ſpeciale: generale eſt, quando omnia præſentia & futura vel plura bona ſunt creditori obligata,etiamſi non ſint ſpecialiter & nominatim deſignata. Quòd autem pignus generale comprehendat etiam futura debitoris bona,eſt *text. expreſſ.in l.fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Speciale eſt, quando bona ſingulariter vel nominatim ſunt obligata, *l.1.& l.obligatione generali,*6.*ff.de pign.& hypoth. l.2.* C. *eod.l.penult.ff.in quib.cauſ.pign.vel hypothec. tacit.contrah.& l.vlt. C. qui pot. in.pign. hab.* Vtrumque pignus ſemel bene contractum durat,nec dominij mutatione aut vſucapione extinguitur, *l.vſucapio*, 7.C. *de pign.*

Quænam res poſſunt pignori dari?

Res quæ pignori dari poſſunt.

Res omnes quæ in commercio hominum ſunt,quæque vendi aut emi poſsūt, *§.ſed & quod,9.in fi.ff.de pign.& hypoth.l.* 1. *§.eā rē,2.ff.quæ res pign.aut hypoth.dat. oblig. non poſſ.* dummodò ſint de bonis oppignorantis,nam res alienata oppignorari non debet, *l.quæ prædium,6.C.ſi res alien. pign. dat. ſit l. 2. ff. de pign. act.* niſi fiat ex voluntate domini rei, *l. aliena*, 20.*ff. de pign. act.*

Quænam actio ex pignore naſcitur?

Actio pignoratitia.

Actio pignoratitia quæ datur ad hoc vt pignus reſtituatur, *l.1 §.creditor*, 6.*ff. de oblig.l.vlt.*C. *de luit.pign.* & competit debitori aduerſus creditorem, appellatúrque directa,de qua *Fab.defin.1.C.de pignorat. act.* cui opponitur contraria, quæ competit creditori aduerſus debitorem ad recuperandum quod impendit in pignus, *l. creditor*, 2.*in fi. C.de pign.act. & l.ſi neceſſarias*, 8. *ff. eod.* vel ſi deceptus fuit in pignore, aut eadem res

iam al-

iam alteri fuit oppignorata, nec ſufficiat duobus, *l. ſi quis in pignore*, 36. *D. de pignora. act.* Pignoraritia actio nullius temporis præſcriptione ſummouetur, Fab. *defin.* 4. *C. de pignorat. act.*

Pignoratitia actio nõ præſcribitur.

Ad quem ſpectat pignoris periculum?

Pignoris periculum

Creditor qui poſſidet pignus, præſtat dolum, latam, & leuem culpam, non leuiſſimam, nec caſum fortuitum, quia vtilitas pignoris vtrique communis eſt, vt dictum fuit, niſi aliter conuenerint partes, §. *vlt. hic. l.* 5. 6. 8. & 9. *C. de pign. act.*

Quid ſint dolus, culpa lata, leuis, & leuiſſima, item caſus fortuitus?

Quia ſæpè facta fuit iſtorum vocabulorum mentio in titulis præcedentibus, ideò videndum quid ea ſignificent.

Doli etymon.

Dol⁹ dicitur ἀπὸ τοῦ δέλλω, & δόλος ἀ δέειν, *id eſt*, ligare, vincire, eo quòd dolo induċti ligentur & vinciantur: vel dicitur dolus à δέλω quod eſt allicio, quia qui dolo circumueniuntur, illi alliciuntur. Dolus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita, *l.* 1. §. 2. *ff. de dol. mal.* Ita vt dolus fit, cùm quis ex aliena iactura vult lucrari aliud ſimulando, & aliud agendo, *l.* 2. §. 1. *D. de dol. mal.* Quæ deſcriptio eſt doli mali cùm dolus bonus ſit quædam induſtria quâ quis res ſuas vel alienas promouet & tuetur, *l. hoc edicto*, 1. §. *dolum malum*, 2. *ibi. tuentur*, *D. de dol. mal.* Hunc dolum malum veteres pro ſolertia accipiebant, potiſſimùm ſi aduerſus hoſtem, aut latronem quis machinetur, *l.* 1. §. *non fuit. D. de dolo.*

Doli definitio.

Dolus bonus.

De dolo hæc ſunt notanda, nempe dolum caſu non purgari, *l. ſi heres*, *ff. de nox. act.* dolum nemini debere patrocinari, *l.* 3. *D. de tranſact. l. is qui dolo*, 69. *D. de rei vindic.* Vbi non adeſt dolus ibi non eſſe delictum pœnâ dignum. Menoch. *conſil.* 28. *num.* 13. Dolum præponderare culpæ, *l. item ſi obſtetrix*, §. *fin. D. ad l. Aquil.* Dolum vnius non debere nocere alteri, *l. eleganter in princip. ff. de dolo, cum ibi not. l. electio*, 26. *in fin. D. de noxalibus*, *l.* 2. *l.* 51. *l. procurator*, 11. *D de dol. except.* Dolum non fieri volenti & ſcienti, *l. nemo*, 187. *D. de reg. iur.* & dolum cum dolo compenſari, *l. viro*, 40. *ff. ſolut. matrim. l. ſi ambo*, 10. *D. de compenſat.* Denique doli actionem non dari ob rem leuem & modicam, *l. ſi quis*, 9. *l. vltim. cum duab. ſeqq. ll. ff. de dol. mal.* & ſine indiciis perſpicuis, *l. dolum*, 6. *C. de dol. mal.* Adeóque ſine magna & euidenti calliditate, *l. & eleganter*, 7 §. *fin. D. de dol. mal.*

De dolo notanda obſeruatu.

Culpa.

Culpa, eſt quædam imprudentia, quâ quis res alienas negligenter gerit, vel facit quod non eſt faciendũ aut non facit quod faciendum eſt, ideo in deſidia, & magna negligentia conſiſtit, §. *præterea*, 3. *hic l. magna* 226. *D. de verb. ſign. l. ſocius ſocio*, 73. *D. pro ſocio.* Quandoque etiam in furto, *l. ſi putator*, 31. *D. ad leg. Aquil.* Culpa vel eſt lata ſiue ſumma, vel leuis, *id eſt*, minor ſiue mediocris, vel leuiſſima, aut minima, *l. cùm res*, 47. §. *culpa*, 5. *D. de leg.* 1.

Culpa lata.

Lata culpa eſt, cùm quis non adhibet illam curam & diligentiam quam in rebus ſuis cuſtodiendis naturaliter induſtriosè adhiberet, *l. quod nerua*, 32. *D. depoſ.* v. g. ſi commodatarius rem commodatam in via publica noctu relinquar, & ſe excuſet quòd non putarit quenquam ablaturum eſſe: vel ſi quis cauſetur ignorantiam eius quod publicè propoſitum & palàm proſcriptum eſt, quódque multi legerunt, *l. ſed ſi pupillus*, 11. §. 2. *ff. de inſtit. act.* & non intelligat, quod omnes intelligunt, *l. cedere diem*, 213. *l. latæ culpæ* 223. *D. de verb. ſig.* Hinc eſt vt hæc culpa dolus aliquando eſſe præſumatur, *l. quod nerua*, 32. *ff. de poſ. & l. magna negligentia*, 226. *ff. de verb. ſignific.* & vnuſquiſq; ſuam ſibi non alteri imputare debeat culpam, *l.* 197. *D. de reg. iur.* Vide caſus quibus hæc culpa æquiparatur dolo, apud Pet. Ferr. *in form. inquiſ. tit.* 52. *g.* 7. *num.* 6. 7. & 8.

Culpa leuis.

Leuis culpa eſt cùm quis id negligit quod bonus paterfamiliàs regulariter & naturaliter in rebus ſuis cuſtodiendis, non negligeret, v. g. cùm quis annulum commodatum non condidit, ſed in media domo reliquit & furto amiſit, *l. ea igitur*, 14. *D. de pign. act.*

Culpa leuiſſima.

Leuiſſima culpa eſt cùm quis mediocrem tantùm adhibet diligentiam in re cuſtodienda, & non tantum quantum adhiberet diligentiſſimus & ſagatiſſimus paterfamiliàs, §. *item is cui*, 2. *verſ. at is qui, hic.* Vt ſi quis annulum ſibi commodatũ incluſerit in arca, & ei fur arte aliqua abſtulerit, caſus enim ille potuit præuideri, *l. in reb.* 18. *in princ. ff. com mod.*

Caſus fortuitus.

Caſus fortuitus, eſt damnũ inopinatũ, quod nullũ hominũ conſiliũ præuidere poteſt, & cui non poteſt niſi difficilè re-

ſiſti, vt aquarũ inundatio, maris tempeſtas, naufragium, §. *ſi is cui res, hic. l. contractus, in fin. D. de reg. iur.* Sterilitas, grandinatio, *l. licet. C. locat.* Deinde edictum Principis, *l. lucius*, 11. *ff. de euict.* latronum inſidiæ & incurſus, incendium, & eiuſmodi alia quæ vitari nequeunt, *l. 2. §. ſi eo tempore*, 7. *D. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. l. quæ fortuitis caſibus*, 6. *C. de pignorat. act.* Eiuſmodi caſus fortuiti à nemine præſtantur, *d. l. quæ fortuitis*, niſi aliter conuenerit, *l. ſi incurſu*, 1. *C. depoſ.* & niſi expreſſè ſit dictum, *l. ſed & ſi quis*, §. *quæſitum D. ſi quis cautio.* aut niſi ſuâ culpâ inciderit in eum, *l. pen. C. de vſufr.*

TITVLVS XVI.

DE VERBORVM OBligationibus.

TEXTVS.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione & reſponſione, cùm quid dari fieríve nobis ſtipulamur, ex qua duæ proficiſcuntur actiones, tam condictio certi, ſi certa ſit ſtipulatio: quàm ex ſtipulatu, ſi incerta ſit: quæ hoc nomine inde vtitur, quod ſtipulum apud veteres firmum appellabatur, fortè à ſtipite deſcendens.

1 ¶ In hac re olim talia verba tradita fuerunt. *Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto.* [*Fide promittis? fide promitto.*] *Fide iubes? fide iubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam.* Vtrùm autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt: ſcilicet ſi vterque ſtipulantium intellectum eius linguæ habeat: nec neceſſe eſt eadem lingua vtrumque vti, ſed ſufficit congruenter ad interrogata reſpondere. Quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere poſſunt. Sed hæc ſolennia verba olim quidem in vſu fuerunt: poſtea autem Leonina conſtitutio lata eſt, quæ ſolemnitate verborum ſublata, ſenſum & conſonantem intellectum ab vtraque parte ſolùm deſiderat, quibuſcunque tandem verbis expreſſum eſt.

2 ¶ Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diem, aut ſub conditione fit. Purè, veluti, *quinque aureos dare ſpondes?* Idq; confeſtim peti poteſt. In diem, cum adiecto die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit: veluti, *decem aureos primis calendis Martiis dare ſpondes?* Id autem quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur; ſed peti priùs, quàm dies venerit, non poteſt, at ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, peti poteſt: quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet. Neque enim certum eſt eo die, in quem promiſſum eſt, datum non eſſe, priùs quàm is prætererit.

3 ¶ At ſi ita ſtipuleris, *decem aureos annuos quoad viuam, dare ſpondes?* & purè facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: quia ad tempus non poteſt deberi: ſed hæres petendo, pacti exceptione ſubmouebitur.

4 ¶ Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem caſum differtur obligatio: vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio: veluti, *ſi Titius conſul fuerit factus, quinque aureos dare ſpondes?* Si quis ita ſtipuletur, *ſi in capitolium non aſcendero, dare ſpondes?* perinde erit ac ſi ſtipulatus eſſet: cùm moreretur, ſibi dari. Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri: eámque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus, ſi priùs quàm conditio exſtet, mors nobis contigerit.

5 ¶ Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti, *Carthagini dare ſpondes?* Quæ ſtipulatio licèt purè fieri videtur, tamen re ipſa habet tempus adiectum, quo promiſſor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideò ſi quis Romæ ita ſtipuletur, *hodie Carthagini dare ſpondes?* inutilis erit ſtipulatio, cùm impoſſibilis ſit repromiſſio.

6 ¶ Conditiones, quæ ad præſens vel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti, *Si Titius Conſul fuit*, vel ſi *Mæuius viuit, dare ſpondes?* Nam ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio: ſin autem ita ſe habent, ſtatim valet. Quæ enim per rerum naturam ſunt certa: non morantur obligationem, licèt apud nos incerta ſint.

7 ¶ Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta: vt ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel non fieri, & in huiuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubiicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare, quod eius interſit: itaque, ſi quis vt fiat aliquid, ſtipuletur: ita adiici pœna debet, *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos, dare ſpondes?* ſed ſi quædam fieri, quædam nõ fieri, vna eadémque conceptione ſtipuletur quis: clauſula huiuſmodi erit adiicienda, *Si aduerſus ea factum erit: ſiue quid ita factum non fuerit: tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?*

Quænam eſt obligatio illa quæ verbis contrahitur?

EXpoſita fuit prima ſpecies obligationis ex contractu natæ, ſequitur ſecunda, quæ eſt verborum, vel quæ verbis contrahitur, obligatio, & ſtipulatio appellatur, referenda ad *tit. D. de verb. oblig.* ſic dicta, quia ſtipulum à veteribus firmum dictum eſt, fortè à ſtipite deſcendens, *in princ. hic*, quia ei aliquid firmiter obligatur, vel quia munit rem aliam cui additur: ideò ſtipulatio dicenda eſt firmus contractus: M Varro dictam putat ſtipulationem à ſtipe, *id eſt*, pecunia, quæ in ſtipulationem venit atque deducitur.

Connexio.

Stipulationis etymon.

Quid

Quid eſt ſtipulatio?

Eſt obligatio ex contractu, & verbis conceptis atque idoneis inita inter præſentes, quâ qui interrogatur daturû facturúmve ſe id de quo interrogatus eſt, reſpondet, & ita ad aliquid dandum vel faciendum aſtringitur, *l.5.§ ſtipulatio, ff. de verb. oblig. l.1 §. verbis, & l. obligamur, aut re, 52. ff. de act.* §.1. *hic. l. licet epiſtola C. de contrah. ſtipul.* Stipulatio eſt obligatio, §. *ſequens*, 2. *ſupr. de oblig. in princ. tit. hic.* Iſta ſtipulatio eſt verbis inita, quia non poteſt concipi ſtipulatio niſi vtroque loquente vel colloquente, vno videlicet interrogante, & altero reſpondente, *l.1. & paſſim, ff. de verb. oblig.* tota quippe eius vis in verbis hæret & à verbis naturam ſumit, non poteſt ergo fieri niſi inter præſentes, & non per nuntium, vel per epiſtolam, §. *item verborum*, 12. *infr. de inutil. ſtip. l.1. in princ. D. de verb. oblig. l.3. C. de inutil. ſtipul.* quia contrahentes ſe inuicem exaudire debent. Illa verba debent eſſe concepta atque idonea, & reſponſio debet interrogationem ſequi, & ei eſſe conſentanea, § 1. *hic. l.5. §. ſtipulatio, ff. hoc. tit.* §. *præterea, inf. de inutilib. ſtipul.* Reſpondens adſtringitur reſponſione ſua ad aliquid dandum vel faciendum, *in princ. tit. hic. l. ſtipulationum*, 5 §.1. *ff. h. t.*

Stipulatio quid ſit.

Notandum hîc obligationem ſtipulationis non à promiſſore dici, ſed ab interrogante, *id eſt*, ſtipulante in cuius vtilitatem concipitur.

Deinde notandum ſtipulationem ſtricti iuris eſſe & à iure ciuili fuiſſe introductam, *l. in actionibus*, 5. §. *vlt. ff. de in litem iurand.* §. *de conſtituta*, 9. *infr. de action. l. fi. D. de duob. reis, l. ſi debitori*, 47. *ff. de fideiuſſ.* Schneid. *in* §. *fuerat. n.* 8. *infr. de action.* & quidem duplici ratione, prima eſt cauſa vtilitatis, de qua nullum eſt dubium, ſecunda neceſsitatis, *l.1. D. de verb. ſtipul.* nempe obligationum aſtringendarum & firmandarum gratiâ, ſtipulatione enim efficax contrahitur obligatio. Hinc eſt vt ſtipulatio non tam ſit contractus principalis quàm acceſſorialis, & aliorum confirmatorius, & ideò in Digeſtis poſt omnes contractus explicetur. Olim ſtipulationes erant valde in vſu, hodie non niſi quatenus pro nudis pactis habentur, quorum vſus & maximus, & frequentiſsimus in omni contractuum genere, Giphan. *ad princ. huius tit.*

Stipulatio eſt ſtricti iuris.

Denique notandum ius iſtud ſtipulandi, ex generali & vbique gentium recepta conſuetudine pro abſentibus habere notarium, Theſaur. *deciſ.* 11. Fab. *defin.* 9. *n.* 4. C. *ſi quis alteri vel ſibi*, eo quòd ſit perſona publica, & ratione officii mandatum habeat tacitum ad ſtipulandum pro abſentibus, vt in ſpecie ſerui publici ait *gloſ. in l.1. in verb. in domino, D. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt.* ad ſtipulandum etiam pro naſcituris, Guid. Pap. *quæſt.* 267.

Notarius poteſt pro abſente ſtipulari.

Quomodo olim concipiebatur ſtipulatio, & quomodo hodie?

Olim certæ formulæ & verborum conceptiones erant vſitatæ in ſtipulationibus, Latinis enim verbis fiebant, deinde vtendum erat verbis conceptis & ſolennibus, præterea reſpondendum erat per idem verbum per quod interrogatio fiebat, vt ſpondéſne? ſpondeo, promittiſne? promitto, hodie non eſt in vſu illa verborum ſolennitas, *l. omnes*, 10. *C. de contrah. vel commit. ſtip.* ſed quacunq; lingua fieri poteſt ſtipulatio, & quibuſcunq; verbis dummodò interrogatio & reſponſio intercedat, §. *in hac re olim*, 1. *hic.* imò ſatis eſt ſcriptum eſſe promiſiſſe aliquem, §. *ſi ſcriptum*, 17. *infr. de inutil. ſtipul.* Deinde ſtipulatio non figurâ literarum, ſed verbis linguâ figuratis concipi debet, *l. non figura literarum*, 38. *D. de oblig. & act.*

Forma ſtipulandi olim.

Forma ſtipulandi hodie.

Quotuplex actio oritur ex ſtipulatione?

Duplex, nempe condictio certi, ſi in ſtipulationem res certa deducta ſit, ac proinde ſtipulatio ſit certa, & actio ex ſtipulatu, ſi incerta ſit ſtipulatio, *in princ. tit. hic. l. ex placito*, 3. *C. de rer. permut.* Vt cùm quis ad faciendum vel non faciendum obligatur, *l. vbi autem.* 75. §. *quod id quod*, 7. *ff. de verb. oblig.*

Actio ex ſtipulatione.

Quomodo ſit ſtipulatio?

Aut purè, aut in diem, aut ſub conditione, §. *omnis ſtipulatio*, 2. *hic.* qui modi etiam aliarum obligationum ſunt, *l.* 44. *ff. de oblig. & act.* Cùm purè ſit ſtipulatio, *id eſt*, ſine diei aut conditionis adiectione, dies ſtatim cedit atque venit, & ſtatim debetur quod in ſtipulationem venit, vt quinque aureos dare ſpondes? ſpondeo: tamen non debet creditor cum rigore illicò debitorem compellere, ſed humanitate quadam ductus ei aliquantulum temporis concedere de-

Stipulatio pura.

S 2

Stipulatio in diem.

bet, intra quod ſoluere poſsit, cùm ſit in diem, ſtatim cedit, vt decem aureos primis Calendis Martiis dare ſpondes? ſpondeo, & non debentur illi decem aurei ante diem exactum, nedum illo die in quem ſolutio eſt deſtinata, nam totus dies arbitrio ſoluentis tribui debet, § 2. *h. t.* Tunc dies interpellat pro homine, & conſtituit debitorem in mora, *l. 2. C. de iur. Emph. l. magnam, 12. in fin.* C. *de contrah. & committ. ſtipul.* Fab. *defin.* 6. C. *de contr. & comm. ſtc.* & Iaſ. *in l. vinum, 22. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. n 9. ibi, tertiò principaliter nota, & ſeq. & in l. ſi ex legali cauſa, 23. D. de verb. oblig. n. 12. & ſeqq.* Quòd ſi debitum petatur ante diem in contractu appoſitum, debitor poterit ſe tueri exceptione deſumpta *ex l, non tamen, 9. ff. vt leg. vel fideicom. nomine, l. 1. in fin. ff. quand. dies vſusfr. leg. ced.* Cùm ſit ſub conditione, in aliquem caſum deſertur obligatio, vt ſi Titius conſul factus fuerit, quinque aureos dare ſpondes? ſpondeo: tunc non debentur illi quinque aurei vſquedum conditio venerit, & impleta ſit, *arg. l. 1. §. vlt. D. ſi vſusfr. pet.* quia tantùm ſpes eſt debitum iri, quæ ſpes ad hæredem tranſmittitur, ita vt hæres rectè agere poſsit, ſi poſt mortem ſtipulantis impleta fuerit conditio, §. *ſub cond. 4. verſ. ex conditional. hic.* Quòd ſi promiſſor moriatur ante conditionem impletá, actio contra eius hæredem tranſmittetur. Nõnulli putant ſpem tantùm tranſmitti in hæredem qui ſit de numero liberorum propter fauorem matrimonij, non in alium hæredem, quia ceſſat fauor, Guid. Coquill. *quæſt.* 172.

Stipulatio ſub conditione.

Notandum hîc diem adiectam non eò ſpectare, vt obligatio differatur, ſed tantùm eius ſolutio ſiue executio, *l. centeſimis, 46. ff. de verb. oblig. l. ex his verbis, 5. C. quand. dies legat. vel fideicom. cedat.*

Contractus non teſtamenta in diem fiunt.

Notandum adhuc contractus & ſtipulationes in diem fieri, teſtamenta non item, *id est*, hæredes non poſſe in diem inſtitui, *l. cùm tempus 17. ff. de reg. iur.*

Differentia inter ſtipulationem & legatum.

Deinde notandum ſtipularionem in annos ſingulos ſiue annuam, & quotannis eſſe perpetuam, & ad hæredes tranſmitti, legatum non item, ſed morte legatarij finiri, *l. ſi ſtichum, 16. ff. h. t.* ratio eſt, quia legatum annnum relictum videtur in alimenta legatarij, & ita eſt perſonale, & ſtipulatio proſpicit hæredibus, *l. ſi pactum, 4. D. de probat.*

Quid ſibi volunt hæc verba, venire diem, & cedere diem?

Venire diem dicitur, cùm dies ille venit, quo pecunia peti poteſt: cedere diem dicitur, cùm incepit deberi pecunia, vel res promiſſa, *l. cedere diem, 213. D. de verb. ſignif.* Connan. *lib. 4. cap. 8. n. 6.*

Venire diem. Cedere diem.

Quid eſt conditio?

Conditio.

Propriè conditio dicitur quæ in futurum certum euentum confertur, vel quæ in caſum, aut futurum tempus concipitur, vt ſi nauis ex Aſia venerit. Talis enim conditio obligationem differt atque ſuſpendit, *l. itaque, 39. D. de reb. cred.* & antequam exiſtat nihil ponit in eſſe, *l. 21. D. de verb. ſignif. l. 19. in princ. D. de reb. cred.* ideo actus conditionalis nihil valet niſi exiſtente conditione, *l. ſi quis ſub conditione, 8. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. ſi quis fundum, 37 D. de contrah. empt. l. ex facto, 35. D. de hered. inſt.* efficitque conditio, vt actus ſit in ſuſpenſo, *l. quæ ſub conditione, 8. ff. de condit. inſtit. d. l. ſi quis ſub conditione, 8. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Ergo debet conditio impleri antequam ex illa commodum quæri poſſit, *l. pecuniam quam, 36. ff. de reb. cred. ſi. cert. pet. l. neceſſarij, 8. in princ. verſ. quod ſi pendente, ff. de peric. & commod. rei vend.*

Conditionis diuiſiones.

Notandum conditionem vel eſſe vtilem, vel inutilem. *id eſt*, poſſibilem aut impoſſibilem *ſupr. de hered. inſtit.* item omnem conditionem propriè dictam eſſe de rebus præſentibus & præteritis, §. *conditiones quæ, 6. hic.*

Quid iuris ſi ita ſtipulatio fiat, decem aureos quoad viuam dare ſpondes? ſpondeo.

Tunc ſtipulatio purè facta eſſe intelligetur, & in perpetuum non in diem, quamuis ſit dies adiectus, §. *at ſi ita ſtipuleris, 3. hic.* nam ex tali ſtipulatione ſtatim actio moueri, & res promiſſa peti poteſt initio videlicet cuiuſlibet anni, *l. eum qui ita, 56. § qui ita ſtipulatur, 4. ff. de verb oblig.* Tempus autem adiectum non differt obligationem, ſed indicat ſolutionem ſæpiùs eſſe reiterandam, *l. cùm in annos, 10. & duab. ll. ſeqq. quand. di. leg. & fid. ced.*

Stipulatio ad tempus.

Stipulatio poteſt-ne fieri ad certum locum?

Stipulatio ad certum locum.

Poteſt, veluti Carthagini dare ſpondes? ſpondeo, quæ ſtipulatio pura non eſt, ſed tantùm diem habet adiectum quo Carthaginem perueniri poſsit, & ita non ſtatim peti poteſt quod fuit promiſſum, ſed expectandum vſquedum tépus

pus

pus illud elapſum ſit quo Carthaginem iri poſſit, §. *loca etiam*, 5. *hic. l. idem erit*, 60. *l. interdum*, 73. D. *de verb. oblig.*

Quanam in ſtipulatum deduci poſſunt?

In ſtipulationem deducenda.

Non ſolùm res, ſed etiam facta: eſt enim duplex ſtipulationis materia nempe res & factum, res datur, factum fit, §. *non ſolùm*, 7. *& vlt. hic.* & ita aut in dando aut in faciendo conſiſtit ſtipulatio, *l. ſtipulationum*, 2. *ff. de verb. oblig.* Stipulatio quæ in facto conſiſtit, aut conſiſtit in faciendo, vt ſpondéſne mihi ædificare domum? Spondeo, aut in non faciendo, vt ſpondéſne per te non fieri quo minùs mihi per fundum tuum ire & agere liceat? Spōdeo, *l. vtubi autē*, 75. §. *qui id quod in faciendo*, 7. D. *de verb. oblig.* quando autem ſtipulatio in faciendo conſiſtit, & non factum eſt quod fuit promiſſum, in id quod ſtipulantis intereſt condemnabitur promiſſor, *l. ſtipulationes non diuiduntur*, 72. *in princ. D. de verb. oblig.* Quod tamen vitabit ſi principali ſtipulationi ſubiiciat pœnalem ſtipulationem, vt domum mihi ædificare ſpondes, ſpondeo: & ſi non ædificaueris centum aureos pœnæ nomine dare ſpondes? ſpondeo, §. *vlt. hic, l. vlt.* D. *de ſtipul. prætor.* Ergo qui promiſit facere non præcisè obligatur ad factum, ſed ſaltem ad intereſſe loco facti, §. *fin. ibi ac neceſſe ſit, hic. l. 1. D. de act. empt. in fin. l. ſi quis*, 13. §. *ſi quis, ff. de re iudicata.*

Stipulatio conſiſtit aut in re aut in facto.

TITVLVS XVII.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & promittendi.

TEXTVS.

Et ſtipulandi & promittendi duo pluréſve rei fieri poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt omnium interrogationem promiſſor reſpondeat, *Spondeo:* vtputà cum duobus ſeparatim ſtipulantibus ita promiſſor reſpondeat. *Vtrique veſtrum dare ſpondeo.* Nam ſi priùs Titio ſpoponderit, deinde alio interroganti ſpondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe. Duo pluréſve rei promittendi ita fiunt: *Mæui decem aureos dare ſpondes? & Seio eoſdem decem aureos dare ſpondes?* [ſi] reſpondeant ſinguli ſeparatim, *ſpondeo.*

1 Ex huiuſmodi obligationibus, & ſtipulationibus ſolidum ſingulis debetur, & promittentes ſinguli in ſolidum tenentur. In vtraque tamen obligatione vna res vertitur: & vel alter debitum accipiendo, vel alter ſoluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

2 ¶ Ex duobus reis promittendi: alius purè, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt, nec impedimento erit dies aut conditio, quo minùs ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

Vnde, & quis dicitur reus?

Svprà actū eſt de ſtipulatione vnius, in hoc titulo agitur de duorum pluriúmve ſtipulatione, qui correi dicuntur. Refertur iſte *tit. ad tit.* D. *de duob. reis conſtit. & ad tit.* C. *de duob. reis ſtipul. & promit. tum ad Nou.* 99. Dictus eſt reus à re, tam qui ſtipulatur, quàm qui promittit, & à re ipſa quam quis debet, aut quæ debetur, vel à reatu: priori ſenſu hîc ſumitur. In ciuilibus cauſis is præcipuè reus dicitur qui aduerſario ſuo actori opponitur. In cauſis criminalibus is reus dicitur qui de crimine arguitur, & accuſatori opponitur: tamen etiam in ciuilibus tam ſtipulator quàm promiſſor reus dicitur à re quæ in ſtipulationem deducitur & ille dicitur reus ſtipulandi, hic reus promittendi.

Connexio.

Reus.

Quinam ſunt rei ſtipulandi?

Qui ſtipulantur dicuntur rei ſtipulandi, *l. 1. D. de duob. reis conſtit.* & præcipuè ſunt creditores quibus aliquid ab vno vel pluribus debetur in ſolidum & coniunctim, *l. 2. ff. de duob. reis conſtit.* & qui iuris vinculo alium habent adſtrictum, *l. creditores*, 10. *cum duab. ſeqq. ff. de verb. ſignif.* ita dicti ratione fidei datæ, & receptæ, credunt enim illi & confidunt in alterius promiſsis, qui ex tali promiſſione & fide data debet, *l. debitor*, 108. *ff. de verb. ſignif. l. cùm ampliùs*, 84. §. *is natura*, 1. *ff. de reg. iur.* Dicuntur aliàs duo rei credendi, qui dici non poſſunt niſi eadem res pluribus in ſolidum debeatur, ſunt autem veri creditores quibus ex quacunque legitima cauſa ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione quid debetur, *l. creditores*, 10. *cum l. ſeq. D. de verb. ſignif.* & vel ſunt hypothecarii, vel chirographarii, de quibus in *l.* 38. §. 1. *ff. de priuileg. cred. l. cùm tibi*, 10. C. *qui pot. in pign. hab. l. 4. & l. 6. c. de priuil. cred. & l. 1 §. ſciendum, D. de ſeparat.* Dicti ſunt chirographarij, eo quòd aliter ſecuri non ſint quā ex debitoris chirographo, quod hypothecam non importat vſquedū fuerit recognitum *Conſtit. Abenſ. art.* 251. *&* 252. In hypothecariis tantū obtinet regula hęc. Prior tempore potior iure, *l. potior*, 11. *D. qui pot. in pign. l. 2. & l. cùm rempub.* 3. *C. qui*

Rei ſtipulandi.

Creditores.

Creditores hypothecarii & chirographarij.

Prior tempore potior iure.

pot. in pign. hab. l. pro debito, 6. C. de bon. auth. iud poſſ quæ tamen patitur plurimas exceptiones, cùm propter priuilegia, de quibus in *glo circa, l. priuilegio, D. de priuil. credit.* tum propter alias cauſas, quarum remiſſiones extant *in glo. circa. diuerſis, C. qui pot. in pign. hab.* Chirographariorum verò creditorum par eſt conditio, *l. quod autem, 6. §. ſciendum, D. qui in fraud. cred. l. cùm vnus, D. de bon. auth. iud. poſſ.* intellige reſpectu temporis, non cauſæ, Fab. *defin. 3. C. de bon. auth iud. &c.*

An factum vnius correi ſtipulandi cenſeatur factum alterius?

Non ſemper, nam ſi vnus creditor fecerit pactum de non petendo, tale pactum non nocebit alteri: ſecus per ſolutionis receptionem, aut conteſtationem, *l. ſi vnus, 27. D. de pact.*

Quinam ſunt rei promittendi?

Rei promittendi. Qui promittunt rei promittendi habentur, *l. 1. D. de duob. reis, conſtit. l. 3. §. 3. D. de lib. leg.* & ſunt debitores qui vni vel pluribus debent inſolidum, *l. 2. D. eod.* & iuris vinculo ſunt alligati, *d. l. creditores, 10.* ita vt non poſſint vti beneficio diuiſionis vel diſcuſſionis. Non enim ſunt duo rei in ſolidum obligati, ſed in partes viriles, niſi id adiectum ſit, tunc qui conueniuntur inſolidum poteſt opponere diſcuſſionis exceptionem, niſi alij abſentes ſint & inopes, aut ipſe tali beneficio renuntiarit, *l. penultim. C. de pact.* Dicuntur aliàs duo rei debendi, non tantùm quando res eſt ſingularis quæ debetur, ſed etiam quando inſolidum ſunt obligati ad ſoluendum eam ſummam, *l. reus, 11. §. cùm in tabulis, 1. D. de duob. reis.* Cuius mutui vinculi talis eſt effectus, vt interpellatio facta contra vnum correorum alij noceat, *l. fi. C. de duob. reis conſtit.* Dicuntur veri debitores, à quibus inuitis quid exigi poteſt, *l. debitor, 108. D. de verb ſignif.*

Debitores.

Citatio vnius litis conſortis an alteri noceat. Nota tamen citationem vnius ex litis conſortibus de quibus in *tit. C. de conſortib. eiuſd.* non nocere alteri, Fab. *defin. 8 C. de in ius vocand.* aliud in iis qui propter negotiationē ſocietatem inierunt, quia ſocii omnes ſunt vice vnius perſonæ, ita vt citatio vnius ſocij in alterum influat. *argum. l. ſi vnus, 27. in princ. D. de pact. arreſt. Pariſ. 1. Decemb.* 1551.

TITVLVS XVIII.

DE STIPVLATIONE SERuorum?

TEXTVS.

Servvs ex perſona domini jus ſtipulandi habet. Sed & hæreditas in pleriſque perſonæ defuncti vicem ſuſtinet. Ideóque quod ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipulatur, adquirit hæreditati: ac per hoc etiam hæredi poſteà facto adquiritur.

1 ¶ Siue autem domino, ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue impersonaliter ſeruus ſtipuletur: domino adquirit. Idem juris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis adquirere poſſunt.

2 ¶ Sed cùm factum in ſtipulatione continebitur: omni modo perſona ſtipulantis continetur: veluti ſi ſeruus ſtipuletur, vt ſibi ire agere liceat. Ipſe enim tantùm prohiberi non debet, non etiam dominus eius.

3 ¶ Seruus communis ſtipulando, vnicuique dominorum pro portione dominij adquirit: niſi juſſu vnius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt; tunc enim ſoli ei adquiritur. Quod ſeruus communis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt: ſolidum alteri adquiritur, veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, vnius domini ſit.

Seruus poteſt- ne ſtipulari?

Connexio. Expoſitum eſt hactenus quomodo homines liberi ſtipulentur, ſequitur oſtendendum quomodo ſtipulentur ſerui, prout idem oſtenditur in *tit. D. de ſtipul. ſeruor.* Stipulantur autem ſerui non per ſe, quia jure ciuili ſerui cenſentur mortuus, & ſeruitus mortalitati cōparabatur *l. ſeruitutem, 209. D. de reg. iur.* ſed ex perſona domini jus ſtipulandi habet, *in princ. tit. hic.*

Seruus poteſt ſtipulari pro domino. Vbi notandum ſeruum poſſe quidem ſtipulari ex perſona domini, & ſtipulando poſſe conditionem domini reddere meliorem, non deteriorem, *l. per quos 59. ff. de pact.* ſed non poſſe promittendo dominum obligare, *§. item inutilis, 6. inſt. de inutil. ſtipul.*

Hæreditas defuncti vicem ſuſtinet. Notandum adhuc quando dominus eſt mortuus, & interim dum deliberat ipſius hæres, ſi ſeruus hæreditarius aliquid ſtipuletur, id iacenti hæreditati ſtipulari & acquirere, poſteà rem adquiſitam hæreditati ad futurum hæredem tranſmitti, *l. 35. ff. de ſtipulat. ſeru.* Quia hæreditas quamuis ſtrictè res ſit, & non perſona, tamen in pleriſq; perſonæ defuncti

cti vicem ſuſtinet, *in princ. tit. hic.* nempe in acquirendis illis quæ ſunt iuris, non quæ ſunt facti, §. *ed cum factum, 2. hic. l. he- 7 d. as 61. ff. de acquir. rer. dom.* dictum eſt in pleriſque, quia in vſufructu, in aditione hæreditatis, & nonnullis alijs, hæreditas pro domino non habetur.

Quot ſunt ſtipulationum ſeruilium formæ?

Stipulationum ſeruilium forma. Quatuor, vel enim ſeruus domino vel ſibi vel conſeruo ſuo, vel imperſonaliter ſtipulatur, quocunque modo ſtipuletur domino acquirit, §. *que autem, 3. h.* Idem obtinet in filiiſtam. qui quod ſtipulantur patribus acquirunt exceptis bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, de quibus *in tit. 9. lib. 2.*

Seruus communis cui acquirit ſtipulando?

Regulariter acquirit dominis ſuis omnibus, & quidem cuicunque pro portione dominij: cuius regulę duæ ſunt exceptiones.

I. Niſi iuſſu vnius eorum ſtipuletur, §. *ſeruus communis, hic. 5 & duab. leg. ſeqq. ff. eod.* neque enim malignitati ſerui indulgendum vt domini ceſſione cōtempta, pro libitu facere ſtipulationem, & ad alium dominum, qui eum forſitan corrupit, alienum lucrum transferri poſſit; *l. ſi duo vel plures, §. per quas perſ. nob. acquir.*

Nullum enim eſt dubium quin aliquádo ſeruus corrumpi poſſit, vel ab vno domino, cum plures ſunt domini, vel ab aliquo alio, & ex bono fieri malus, aut ex malo deterior, *l. 1. ff. de ſeru. corrupt.* tunc dabitur actio contra corrumpentem, *l. aut ſi ſeruus, 4. ff. de furt. & ſeru. corrupt.*

II. Niſi rem talem abſolutè ſtipuletur, quæ alteri ex dominis acquiri non poſſit, eo quòd iam illius ſit, §. *ſeruus communis, 3. h. l. proinde, 7. § 1. ff. eod.* nemini enim res ſua acquiritur, § *idem iuris, 2. inſt. de inut. ſtipul.* & quod proprium eſt alicuius ampliùs eius fieri nequit, §. *ſed ſi rem ſupr. de leg.*

TITVLVS XIX.

DE DIVISIONE STIPVLationum.

TEXTVS.

STIPVLATIONVM aliæ [ſunt] iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, tam prætoriæ, quàm iudiciales.

1 § Iudiciales ſunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio. [vel de perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, reſtituendóve pretio.]

2 § Prætoriæ [ſunt], quæ à mero prætoris officio proficiſcuntur, veluti damni infecti, [vel legatorum]. Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiā cōtineantur ædilitię, quā & hæ à iuriſdictione [prætoris] veniūt.

3 § Conuentionales ſunt, quæ ex conuentione vtriuſque partis concipiuntur: [hoc eſt, neque iuſſu iudicis, neque iuſſu prætoris, ſed ex cōuentione contrahentium,] quarum totidem genera ſunt, quot (penè dixerim) rerum contrahendarum.

4 § Communes ſunt, veluti rem ſaluam fore pupillo: (Nā & Prætor iubet rem ſaluam fore pupillo caueri: & interdum iubet, ſi aliter hæc res expediri non poteſt:) vel de rato ſtipulatio.

Quomodo diuiduntur ſtipulationes?

DE ſtipulatione in genere, tum de ſtipulantibus actum eſt, ſequuntur ſtipulationum diuiſiones, de quibus agitur in *l. ſtipulationum, 5. ff. de verb. oblig. & in tit. ff. de Præt. ſtipul. & alijs ſeqq.* *Connexio.*

Primò, diuiſione ſumpta à cauſa efficiente, diuiduntur ſtipulationes, in Iudiciales, Prætorias, Conuentionales & Communes, *in princ. hic.* Nam aut vltrò ac volens quis ſtipulanti promittit, & dicitur conuentionalis, aut & coactus Iudicis officio & dicitur Iudicialis, aut Prætoris edicto, & dicitur Prætoria, aut denique ſimul officio Iudicis, & Edicto Prætoris, & dicitur communis, nempe tam iudicialis quàm prætoria.

Iudiciales ergo ſunt quæ à mero Iudicis officio proficiſcuntur, vt de dolo affuturo in re reſtituenda cautio, vel de perſequendo ſeruo qui in fuga eſt, reſtituendóve pretio, §. 1. *hic.* *Stipulationes iudiciales.*

Prætoriæ ſunt, quæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur; vt damni infecti ſtipulatio, & legatorum, *l. 5. ff. de verb. oblig.* Prætoriarum appellatione veniunt etiam ædilitiæ, quia & hæ à Iuriſdictione Prætoris dependent, §. 2. *hic*, Eſt enim ius ædilitium iuris Prætorij portio, *l. prætorum, 7. verſ proponebant, ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* *Stipulationes prætoriæ.* *Ius ædilitium.*

Conuentionales ſtipulationes ex cōuentione partium concipiuntur, ſine vllo Prætoris aut Iudicis iuſſu, §. 3 *hic.* & interponuntur ad confirmandos contractus, ſoléntque in nouiſſima pactorum parte inſeri, *l. 5. ff. de verb. oblig. l. iurisgen. §. quod ferè, ff. de pact.* *Stipulationes conuentionales.*

Communes ſunt, quas Prætor iubet

Stipulationes cõmunes.

interponi & interdum iudex, nempe ſi res aliter expediri nequeat vt rem ſaluam fore pupillo, rem ratam haberi, §.4.*hic.*

Stipulationes in dando vel faciendo conſiſtũt.

Secundò, diuiduntur ſtipulationes diuiſione ſumptâ ex cauſa materiali, in eas quæ in dando, & eas quæ in faciendo conſiſtunt, *l.2.ff.de verb. oblig.* nam in ſtipulationem veniunt res & facta, res ſtipulamur nobis dari, facta ſtipulamur fieri, *in princ.& §.vlt.ſupr.de verb.oblig.*

Stipulationes diuiduæ.

Tertiò, diuiduntur indiuiduas, & indiuiduas, diuiduæ ſunt, quando res in ſtipulationem deductæ partis præſtationem recipiunt, cuiuſmodi eſt ſtipulatio ſummæ alicuius, indiuiduæ contrà partis præſtationem non recipiunt, *l.72. in princ.ff.de verb. oblig.* vt ſtipulatio viæ, itineris, aquæductus, item hominis, *Cuiac.ad l.2.ff.de verb.oblig.in princ.*

Stipul.indiuiduæ.

Stipulationes certæ & incertæ.

Quartò, ſtipulationes aliæ ſunt certæ aliæ incertæ: illæ ſunt, cùm id quod in ſtipulationem deductum eſt, certum eſt hæ contrà ſunt, cum id quod in ſtipulationem venit eſt incertum, *in princ. ſupr.de verb.oblig.*

Quintò aliæ ſunt ſtipulationes puræ, aliæ conditionales, aliæ quæ in diem fiunt, de *quib.ſupr.in tit.de verb. oblig.* diuiſione ſumptâ à forma & qualitate. Puræ carent die & conditione ideóque iis factis actus non ſuſpenditur, ſed illicò quod promiſſum eſt debetur, & exigi poteſt, tamen cum aliquo temporis moderamine. Conditionales ſunt, cum in aliquem caſum differtur ſtipulationis effectus: illæ quæ in diem fiunt ſuſpenduntur vſquedum dies acceſſerit, *§.omnis ſtipulatio, 2.ſupr.de verb.oblig.*

Stipulationes puræ, in diẽ, & conditionales.

TITVLVS XX.

DE INVTILIBVS STIPULATIONIBVS.

TEXTVS.

OMNIS res, quæ dominio noſtro ſubiicitur, in ſtipulationem deduci poteſt: ſiue mobilis ſit, ſiue ſoli.

1 ¶ At ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus ſit, quem viuere credebat: aut hippocentaurum, qui eſſe non poſſit: inutilis erit ſtipulatio.

2 ¶ Idem iuris eſt, ſi rem ſacram aut religioſam, quam humani iuris eſſe credebat: vel rem publicam, quæ vſibus populi perpetuò expoſita ſit, vt forum, vel theatrum: vel liberum hominem, quem ſeruum eſſe credebat, vel cuius commercium non habuerit: vel rem ſuam dari quis ſtipuletur. Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatum deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt, & commercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res [ſua] ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt: ſed protinus inutilis eſt, item contrà, licet initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit ſi [tamen] poſtea in aliquam eorum cauſam, de quibus ſuprà dictum eſt, ſine facto promiſſoris deuenerit extinguitur ſtipulatio. At nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, *Lucium Titium, cum ſeruus erit, dare ſpõdes?* & ſimilia. quæ enim natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt.

3 ¶ Si quis alium daturum facturúmve quid promiſerit, non obligabitur, veluti ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quòd ſi effecturum ſe, vt Titius daret, ſpoponderit, obligatur.

4 ¶ Si quis alij, quam ei, cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur: nihil agit. Planè ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt. veluti ſi quis ita ſtipuletur, *Mihi aut Seio dare ſpondes?* vt obligatio quidem ſtipulatori adquiratur, ſolui tamen Seio, etiam inuito eo, rectè poſſit, vt liberatio ipſo iure contingat, ſed ille aduerſus Seium habeat mandati actionem. Quòd ſi quis ſibi, & alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet quidem ſtipulatio: ſed vtrum totum debeatur [ſtipulatori] quod in ſtipulationem deductum eſt, an verò pars dimidia: dubitatum eſt, ſed placuit, nõ plus quàm dimidiam partem ei adquiri. Ei [verò], qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris: quia vox tua, tanquam filij ſit, ſicuti & filij vox, tanquam tua intelligitur in iis rebus, quæ tibi adquiri poſſunt.

5 ¶ Præterea inutilis eſt ſtipulatio, ſi [quis] ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat: veluti ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel contrà: aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub conditione promittas: vel contrà, ſi modò ſcilicet id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione vel in diem ſtipulanti, tu reſpõdeas, *præſenti die ſpondeo.* Nam ſi hoc ſolùm reſpondeas, *promitto*: breuiter videris in eandem diem vel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt in reſpondendo eadẽ omnia reperi, quæ ſtipulator expreſſerit.

6 ¶ Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt, vel ſi is à te ſtipuletur. Sed ſeruus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt, ſed ne quidem vlli alij, filij verò familiarum: aliis obligari poſſunt.

7 ¶ Mutum neque ſtipulari, neque promittere poſſe palàm eſt. quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is, qui ſtipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba ſtipulantis audire debet, vnde apparet non de eo nos loqui, qui tardius exaudit: ſed de eo, qui omnino non audit.

8 ¶ Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non intelligit, quod agit.

9 ¶ Pupillus omne negotium rectè gerit: ita

tamen,

tamen, vt vbi tutoris auctoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur: nam alium ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate poteſt.

10 ¶ Sed quod diximus de pupillis, vtique de iis verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum: nam infans, & qui infantiæ proximus eſt, non multùm à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum benignior iuris interpretatio facta eſt: vt idem iuris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes, ne auctore quidem patre obligatur.

11 ¶ Si impoſſibilis conditio obligationibus adiiciatur: nihil valet ſtipulatio. Impoſſibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit, *Si digito cælum attigero, dare ſpondes?* At ſi ita ſtipuletur, *Si digito cælum non attigero, dare ſpondes?* purè facta obligatio intelligitur, ideóque ſtatim peti poteſt.

12 ¶ Item verborum obligatio inter abſentes concepta, inutilis eſt. Sed cùm hoc materiam litium contentioſis hominibus præſtabat, fortè poſt tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe, vel ſe vel aduerſarios ſuos, contendentibus: ideo noſtra conſtitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes aduocatos ſcripſimus: per quam diſpoſuimus, tales ſcripturas, quæ præſtò eſſe partes indicant, omnino eſſe credendas, niſi is, qui talib. vtitur improbis allegationibus, manifeſtiſſimis probationib. vel per ſcripturam, vel per teſtes idoneos adprobauerit, toto eo die quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel aduerſarium ſuum in aliis locis fuiſſe.

13 ¶ Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat: non magis, quàm poſt eius mortem, à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & ſi quis ita ſtipuletur, *Pridie quàm moriar*, vel *pridie quàm morieris, dare ſpondes?* inutilis erat ſtipulatio. Sed cùm (vt iam dictum eſt) ex conſenſu contrahentium ſtipulationes valeant: placuit nobis etiam in hunc iuris articulum neceſſariam inducere emendationem: vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie quàm moriatur ſtipulator, ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit: ſtipulatio valeat.

14 ¶ Item ſi quis ita ſtipulatus erat. *Si nauis ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes?* inutilis erat ſtipulatio, quia præpoſterè concepta eſt. Sed quum Leo inclytæ recordationis, in dotib. eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reiiciendam exiſtimauerit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, vt non ſolùm in dotibus, ſed etiam in omnib. valeat huiuſmodi conceptio ſtipulationis.

15 ¶ Ita autem ſtipulatio concepta, veluti ſi Titius dicat, *cùm moriar, dare ſpondes?* vel *cùm morieris?* & apud veteres vtilis erat, & nunc valet.

16 ¶ Item poſt mortem alterius rectè ſtipulamur.

17 ¶ Si ſcriptum in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem: perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.

18 ¶ Quoties plures res vna ſtipulatione comprehenduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, *dare ſpondeo*: propter omnes tenetur. Si verò vnam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio in iis, pro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ſtipulationibus, vna, vel quædam videntur eſſe perfectæ: ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus.

19 ¶ Alteri ſtipulari (vt ſuprà dictum eſt) nemo poteſt. Inuentæ enim ſunt huiuſmodi [ſtipulationes vel] obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque adquirat ſibi, quod ſua intereſt, cæterùm ſi alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere, pœnã ſtipulari conueniet: vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit eius, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis [ita] ſtipuletur, *Titio dari*, nihil agit, ſed ſi adiecerit pœnam, *niſi dederis, tot aureos dare ſpondes?* tunc committitur ſtipulatio.

20 ¶ Sed [&] ſi quis ſtipuletur alij, cùm eius intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtratione contutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit) tenet obligatio. Ergo & ſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit: habebit vires ſtipulatio. Et ſi creditori ſuo [quis ſtipulatus ſit:] quod ſua intereſt ne forte vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant: valet ſtipulatio.

21 ¶ Verſa vice, qui alium facturum promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, vt non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit.

22 ¶ Item nemo rem ſuam futuram, in eum caſum, quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur.

23 ¶ Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris.

24 ¶ Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt; veluti ſi quis homicidium vel ſacrilegium ſe facturum promittat: non valet.

25 ¶ Cùm quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit: licèt ante conditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione hæres eius agere poteſt. Idem eſt & ex promiſſoris parte.

26 ¶ Qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt: niſi omnibus partibus anni vel menſis præteritis, non rectè petet.

27 ¶ Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem: non poteris continuò agere: niſi tantum ſpatium præterierit, quo traditio fieri poſſit.

Quot modis dicuntur inutiles ſtipulationes?

DE ſtipulationibus vtiliter con- Connexio.

ceptis earúmque diuiſionibus actum eſt, de inutilibus ſtipulationibus agendum ſequitur in hoc titulo, qui referendus eſt ad *tit.C. de inutil. ſtipul.*

Quinque modis nulliter atque inutiliter concipiuntur & contrahuntur ſtipulationes, I. Ratione materiæ, II. ratione formæ. III. ratione finis. IV. ratione cauſæ efficientis. V. ratione conditionis adiectæ.

Quænam ſtipulationes ſunt inutiles ratione materiæ?

Stipulationes inutiles ratione materia.

Ratione materiæ & rei in ſtipulationem deductæ inutiles ſunt ſtipulationes, I. Illæ omnes quibus deducitur aliquid quod in commercio hominum nō eſt, vt liber homo, etiamſi poſteà ſeruus factus ſit: res ſacræ, quamuis poſteà factæ fuerint profanæ: res religioſæ quæ humani iuris eſſe credebantur, res publicæ quæ vſibus populi expoſitæ ſunt, §. *idem iuris, 2. hic. l. 1. §. ſi id quod. 9. ff. de oblig. & act. l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram 5. ff. de verb. oblig.*

II. Res in rerum natura non exiſtentes, aut impoſſibiles, vt Chymera, Hippocentaurus, Bucephalus. §. 1. §. *ſi impoſſibilis, & ibi Dd. hic.* Impoſſibilium quippe nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium. 145. ff. de reg. iur.* vnde illud, ad impoſſibile nemo tenetur, *l. ſi quis in graui, 3. in princ. vb. Bart. ff. de SC. Silaniano, l. ſi ſtipulator, 35. ff. de verb. oblig.* neque in impoſſibilibus pœna committitur, *l. 69. ff. de verb. oblig.*

Impoſſibilium nulla obligatio. Ad impoſſibile nemo tenetur.

III. Res extinctæ, vt Stichus qui mortuus eſt & qui viuere credebatur, §. 1. *hic.* Niſi adhuc condici poſſit, vt furi, *l. inter ſtipulantem, 83. §. ſtichum 7. ff. de verb. oblig.* quia fur ſemper moram admittere intelligitur, *gloſ. 2. in d. §.* IV. Res turpes, aut iure prohibitæ, vt homicidium, ſacrilegium, §. *quod turpi, 24. hic.* nam quæ facta pietatem, exiſtimationem, & verecundiam noſtram lædunt, adeóque contra bonos mores fiunt, facere nos poſſe non eſt credendum, *l. 15. ff. de condit. inſtit.* V. Datio aut factum alienum nulliter promittitur, §. *ſi quis alium, 3. hic.* §. *verſa vice, 21. hic. l. ſtipulatio iſta, 38. in princ. l. inter ſtipulantem, 83. in princ. ff. de verb. oblig.* tamen ſi quis promiſerit ſe curaturū vt alius det, aut faciat, tenebitur ad id quod promiſit aut ad intereſſe, *l. ſi ita ſtipulatus, 97. §. 3. & ibi gloſ. ad verb. ſoluturum & ad verbum daturum, ff. de verb. oblig.* Id tamen non eſt vniuerſaliter verum, nam quando quis promittit factum tertij: nec efficere id poteſt, vel quod repugnet bonis moribus, vel legi, vel id in propria diſpoſitione poſitum non ſit, liberabitur ſi adhibuerit tantam quantam potuit diligentiam, hoc enim ſolùm promiſiſſe intelligitur, v.g. ſi maritus promiſit ſocero & eius filiis ſe operam daturum vt vxor ſua accepta dote hæreditati paternæ per iuramentūm renunciaret, neque ad factum neque ad intereſſe tenebitur maritus, *Boer. deciſ. 3. n. 16.* VI. Rem ſuam nemo vtiliter ſtipulatur, ita quidem pretium rei ſuæ, *l. nemo, 82. in princ. ff. de verb. oblig.* neque ſtipulari poteſt quis rē ſuam futuram in eum caſum, quo ſua ſit, §. *item nemo, 22. hic. l. nemo. 82. in princ. ff. de verb. oblig.*

Quænam ſunt inutiles ratione formæ?

Stipulationes inutiles ratione formæ.

I. Si in reſponſione erratum ſit, v.g. ſi reſponſio non reſpondeat interrogatio, §. *præterea, hic.* vt ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel è cōtra: niſi diuerſitas reſponſionis illicò placuerit ſtipulatori, *l. 1. ff. de verb. oblig.* Non obſtat *dicto* §. *prætereà. text.* §. *ſi ſtipulanti, 4. ff. de verb. oblig.* vbi Vlpianus ſic loquitur, Si ſtipulanti decē tu reſpondeas viginti, vel contrà ſtipulanti viginti tu reſpondeas decem, vtraque ſtipulatio valebit & vtilis erit, ſaltem in decem: nam iuxta *d.* §. ſi ſtipulanti valet ſtipulatio quoad partem non quoad totum, & ita ceſſat antinomia inter *d.* §. *prætereà, & d.* §. *ſi ſtipulanti.*

Antinomia conciliatio.

II. Si verba non ſint ore prolata, vel ſi inter abſentes facta ſit ſtipulatio, quæ omnimodò præſentiam requirit, §. *item verborum, 2. hic.*

Quænam ſunt inutiles ratione finis?

Stipulationes inutiles ratione finis.

Sunt illæ quibus quis alij ſtipulatur quàm ſibi, vel quàm ei cuius iuri ſubiectus eſt, vt Titio fundum dare ſpondes? ſpondeo, §. *ſi quis alij, 4. hic. &* §. *alteri, 19. hic.* hoc tamen duplicē recipit exceptionē I. Niſi pœnā huic ſtipulationi ſtipulator appoſuerit, v.g. Titio fundū dare ſpōdes? ſpondeo, & niſi dederis, mihi dabis centum? dabo, §. *ſed & ſi quis, 20. hic. l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri, 17. ff. de verb. oblig.* II. Niſi quis alteri ſtipulatus ſit, cùm ſua intereſſet, §. *eod.* v.g. Is qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſit adminiſtrationem contutori ſuo, & ſtipulatus eſt rem pupilli ſaluam fore, valet ſtipulatio, intereſt enim ſtipulatoris ſie-

ris fieri quod ſtipulatus eſt, cùm obligatus futurus eſſet pupillo actione tutelæ ob tutelam ceſſam negligenti tutori ſi aliter res ceſſerit, *d. l. ſtipulatio iſta*, §. *ſi ſtipuler aly*, 20. *ff. de verb. oblig.*

Quænam ſunt inutiles ſtipulationes ratione cauſæ efficientis?

Stipulationes inutiles ratione cauſæ efficientis. Pater non matre & filius eadem perſona. Illæ omnes quæ inutiles ſunt ratione ſtipulatoris, vel promiſſoris, & quidem, I. Stipulationes inter patrem & filium, inter dominum & ſeruum. §. *item inutilis* . 6. *hi*. nam pater & filius eadem eſſe perſona prorſus intelliguntur propter patriam poteſtatem, *l. vlt. in fin. C. de Impuber. & aliis ſubſt. l.* 16 *ff. de furt.* ſibi inuicem autem nemo obligatus eſt, *l.* 11. *ff. de Legat.* 1. Hinc mirum non eſt cur matrem filium in poteſtate non habeat, quòd etiam mater & filius non habeantur pro eadem perſona, *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 14 *n.* 9.

Dominus etiam & ſeruus cenſentur eſſe eadem ferè perſona ob ius dominicæ poteſtatis. Hæc intelligenda ſunt de iure ciuili, non de naturali ratione facti, *l.* 41. *ff. de pecul.* & excipienda ſunt bona caſtrenſia & quaſi caſtrenſia filiifamiliàs, de quibus tanquam paterfamiliàs poteſt cum patre contrahere, *l.* 2. *in princ. ff. de contrah. empt.* Idem dicendum ſi ſeruus alij promittat non tamen ſi filiusfamiliàs aliis obligetur §. *item inutilis.* 6. *hic. l. ſi filiusfamilias* 39 *& l. obligari*, 43. *ff. de oblig. & act.* obligatur tamen ſeruus ex delictis, *l. ſerui*, 14. *ff. de oblig. & act.*

II. Stipulationes factæ inter contrahentes quorum alteruter mutus aut ſurdus eſt, §. *mutum* 7. *hic.* nam ſtipulationis forma in verbis conceptis conſiſtit: mutus autem illa verba proferre non poteſt, & ſurdus ea exaudire nequit, *l.* 1. *in princ. ff. de oblig. & act.* tum qui fari non poteſt, ſtipulari nequit, *l.* 70 *ff. de verb. oblig.* Quod intelligendum eſt de ſurdo omninò non exaudiente, non de eo qui tardiùs exaudit, *d. l.* 1. §. *eod. in fin.* Item ſtipulationes furioſorum, vel mente captorum, quia non intelligunt quod agunt, §. *furioſus*, 8. *hic.*

III. Stipulationes in quibus prodigi promittunt, poſſunt enim prodigi quibus bonis interdictum eſt ſtipulando ſibi acquirere, tradere verò non poſſunt, vel promittendo obligari, *l.* 6. *ff. de verb. oblig.*

IV. Stipulationes quibus pupilli promittunt ſine tutoris authoritate, §. *pupillus*, 19. *hic.* quia ſine ea poſſunt quidem conditionem facere meliorem, non deteriorem *l.* 28. *ff. de pact.*

V. Stipulationes quibus impuberes promittunt in poteſtate patris exiſtentes: eiuſmodi enim ſtipulationibus ne authore quidem patre obligantur illi, §. *ſed quod diximus.* 10. *in fi.*

VI. Inter inuitos & ignorantes non contrahitur, *l.* 1. *& p. ff. de verb. oblig.* tamen rectè filiis abſentibus poteſt pater à filia quam dotat ſtipulari renunciationem futuræ fraternæ, ſed non maternæ ſucceſſionis, *Fab. defin.* 5. & 26 *C. de pact.*

Quænam ſunt ſtipulationes inutiles ratione conditionis adiectæ?

Illæ omnes quæ conceptæ ſunt ſub conditione naturaliter impoſſibili, vt ſi digito cœlum attigero dare ſpondes? ſpondeo, quòd ſi conditio in non faciendo ſit poſita, vt ſi digito cœlum non attigero dare ſpondes? ſpondeo: ſtipulatio vtilis erit, & pro purè facta erit habenda, adeóque res promiſſa ſtatim peti poterit, *l. ſi impoſſibilis.* 11. *hic.* *Stipulationes inutiles ratione conditionis adiectæ.*

TITVLVS XXI.

DE FIDEIVSSORIBVS.

TEXTVS.

PRo eo qui promittit, ſolent alij obligari, qui fideiuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent, dum curant, vt diligentiùs ſibi cautum ſit.

1 ¶ In omnibus autem obligationibus adſumi poſſunt: id eſt, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu contractæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, verùm ciuilis, an naturalis ſit obligatio, cui adiicitur fideiuſſor: adeo quidem, vt pro ſeruo quoque obligetur, ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur.

2 ¶ Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredem relinquit obligatum.

3 ¶ Fideiuſſor & præcedere obligationem, & ſequi poteſt.

4 ¶ Si plures ſint fideiuſſores: quotquot erũt numero, ſinguli in ſolidum tenentur. Itaque liberum eſt creditori, à quo velit ſolidum petere. Sed ex epiſtola diui Hadriani compellitur creditor à ſingulis, qui modò ſoluendo ſunt, litis cõteſtatę tempore, partes petere. Ideóque ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit: hoc cęteros onerat. Sed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſequutus fuerit: huius ſolius

detrimentum erit, ſi is, pro quo fideiuſſis, ſoluendo non ſit: & ſibi imputare debet, cùm potuerit inſtar ex epiſtola diui Hadriani, & deſiderare, vt pro parte in ſe detur actio.

5 ¶ Fideiuſſores ita obligari non poſſunt, vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quàm in principali re. At ex diuerſo, vt minus debeant, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit: fideiuſſor in quinque rectè obligatur: contrà vero obligari non poteſt. Item ſi ille purè promiſerit: fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt: contrà verò non poteſt. Non ſolùm autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt poſt tempus dare.

6 ¶ Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit: eius recuperandi cauſa habet cum eo mandati iudicium.

7 ¶ Græcè etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. *i. mea fide iubeo ego.* ſed & ſi dixerit θέλω ſiue βούλομαι. *i. volo* ſed & φημί. *i. affirmo*: pro eo erit, ac ſi dixerit λέγω. *i. dico.*

8 ¶ In ſtipulationibus fideiuſſorum ſciendum eſt hoc generaliter accipi: vt quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum. Ideóque conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe: videri omnia ſolenniter acta.

Quinam dicuntur fideiuſſores?

Connexio.

FIdeiuſſoris obligatio verbis & ſtipulatione contrahitur, §. *vlt. hic.* deinde vt ſtipulatio eſt obligationis alterius confirmatio, & quædam acceſſio, ſic etiam fideiuſſio, *in princ. hic. & l. qui, 3. ff. de fideiuſſ.* Ergo proximè poſt verborum obligationes ſiue ſtipulationes, rectè agitur de fideiuſſionibus in hoc tit. qui reſpondet *titulo ff. & C. de fideiuſſ. & mand.*

Fideiuſſores.

Fideiuſſores generaliter appellantur omnes qui alterius obligationem in ſe ſuſcipiunt, & pro alio acceſſoriè, vel etiam principaliter obligantur, *l. lucius, 24. ff. de fideiuſſ. l. 93 §. 2 ff. de ſolut. l. 5. §. 16. ff. de inſtit. act.* Specialiter verò & propriè appellantur, qui alterius obligationi accedentes fide ſuâ iubent aliis credi, & pro aliis ſeſe & fidem ſuam per ſtipulationem obſtringunt, vt meliùs cautum ſit creditori, *text. in l. 1. & 16. Iaſ. n. 19. verſ. 6. ff. qui ſatiſd. cog.* vel qui poſt ſtipulationem acceſſoriè obligantur, *in princ. & §. 1. hic. §. fin. infr. de replic.* vt ſi principales debitores non ſint ſoluendo, à creditoribus poſſint in ſubſidium cõueniri ſine nouatione, *l. 4. & 5. C. de fideiuſſ.* quia fidem ſuam ad maiorem creditori ſecuritatem interpoſuerunt, & in fidem ſuã ſuſceperunt quod quis principaliter debet. Dicitur fides, quia fit quod dictum eſt, Nec tantùm obligantur fideiuſſores, ſed etiam ſuos hæredes relinquunt obligatos, pro portione hæreditaria ſi adierint hæreditatem, *l. 4. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. §. fideiuſſor non tantùm, 2. hic. l. ſi teſtamento, 49. §. 1. ff. de fideiuſſ. l. ex parte, 25. ff. de ſolut. l. 1. C. ſi cert. pet.* Sanè ſi fideiuſſoris obligatio non tranſiret in hæredes fideiuſſoria obligatio non ſequeretur naturam principalis, contra *l. 4. §. 1. ff. h. t.*

Fides.

Fideiuſſoris obligatio tranſit in hæredes.

Quotuplex eſt cautio vt creditor ſit ſecurus?

Cautio alia in re, alia in perſona.

In re plus cautionis quàm in perſona.

Duplex, vna in re quæ pignus dicitur, altera in perſona, quæ eſt fideiuſſor, *l. 1. §. iubet ff. ne collat. bon. l. 4. §. ad litt. de fideicom. libert. l. 1. §. ſtipulatorum, ff. de prætor. ſtipul.* In re plus cautionis eſt quàm in perſona, *l. plus cautionis, 25. ff. de reg. iur.* Expedit enim creditori pignori potiùs incumbere quàm in perſonam debitoris etiam idonei agere, *§. vnde. 14. inſt. de oblig. quæ ex del. naſc.* Quaſi dicat Imperator, meliùs eſt poſſidere quàm in perſonam experiri, *l. 1. §. 1. ff. de iure petit.* Ratio eſt, quia debitor vt plurimùm eſt moroſus & fugam captat, & tunc poteſt propriâ authoritate à creditore capi, *l. ait prætor. §. ſi debitorem. & ibi Dd. ff. quæ in fraud. cred. l. generali, 54. C. de decurion.* Vide tamen. *Ioh. Philipp. art. 79.* Dictum eſt plus cautionis in re aut pignore eſſe quàm in perſona, id intelligendum de pignore collato cum perſona debitoris, ſed non collato cum fideiuſſore, quia pignus multis modis perire poteſt, non tamẽ fideiuſſoris obligatio, eo quòd non tantùm obligetur fideiuſſor, ſed etiã hęredẽ relinquat obligatũ, §. 2 *hic.* deinde faciliùs conueniri poſſunt fideiuſſores quàm pignus poteſt contrahi.

Quomodo differt fideiuſſor ab expromiſſore, conſtitutore, & mandatore?

Fideiuſſor & expromiſſor differunt.

Differt fideiuſſor, qui aliàs ſponſor dicitur, ab expromiſſore, quòd fideiuſſor ſine nouatione obligetur, nec liberet principalẽ debitorem: expromiſſor verò cum nouatione obligetur, & principalem liberet debitorem, *l. qui libertinus, 37. §. fin. ff. de operis libert. l. 53 ff. de contrah. empt. §. vendita, 41. ſupr. de rer. diuiſ. l. & eleganter. 7. §. ſeruus, 8. ff. de dolo malo.*

Fideiuſſor & conſtitutor differunt.

Differt fideiuſſor à conſtitutore, quòd fideiuſſor ſine ſtipulatione non obligetur, *l. blanditus 12. C. de fideiuſſ.* Conſtitutor verò obligetur nudo conſenſu per con-

contractum & ex nudo pacto ſine ſtipulatione etiam per epiſtolam, *l. quidam*, 26. *D. de conſtit. pecun.* vel nuntium. Dicitur enim conſtitutor qui ſimpliciter conſtituit ſe ſoluturum quod alius debet, ſine reſpondendi ſolennitate vlla, & tunc contra eum competit actio de conſtituta pecunia. Vterque tamen, & conſtitutor & fideiuſſor, iuuari poteſt exceptione ordinis & non factæ excuſsionis, ſi ante principalem debitorem conuenniarut, Auth. *præſente*, C. *de fideiuſ.* Nou. 4 *de fideiuſſ.*

Conſtitutor.

Fideiuſſor & mandator differunt.

Denique differt fideiuſſor à mandatore, quod fideiuſſor tantùm præſens fideiubeat, nam fideiuſsio per ſtipulationem fit interrogato fideiuſſore, *l. ſi hæreditatem*, 39. *ff. mand. l.* 3 §. *vlt. D. de adm. rer. ad ciu. pertin.* 12. *ff. de fideiuſſ.* mandator verò non præſens tantùm, ſed etiam abſens & ſolo conſenſu mandet, *l.* 22 §. *ſi curator*, 10. *D. mand.* magnam tamen habent affinitatem fideiuſſor & mandator, quia plerunque mandator is dicitur pro quo fideiuſſor intercedit, & inter eum & fideiuſſorem mandati obligatio conſtituitur, *l.* 14. C. *de fideiuſ.* ideo tam in D. quàm in C. eſt tit. *de fideiuſſ. & mand. ſimul.*

In quibus obligationibus aſſumi poſſunt fideiuſſores?

In omnibus quæ vel re, vel literis, vel verbis, vel conſenſu contrahuntur, & quæ naturales, vel ciuiles ſunt, §. 1. *hic.* Excipiuntur obligationes pro dote conſeruanda, in quibus fideiuſſores non dantur, *l.* 1. & 2. *ne fid. dot. dent.* non tantùm aſſumuntur fideiuſſores, ſed etiam collaudatores qui fideiuſſores idoneos eſſe affirmant tanquam teſtes, Fab. *def.* 4. *n.* 7. C. *de fideiuſſ. tutor. &c.* & appellantur certificatores, de quibus. Pap. *lib.* 10. *tit.* 4 *art.* 4. 11. & 12 In criminibus capitali pœnâ puniendis, non admittuntur fideiuſſores, quia iniquum eſſet fideiuſſorem alioqui innocentem, capitalem pro criminis reo pœnam ſubire, Fab. *defin.* 26. C. *de ſatiſd.*

Fideiuſſores dotium non dantur.

In criminalibus nõ datur fideiuſſor.

Fideiuſſores quando obligantur?

Et ante & poſt obligationem principalem §. *fideiuſſor & præcedere*, 3 *hic.* ita tamen obligantur antè, vt conueniri non poſſint antequam reus debeat, *l. fideiuſſor antequam*, 57. D. *de fideiuſſ.* Licèt poſsint interrogari vel adhiberi.

Fideiuſſores quando plures ſunt quomodo obligantur?

Olim non in partes viriles obligabantur, ſed in ſolidum, ſic vt liberum eſſet creditori à quo vellet fideiuſſore ſolidum petere, §. *ſi plures*, 4. *hic*, quia ſunt correi promittendi, qui ſinguli in ſolidum tenentur, §. *ex huiuſmodi*, 1. *ſupr. de duob. reis ſtipul.* Hodie ex Diui Hadriani epiſtola, ſolidaria obligatio in partes æquales diuiditur, & creditor partem à ſingulis petit dummodo omnes fideiuſſores ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, quòd ſi ante litem conteſtatam ex fideiuſſoribus aliquis ſine hærede deceſſerit, aut litis conteſtatæ tempore non ſoluendo ſit, hoc cæteros onerabit. Quòd ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſequutus fuerit, huius ſolius detrimentum erit, ſi is pro quo fideiuſsit ſoluendo non ſit & ſibi imputare debet culpam, quia implorare debuit Epiſtolam Diui Hadriani, vt pro parte tantùm conueniretur, §. *ſi plures*, 4 *hic.*

Fideiuſſorum plurium obligatio.

Fideiuſſores poſſunt-ne in plus obligari quàm principalis debitor?

Non, quia ſunt acceſſoriales debitores: in acceſsione autem non plus poteſt eſſe quàm in principali: poſſunt quidem in minus obligari, vel in tantundem non in plus: in leuiorem & minorem ſummam, nõ in duriorem, aut maiorem, §. *fideiuſſores*, 5. *hic. l. Græce*, 8 §. *illud.* 7. *l. hi qui*, 34 D. *de fideiuſſ.* Deinde arctiùs & efficaciùs, Schneid. *in* §. *in omnibus*, *n.* 3. *hic.* Non tantum ratione quantitatis & rei fideiuſſor in plus obligari poſſet, ſed etiam ratione temporis, loci, vel cauſæ: temporis, vt ſi principalis debitor eſſet obligatus ad diem, vel ſub conditione, & fideiuſſor purè, §. *fideiuſſores ita*, 5 *hic.* loci, vt ſi debitor principalis purè eſſet obligatus, fideiuſſor verò cum adiectiõne loci, *l. fideiuſſor*, 16. §. 1. *D. de fideiuſſ.* cauſæ, vt ſi is qui hominem aut decem dari ſtipulatus fuerat fideiuſſorem ita acceperit, hominem aut decem, vtrum ego velim? *l. Græce*, 8. §. *item Iulianus* 9. D. *eod.*

Fideiuſſores an in plus obligantur quàm principalis debitor.

Notandum fideiuſſorem non in plus obligari quàm quatenus promiſit, nec teneri ad vſuras pro quibus non ſe obligauit, *l. fideiuſſores magiſtratuum*, 68, *in princ.* & §. 1. *D. de fideiuſſ.* teneri tamen ad ſortẽ, & ad vſuras, ſi in omnem cauſam & euẽtum ſe obligarit, *l. quæro*, 54. *ff. locat.* Ratio eſt quia fideiuſsio fit per ſtipulationem

Fideiuſſor non in plus obligatur quã promiſit.

quæ ſtricti iuris eſt, quæ autem ſtricti iuris ſunt, non debent extendi vltra ea quæ in ſtipulationem expreſsè fuerunt deducta, Fab. *defin.* 13. C. *de hæred. vel act. vend.*

Quomodo fideiuſſoribus aduerſus principales debitores ſuccurritur, & quomodo liberari poſſunt?

Fideiuſſor ante ſolutionem nō habet actionem mandati contra principalem debitorem.

Hæc eſt ſolennis regula, fideiuſſorem ante ſolutionem non habere actionem mandati contra principalem debitorem pro quo fideiuſſit, vt repetere queat quod pro eo ſoluerit, & eius quaſi mandato, *l. ſi pro eo*, 10 C. *mand.* niſi fideiuſſor fuerit condemnatus, *d. l. ſi pro ea*, vel niſi debitor bona dilapidare cœperit, ita vt periculum ſit in mora, & metuendum ſit ne fiat non ſoluendo, *d. l. ſi pro ea*, vel niſi conuentum ſit inter eum & fideiuſſoré, vt fideiuſſor poſsit contra debitorem agere antequam creditori ſatisfactum ſit, *d. l. ſi pro ea*. Fideiuſſor adhuc qui diu ſtetit in obligatione poteſt agere antequam ſoluat vt liberetur, *gloſ. in d. l. ſi pro ea, in verb. ſ. cert.* Fab. *defin.* 26. C. *mandati*. Guid. Pap. dicit in tribus caſibus fideiuſſorem agere poſſe contra principalem debitorem vt eum liberet ab obligatione, *deciſ.* 117. Primò, cùm diu ſtetit in obligatione, & illud tempus pendet ab arbitrio Iudicis, Guid. Pap. *d. deciſ. & ibid. Ranchin.* Ioh. Sicard. *in prælectionib. C. in l. ſi pro eo, C. mand, n.* 14. Secundò, ſi debitor incipit bona dilapidare. Tertiò, ſi fuerit condemnatus ad ſoluendum debitum pro quo fideiuſſor exiſtit, *l. ſi pro ea* 10 C. *man.* adde, ſi inter debitorem & fideiuſſorem intereſſet capitalis inimicitia, Chaſſ. *de redit. vena.* §. 2. n. 28 adde etiam liberandum fideiuſſorem ſi amplior & plenior poſtmodum data ſit fideiuſſio, *l. quæ vi nouiſs. actum*, 58 D. *de verb. oblig.* Bart. *in l. ſi præſens* 10 *ff. de præt. ſtipulat.* Iaſ. & Dd. *in l. quibus idem*, 18, *ff. de verb. oblig.* Quòd ſi fideiuſſor debitum ſoluerit, dubium non eſt quin recurrere poſsit contra debitorem principalem pro indemnitate actione mandati contraria, § *ſi quid autem* 6. *Inſt. l. qui patitur*, 8 *l. qui fide*, 5; *l. ex mandato*, 20 D. *mand.* Eſt enim iniquum damnoſum eſſe alicui ſuum officium, *l.* 5. *in princ. l. animo*, 23 *l. ſi in Aſia*, 12 D. *depoſ. l. ſi mandaſſem*, 15 D. *mandat, l. videlicet*, 29. D. *ex quib. cauſ. maior. l. ſed ſi quis*, 7. D. *quem. teſtam. aper. l. inter officium*, 54 D. *de rei vindic. l. poſt legatum*, 5. §. *aduocatum*, 13. D. *de his quæ vt indignis, l. filio*, 7. D. *vt legat. nom. cau.* Hoc tamen fallit I. Si fideiuſſor pro inuito fideiuſſit, *l.* 6. §. *ſi paſſus*, 2. *l. ſi pro te*, 40. D. *mand.* II. Si fideiuſſit animo donandi, *d. l.* 6. § *ſi paſſus*, 2. III. Si fideiuſſor ſciens vel ex ignorantia iuris exceptionem omiſerit, aut doli, vel non numeratæ pecuniæ, quā contra debitorem vti potuit & debuit, *l. ſi fideiuſſor*, 29. D. *mand.*

Fideiuſſor quando poſſit agere vt liberetur.

Non debet eſſe damnoſum alicui ſuum officium.

Quibus vtitur fideiuſſor exceptionibus aduerſus creditores?

Exceptiones fideiuſſ. aduerſus creditores.

Fideiuſsorum multæ ſunt miſeriæ, de quibus loquitur, Cuiac. *lib.* 22. *obſeru.* 5 ideò ad eos ſubleuandos varia auxilia & beneficia fuerunt in iure introducta, & potiſſimùm hæc tria.

I. Eſt exceptio ordinis ſiue excuſsionis ortæ ex natura fideiuſsionis. *auth. præſente, vbi Dd. C. de fideiuſſ.* ne cōueniatur fideiuſſor antequam excuſſus ſit principalis debitor, & cognitum ſit an facultatibus idoneus exſtat, Nou. 4. *cap.* 1 & ita reſtringitur *lex.* 14. C. *de pign. l.* 6. C. *qui pot. in pign. h. ib.* Quint. *declam.* 273. non aliter ſaluo pudore ad fideiuſſorem venit creditor quàm ſi à debitore recipere non poſsit. Quæ exceptio fallit, 1. Si fideiuſſor ſit præſens, & principalis debitor abſit, dilatione tamen quadam ſtatutā ad abſentem deducendum & repræſentandū qui priùs excutiatur, *ibid.* 2. Si principalis debitor ſit notoriè non ſoluendo, certa n inopia habetur pro excuſsione, iuxta communem opinionem, & ſanè non eſt opus bonorum excuſsione quando conſtat debitorem nō eſſe ſoluendo, nec quicquam bona excuti fideiuſſorum intereſt, Dd. *in* § *Item ſi quis, in fi. de act.* 3. Si principalis debitor in nimia ſit conſtitutus potentia, vel ſit rixoſus, aut litigioſus, quæ etiam eſt communis opinio. 4. Si principalis debitor ſit naturaliter tantùm obligatus contra quem non poſsit agi, cuiuſmodi ſunt pupillus, prodigus furioſus, 5 Si renunciatum ſit ordini & beneficio diuidendarum actionum, & fideiuſſor ſuum proprium fecerit debitum, & ſe in ſolidum obligarit, Gail. *lib.* 2. *obſeru.* 38. Theſſaur. *defin.* 37. Trentl. *vol.* 2. *diſp.* 28. *th.* 5 *lit.* D. nemo enim aduerſus pacta venire debet, *l. pacta nouiſſima*, 12. & *l. penult.* C. *de pact. l.* 1. §. *ſi conueniat*, D. *depoſiti*, *l. fin.* D. *naut. caup. ſtabul. l.* 1. D. *de conſtit. pecun. l. cùm ampliùs*, 84. *in fin.* D. *de reg. iur.* Et æquitati nihil magis conuenit quàm pacta ſeruare, *l.* 1. *ff. de additi.*

I. Exceptio excuſſionis.

Fallit. 1. 2. 3. 4. 5.

dilit.edict.l.1.D.de conſtit.pecun. cùm pacta
dent contractibus legem, *l.1.§.ſi conuene-
rit, D.depoſ.& l. contractus, 25.ff.de reg. iur.*
6. Si fideiuſſor neget ſe fideiuſſiſſe, &
6. de mandato conuincatur, *l. ſi dubitet,* 10.
§. *ſi ita demum*, 1. *D. de fideiuſſ.* 7. Si lis
7. conteſtata ſit, nam exceptio excuſſionis
eſt dilatoria, iuxta communem opinio-
nem.

Hîc notandum eſt excuſſionem eſſe
diligentē inquiſitionem rerum & bono-
rū principalis debitoris vſq; ad nouiſsi-
mum, vt aiunt, quadrantem facta, & vſq;
ad perā & ſaccū, Pet. Ferrar. *form.reſp.lib.
in act.hypoth. tit.44.gl.8.n.4.* & aliàs appel-
lari decretum, quod ſignificat ſenten-
tiam à Iudice cum cauſæ cognitione la-
tam pro tribunali ſedente, vel latam de
plano, in qua ſententia omnes credito-
res ordinantur ſecundùm hypotheca-
rum ſuarum gradus, prioritatem & po-
ſterioritatem.

II. Exceptio eſt diuiſionis, quando
II. *Exceptio diuiſionis.* videlicet ſunt plures confideiuſſores, *l.ſi
plures, 27.§.vlt. D. de fideiuſſ.l.fin.C.de con-
ſtit. pecun.* & vnus conuenitur, tunc ille
qui de pluribus conuenitur ſolus, petere
poteſt per epiſtolam D. Hadriani vt cre-
ditor teneatur diuidere actionem, & à
quolibet fideiuſſore ſuam partē contin-
gentē petere, *l. fideiuſſ.10.l. inter fideiuſſores
26. C. de fideiuſſ.* Fallit, 1. quando quis
Fall. 1. negauit ſe fideiuſſiſſe, *l. ſi dubitet, 10 §.2.ff.
de fideiuſſ.* 2. Quādo fideiuſſor renūcia-
2. uit huic exceptioni, *l. pacta nouiſsima, 12.&
l.pen.C.de pact.* 3. In tutore qui rem pu-
3. pilli ſaluam fore cauit, *l.vlt.ff.rem pupill.l.1.
§.nunc tractemus, 10 ff.de tutel.& rat.diſtrah.*
4. Fallit, quando alij fideiuſſores non
4. ſunt ſoluendo, *l.ſi dubitet. 10. in princ.ff. de
fideiuſſ.*

III. Exceptio eſt cedendarum actio-
III. *Exceptio cedendarum actionum.* num: nam vni fideiuſſori ex pluribus
ſoluenti ſolidum cedenda eſt actio con-
tra confideiuſſores, vt ipſe poſsit recupe-
rare quod ſoluit, *l. fideiuſſorib.17.D.de fide-
iuſſ.l. Modeſtinus, 76.D.de ſolut.* Nam fide-
iuſſor actionibus ſibi à creditore nō ceſ-
ſis, nihil à debitore principali, vel confi-
deiuſſoribus repetere poteſt, *l.cùm alter,
11.C.de fideiuſſ.l.vt fideiuſſor, 39. D.eod.l.fi-
deiuſſorib.17.D.eod. Vincent.de Franch. deciſ.
55.n.5.* & ceſsio verbalis non ſufficit, ſed
realis requiritur, Alex. *in l.ſciendum, 30.in
2.colum.D.de verb.oblig.* Talis ceſsio fieri
poteſt etiā poſt ſolutionē, quidquid di-
cit, *d.lex Modeſtinus*, correcta per *l.cùm is,
36. D.de fideiuſſ. ita Iaſ. in l.ſi res obligata, 57.
n.44.D.de leg.1.Bald.in l.alterius, 20.§.ſi.ff.
de tutel.& rat.diſtrah.Ioh.de Imol. Cuman.&
Bart.in d.l.modeſtinus.*

Nota etiam tempore ſolutioni præfi-
nito elapſo, prorogationem termini fi-
deiuſſores nexu obligationis liberare, *l.
ſi cùm Hermes, 7.C.de locat.& conduct.l.item
quæritur, 13.§.qui impleto, D.eod.tit.l. Labeo,
25 §.fin.ff.de recept. qui arbitr. l. vbicunque,
60.D.de fideiuſſ.l.nouatione, 4.C.eod.Fachin.
2.controu.88.* Ita iudicatum, Diuioni 2.
*Aug.1596.vt refert.Bouuot.tom.2. verb. debi-
tores, quæſt.8.*

Nota adhuc, nouatione fideiuſſores
liberari, *d. l.vbicunque, 60. D. de fideiuſſ. l.
nouatione, 4.C.eod.* *Nouatione liberantur fideiuſſores.*

*Licét-ne dotis nomine exigere fide-
iuſſorem?*

Poteſt maritus ab vxore propter
dotem promiſſam dandam fideiuſſorem
exigere, ita *gloſ. & Dd. in l.1. C.ne fideiuſſ.
vel mand.dot.dent.* ſed à marito non licet *Fideiuſſorem dotis non dat maritus.*
exigere fideiuſſorem propter dotis re-
ſtitutionem, *tot.tit. C. ne fideiuſſ. dot. dent.*
Fab. *defin.1.C.eod. Mol.quæſt.32.tit.de contr.
vſur.* Tamen cogi poteſt maritus dare pi-
gnora, *l.vir vxori, 17.§.1.ff.ad Sc.velleian.l.
1.ff.qui pot.in pign. vel hypoth.hab.l. quod au-
tem, 7.§ ſi vxor, 6. D.de donat. int.vir.& vx.
& l.quamuis, 45. D. de ſolut.& liberat. Fab.
defin.4.n.20.C.ne fideiuſſ.dot.dent.* In fide-
iuſſore & pignore ratio eſt diuerſa, quia
ſi vxor peteret à marito fideiuſſorem, e-
ius fidem in dubium reuocaret, cùm ta-
men ſe ſuâmque fidem ipſi committat;
l.2.C.ne fideiuſſ.& mand. dot.dent. Quod
ceſſat in pignore ideò dato vt creditor
magis ſit ſecurus, *l.vlt.ſupr.quib.mod.re cō-
trah.oblig.* Quòd ſi maritus ſit pauper, &
periculum ſit ne dos amittatur, penes *Dos quandoque apud mercatorem ſequeſtranda.*
probum mercatorem ſequeſtranda erit,
qui vſuras marito præſtabit, *Fab.defin.4.
n.vlt.C.ne fideiuſſ.dot.dent. Expill.cap.113.*

*Quinam fideiuſſores eſſe poſſunt, &
qui non?*

Omnes eſſe queunt, qui ſtipulari & *Fideiuſſores quinā eſſe poſſint*
obligari poſſunt, *l. qui ſatiſdare, 3.ff.de fide-
iuſſ.* & qui idonei ſunt, *l.ſi dubitet, 10.ff.de
fideiuſſ.* v.g. non tantùm patres, ſed etiam
filijfamiliàs, *l.eadem, 10.§.ſi filiusfamiliàs, l.
licet tamen Prætor, 3.§.ſi filius, 9.D.de pecul.*
Item pupilli & minores cum conſenſu
tutorum & curatorum, *l. ait Prætor 7.§.
non ſolùm, 3. D. de minoribus.* Ex *tit. 20.
ſupr. de inutil. ſtipul.* patet quænam per-
ſonæ inutiliter ſtipulentur, ac proinde
quænam fideiubere, obligari, & promit-
tere nequeant.

T 2

Fideiuſſores quinā eſſe poſſint.

De fœminis ſpecialiter notandum, cas non poſſe fideiubere propter S C. Velleianum, *l.1.2.& tot.tit ff.& C.ad SC.Vellei. l.qui ſat ſdare,3. & l.ſi Titiu,48.in princ. ff.de fideiuſſ. & l.1.§ 1.ibi,ſi non interceſſerint, ff. de conſtit.pecun.* neque milites, neque clericos, niſi renuncient vt mulieres, ſuis priuilegiis, *auth. de ſanctis Epiſc. §. aliud,C.de locat.& conduct.l.ſi mulier, 16.ff. ad SC. Velleian.* neque Eccleſiam, neque minorem, neque ciuitatem, eò quòd alterius curâ & adminiſtratione reguntur, VVeſembec. *conſ.111.n.2.&* 3.

Quænam datur actio ex fideiuſſione?

Actiones ex fideiuſſione.

Ex dictis patet triplicem dari ex fideiuſsione actionem. I Creditori contra fideiuſſores. II. Fideiuſſori contra principales debitores. III. Fideiuſſori contra confideiuſſores. Prima non habet locum niſi bonis principalis debitoris excuſsis, *auth præſente, C.de fideiuſſ.* ſi fideiuſſor non renunciauit priuilegio ordinis, nam ſi renunciauit, non debet præcedere excuſsio, *§.ſancimus,Nou.136.* Pap.*lib.10. arreſt.tit.4. arreſt.24.* Secunda non habet locum niſi illis caſibus qui notati ſunt ad *quæſt.huius tit. Quomodo fideiuſſoribus aduerſus principales debitores ſuccurratur.* Tertia locum habet cùm principalis debitor repertus eſt non ſoluendo, & ex pluribus fideiuſſoribus vnus ſoluit, tunc regreſſum habet contra alios confideiuſſores pro rata, ceſsis à creditore actionibus, *l.ſi plures,27.…tit. ff.de fideiuſſ. l.fideiuſſoribus*, 18. *D.de fideiuſſ.* nam niſi ceſſæ ſint actiones, neque contra principalem debitorem, neque contra confideiuſſorem habebit regreſſum, vt ſuprà dictum eſt, *l.vt fideiuſſor,39.l.fideiuſſores,42.*D.*de fideiuſſ.§.plures, verſ.ſi ab vno,hic.*Vide Quæſt.*huius tit. Quib.vtitur fideiuſſor except.aduerſus creditores.*

TITVLVS XXII.

DE LITERARVM OBligationibus.

TEXTVS.

OLim ſcriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non ſunt in vſu. Planè ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt: de pecunia minimè numerata, poſt multùm temporis exceptionem opponere non poteſt, hoc enim ſæpiſſimè conſtitutum eſt: ſic fit, vt & hodie, dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur: & ex ea naſcatur condictio, ceſſante ſcilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus vſque ad quinquennium procedebat, ſed ne creditores diutiùs poſſint ſuis pecuniis forſitan defraudari: per conſtitutionem noſtram tempus coarctatum eſt, vt vltra biennij metas huiuſmodi exceptio minimè extendatur.

Quomodo olim contrahebatur literarum obligatio?

Connexio.

TErtia ſequitur explicanda ſpecies obligationum quæ ex contractu naſcuntur, nempe literarum obligatio, referenda *ad tit. C. de non num.pecun.* Quæ contrahebatur olim nominibus ſolennibus, & literis, v.g. ſi quis mihi centum aureos debuiſſet ex emptione aut locatione, aut mutuo, & voluiſſem hunc mihi literis obligare, neceſſe erat ad eum hæc verba ſcribere, Centum aureos quos mihi ex emptionis, aut locationis, aut mutui causâ debes, tu mihi ex conuentione & promiſsione literarum dabis? & is reſpondebat in hæc verba, ex conuentione debeo literarum mearum, & ſic prior obligatio extinguebatur, & noua literarum naſcebatur, quæ in eo nomen habebat quòd in literis conſiſteret. Hæc literarum obligatio exoleuit, eiúſque mentio eſt deleta, vt dicitur in hoc tit.

Forma literarum obligationum olim.

Quomodo hodie fit literarum obligatio?

Literarū obligatio hodie.

Literis obligatio hodie contrahitur cùm quis v.g. à me mutuari vellet, & ea de re mecum ſermonem habuerit, poſteà ad eum miſerim vt ſchedulam mihi conſcriberet, atque is illam me abſente conſcripſerit, in qua talia quędam dixit: hodie ego mutuò accepi & hoc debeo, hoc ergo caſu non numeratæ pecuniæ exceptio intra certum tempus promiſſori conceditur, quod olim erat quinquennium, hodie verò ne creditores diutiùs poſsint ſuis pecuniis forſitan defraudari, tantùm eſt biennium, intra quod ſi obligatus ſyngrapham, Chirographum, aut ſchedulam non repetat, poterit ab eo pecunia repeti, *hoc tit.l. ſi intra definitum legibus tempus, vbi gloſſ.* 1. *l. in contractibus, 14. in princip.* C. *de non numer. pecun. l. vltim.* C. *de condict. ex lege.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ eſt biennalis.

Etiamſi

Etiamſi paratus ſit reus liquidò probare pecuniam ſibi non fuiſſe numeratam, *l. in contractibus*, 14. C. *de non. num. pecun.* Vaſqu. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 9. *num.* 22. Vnde patet hanc exceptionem non habere locum extra mutuum, *l. generaliter*, 13. *l. aduerſus*, 5. C. *de non num. pecun. gloſ. in l. ſi ex cautione*, 3. C. *de non num. pecun.* & ex cautione ſub ſpe futuræ numerationis emiſſa deſumi, *l. ſi pecuniam*, C. *de non num. pecun.*

Poteſtne obijci exceptio non numeratæ pecuniæ poſt biennium vel ſaltem doli mali?

Poſt biennium obijcitur non num. pec. exceptio.

Non, *l. ſi intra*, 8. *in fin.* C. *de non num. pecun.* debet enim creditor omninò debitum ſoluere poſt biennium elapſum: Tamen quamuis per modum agendi poſt biennium debitor non poſſit proponere non fuiſſe numeratam pecuniam, excipiendo poteſt ſe tueri ſi probandi onus in ſe velit ſuſcipere, ita tenet Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 18. *tit.* 1. *n.* 17. *& ſeqq.* Ratio eſt, quia quæ temporalia ſunt ad agendum, ea perpetua ſunt ad excipiendum, *l.* 5 §. *vlt.* D. *de dol. except. l. licet*, 5. C. *de except.* Imbert Enchir *in verb. exceptio in princ.* Surd. *deciſ.* 277. *n.* 17. nam exceptiones omnes ſuâ naturâ ſunt perpetuæ, *l. purè*, 5. §. 1. *D. de doli except.* Quod intelligendum, quando quis non poteſt jus ſuum proponere in iudicio principaliter agendo, ſed tantùm excipiendo, quia tunc perpetuò poteſt excipere, non item, cùm ius ſuum poteſt proponere etiam principaliter agendo infra certum tempus, tunc enim ſimiliter tenetur infra illud excipere, *arg. tex. in l. Papinianus*, 8. §. *ſi filius* 13. *ff. de inoffic. teſtam.* Fab. *deſin.* 1. *&* 4. C. *de non num. pecun.*

Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.

Quænam actio aut exceptio naſcitur ex non numerata pecunia?

Actio aut exceptio non numeratæ pecuniæ. Obiect.

Querela non numeratæ pecuniæ interponi, & ſchedula repeti poteſt, condictione certi, *l.* 7. *& l.* 14. §. 4. C. *de non num. pecun.* Atqui, inquis, literarum obligatio non enumeratur inter obligationes ex contractu ortas, *l.* 1. §. 1. *D. de oblig. & act.* Ergo nulla actio inde naſcitur, ac proinde nulla exceptio, *argum. l.* 2. *D. de except.*

Reſp.

Reſpondendum iſtius obligationis mentionem fieri *in l.* 38. *D. de oblig. & act.* Tamen in d. §. ideò eius non fieri mentionem, quod rarò ſit in vſu, & etiamſi tempore Caij in vſu fuerit, poſteà in deſuetudinem abiiſſe, demum à Iuſtiniano aliiſque Imperatoribus fuiſſe reſtitutam.

Pecuniæ vocabulum quomodo hic ſumitur?

Pecunia ſignificata.

Pecuniæ vox tribus modis ſumitur. Primò generaliſſimè, pro rebus omnibus in patrimonio exiſtentibus; corporalibus, & incorporalibus, mobilibus, & immobilibus, *l. rei*, 5. *l. pecuniæ*, 178. *l. pecuniæ*, 122. D. *de verb. ſignif.* Secundò ſpecialiùs, pro illis rebus quæ functionem recipiunt & in pondere, numero, ac menſura conſiſtunt, *l.* 2. §. 1. D. *ſi cert. pet.* Tertiò, ſtrictiſſimè, pro pecunia numerata, vt hîc & in *tit. de empt. & vend. inſt. text. in l.* 1. *in princ. in verb. pecuniam*, *& in l. ſed Iulianus*, 7. §. *mutui datione*, 3 *D. ad SC. Maced.* Alciat. *in l. pecuniæ, verbum*, 178. *D. de verb. ſignif.* Vult. *in Comment. inſtit. in princip. tit. de locat. & conduct. n.* 20.

TITVLVS XXIII.

DE OBLIGATIONIBVS ex conſenſu.

TEXTVS.

Onsensv fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus; mandatis. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu contrahi: quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt, at nec dari quicquam neceſſe eſt: vt ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit, eos, qui negotia gerunt, conſentire, vnde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam vel per nuncium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet. [cùm alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat.]

Quænam ſunt obligationes ex conſenſu?

Conſenſuales obligationes ex conſenſu.

Reſtat quarta ſpecies obligationum quæ ex contractu naſcuntur, quæ dicuntur ex conſenſu, & de quibus in quinque ſequentibus titulis agitur: Cuiuſmodi ſunt illæ omnes quæ ſolo ac nudo conſenſu nudáve voluntate, nullo alio interueniente perficiuntur, neq; enim præſentiam, vt in verborũ obligationib⁹ neque verborum aut ſcripturæ proprietatem, vt in literarum obligationibus

præter conſenſum deſiderant, neque dari quicquam neceſſe eſt, vt in illis obligationibus quæ re contrahuntur, ſed ſufficit eos qui negotia gerunt conſentire, ita vt conſenſus ſit propria forma, & veluti ſpecifica differentia harum obligationum, *in hoc tit. & l.2.§.1.D. de oblig. & act.* ad quam l.2. referendus eſt iſte titulus. Obligationes iſtæ ex conſenſu fiunt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, & mandatis, in quibus eſt vinculum vltrò citróq; obligatorium, quo alter alteri viciſſim obligatur, *h. tit. in fin. in princip. ſupr. de auth. tut. l.2. §. vltim. D. de obligat. & action. & l. labeo, 19. D. de verb. ſignif.* cùm in aliis obligationibus id non obtineat: nam in iis vnus tantùm obligatur, vnúſque alterum ſibi obligat, veluti in obligationibus quæ re contrahuntur, is qui dedit obligat, ita qui accepit obligatur; in iis quæ verbis contrahuntur ſtipulator obligat, obligatur promiſſor, in iis quæ literis fiunt, obligatur qui ſcripſit, obligat is in quem ſcriptum dirigitur. Iſtæ quatuor obligationes ſunt omnes bonæ fidei, aliæ, non omnes, ſed quædam tantùm, & quædam ſunt ſtricti iuris vt mutuum, ſtipulatio, *h. tit. ibi, item in his contractibus.*

Notandum in eo loco contractum perfectè celebratum cenſeri vbi vtriuſque partis conſenſus coniungitur, *l. omnem,* 20. D. *de iudic. l. aut vbi,* 3. §. 1. D. *de reb. auth. iudic. poſſid. l. conſenſiſſe,* 21. *ff. de obl. & act.* Talis conſenſus non minùs facto quàm verbis demonſtratur, *l. indebitum,* 9. C. *de condict. indeb.*

TITVLVS XXIV.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

TEXTVS.

EMPTIO & venditio contrahitur, ſimulatq; de pretio conuenerit: quamuis nondum pretium numeratum ſit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum eſt emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus quæ ſine ſcriptura conſiſtunt, obtinere oportet, nam nihil à nobis in huiuſmodi emptionibus & venditionibus innouatum eſt, in iis autem, quæ ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem & emptionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrahentibus autem ſubſcripta, & ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor vel venditor ſine pœna recedere ab emptione [& venditione.] Ita tamen impunè [eis recedere] concedimus, niſi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim ſubſecuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis venditio celebrata eſt: is, qui recuſat adimplere contractum, ſiquidem eſt emptor, perdit, quod dedit: ſi verò venditor, duplum reſtituere cōpellitur, licèt ſuper arrhis nihil expreſſum eſt. Pretium autem conſtitui oportet, nam nulla emptio ſine pretio eſſe poteſt.

1 ¶ Sed & certum eſſe pretium debet, alioqui ſi inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æſtimauerit, tanti ſit empta: inter veteres ſatis abundéque hoc dubitabitur, conſtarétue venditio, an non. Sed noſtra deciſio ita hoc conſtituit, vt quotiens ſic compoſita ſit venditio, *quanti ille æſtimauerit*, ſub hac conditione ſtaret contractus: vt ſi quidem ille, qui nominatus eſt, pretium definierit: [tunc] omnimodo ſecundùm eius æſtimationem & pretium perſoluatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus eſt, vel noluerit, vel nō potuerit pretium definire: tunc pro nihilo eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod ius, cùm in venditionibus nobis placuit: non eſt abſurdum in locationibus & [in] conductionibus trahere.

2 ¶ Item pretium in numerata pecunia conſiſtere debet. Nam in cæteris rebus, an pretium eſſe poſſet, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet. [Et] Sabinus & Caſſius etiam in alia re putabant pretium poſſe conſiſtere, vnde illud eſt, quod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi, eámque ſpeciem emptionis & venditionis vetuſtiſſimam eſſe, argumentóque vtebantur Græco poeta Homero, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus, his verbis.

Ενθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
Αλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Αλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Αλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

id eſt,

Hinc ſibi certatim gentes de more comati
Vina parant Graij ære dato, fulgentéque ferro,
Tergoribúſque, bubus ſed & ipſis, mancipiíſque.

Diuerſæ ſcholæ auctores contrà ſentiebant: aliúdque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res veniſſe, & quæ pretij nomine data eſſe: nam vtramque videri & veniſſe, & pretij nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus à venditione ſeparatam, meritò præualuit: cùm & ipſe aliis Homericis verſibus adiuuabatur, & validioribus

bus rationibus argumentabatur: quod & anteriores diui principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latiùs ſignificatur.

3 ¶ Quum autem emptio & venditio contracta ſit (quod effici diximus, ſimulatque de pretio conuenerit, cùm ſine ſcriptura res agitur) periculum rei venditę ſtatim ad emptorem pertinet, tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit. Itaque ſi homo mortuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus fuerit, aut ædes totæ vel aliqua ex parte incendio conſumptæ fuerint: aut fundus vi fluminis totus vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſiue etiam inundatione aquæ aut arboribus turbine deiectis longè minor aut deterior eſſe cœperit, emptoris damnum eſt, cui neceſſe eſt, licèt rem non fuerit nactus, pretium ſoluere. Quicquid enim ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fundo aliquid per alluuionem acceſſerit: ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum eius eſſe debet, cuius periculum eſt. Quòd ſi fugerit homo, qui venit, aut ſubreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa venditoris interuenerit: animaduertendum erit, an cuſtodiam eius vſque ad traditionem venditor ſuſceperit. Sane enim ſi ſuſceperit: ad ipſius periculum is caſus pertinet, ſi non ſuſceperit, ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteríſque rebus intelligimus. Vtique tamen vindicationem rei & condictionem exhibere debebit emptori: quia ſanè qui nondum rem emptori tradiderit, adhuc ipſe dominus eſt. Idem etiam eſt de furti, & damni iniuriæ actione.

4 ¶ Emptio tam ſub conditione quàm purè contrahi poteſt. Sub conditione, veluti, *Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.*

5 ¶ Loca ſacra vel religioſa, item publica (veluti forum, baſilicam) fruſtra quis ſciens emit: quæ tamen ſi pro profanis vel priuatis deceptus à venditore quis emerit: habebit actionem ex empto, quòd non habere ei liceat, vt cōſequatur, quod ſua intereſt eum deceptum non eſſe. Idem iuris eſt, ſi hominem liberum pro ſeruo emerit.

Vnde dicitur emptio & venditio?

Connexio.

DE obligationibus ſolo conſenſu perfectis in genere actum eſt, ſequitur prima, & propter quotidianam rerum comparationem aſſiduámque fori exercitationem frequentiſſima ſpecies, nimirum emptio & venditio.

Emptionis etymon. Venditionis etymō.

Referendus eſt iſte titulus ad *tot. lib. 18. ff. & tit. C. de contrah. empt. & vendit. vſque ad tit. de locat. & conduct.* Emptio deducitur ab emo, & emo dicitur quaſi ἐμὸν, quia quod emo illud ex tuo meum fit. Venditio deducitur à vendo, & vendo dicitur quaſi venum do, *id eſt*, facio vt res à tradente veniat, & transferatur ad eum cui traditur. Sunt ergo emptio & venditio relata, vnius eſſe eſt ad aliam referri, in iis idem iudicium, eadémque diſciplina, & quod ſtatuitur in vna, ſtatutum intelligitur in alia, *l. veteres, 19. ff. de act. empt. l. cum emptor., 15. ff. de reſcind. vendit.*

Quid eſt emptio, venditio, & quomodo perficitur?

Emptio & venditio quid.

Eſt contractus bonæ fidei vltrò citróque obligatorius qui ſolo conſenſu, rei traditione, & pretio perficitur, vel quo id agitur, vt rei tradendæ dominium in accipientem tranſeat, *l. 1. in fin. ff. de contrah. empt. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. l. iuris gētium, 7. §. 1. D. de pact.* Qui quidem contractus pendet à iure gentium, *l. ex hoc iure, 5. ff. de iuſt. & iur. §. ius autem Gentium, ſupr. de iur. nat. gent. & ciu. & §. per traditionē, ſupr. de rer. diuiſ.* Dicitur *contractus bonæ fidei, l. ſi dolo, 5. ff de reſcind. vendit. l. exemplo, 11. §. 1 ff. de act. empt. & §. actionum, 28. infr. de act.* Dicitur contractus *vltrò citróque obligatorius, in tit. de oblig. ex conſen. ſupr.* quia venditor rem tradere debet, *l. exemplo, 11. in princ. ff. de act. empt. l. ſi ita, 25. ff. de contrah. empt.* & emptor pretium, *Schneid. ad §. actionum, 28. tit. de actiō. & vend. Inſtit. de action. n. 7. in princ.* Rei etiam traditione perficitur, quia ſine re conſiſtere nequit, *l. nec emptio, 8. ff. de contrah. empt.* etiamſi venditor offerat damna & intereſſe, *Carond. lib. 12. Reſponſ. 24.* Vſus obtinuit vt pro traditione dicatur Inueſtitura, non propriè, ſed impropriè dicta, & quidem verbis, actu aliquo interueniente, aut ſigno corporeo facta, ſic inueſtio te de tali prædio annulo, vel enſe, vel haſtâ, vel terræ particulâ porrectâ pro varia locorum conſuetudine, *Schneid. de Feud. part. 4. n. 4.* Propriè enim dicta inueſtitura eſt apprehenſio corporalis poſſeſſionis feudi, quando Vaſallus à domino inducitur in rei feudalis poſſeſſionem *Schneid. ibid.* ita vt inueſtiri dicatur qui in rei poſſeſſionē inducitur, *Cuiac. lib. 8. obſeru. 14. Hotom. in Lexico, verb. Inueſtitura*: tribuit enim Inueſtitura titulum, & dominij tranſlationem, *Afflict. deciſ. 299. n. 20.* Poſt traditionem, & cùm in poſſeſſionem inductus & inueſtitus eſt emptor, Laudimium debetur, ex vera emptione, non ex aliis alienationibus, niſi quatenus emptioni accedūt, pretiū referunt, & verā inducūt alienationē, & quidē debetur tanquam fructus feudi, & dominij directi, *Fab. def. 43. n. 17. C. de iur. Emphyt. l. vlt. C. de iur. Emphyt. Tiraqu. de retract. prox. §. 1. gloſ. 2. n. 92.*

Inueſtitura. *Laudimiū*

& ita agnoſcit emptot fundum emptum à domino feudi moueri, qui quidem dominus laudat & approbat contractum, ideo laudimium dicitur ius dominicale, *l. 2. C. ſine cenſ. vel reliq.* vnde laudimium dictum eſt, *Afflict. c. imperialem. §. illud quoque, n. 14. de prohib. feud. alien. per feud.* ita vt non tantùm venditor conſentite debeat venditioni, ſed etiam dominus feudi, qui pro conſenſu à ſe præſtito laudimium habet, *l. vlt. C. de iur. Emphyt. Car. Molin. ad conſ. Pariſ. tit. 1. §. 22. n. 1.* imò habet etiamſi re adhuc integra, conſenſu partium diſſoluta ſit venditio ſemel pacta, *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 41. & de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. n. 11. & ſeq.* Ratio eſt, quia ius ſemel pet contractum domino feudi acquiſitum, ex facto contrahentium tolli nequit, *l. id quod noſtrum, 11. ff. de reg. iur. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 57. & §. 1. gloſ. 18. n. 56. & ſeq.*

Bona allodialia.

Quædam tamen ſunt bona allodialia, quorum poſſeſſores neminem agnoſcunt quàm ſolum Deum, *c. 1. de allod. in vſib. feud. Guid. Pap. quæſt. 112. n. 2.* & ita ob ea nullum debetur laudimium. De allodio vide *l. at ſi quis, §. ſed interdum, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Deinde dominus directus poteſt tem Emphyteuticariam cùm venditur iure Prælationis ſibi retinere, non alio nomine quàm ſuo, *Guid. Pap. quæſt. 411. n. 1.* ita vt habeat optionem vel tetinendi vel laudandi cùm res fuit vendita, nam ius prælationis non habet locum in donatione, permutatione, aut remiſſione facta intet ſocios cohæredes, *Annot. in d. quæſt. 411. Guid. Pap.*

Ius prælationis.

Pretium eſt de emptionis ſubſtãtia.

Pretium quoque ad emptionis ſubſtantiam pertinet, *l. 2. §. 1. & l. pacta conuent. 72. ibi, quoniam ff. eod.* Et in hoc differt emptio & venditio à locatione & conductione quæ in mercede cõſiſtit.

Tria in emptionis perfectione requiſita.

Tria ergo requituntur vt emptio perficiatur, I. Conſenſus *l. in venditionibus 9. in princ. ff. de contrah. empt. & l. 2. l. empt. 9. C. eod.* quia eſt iutis gentium, de numero illorum contractuum qui nudo conſenſu perficiuntur, & quidem conſenſu libero, non coacto, nam vtraque pars volons & non inuita ad hunc contractum debet accedere, *l. nemo quippe vendere aut emere cogitur. l. inuitum, C. de contrah. empt. l. nec emere, 16. C. de iur. delib.* Tamen vendere cogitur ille qui certo & conuento pretio, per chirographum vendere promiſit, *Fab. defin. 11. C. de pact. & defi. 10. C. de oblig. & act.* Vide *Boer. deciſ. 48. & Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. n. 45. verſ. & dicit etiam, & ſeq.*

Vendere cogitur qui vendere promiſit.

Princeps ſiue Magiſtratus poteſt etiam aliquem cogere vt vendat patrimonium pro neceſſitatibus & vtilitatibus publicis modico dato *l. item ſi verberatum, §. & ſi fortè, ff. de rei vend. l. Lucius & ibi gloſſ. ff. de euict.* Quia ergo abſq; conſenſu emptio non conſiſtit, ideo is qui furore cõcitatur cùm conſenſu careat, emptionem nõ celebrat. *l. emptionem, C. de contrah. empt.* Ex reiecta ſimulatione in contractu interueniente, attenditur conſenſus contrahentium, cùm figmentum veritati non præſtet impedimentum, *l. ſi donationi, 3. l. ancillam, 7. C. de contrah. empt.* & veritas præualeat ſcripturæ atque ſimulationi. *l. 1. C. plus val. quod agit. &c.*

Veritas præualet ſcripturæ.

II. Merx ſeu res mobilis, & immobilis, corporalis & incorporalis, non omnis, ſed illa tantùm, quam quis habete, poſſidere, vel perſequi poteſt, *l. nec emptio, 8. ff. de contrah. empt. & vend.* ad reiiciendum eas, quæ non ſunt in retum natura, vel quæ ſunt extra hominum commercium. III. Pretium eſt de ſubſtantia emptionis, aut fides habita de pretio, *in princ. hic. l. pacta conuenta. 72. in fin. princ. ff. de contrah. empt. l. 2. verſ. ſine pretio. ff. de contrah. empt. & vend.* Ex prædictis colligitut emptionem nudo conſenſu perfici, traditione verò rei, & numeratione pretij impleri, *l. 46. ff. de act. empt.* tamen etiamſi pretium non fuerir ſolutum, dummodò de eo conuentum, contracta cenſebitur venditio, *in princ. hic. & §. pretium item, §. quoque res. ſupr. de rer. diuiſ.* & vbicunque ſit mentio de pretio, contractus venditionis perfectus eſſe intelligitur, *gloſ. in l. cùm dotẽ, 10. verb. quis enim C. de iur. dot. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 1. poſt princ. Afflict. deciſ. 72. n. 9. verſ. quia vbi pretium.* in æſtimatione rei mobilis aut immobilis pro certo pretio conſiſtit etiam venditio, nam æſtimatio pro pecunia numerata habetur, *l. ſi pro mutua, C. ſi cert. pet.* Nota hîc non poſſe emptorem pretium retinere prætextu litis motæ, quando illam affectauit moueri, *Bart. in l. ſi poſt perfectam, 24. C. de euict.*

Emptio conſenſu perficitur & traditione ac pretio impletur.

Arrha eſt-ne de ſubſtantia emptionis & venditionis?

Non, quia datur tantùm in ſignum, argumentum, & teſtimonium emptionis & venditionis, nimirum vt manifeſtiùs conſtet de pretio venditionem perficiente, *l. quod ſæpe, 35. in princ. ff. de contrah. empt. & in princ. ibi. nam quod arrhæ nomine,*

Arrha quod operetur.

mine, *hic*. in c. de Sponſalib. & arrhis ſponſalitiis & proxeneticis: arrha ſponſalitia dicitur illud munus quod ante matrimonium ſpõſaliorum nomine datur, cuiuſmodi eſt annulus, vnde illud annulo ſuo me ſubharrauit, *Hoſtienſ. in ſum. de ſponſ. & mat. § quot ſunt ſpecies.* vel dicitur donatium à ſponſo & ſponſa vtrinque alteri datum in teſtimonium, & quaſi pignus factæ de futuris inter eos nuptiis, ſponſionis. Conſuetudo enim fuit apud maiores noſtros, vt ſponſus & ſpõſa inituri fœdus matrimonij, ſe inuicem coëmerent: ſic Plautus, *dote libertatem vẽdid. & Vt g. in l. Georg. Tẽque ſibi gnacrũ Tethis emat omnibus vndis*. Hic verò arrha eſt prærogatiua & repræſentatio pretij ſuo tempore perſoluendi, cuius quidẽ pretij partẽ conſtituit. iuxta *notat. in leg. fin. C. de ſpon. & in gemma. eo. tit. & in l. Titia, 134. ff. de verb. obl. & in l. quod ſæpe, 35. ff. de contrah. empt. Boer. deciſ. 48. n. 15.* De natura enim arrharum eſt, vt ſequuto contractu vertantur illæ in partem ſolutionis, interim verò arguunt contractum celebratum, *l. fin. ff. de l. commiſſ.*

Arrha ſponſalitia.

Arrha in emptione quid ſit.

Si emptio nondum ſit perfecta, & inſtrumentum nondum completum tunc licebit emptori ab emptione diſcedere inuito venditore, & contrà venditori inuito emptore, licèt re adhuc integrâ, *l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. diſced. & l. ab emptione, 58. ff. de pactis*: eſt enim inquiunt Interpr. in omni actu nondum perfecto pœnitentiæ locus, *Bal. & Salic. arg. l. ſi quis in C. de reb. cred.* ita tamen vt emptor arrhas quas dedit perdat, & venditor duplum teſtituere compellendus ſit, *in princ. hic & in fin. l. cont. actus, 17. verſ. illud etiam, ff. de fid. inſtrum. Fachin. lib. 2. controuerſ. cap. 28.* Quòd ſi pars pretij ſoluta fuerit, non erit locus pœnitẽtiæ, *l. 2. C. quãd. lic. ab empt. diſced.* Cõtrà res ſe habebit ſi emptio ſit perfecta, *l. non eſt probabilis, 6. vbi not. omnes. C. de reſcind. vend.* quia arrha manifeſtiùs probat conuentum eſſe de pretio, *l. quod ſæpe, 35. in princ. ff. de contrah. empt. & §. cùm autem, hic. l. 2. §. ſi verò partem, C. quand. lic. ab empt. reced.*

Pœnitentia locus in omni actu nondũ perfecto.

Vnde dictum eſt pretium?

Pretij etymon.

Dictum eſt pretium quaſi peritium, vt ait *Verro lib. 4. de lingua latina*, eo quòd à ſolis peritis conſtituatur.

Vnde habuit emptio & venditio originem?

Emptio & vẽditio originem ſumpſit à permutationibus, quia olim non erat nummus ſicut hodie nec in vſu erat pecunia, *l. 1. in prin. ff. de contrah. emp. §. 2. hic.* Sic Eſau vẽdidit primogenituram pro pane & lenticula, *Gene. 25. ... ſi.* ſed quoniam non ſemper cueniebat & concurrebat, vt cùm tu haberes quod ego cuperem, inuicem haberem quod tu accipere velles, electa eſt quædã materia, auri ſcilicet vel argent, in cuius quantitate pretium rei emptæ fuit conſtitutum.

Origo emptionis.

Quid eſt pretium?

Definitur pretium, materia formâ publicâ percuſſa emptionis ſiue æſtimationis cauſâ conſtituta, *l. origo, l. in princ. ff. de contrah. emp.* in qua requiritur legitimum pondus, & iuſtum metallum, nec non publica authoritas eam cudendi.

Pretium quid ſit.

Quale debet eſſe pretium?

I. Debet eſſe certum, § *pretium*, 1. *hic.* vt dictum eſt, *ſeſt*, definitũ, ſeu de quo quantum ſit, certò conſtet, vel ex nomine, vt eſt in his fundus emptus centum. *l. 7. §. 1. ff. de contrah. emt.* II. Debet eſſe iuſtum, ſecundùm communem æſtimationem, *l. pretia rerum, 3. ff. ad leg. falcid.* quæ quidem æſtimatio fieri debet, nullâ habitâ ratione affectionis, opportunitatis, vicinitatis, cœli, educationis, aut parentis ſepulti, *l. 1. §. & aliàs, 15. ff. ſi quid in fraud. patron.* Debet eſſe rei traditæ proportionatum, ne ob enormem venditionem reſcindatur venditio, nam ſi quis vltra dimidiam partem fuerit læſus, aut deceptus, quod deeſt ad iuſtum pretium debet ſuppleri, alioqui reſcindetur emptio & venditio, & locus erit remedio, *l. 2. C. de reſcind. vẽdit. Expill. 2. p. cap 130. & 137.* ſi quæſtio ſit de immobilibus, quam legẽ Aduocati quotidie in ore habent, An tamen locum obtineat contra Iudicis decretum, vide *Ioh. Philip. art. 44.* Hæc læſio Iudicis arbitrio eſt æſtimanda, *Couarr. lib. 1. variar. reſolut. c. 3. n. 11* dimidia iuſti pretij pars eſt. v. g. ſi res eſt vendita pro decem & valet 21. *Maſuer. Pract. tit. de empt. & vend. n. 13* & ſi fundus qui valet 10. venditus ſit quatuor aut tribus, nam tria aut quatuor ſunt infra quinque, quod dimidium eſt denarij numeri. Eſt talis læſio fundamentum reſtitutionis in integrum, *arg. l. minoribus, 1. C. de integr. reſtit.* ad emptionem diſſoluendum vel reſcindendum,

Pretium certum.

Pretium iuſtum. Æſtimatio ... nummus.

Remedium legis 2. C. de reſcin. vendit.

Læſio quæ ad reſcindendum contractũ.

Reſciſſio contractuum.

Fit autem hæc reſciſio variis de cauſis, nempe ob pretij modicam quantitatē, conſenſu vtriuſque partis, nam vna pars non poteſt reſilire & agere ad reſoluendum, ob non impletum contractum: ſed agere debet ad implementum *l. inciuile, 12. C. de rei vind. c.* deinde inhabilitate perſonæ ad contrahendum, & quidem læſæ, *tot. tit. C. ſi aduerſ. vend.* defectu ſolennitatum ignorantiâ contrahentis, *l. in vē itionibus, 9. ff. de contrahēda emptione,* dolo, nutu, *l. 1. C. de reſcind. vend.* incarceratione, *l. nī cg Seruiu. 21. ff. de neg. geſt.* pacto addictionis in diem, *l. ſi vendito, 14. ff. de in diem addict.* & legis commiſſoriæ pacto, *l. ſed celſus, 6. §. 1. ff. de contrah. emt.* Iſtæ reſciſiones, & eiuſmodi aliæ, contrahentes, in primū ius quod illis erat antequam contraherent, reſtituunt, *l. cum autem, 23. §. 1 ff. de ædilit. edict. l. ſi hominem, 19. ff. de vſurp. l. voluntate, 10. §. 1 ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoln.* III. Debet pretium eſſe nummarium, *id eſt,* conſiſtere in pecunia numerata cùm ſit venditio, *§. item pretium, 2. hic. l. 1 §. 1. ff. de contrah. emt.* alioqui res degeneraret in permutationem, quâ res pro re datur, *l. 1. ff. de rer. permut. §. item pretium, hic.* Poſt perfectam venditionem poteſt aliquid aliud quàm pecunia numerata pro pretiò in ſolutum dari venditori ſi ita velit, *l. pretij cauſâ, C. de reſcind. vend. l. 2. §. ſi. & ibi gl ff. in verb. conuentio, ff. de contrah. emp.* In ſolutum enim datio eſt quaſi emptio, *l. in numerationibus, 44. ff. de ſolutionib.* Creditori autem inuito aliud pro alio non ſoluitur *l. 2. § 1. ff. ſi cert. petat. & l. eum à quo, 16. C. eod. Rot. deciſ. 127 col. 3* neque debitor aliud pro alio ſoluere cogendus, *l. domini prædiorum, 5 C. de agric. & cenſit.* Hinc eſt vt debitor aureorum in auro boni & iuſti ponderis non poſſit ſoluere monetam, ſed teneatur in ſpecie ſoluere aurum, *Brun. in tract. de augm. monet. concl. vlt. in 2. præmiſſo, verſ. aliquando verò quis promittit 25 ſcuta ſolis. Afflict. in titul. quæ ſint regalia in ver. Moneta, n. 21. Rebuff. rer. iudic. lib. 1. cap. 16. Hotom. quæſt. illuſt. lib. quæſt. 15. & Maſuer. Pract. tit. de ſolut. &c. n. 24.* Creditor demum non tenetur partem pretij recipere, ſi nolit, quia totum eſt ſoluendum, *l. tutor, §. Lucius, ff. de vſur.* & quia ſolutio partium non minima habet incommoda, *l. planè, ff. famil. erciſc.* Quæ omnia intelligenda ſunt niſi aliter inter partes conuenerit, *l. 2. ff. de reb. credit. l. ſed addes, 19. §. ſi dominus, ff. de Locat.*

Pretium debet eſſe nummarium.

Datio in ſolutum.

Aliud pro alio creditori inuito non ſoluitur. Debitor non eſt cogendus aliud pro alio ſoluere.

Poteſt-ne conferri pretium in arbitrium alterius?

Olim dubitabatur an valeret emptio & venditio ſi collatum fuiſſet pretium in arbitrium alterius, ſed hodie indubitati iuris eſt, ſi emptor & venditor contulerint pretium in arbitrium Titij, v. g. quâti Titius æſtimauerit, valere emptionem & venditionem ſi ille æſtimauerit, & quidem iuſtè: ſi verò non æſtimauerit, aut non iuſtè æſtimauerit, tunc non valere emptionem & venditionem, vel ſaltem reducendam eſſe per iudicem ad boni viri arbitrium *§. pretium autem, 1. hic. l. vlt. C de contrah. empt. & vend.* aut recurrendum eſſe ad remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* ſi læſio excedat dimidium iuſti pretij.

Pretium conferri poteſt in arbitrium tertij.

Valebitne emptio & venditio ſi pretium ſit collatum in liberam alterius contrahentium voluntatem?

Si venditor dicat emptori quanti volueris, vel quanti æquum putaueris, aut æſtimaueris, habebis emptum, imperfectum erit negotium, ac proinde non erit emptio & venditio, *l. quod ſæpe, 35. §. 1. ff. de contrah. empt.*

Pretium non poteſt conferri in alterius contrahētium voluntatem.

Emptio & venditio quomodo differt à permutatione?

Sic: I. Emptio & venditio eſt contractus nominatus, *l. 1. § 2. in fi. ff. de rer. permut.* Permutatio eſt contractus innominatus, *§. actionum autem, 28. inſt. de act.* II. Emptio & venditio fit interueniente ex vna parte, re, & ex altera, pretio: permutatio verò fit rebus vtrinque interuenientibus, *l. 1. ff. de rer. permut.* III. In permutatione diſcerni non poteſt quis emptor ſit vel venditor, & quid ſit merx, quid pretium: in emptione aliter res ſe habet, *d. l. 1.* IV. Emptio & venditio perficitur nudo conſenſu, *l. in venditionibus, 9. in princ. ff. de contrah. empt. l. 2. C. eod.* at permutatio re tradita & facto contrahitur, *l. 1. §. 2. ff. de rer. permut. Fab. defin. 8. n. 4. C. de rer. permut.*

Differentia inter emptionē & permutationem.

Scriptura eſt ne de ſubſtantia emptionis?

Non, *l. contrahitur, 4. ff. de pign. facit. l. 4. ff. de pign. & l. in re hypotheca, 4. & l. cum inſtrumentis, 10. ff. de fid. inſtrum.* in contractibus enim veritas potiùs quàm ſcriptura reſpici debet, *l. in contractibus, 1. C. plus val. quod agit. &c.* Exinde enim actus non corruit ſi ſcripturæ illæ quæ ad proban-

Scriptura non eſt de ſubſtantia emptionis.

probandum ſaltem fiunt, deficiant, potiſſimùm ſi actus ille aliunde probari queat, *d. l. contrahitur, 4. ſub fin. ff. de pig. l. in re, 4. ff. de fid. inſtrum. l. contractus* 17. C. *eod. Nouel.* 1;6. *cap.* 6. niſi expreſsè conuentum ſit vt ſcripto conciperetur venditio, *l. contractus*, 17. *& ibi Dd.* C. *de fid. inſtrum. in princ. h. tit. hic.* quo caſu ita neceſſaria eſt ſcriptura, vt vſquedum interuenerit, pœnitentiæ locus eſſe poſſit. *Boer. deciſ.* 48. *n.* 17. Vbi oſtenditur quando ſit locus pœnitentiæ, & quando non, cùm dilata eſt inſtrumenti confectio in craſtinum. vide *tit.* C. *quando lic. ab empt. diſced.*

Pœnitētia locus non eſt in contractibus nominatis

Notandum obiter pœnitentiam non eſſe licitam in contractibus nominatis, ſed agendum eſſe ad implementum, vel intereſſe, *l. ſi iunt*, 12. C. *de act. empt. l. in commod.* 17. §. *ſicut*, 3. *ff. commod.*

Venditiones excedētes 100. libras non poſſunt probari per teſtes.

Notandum adhuc venditiones quæ excedunt centum libras Turonenſes in Gallia neceſſariò requirere ſcripturam, nec poſſe per teſtes probari, *Conſtit. Molin. art.* 54.

Quotmodis fieri poteſt venditio?

Venditio purè, in diē, & ſub conditione facta.

Tribus, aut purè, aut in diem, aut ſub conditione, §. *emptio tam ſub conditione*, 4. *hic.* purè, cùm neque dies neque conditio eſt adiecta: in diem, cùm adiecto die quo emptio perfici debet, contrahitur: ſub conditione, cùm in aliquē caſum differtur emptio, ante cuius euētum ſubſiſtere nequit, antequam enim conditio exiſtat & impleta ſit, non intelligitur initus contractus, neque obligatio nata, *d. §. emptio, l. 7. ff. de contrah. empt. & vend.*

Quanam res vendi poſſunt & non vendi?

Res venales.

Vendi poſſunt res omnes tam proprię quàm alienæ quas quis vel habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt, *l. rem alienam*, 28. *l. ſi emptione*, 34. §. 1. *ff. de contrah. empt.* Etiam Principis patrimonium ipſius iuſſu atque arbitratu, *l. cùm ſeruus*, 39. §. *vlt. ff. de leg.* 1. *& l. vniuerſi*, 9. *& l. ſeq.* C. *de fund. patr.* Tum res fiſcales *l. ſi procurator*, 5. *ff. de iur. fiſc. Hotom. quæſt. illuſtr. lib. quæſt.* 1. Exceptis iis quas vendere prohibet ius naturale, aut gentium, aut ciuile, cuiuſmodi ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, quæ non ſunt in commercio hominum, §. *vlt. hic. l. hanc legem*, 22. *& l.* 34. §. 1. *ff. de contrah. empt.* niſi vendantur tanquam acceſſoria, *id eſt*, cum vniuerſitate: v. g. qui emit ciuitatem is etiam emit templa & res templis dicatas.

Res eccleſiaſticæ alienari nō poſſunt.

De iure ciuili res Eccleſiaſticæ alienari non poſſunt; *auth. de non alien. & auth. de alien. & emphyt. auth. hoc ius porrectum.* C. *de ſacroſ. Eccleſ. auth.* 7. *de non alien. reb. Eccleſ.* Sunt tamen certi caſus quibus permittitur illa alienatio, de quib. *gloſ. ſum.* 12. *quæſt.* 2. *Panormit. in c. nulli, de reb. eccleſ. non alien. Vide ſupr. de rer. diuiſ. &c.* Hoc etiam eſt ſpeciale, vt ob redemptionem captiuorum, nec non tempore famis, cùm neceſſitas legem non habet, prædictarum rerum alienatio fieri poſſit, *l. ſancimus*, 21. C. *de SS. Eccleſ.*

Res furtiuæ alienari nequeunt.

Non poſſunt alienari res furtiuæ, §. *furtiuæ*, 2. *& §. ſeq. ſupr. de vſucap. l. inciuilem*, 2. C. *de furtis, l. ſi in emptione*, 24. §. *item ſi emptor*, 3. *ff. de contrah. empt.*

Res dotales immobiles inæſtimatæ alienari nō poſſunt.

Neque res dotales immobiles, ſaltem non æſtimatæ, *tot. tit. ff. de fund. dot.* neque res litigioſæ, *l. alienationes*, 13 *ff. fam. erciſc. l.* 1. §. 1. *ff. & tot.* C. *de litigioſ. Nou.* 112.

Res litigioſa non alienātur.

Neque lucra nuptialia.

Neque alienari aut tranſmitti poſſunt lucra nuptialia, ſed debent poſt alia vota aut poſt mortem eius cui obuenerunt reſtitui liberis illius matrimonij ſi extent, *l. fœminæ*, C. *de ſecund. nupt.* niſi aliter conuentum ſit in contractu matrimoniali, *Expill. part.* 2. *cap.* 63. *edit. vlt.*

Neque mala venena.

neque mala venena aliis mercibus non admixta, quę ideo nocendi naturam non depoſuerūt, *l. quod ſæpe*, 35. §. 2. *ff. de contrah. empt.*

Neque frumentū in vſum exercitus deſtinatū.

neque frumentum in vſum exercitus deſtinatum, *l. ne frumentum*, 4. C. *quæ res vend. non poſſ.*

Neque bona fideicommiſſo ſubiecta.

neque bona fideicommiſſo ſubiecta, & alienari expreſsè à teſtatore prohibita, *Lud. à Pegnera, deciſ.* 102. *n.* 2. *l. fi.* §. *ſed quia*, *& auth. res quæ*, C. *Commun. de legat.* niſi pro dote & donatione propter nuptias conſtituenda & reſtituenda, *Fab. defin.* 4. C. *Commun. de legat.* tum pro dotis augmento, *defin.* 5. *ibid.* pro alimentis & pro redimendo captiuo. *Dd. in auth. res quæ commun. de leg.*

Neque res aliena.

neque res alienæ, *tot. tit.* C. *de reb. alien. non alienan.* neque pars quam quis mecum communem habet, ſi lis ſit conteſtata, *l. alienationes*, 13. *ff. fam. erciſc. l.* 1. *ſub fi. verſ. vt poſt litis conteſtationem*, C. *commun. diuid.*

Neque res minoris.

neque res minoris, *l.* 1. *in princ. ff. de reb. eor. l. prædia*, 8. C. *de præd. min.* niſi hæc tria interueniant. I. Curatoris authoritas, *l. qui neque*, 8. *ff. de reb. eor. l.* 2. *ff. de eo qui pro tut. l.* 3. C. *de tut. qui ſatis non ded. & l.* 2. C. *de eo qui pro tut.* II. Neceſſitas, nempe æris alieni, quo minor obligatus eſt, ſi æ-

liud non ſit vnde ſoluatur, *l. ob æs alienum*, 12. C. *de præd. & al. reb. min. &c. l. fin. C. eod. l. magis.* 5. §. 1. 2. *cum ſeq. ff. de reb. cor.* III. Iudicis decretum, *l.* 1. 3. 5. *& tot. tit. ff. de reb. cor. l.* 11. *& tot. tit. C. de præd. min. & tot. tit. C. quand. decr. non eſt opus.* Excipiuntur tres caſus quibus res minoris ſine decreto alienari poſſunt, I. Si ex voluntate teſtatoris cuius liberalitate ad minorem peruenerint, alienatio fiat, *l. prædium*, 3. *& l. ſi probare*, 1. *C. quand decr. non eſt op.* II. ſi reſcripto Principis alienatio celebretur, *l. illud requirendum*, 2. *C. eod.* III. Si veſtes detritæ, & animalia ſuperuacua alienētur, *l. & ſine ſtue, ſt. C. eod.* Extra hos caſus minor vindicabit rem alienatam, *l. ſi contra*, 2. C. *ſi quis ignor. rem min. &c.* niſi maior factus approbauerit, *l.* 2. *C. ſi mai. fact.* Neque poteſt alienari ſeruus qui eſt in fuga, neque id quod eſt ædibus iunctum, neque Principis domaniū niſi per Proceres approbetur illa domanij alienatio, *Pap. lib.* 5. *tit.* 10. *art.* 2. neque priuato poteſt vendi purpura quâ vtitur Princeps cùm ſedet in Maieſtate, *l.* 1. *C. quæ res vend. non poſſ.* neque poteſt vendi frumentum publici canonis in litoribus, *l. quia nonnunquam*, C. *eod.* neque multa alia pactionibus illicitis & monopoliis alienari prohibita, *l. vn C. de monop.*

Quando res minoris ſine decreto alienari poſſunt.

Domanij alienatio.

Notandum hîc alienationes alioqui prohibitas aut à lege aut ab homine tamen fieri poſſe ſi vtiles ſint, aut vigeat neceſſitas, v. g pro alimentis, pro ſumptibus litis, pro ære alieno exſoluendo, *Fab. defin.* 2. *C. de in integr. reſtit. min.*

Alienationes prohibitæ quando fieri poſſint.

Ad quem pertinet rei emptæ periculum?

Cùm de pretio facta eſt conuentio etiamſi res nondum ſit tradita periculum rei emptæ regulariter ad emptorem ſpectat, §. *cùm autem* 3. *hic. l. neceſſariò*, 8. *in princ. ff. de peric. & commod. rei vend. l.* 1. *C. eod.* dummodò per emptorem non ſtet quò minus res vendita tradatur, ſed venditor moram fecerit, *l. illud*, 17. *ff. de peric. & commod. rei vend.* Quòd ſi res dolo vel culpâ venditoris perierit, periculum ſuſtinebit venditor, *l. Iulianus*, 13. §. *in his*, 16. *ff. de act. empt.* Vide *Fabr. defin.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend. Giphan. ad* §. *cùm autem*, 4. *hic.* dicit adhibendam hîc eſſe triplicem diſtinctionem, quarum prima eſt, emptionis in puram & conditionalem: ſecunda, in ſcriptam, & non ſcriptam. Tertia in eam quæ conſiſtit in rebus pondere, numero, & menſura conſtantibus, aut eam quæ in aliis rebus conſiſtit, vt domo, agro, equo, libro. In pura emptione dicit periculum ſtatim eſſe emptoris, in conditionali, etiam eſſe emptoris poſt conditionis euentum, ſed non antè. In emptione ſcripta, periculū eſſe emptoris: in non ſcripta, vēditoris. In emptione quæ in rebus pondere, numero, & menſurâ conſtantibus conſiſtit, periculum eſſe emptoris, poſt admenſionem & apprehenſionem non antè, per *l. quod ſæpe*, 35. §. *in his*, 5. *ff. de contrah. empt. l. hoc ita*, 2. §. *cuſtodiam* 1. *ff. de peric. & commod. rei vend.*

Perlculū rei emptæ.

Quænam pacta huic contractui adijci poſſint?

Hæc. I. vt emptor poſſit intra certum tempus reſtituendo pretium rem venditam redimere, & appellatur Retractus, ſiue pactū de retrouēdēdo, quo caſu omnia in integrum reſtituuntur *l. redhibere*, 21. *& l. facta redhibitione*, 60. *ff. de ædilit. Edict.* vel dicitur retractus conuentionalis ex pacto & conuentione partium dependens, de quo retractu latè *Papo lib.* 11. *tit.* 6. *per tot.* cùm nimirum emptor & venditor conuenerunt vt venditor intra tempus conſtitutum rem venditam retrahere atque reſcindere poſſit pretio reſtituto, *l.* 2. C. *de pact. int. empt. &c.* Ex quo contractu duæ oriuntur actiones, vna præſcriptis verbis, altera ex vendito, *gloſ. poſt text. in l.* 2. *C. de pact. int. empt.* Per hoc pactum non reſoluitur prior venditio, vt dominium nunquam in emptorem tranſlatum eſſe videatur, ſed poſterius venditionis ius in futurum acquiritur actione perſonali ex cōtractu in eam rem comparata exigendi, *Fab. decad.* 22. *error.* 10. Alius eſt retractus ſanguinis, quo propinquior conſanguineus venditoris intra certum tempus, vt plurimùm intra annum redimere atque retrahere poteſt prædium venditum, aut aliud immobile pretio reſtituto, de quo latè *Tiraq. in tract. de Retractu Gentilitio*, & quidē cum fructibus extantibus & pendentibus, *l. Iulianus*, 23. §. *ſi fructibus*, 10. *ff. de act. empt.* ad conſeruandum bona in eadem familia, quod quidem retrahendi ius Romani obſeruarunt, *l. in fundo*, 38. *ff. de rei vind. l. ſi in empt.* 35. *ff. de minorib.* 25. *ann.* Poſteà Galli, *Guid. Coquil. Inſtit. tit.* 19. de Retractu. Vide de hoc retractu *Papo. lib.* 11. *tit.* 7. *per tot.* Tamen propinquiori præfertur

Pacta emptioni adiecta.

Retractus conuentionalis.

Retractus ſanguinis.

Ius prælationis.

fertur dominus directus iure prælationis retinere volens rem venditam, *l. fi.* C. *de iur. emphyt.* Huius euictionis nomine venditor emptori non obligatur, quòd lege permiſſa ſit & emptori proſpiciatur qui pretium & iuſtos ſumptus recipit, & fructus perceptos retinet.

Pactum legis commiſſoriæ.

II. Vt ſi intra tempus conſtitutum pretium non ſoluatur, venditio habeatur pro non facta, vel res cadat in commiſſum, *id eſt*, in priorem redigatur ſtatum, atque naturam: & vocatur pactum legis commiſſoriæ, *l. 3. D. de contrah. empt. l. 1. & 2. & tot. tit. D. de leg. commiſſ.* cui ſatisfacere tenetur emptor ſi venditor velit, non contrà, Fab. *defin. 1. C. de leg. commiſſ. l. qui ea lege, 3.* C. *de pact. int. empt.*

Pactum addictionis in diem.

III. Vt ſi intra certum tempus aliquis conditionem fecerit meliorem quę venditori placeat, res ſit inempta, & eſt pactum addictionis in diem, *l. 2. §. ſi in diem addictio, 3 D. pro empto, l. quoties, 2. in princ.* D. *de in diem addict.* Melior autem conditio æſtimatur, reſpectu loci, temporis, pretij, vel perſonæ. Iſtud pactum tale eſt, vt vendo tibi domum, & ſi potero habere maius pretium vſque ad menſem, repetam ipſam domum.

Quænam actio oritur ex empto & vendito?

Ex emptione & venditione oritur actio empti & venditi, non ad reſcindendum contractum, ſed ad implendum quod alter alteri debet, *l. venditi actio, 6.* C. *de act. empt. & vend. l. ea conditione*, 14. C. *de reſcind. vend. l. inciuile.* C. *de rei vend.* Eſt autem actio venditi, quæ datur venditori contra emptorem & eius hæredem ad conſequendum quod emptor præſtare tenetur nempe pretium, *l. 1. vbi gloſ. verb. conſiſtere*, ſcilicet ad pretiũ, *l. 2. & paſſ.* C. *de act. empt. l. Iulianus*, 13. §. *ex vendito*, 19. *D. de act. empt. & vend.* Vel intereſſe, quod dicitur lucrum ceſſans, aut damnum emergens, aut id quod abeſt, & quod lucrari quis potuiſſet, *l. ſi commiſſa*, 13. *D. rem ratam habe. gloſ. in l. vn. ad verb. poſſibile*, C. *de ſentent. quod pro eo quod int preſer.* Vel ad conſequendum aliquid aliud, quod licèt non ſit expreſſum, tamen vltrò in actione bonæ fidei venit conſequendum, cuiuſmodi ſunt vſuræ pretii, ſi rei emptæ fructus percepit emptor, *l. curabit*, 5. C. *de act. empt. l. 2.* C. *de vſur.* nam mora cuique ſua non alteri nocere debet, *l. Lucius*, 48. *& ibi gloſ. cum l. ſeq. D. de act. empt.* & æquum eſt, vt cùm re emptor fruatur, vſuras pretii perdat, *l. Iulianus*, 13. §. *ex vendito.* 19. *D. de act. empt. & pretium, hic. l. libertatis*, 16. §. 1. D. *de vſur.* Venditor tamen non agit ad pretium niſi re tradita, *l. ex præd. ...*, 11. *in fi.* C. *de Euict. l. qui pendentem*, 25. *D. de act. empt.* Cùm verò res tradita eſt, & pretium non ſolutum, rem venditam quaſi pignus retinere poteſt, *l. Iulianus*, 13. §. *offerri*, 8. *D. de act. empt.* §. *vendita*, 41. *inſtit. de act.* Bouuot. *tom. 2. verb. hypotheca & excuſſio quæſt. 10.*

Mora cuique ſua non alteri nocet.

Actio venditi.

Actio empti.

Actio empti, quæ competit emptori contra venditorem eiúſve hæredem, *l. ex empto*, 11. D. *de act. empt. & vend.* vt rei traditæ poſſeſſio emptori tradatur, *l. 2. D. eod. l. cùm venditorem*, 10. C. *de act. empt. & vend* & ea omnia quæ neceſſaria ſunt, vt inſtrumenta, & intereſſe ſi quæ ſint, ob traditionis moram, *l. ſi traditio*, 4. C. *de act. empt.* Euictionis etiam nomine conueniri poteſt venditor, vbi res euicta eſt realiter, iudicióque ablata, *l. ſi plus*, 74. *D. de euict. l. qui rem*, 3. *l. ſi cùm quæſtio*, 17. C. *eod.* Anton. Theſ. *deciſ.* 85. *numer.* 1. 2. *& deciſ.* 102. non tamen pendente lite, & controuerſia iudiciali venditor de euictione conueniri poteſt, *d. l. qui rem*, 3. C. *de euiction.* Franc. Marc. *deciſ.* 584. Si quidem euictio nihil aliud eſt quàm rei noſtræ quam alius legitimo titulo acquiſiuerat per iudicem recuperatio & plena victoria, *l. non tamen*, 24. *D. de euict.* Vbi Cuiac. *tract. 2. ad African.* & quidem in iudicio obtenta, *d. l. non tamen*, 24. *l. ſi dictum*, 56. *D. de euict. l. vtique*, 16. D. *de rei vindic.* Tenetur tamen emptor venditori vel fideiuſſoribus qui vicem emptoris ſuſtinent, ſéque pro ipſo in ſolidum obligarunt, litem motam eſſe, denuntiare, vt regreſſum de euictione contra ipſum habere poſſit, Couarr. *var. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 5.* Menoch. *conſ.* 178. *n.* 17. nec tantùm litem motam eſſe denuntiare verùm etiam vt veniat, litíque aſſiſtat, eum requirere tenetur, Matth. *de afflict. cap. 1. num. 2.* Capel. Tholoſ. 407.

Euictio.

Venditor quomodo ad euictionem obligatur.

Notandum hîc venditorem obligari ad euictionem, etſi de ea nihil conuenerit, *l. 1. & tot. tit. D. & Cod. de euict. l. ex empto*, 11. §. 2. *D. de act. empt.* etſi ſoluendo non ſit, immineátque euictionis periculum in limine contractus, venditor fideiuſſores euictionis emptori præſtare compelletur, *l. ſi poſt perfectam*, 24. C. *de euict. l. penultim.* §. *ante pretium*, *D. de*

per & commod. rei vend. Pap. *lib. 11. tit. 4. art. 8.* Fab. *defin. 10. & 11. C. de euict.* Molin. *ad conſ. Pariſ. tit. 1. §. 22. num. 56.* Char. *lib. 7. cap. 51.* Valla *de reb. dubiis tit. 9. de euict.* Ferrar in form. *libell. in cauſ. vend. gloſſ. 13.* nec tantùm pro illa controuerſia dandi ſunt fideiuſſores, ſed etiam in genere pro cuiuſlibet perſonæ euictione, VVeſembec. *poſt Bart. Bald. & multos alios conſ. 119. n. 8.* Treutl. *conſ. 13. n. 10.* Surd. *conſ. 36. n. 14. & deciſ. 295. n. 9.* Ratio eſt, quia præſtat non ſoluere quàm ſolutum repetere. *l. ideò, 3. D. de compenſat.*

Præſtat nō ſoluere quàm ſolutum repetere.

TITVLVS XXV.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

TEXTVS.

LOCATIO & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdémque iuris regulis conſiſtit. Nam vt emptio & venditio ita contrahitur, ſi de pretio conuenerit: ſic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, ſi merces conſtituta ſit, & competit locatori quidem locati actio, conductori verò conducti.

1 ¶ Et quæ ſuprà diximus, ſi alieno arbitrio pretium promiſſum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta eſſe intelligimus, ſi alieno arbitrio merces permiſſa fuerit. Qua de cauſa fulloni polienda curandáve, ac ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta; ſed poſtea tantum daturus, quantum inter eos conuenerit: non propriè locatio & conductio contrahi intelligitur, ſed eo nomine actio, præſcriptis verbis datur.

2 ¶ Præterea ſicut vulgò quærebatur, an permutatis rebus emptio & venditio contraheretur: ita quæri ſolebat de locatione & conductione, ſi fortè rem aliquam vtendam ſiue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam ſiue fruendam aliam [rem] acceperit. Et placuit non eſſe locationem & conductionem, ſed proprium genus contractus, veluti ſi cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent; & apud alterum [alterius] bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum: verùm præſcriptis verbis agendum eſt.

3 ¶ Adeò autem aliquam familiaritatem inter ſe videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: vt in quibuſdam cauſis quæri ſoleat, vtrùm emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio, vt ecce de prædiis, quæ perpetuò quibuſdam fruenda traduntur, id eſt, vt quandiu penſio ſiue reditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius cuíve conductor hæréſve eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, alióve quocunque modo alienauerit, auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio, à quibuſdam venditio exiſtimabatur, lex Zenoniana lata eſt, quæ emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, ſed ſuis pactionibus fulciendam: & ſi quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi naturalis eſſet contractus, ſin autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc ſi quidem totius rei interitus acceſſerit: ad dominum ſuper hoc redundare periculum: ſin autem particularis, ad emphyteuticarium huiuſmodi damnum venire, quo iure vtimur.

4 ¶ Item quæritur ſi cùm artifice Titius conuenerit, vt is ex auro ſuo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrùm emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Caſſius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem contrahi. Quòd ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt, quin locatio & conductio ſit.

5 ¶ Conductor [autem] omnia ſecundùm legem conductionis facere debet: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit: id ex bono & æquo præſtare: Qui pro vſu aut veſtimentorum, aut argenti aut iumenti mercedem dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet, quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu [fortuito eam] rem amiſerit: de reſtituenda ea non tenebitur.

6 ¶ Mortuo conductore intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in conductione ſuccedit.

Locatio & conductio quam habet affinitatem cum emptione & venditione, tum quid eſt, & quomodo perficitur?

SEcunda obligatio nudo conſenſu perfecta, eſt locatio & cōductio, quæ proximè emptionis & venditionis obligationem ſequitur, eo quòd duæ iſtæ obligationes iiſdem regulis conſiſtunt, magnámq; inter ſe habent familiaritatem, *in princ. & §. adeò autem, 3. hic, l. 1. 2. & 3. ff. de locat. & conduct.* Vtraque eſt iuris gentium, vtraque nudo conſenſu perficitur, vtraque in pecunia conſiſtit, merces tamen in iis omnibus conſiſtere poteſt, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, *l. ſi olei, 21. C. de locat.* vtraque in arbitrium tertii poteſt conferri, § 1. *hic.* vtraque eſt contractus bonæ fidei, & vltrò citróque obligatorius, vt emptio & venditio requirit certum pretium, ſic locatio & conductio requirit certam mercedem, quæ etiam aliquando pretiũ dicitur, *l. inſula, 28. in princ. D. de locat. & cond.*

Connexio.

Emptio & locatio iiſdē regulis conſiſtūt.

Si ſine

Si ſine culpa venditoris res tradi non poſsit, aut ſine culpa locatoris conductor non poſsit re conductâ frui, venditor & locator non tenentur in id quod intereſt Referri debet iſte *tit. ad tit. D. de locat. & conduct. & ad tit. C. de loc. & cond.*

Locatio quid ſit. Definitur locatio & conductio, contractus bonæ fidei vltrò citróque obligatorius, & ſolo conſenſu perfectus, quo datur aliquid vtendum vel faciendum certâ mercede in pecunia numerata conſiſtente, *l. 2. ff. de locat. & conduct. & §. 1. hic.* Eſt *contractus bonæ fidei, §. actionum, 28. infr. de action.* Eſt contractus *vltrò citróque obligatorius, ſupr. de oblig. ex conſenſ.* alter enim vſum rei, ſiue patientiam, vel operas, alter verò pecuniam præſtare debet. *Solo conſenſu perficitur, in d. tit. ſupr. de oblig. ex conſ.* neque enim emptio requirit ad ſui perfectionem rem, aut verba, aut literas, ſed ſolo conſenſu conualeſcit, *l. 1. & l. qui ad certum, 14. D. de locat. & conduct. l. conſenſu, 2. ff. de oblig. & act.* In iſto contractu datur aliquid vtendum, vel faciendum certa mercede, *d. l. 2. in princip. D. de locat. & conduct. §. præterea, 2. §. item quæritur, 4. hic, l. opus, 36. l. ex conducto, 15. §. 1. ff. de locat. & conduct.*

Locatio quid transferat. Datur tantùm aliquid vtendum, quia locatio non transfert dominium, *l. non ſolet, 39. D. de locat.* Sed ius omne percipiendorum omnium fructuum, *l. ſi ſeruus, §. locati, 8. D. de furtis.* & de iis pro libitu diſponendi neque enim conductor rem conductam alteri locare prohibetur niſi aliud conuentum ſit, *l. nemo, 6. C. de loc. & cond.*

Locatio perficitur conſenſu, re & mercede. Sicut emptio & venditio tribus perficitur, conſenſu, re, & pretio, ita etiam locatio & conductio tribus perfectè contracta intelligitur.

Primò, conſenſus eſt neceſſarius, vt nuper fuit probatum, nemo enim inuitus locare & conducere eſt cogendus. Dicitur quippe quis inuitus niſi probetur eum conſenſiſſe & voluiſſe, *gloſ. 1. in l. 17. C. de procurat.*

Secundò, neceſſariò requiritur res vel factum, nam locatio & conductio eſt tam rei quàm facti rei, vt cùm res fruenda, vtendáve datur: facti, vt cùm vnus operam ſuam alteri in re vel perſona eius præſtat Res, inquam, omnis requiritur, exceptis iis, quæ nullius, & quæ extra commercium ſunt, quæque vtendo abſumuntur.

Tertiò, in mercede perfectionem ſuam obtinet locatio · per mercedem aliàs intelligimus penſionem & reditum, ſeu redactum, Vultei. *in prin. hic. n. 17.*

Locator & conductor. Norandum hîc eum qui dat vtendum dici locatorem, eum verò qui accipit vtendum, appellari conductorem, Gloſſ. *in l. 2. ff. ad leg. Rhodian.*

Quot ſunt conductorum genera?

Inquilini. Plura; alij dicuntur inquilini, quales ſunt ædium, & vrbanorum prædiorum conductores: alij coloni, quales ſunt *Coloni.* fundi & ruſticorum prædiorum conductores, *l. res pignoris, 37. ff. de acq. poſſ. l. vlt. ff. de vi. & vi. arm.* qui fructus cum domino diuidunt, ad differentiam eorum qui nummis colunt, & qui ad pecuniam numeratam conduxerunt, *l. 25. §. vis maior, ff. locat.* Quamuis autem coloni fructus cum domino diuidant, tamen non ſunt eius ſocii niſi impropriè, nempe quaſi ſocij, vt loquitur Iuriſconſultus, *in l. ſi merces, 25. §. vis maior, 6. ff. locati.* neque enim contrahentium fuit mens ſocietatem inire, quæ mens in contractibus diligenter conſideranda, vt eorum natura dignoſcatur, *l. ſi procuratorem. 8. D. mandati.* Guid. Coquill. *in quæſt. & R ſp. 204.* Alij ſunt redemptores, quales ſunt illi qui *Redemptores.* certâ conſtitutâ mercede opus propriis impenſis ſuſcipiunt faciendum, *l. redemptores, 39. D. de rei vindic.* Apud Romanos coloni dicebantur ſerui, quibus vt diligentiores fierent colendos agros domini libéraliſsimè dabant ſub annua quadam penſione, quam pendere ſolebant Calendis Martiis, loco cenſiti, & tributarii appellabantur ſerui; vt in leg 12. Tabul. de agricolis, & cenſitis, & ſimiles erant iis quos hodie cenſuarios appellamus, qui ex terra quam colunt annuum cenſum pendunt: in hoc tantùm differunt cenſiti & cenſuarii, quòd illi fuerint ſerui, hi verò ſint liberi, vt eleganter ait Conna. *lib. 2. cap. 10.* Coloni etiam dicebantur aſcriptitii, quia fundo colendo aſcribebantur, à quo non ſeparabantur, vt in *l. 3. & in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſ. l. ſi quis inquilinos, de legat. 1.* Fab. *defin. 22. C. de locat. & conduct.* de differentiis conductorum.

Conductor poteſt-ne expelli à re conducta ante finitum tempus?

Iſte contractus morte locatoris, vel conductoris non finitur, nam hæres eodem iure in conductione ſuccedit, *§. vlt. hic.* iiſdémque obligationibus teneri cœpit ex quo hæreditatē adiit, quo tempore tacitè cum creditoribus contraxiſſe

intelligitur, *l.3.§.vlt. D.quib.ex cauſ.in poſſ. eat.* Quamdiu viuit conductor regula-rirer à re conducta ante finirum rempus expelli nequit, ſi nempe ſarisfaciar penſioni in ſolidum *l.æde*, 3. C.*de loc. & cond.* quia locarionis & conductionis pactum ſeruandum eſt, *vt l.legem*, 16. *l.circa*, 19. C. *de locat. & conduct.* & omnia facere deber conductor ſecundùm conductionis legem, *l.* 25. §. 3. *D. locat.* Ergo conductore legem contractus ſeruante, locator quoque eam ſeruare deber. Tamen hoc fallir in quatuor caſibus, in quibus licitè poteſt per locarorem expelli conductor.

Regulariter non poteſt expelli conductor ante tempus finitum.

I. Si mercedem vel penſionem non ſoluerit per biennium integrum, *l. vectigalia*, 10. §. *vlt. D. de public. & vectigal. l. quaro*, 54. §. *inter locatorem*, 1.*l.* 56. D.*locat.* etiamſi fideiuſſorem idoneum dederit, Fab. *defin.* 42. *n.*5. & 6. C. *de locat.* Er de expulſione nihil nominatim fuerit conuentum, *d. l. quæra.* Hunc caſum non eſſe hodie in vſu dicit Maſuer. *Practic.tit.de locat.num* 28.

Caſus excepti.

II. Si emerſerit de nouo, & ex caſu inopinato neceſſitas locatori habitandi in ipſa domo, *l.*3.C.*de loc. & cond.* Papo *lib.*10. *tit.*3. *arrest.* 7. vt ſi vxorem duxerit, vel ſi domus in qua habitat facta ſir inhabitabilis, proprer ruinam, bellum, aur alios eiuſmodi caſus.

III. Quando locator domum conductam ob ſuperueniētē caſum reficere vel reſtaurare cogirur, *l.ſi dua*, 3. §.*cùm inquilinus*, 3.D.*vti poſſid.& d.l.ade.* vt ſi domus alia corruir & ſic reparatio abſolutè impediat, ne conductor in ea poſſit habitare. Quod ramen fallit ſi conuentum ſir in contractu locatoris vt conductori domum reficere liceat quæ iam tum æquè erat ruinoſa, Fab.*defin.*51. *num.*5.C.*de locat.*

IV. Quando conductor malè verſatur in re locara, *d.l.ade.* & ea abutirur, *l.ſi in lege*, 24. §. *ſi damus*, 2. *l.cùm domini,D.loc.l.*3. C. *eod.* vt ſi in domo conducta teneat lupanar, vel meretrices, vel turpes alias artes exerceat.

Quid iuris ſi conductor in re conducta vltra tempus remanſerit?

Conductio tacitè renouata.

Tunc renouata cenſebitur conductio taciro conſenſu in ſequenrem annum, *l. legem*, 16. *& ibi gloſſ.* C. *de locat. & conduct.*

Quid ſi dominus ante finitum tempus rem lacatam vendiderit?

Expelli poteſt conductor ſi locator rē conductam vendiderit.

Poterit hoc caſu expelli conductor, *l.emptorem*, 9.C. *de loc.* quia non renetur emptor ſtare contractui alieno, conductor tamen contra locatorem regreſſum habebit ad intereſſe, *l. ex canducto*, 15. *vbicunque* 7. *D. de locat.* quæ ipſi perſoluentur antequam rem conductam reſtituere cogi poſſit, Fab.*de error.pragmat.* Aliud eſt ſi in vendirione pactum interrerceſſerit de non expellendo conductore. *l.ſi merces*, 25. §.*qui fundum*, 1. *D.loc.* ahud etiam ſi quis emerit à fiſco, quia contractui fiſci ſtandum eſt, *l. vlt. D. de iur.fiſc.* aliud quoque ſi res conducta ſpecialiter & expreſsè cōductori ſit obligata, Pap.*tit.de loc.arr.*1. Guid. Pap.*q.*480.*n.*2. non ſi ſit obligara generalirer, quæ diſtinctio deſumpta eſt ex *l.ab eo*, 3.C.*de seru.pign.dat.manum.* Succeſſor vniuerſalis tenerur ſtare conductioni, Imbert. in Enchirid. *in verb.emptor non tenetur*, & *in verb.locatio.*

Quid præſtat conductor ſi res conducta perierit?

Rei conducta periculum.

Præſtar dolum, laram culpã, & leuem, nō aurem leuiſſimam, quia huius contractus vtilitas eſt communis & locarori & conductori, *§.penult.hic.l.item quæritur*, 17. §.*ſi gemma*, & §.*ſeq.l.ſi merces*, 25. §. *pen.* D. *eod.l.*5.§.*nunc videndum*, & §. *vltim. ff.commod.l.contractus*, 23. D. *de reg.iur.* Si fortuirò contigerit incendium, vtporè ex fulgure, vel ex aliqua ſcintilla, quæ ex domo vicini euolauit, de incendio non renebitur ædium conductor, *l. in rebus*, 18. *D. commod. l. contractus*, 23. *in fin.D. de reg.iur. l.videamus*, 12. *in princ.& §.ſi hoc. l.ex conducto*, 16.§.1.*verſ. propter caſum incendii repentini non immeritò ſubueniendum eſt,& paßim,D. locati.* Ita quidem ſi culpa inhabitantium incendium eueniſſe conſtet, *l.*3. §. *vt curam*, 4. *D. de offic. præfect. vigil.* Præſumitur aurem incendium culpâ conductoris commiſſum vſquedum caſum fortuitum probauerir, Andr. Geil. *obſeru.* 22. *num.*1. & *ſeqq.* & de damno tenetur locarori, non tantùm pro ſe ex culpa lata & leui, *l. qui inſulam*, 33. §. *vltim. D.locat.* Menoch.*de arbitr.iud.lib.*2.*caſ.*376. Sed eriam pro ſeruis, *l.qui inſulam*, 33.§.*fin.D.loc.l.ſi ſeruus*, 27. §.*Proculus*, & *paſſ.D.ad l. Aquil. l. videamus*, 11. *in princip.* & § 1.*ff. locat.* tamen non

renetur

tenetur ex culpa leuiſſima, vt dictum eſt, *l. ſi vt certè, 3. §. nunc videndum, ff. commod. l. contractus, 23, ff. de reg. iur.*

Quanam res locari poſſunt?

Res omnes in commercio exiſtentes locari poſſunt.

Omnes quæ in commercio hominum ſunt, *arg. l. ſi emptione, 34. § 1. ff. de contrah. empt.* mobiles & immobiles, propriæ & alienæ, quia in locatione & conductione dominium non transfertur, *l. ſi tibi alienam, 7 l. ſi quis, 9 §. fin. D. locat. l. ad probationem, 13 C. de loc. & cond.*

Quæ & quibus caſibus competit actio locatori & conductori?

Actio locati.

Actio locati datur locatori contra conductorem ad conſequendem mercedem, vſuras mercedis poſt moram, *l. 54. D. locat.* & damna, *l. 45. D. eod.*

Vſura.

Vſura ſortem non debet excedere. Non debetur vſura vſura. Fructus augent hæreditatem.

Eſt enim vſura fructus pecuniæ & temporis vtilitas, *l. quod ſi Epheſi, 4. in princ. & 16. D. de eo quod cert. loc.* quæ ſortem excedere non debet, *l. cùm & ſorte 44 D. de act. empt.* nec debetur vſuræ vſura, *l. fin.* C. *de vſur. l. placuit, 29. l. neque is, ff. de vſur. l. improbum, 20.* C. *ex quib. cauſ. infam.* Quod non procedit in hæreditatis petitione, vbi fructus augent hæreditatem *l. item veniunt, 22. §. item non ſolùm, D. de petit. hæred. l.* neque in vſuris debitis minori, *l. Titia Seia, § . §. vſuras. D. de leg. 2.* neque in vſuris taxatis. Fab. *defin. 11 C. de vſur.* non debent etiam vſuræ cumulatæ ſortem excedere, ſed tantùm ſorti adæquati, Non 121 & 138. Vſuratum menſura & moderatio extat *in l. eos, §. ſupr. vſurarum,* C. *de vſuris.*

Actio conducti.

Conductori competit actio ex conducto, *in princ. l. ex conducto, 15. D. locat.* Variis autem caſibus competit illa actio, vt ſi conductori re conducta frui non liceat, *d. l. ex conducto, §. 1.* Locator enim debet conductori præſtare vt liceat vti frui, *l. ex conducto, 15. §. 1. & ſeq. D. locat.* tum ſucceſſiuam debet præſtare patientiam quòd conductor vtatur fruatur, & remouere omne impedimentum, *l. ſi merces, 25. §. 1. & 2.* D. *locati.* Tenebitur etiam locator ſi res intereat aut publicetur, *d. l. ex conducto, 15. §. vbicunque, l. item quæritur, 13. §. fin. l. habitatores, 27. §. fin. l. ſi fundus, 33. §. fin.* D. *locat.* Si impenſas neceſſarias fecerit conductor in rem locatam, *l. ſi quis domum, 9. §. 1. verſic. idem quærit, l. dominus horreorum, 55. §. 1. D. locat.* Impenſæ autem neceſſariæ ſunt quæ ad reparandum ſiue reficiendum factæ ſunt, ita vt ſi factæ non eſſent, res aut periiſſet, aut deterior facta fuiſſet, *l. impenſæ, 49. D. de verb. ſignif.*

Impenſæ neceſſariæ.

Impenſæ voluptuariæ.

Aliæ ſunt impenſæ voluptuariæ, quæ ſpeciem tantùm ornant, & factum non augent, de his & illis impenſis agitur *in l. 1. & per totum, D. de impenſ. in reb. dotalib. &c.*

Si caſus contingat locator tenebitur de caſu.

Deinde aget conductor contra locatorem ſi caſus aliquis contingat in rè conducta quo minus conductor poſſit eâ vti, *d. l. ex conducto, 15 §. 2.* vt propter ruinam, bellum, peſtem, & ſpectra, Papo, *lib. 10. tit. 3. arr. 9.* propter labem quæ fructibus contigit, vim fluminum, incendium, terræ motum, & hiarum, hoſtium incurſum, graculorum, & ſturnorum gregatim volitantium depopulationem locuſtarum deuaſtationem, & ſi quæ ſimilia contigerint. *l. ſi merces, 25. § vis maior, 6. D. locat.* Cuiac. *lib. 5. obſeru. cap. 26.* tunc enim merces remittenda, & pro rata temporis debetur, *l. ſi quis, 9. §. 1. l. item quæritur, 13. §. exercitu, 7. l. ex conducto, 15. §. vbicunque 7. l. 27. §. 1. l. 30. §. 1. l. 33.* D. *locat. l. 28.* D. *de dam. infect. l. 49. §. 1. ad l. Aquil.* Gail. *lib. 2. obſeru. 23. numer. 7.* Couarr. *lib 4. variar. reſolut. cap. 6.* Quod intelligendum ſi tempore conductionis nondum vigebat bellum, nec peſtis erat, Surd. *in conſ 197. num. 16.*

Mercedis remiſſio.

Penſio enim non debetur quando vſus rei haberi non poteſt, *l. ſi is qui rem, 66. §. eum qui,* D. *de furt. & l. ſi conſtante, 24. §. ſi vxor,* D. *ſolut. matrimon. l. ſi domum, 45. §. fin.* D. *loc.* Ideò Expill. *dicit arreſt. 2.* inquilinos & ædium conductores quandiu abſunt propter peſtem, non debere mercedem, *l. habitatores, §. fin.* D. *loc.* Guid. Pap. *quæſt. 630.* Chatond. *lib. 7. reſponſ cap. 76.*

Merces nō remittitur ob ſterilitatem.

Notandum mercedem non remitti ob ſterilitatem, vulgatum enim eſt ſequentium annorum ſterilitatem eſſe cum præcedentium fertilitate compenſandam, *Dd. in l ſi merces, 25. §. vis maior, D. locat. & in l. licèt, 8.* C *eod.* niſi tanta ſit ſterilitas, quæ cum vbertate non poſſit compenſari, *l. licèt, 8. C. de locat. l. ex conducto, 15. §. ſed etſi D. eod.*

Notandum adhuc locatorem teneri ad intereſſe vbi non præſtat id quod promiſit, *l. ſi in lege, 24. §. colonus, 4. l. ſi fundus, 33. verſic. nam etſi colonus. ff. locat.*

Deinde ſi conductor domus cōpellatur ad conferēdū collectas pro via reficienda, pro puteo reparādo, habebit re-

greſſum contra dominum domus, & ſi aliquid ſoluerit, domino imputabit, & de meteede deducet, Guid. Pap. *quæſt.* 444. *l. vſufructu legato, 7. §. quoniam, 2. D. de vſufr.*

Quotuplex eſt locatio?

Locatio vel ad tẽpus vel a perpetua.

Duplex, alia eſt ad tempus, alia perpetua: illa certo tempore finitur, hæc non item, & vocatur Emphyteuſis, *l. 1. C. de iur. Emphyt. & §. adeò, hic.*

Vnde dicta, & quid eſt Emphyteuſis?

Emphyteuſis vnde dicta.

Dicitur Emphyteuſis ἀπὸ τοῦ ἐμπονήματος *id eſt* à melioratione, vel ἀπὸ τοῦ ἐμφυτεύειν, quod propriè eſt implantare, inſerere, & impropriè meliorare, vt tradit Alciat. Parerg. 1. *c.* 36. quemadmodum autem inſitionibus, ita arbor arbori inſeritur vt illi inhæreat, naturámque ſuam pro portione retineat: ſimiliter hoc cõtractu res ita à Domino in Emphyteutam perpetuò transfertur, vt priorem dominum ſemper reſpiciat, afficiátque commodo. Solebant veteres in Emphytheuſin prædia ſterilia colenda dare pro modicá vel minima præſtatione annua, vt meliora fierent, hodiè non tantùm ſterilia, ſed etiam fertilia dantur, Schnei. *in §. adeò autem n. 2. hic.* Origo igitur & vſus emphyteuſeos iſte videtur eſſe, vt ciuitates agros publicos & ſteriles priuatis in perpetuũ colendos concedere ſint ſolitæ, *l. 1. ff. ſi ager vectigalis*, quod etiam innuit Ariſt. *in lib. 2. Oeconom.* nam olim emphyteuſis ſolùm erat ciuitatũ, *d. l. 1. ff. ſi ager vectig.* poſteà factum eſt vt & ad priuatos, & ad fiſcum, & ad Eccleſiam jus iſtud fuerit productum. Vnde rectè poteſt deſcribi Emphyteuſis, contractus quo prædium ſub annuo cenſu, penſione, aut præſtatione annua in perpetuum plerunque colendum, fruendum traditur cum retentione tantùm directi dominii, *i. e.* proprietatis: vtilis verò aut alterius cuiuſvis dominii in recipientem & Emphyteutam tranſlatione factâ, §. *adeò autem, 3. hic. l. 1. & l. 2. in princ.* C. *de iur. Emphyt. l. 1. §. 1. ff. ſi ager Vectigal. vel Emphyt. pet.* Ita vt Emphyteuta ſit poſſeſſor rei, exemplo fructuarij, *l. 1. ff. ſi ager Emphyt. l. naturaliter, 12. ff. de acq. poſſ.* habeátque ius arandi, ſerendi, plantandi, demetendíque fundi, non autem alienandi. Fundus vel ager vectigalis dicitur, qui in perpetuum locatur, & quandiu pro eo vectigal ſoluitur auferri non poteſt, *l. 1. ff. ſi ager Vectigal.* Impropriè etiam dicitur Emphyteuſis de omnibus aliis rebus quę recipere poſſunt meliorationem, inde jus Emphyteuticum, vel Emphyteuticarium, *id eſt*, perpetuarium, *l. 1. C. de offic. com. ſacr. palat.* Sumitur aliquando generaliter jus Emphyteuticum pro eo iure quod quandam detentionem reſpicit, & rei poſſidendæ facultatem, quale eſt ius ſuperficiarij, vel eius qui fundum vectigalem poſſidet, vel perpetuarij, & aliàs appellatur ἐμβατευτικὸν, *l. ſed ſi pecunia, 3. §. 4. ff. de reb. cor. qui ſub tut.* ab ἐμβατεύειν, quod eſt poſſeſſionem ingredi. Vel meliùs ἐμβαλεύτικον, quia ἐμβαλεύειν, idem eſt quod ἐμφυτεύειν inferrere.

Emphyteuſis quid ſit.

Ager vectigalis.

Ius emphyteuticum.

Quot modis fieri poteſt contractus Emphyteuticus?

Contractus emphyt. vel fit in perpetuum vel ad longum tempus.

Duobus, aut in perpetuum, ita vt tandiu duret quandiu Emphyteuta, vel eius hæres, penſionem vel cenſum ſoluit: aut ad longum tempus, §. *adeò autem, 3. hic. l. 1. & 3 ff. ſi ager vectigal.* decennium minimùm, iuxta commun. opin. Appellatione longi temporis intelligitur decenniũ.

Quando poteſt dominus rem Emphyteuticam emphyteutæ auferre?

Res emphyteutica poteſt auferri.

Vel poſt biennium, vel poſt trienniũ, ſi penſionem non ſoluerit Emphyteuta intra illud tempus quod ad biennium determinatur, ſi res Eccleſiaſtica in Emphyteuſim ſit data, *c. potuit. ext. h. t.* ad triẽnium, ſi alia res ſit data, *l. 2.* C. *de iur. Emphyt.* vel ſi emphyteuta rem emphyteuticam deteriorauerit, *arg. l. 3.* C. *h. t.* vel ſi ſine conſenſu domini meliorationes ſuas alij vendiderit & irrequiſito domino rem Emphyteuticam alienauerit: requiſitio autem & alienatio fieri debent iuxta præſcriptum, *Legis cum dubitabatur, 3.* C. *de iur. emphyt.*

Quomodo differt emphyteuſis ab emptione & locatione?

Illa cum his magnam familiaritatem habere videtur, §. *adeò autem, 3. hic.* tamen ab his in multis differt: ab emptione, ſic:

Emphyteuſis differt ab emptione.

I. Emphyteuſis conſiſtit in rebus immobilibus tantùm, *argum. §. adeò autem, 3. ibi, vt ecce de prædiis, hic.* venditio etiam in mobilibus.

II. In emphyteuſi rei vſus, vel vtile dominium tantùm in emphyteutam transfertur, *l. 1. D. ſi ager vectigal. &c. §. per traditionem, 40. ſupr. de rer. diuiſ.* In emptione vſus & directum dominium in emptorem transfertur, *l. ex empto, 11. § . 2. D. de act. empt.*

III. Pre-

III. Pretium in emptione conſiſtit tantùm in pecunia numerata, §. *item pretium,2.ſupr.de empt.& vend.l.empti fides, 9. C. de contrah. empt.* ita vt pretium pecuniæ ſit proportionatum, vel æquale rei venditæ, vt per ea quæ notantur & ſcribuntur, *in l.2. C. de reſcind. vend.* In emphyteuſi merces conſiſtit etiam in ſpecie, vel quantitate, vt in tritico vino,oleo,& aliis ſimilibus, *gloſ.in §.adeò autem,3.in verb.locationem,hic.*

IV. In emptione pretio ſemel ſoluto nihil ampliùs petitur, in emphyteuſi penſio ſingulis annis petitur.

A locatione ſic differt emphyteuſis,

Emphyteuſis differt à locatione. I. Per emphyteuſin acquiritur dominium vtile *l.1.ff.ſi ager vectigal.pet.* per locationem non,*l.non ſolet,39.ff.locat.*

II. In locatione merces conſiſtit in pecunia numerata,*l.naturalis, 5.§.at cum ea, 2.ff.de præſcript.verb.l.1.§ ſi quis ſeruum, 9. ff. depoſ. l. ſi conuenerit, 23.ff.de commun. diuid. l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. depoſ.* In emphyteuſi etiam in ſpecie, & quantitate, vt mox probatum eſt, Vide §. *adeò,hic.*

III. Emphyteuta poſſidet naturaliter tanquam vſufructuarius,& non ſibi, ſed domino rei, *l.naturaliter, 12.ff.de acquir. poſſeſſ.* conductor non item, *l.1.C. com.de vſucap.*

IV. Emphyteuſis conſiſtit in immobilibus tantùm, locatio etiam in mobilibus,*auth.alienat.& emphyt.§.licentia,coll. 9. l. priuatæ,10.& quæ ibi notantur.C.de excuſ.mun.*

V. Emphyteuſis fit interueniente ſcripturâ, *l.1. C.de iur.Emphyt.* non item locatio quæ ſolo conſenſu perficitur, *l. 1.& 2.ff.locat.*

VI. Emphyteuſis eſt iuris ciuilis, *l.1. C.de iur.Emphyt.§.adeò autem, 8.hic.*locatio eſt iuris gentium,*l.iuris gentium, 7.in princ.ff.de pact.*

Quis poteſt in emphyteuſim dare?

Non tantùm corpus vel ciuitas, *l.1.in princ.& §.1. ibi à municipibus, ff.ſi ager vectigal. &c.* vel Eccleſia, *Nou. 120. c.5. & 8.* ſed etiam omnes priuati domini, *§.adeò autem,3.ib.pro his dominis, & ibi,ad dominum, hic*, illi,inquam, domini qui rem ſuam alienare poſſunt,*l.ſed etſi,25.§. conſuluit,11.ibi,dum re ſuâ ſe abuti putant, ff. de petit. hæred.* nam qui alienare, etiam in emphyteuſin dare poteſt, & contrà, *l.vlt.C.de reb.alien.non alienan.*

Ad quem pertinet rei emphyteuticæ periculum?

Rei emphyteuticæ periculum. Cùm agitur de rei emphyteuticæ periculo, contraheutium pacta ſeruanda ſunt: ſi verò nihil de futuro periculo pactum fuerit,tunc ſi tota res interierit, integrum periculum ad dominum pertinebit quia res perit domino, nec poteſt emphyteutæ quicquam imputari, fortuitis enim caſibus, vtpotè fatalibus,reſiſtere nemo poteſt, & ſi pars tantùm interierit, illius partis periculum pertinebit ad emphyteuticarium §. *adeò autem,3.hic.l.1.C.de iur.emphyt.*

Quomodo finitur emphyteuſis?

Emphyteuſis finitur variis modis. Variis modis I. Tempore elapſo ad quod conſtituta fuerit, *l. 3 item eſt, vlt. ff.ſi ager vectigal.l.2.C.de iur.emphyt.*

II. Si res emphyteutica in totum perierit, tunc emphyteuta non tenetur ampliùs penſionem ſoluere *l.1. in princ. C. de iur. emphyt.* v. g. ſi tota domus fuerit combuſta, & ex area facta ſit via publica,ſecùs ſi aliquid ſupereſt,*laſ.in d.l.1.* vnde verſus,

Si pereat toto liberabitur emphyteuta,
Si pro parte perit,non liberatus erit.

III. Si emphyteuta rem in emphyteuſin datam deteriorem reddiderit, *arg. l.3. C. de locat. & conduct. Nou. 7. & 120. cap. 8.* ad hoc autem vt emphyteuta ob deteriorationem expelli queat, *Emphyteuta quando ob deteriorationē expelli queat.* tria requiruntur,Primò, vt deterioratio ſit inſignis quantitatis, non modicæ, *l. ſcio, 4. ff. de in integr. reſtit.* Secundò, vt ſit ad perpetuam ruinam fundi, non ad curam fructuum,quia compendium fructuum ad emphyteutam pertinet, & ideò non intereſt domini,ſed bene perpetua vtilitas. Tertiò, vt deterioratio procedat dolo, latâ culpâ, vel leui, nam de leuiſſima non tenetur emphyteuta, *§.ſcire autem, cum gloſſ. in auth. de non alien.*

IV. Si emphyteuſis ad certam generationem ſit data, illa finietur generatione extinctâ. *Iul.Clar.lib.4.ſent. quaſt. 42. n. 1. verſ. tertio modo, & quaſt. 28.n.2.*

V. Si emphyteuta tempore debito ſolitam penſionem, & publicarum functionum apochas non præſtiterit,*l.2. C. de iur. Emphyt. Guid. Pap. quaſt. 169. & 438.*

VI. Si emphyteuta irrequiſito domi-

no rem emphyteuticeam alienauerit abſque conſenſu domini, *l. vlt. C. de iur. em.* ;*yt.*

VII. Si emphyteuta intra ſtatutum à iure tempus canonem ſiue penſionem non ſoluerit, *l. 2. C. de iur. emphyt.* Quæ intelligenda ſunt etiam in præiudicium filiorum, niſi conceſſa ſit emphyteuſis pro ſe & filiis, quo caſu filij ad eam veniunt tanquam filij, non tanquam hæredes, *Bart. in conſ. 60. quæſtio iſta duo habet. volum.* 1. vbi dicit ius eſſe quæſitum ex ſtipulatione authoris, nec poſſe per patrem diminui.

Poteſt-ne tolli Emphyteuſis præſcriptione?

Si Emphyteuta per annos, 10. aut 20. aut 30. aut plures canonem non ſoluerit, non propterea ſublata eſt emphyteuſis, nam qui rem alienam aliquam tenet, non ſuo nomine, ſed alieno, & vt emphyteuta vſucapere eam nequit, *in princ. Inſtit. de vſucap. l. pignori*, 13. *ff. de vſucap.*

Quænam actio competit ex emphyteuſi?

Actio illa quæ propriè & peculiariter emphyteutica, ſiue emphyteuticaria appellatur, vt actio hypothecaria, pignoratitia, &c. *arg. l. ſi finita*, 15. §. *ſi vectigalibus*, 26. *ibi, vectigal actione, ff. de damn. infect. & l. ſi cùm venditor*, 66. *in princ. ibi, vel ea actione quæ de fundo vectigali, ff. de euict. Mynſing. ad §. adeò autem*, 3. *num.* 6. *hic.* Et vtrinque datur, tam domino rei in emphyteuſin datæ, quàm emphyteuticario, & vtriuſque hæredi, vt conſequantur quod alter alteri præſtare debet, *Vultei. comment. Inſtit. lib.* 4. *tit.* 6. §. 16. *circa fin.*

TITVLVS XXVI.

DE SOCIETATE.

TEXTVS.

SOcietatem coire ſolemus aut totorum bonorum, quam Græci ſpecialiter κοινωνίαν appellant; aut vnius alicuius negociationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorúmque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique.

1 ¶ Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit; æquales ſcilicet partes & in lucro & in damno ſpectantur. Quòd ſi expreſſæ fuerint [partes:] hæ ſeruari debēt: Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat cōuentio, ſi duo inter ſe pacti ſint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.

2 ¶ De illa ſanè conuentione quæſitum eſt, ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimauit, & ob id non eſſe ratam habendam, Seruius Sulpitius (cuius ſententia præualuit) contrà ſenſit: quia ſæpe quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, vt alter pecuniā cōferat, alter nō cōferat, & tamen lucrū inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet. Et adeò contra Quinti Mutij ſententiam obtinuit; vt illud quoque conſtiterit poſſe conuenire, vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur, quod & ipſum Seruius conuenienter [ſibi] fieri exiſtimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit: compenſatione facta, ſolùm, quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.

3 ¶ Illud expeditum eſt, ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa, veluti in ſolo lucro vel in ſolo damno, in altera verò omiſſa: in eo quoque, quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſeruari.

4 ¶ Manet autem ſocietas eò vſque, donec in eodem conſenſu perſeuerauerint. At cùm aliquis renunciauerit ſocietati, ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè in hoc renunciauerit ſocietati, vt obueniens aliquod lucrum ſolus habeat, veluti ſi totorum bonorum ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renunciauerit ſocietati, vt hæreditatem ſolus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò aliud lucrifaciat, quod non captauerit: ad ipſum ſolum pertinet. Ei verò, cui renunciatum eſt, quicquid omnino poſt renunciatam ſocietatem adquiritur, ſoli conceditur.

5 ¶ Soluitur adhuc ſocietas etiam morte ſocij: quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit: ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit: morte vnius ſocij ſoluitur, etſi plures ſuperſint niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit.

6 ¶ Item ſi alicuius rei contracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt: finitur ſocietas.

7 ¶ Publicatione quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet ſi vniuerſa bona ſocij publicentur: nam cùm in eius locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur.

8 ¶ Item ſi quis ex ſociis mole debiti prægrauatus, bonis ſuis ceſſerit, & ideò propter publica aut priuata debita ſubſtantia eius veneat: ſoluitur ſocietas: ſed hoc caſu ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, noua videtur incipere ſocietas.

9 ¶ Socius ſocio vtrùm eo nomine tantùm teneatur pro ſocio actione, ſi quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi apud ſe paſſus eſt: an etiā

culpæ,

culpæ, id eſt, deſidiæ atque negligentiæ nomine quæſitum eſt: præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere [ſocium] qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nam qui parum diligentem ſocium ſibi adſumit: de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.

Quid eſt ſocietas?

Connexio. TErtia ſpecies contractuum qui conſenſu fiunt eſt ſocietas, de qua in hoc *tit. referendo ad tit. ff. & C. pro ſocio.* *Societas quid.* & definitur contractus bonæ fidei, vltrò citróque obligatorius, ſolo conſenſu perfectus, quo duo aut plures ob commodiorem vſum & quæſtum de rebus & operis honeſtè & animi propoſito, non incidenter contrahunt, ita vt lucrũ & damnum in commune fiant, Eſt *contractus, l. Iuriſgentium,* 7. §. 1. eſt contractus *bonæ fidei, l.* 3. *ff. pro ſoc. l. vnde*, 70. *l. rei communis*, 45. *ff. pro ſoc.* Debet enim bona *Bona fides in ſocietate exuberat.* fides in ſocietate exuberare, *d. l.* 3. *in fin. l. qui amittitur*, 19. *l.* 31. *l.* 37. *l.* 44. *ff. pro ſocio.* Eſt contractus *vltrò citróque obligatorius, & conſenſu perfectus, tit. de oblig. ex conſenſ. ſupr. l. tandiu ſocietas*, C. *pro ſocio.* non tantùm conſenſu expreſſo, ſed etiam tacito, nam provt ſocietas tacito conſenſu diſſoluitur, *l. itaque, ff. pro ſocio*, ſic tacito conſenſu poteſt contrahi, per *reg. nihil tam naturale*, 35. *ff. de reg. iur.* conſenſus nõ minùs facto quàm verbis demonſtratur, *l. indebitum*, C. *de condict. indeb.* & ex lapſu temporis conſenſus præſumitur interueniſſe eius qui rem ita paſſus eſt ſe habere, *l. cùm poſt ff. de iur. dot. l. ſi ſub ſpecie, C. de poſtul.* Iſte communionis & ſocietatis contractus debet eſſe *honeſtus*, quia de rebus turpibus, flagitioſis & inhóneſtis prohibita eſt ſocietas, vt de furto, vel rapina facienda, *l. quod ſæpè*, §. *fin. ff. de contrah. empt. l. nec prætermittendum*, 57. *ff. pro ſo.* Debet etiam fieri *animi propoſito; non incidenter*, cuiuſmodi ſunt *Societates impropriæ.* ſocietates impropriè dictæ inter virum & vxorem, *l. aduerſus*, 4. *C. de crim. expil. hæred.* inter litis conſortes, *l. vt ſit*, 31. *& ll. ſeqq. hoc tit.* qui propriè non cenſentur ſocij, vt poſt *Alex. conſil.* 40. *lib.* 2. *tradit Tuſchus lit. S. concl.* 279. *in fin.* inter criminis ſocios, cohæredes, collegatarios, coemptores, coofficiales, inter quos res communiter agi poteſt citra ius & nomen ſocietatis, ideò non ſunt propriè contractus. Propria verò ſocietas, de qua hîc agitur, eſt conuentionalis, & actus qui geritur non poteſt fieri citra ius & nomen ſocietatis. Denique in ſocietate *lucrum & damnum in commune fiunt*, nam qui ſentit commodum, ſentire etiam debet incommodum, *l. ſecundùm naturam*, 10. *ff. de reg. iur. l. is qui in poteſtate*, 15. §. *fin. ff. de legat. præſt. l. fi.* §. *ſed cum*, *Commodũ ſentiens incommodum ſentire debet.* C. *de furt. l. ſupernacuam*, 10. *C. de tempor. in integr. reſtit. l. Iulianus*, 13. §. *ex vendito*, 19. *ff. de act. empt.* §. *item pretium*, 2. *ſupr. de empt. & vend. Tuſchus tom.* 8. *lit. V. concluſ.* 374. Ratio eſt, quia omne commodum cum ſuo onere pertranſit, *l. cum fiſco*, 9. *ff. ad Syllan.* & omne incommodum aliquo *Commodũ cum ſuo onere pertranſit.* commodo compenſandum, *l.* 3. §. *fin. ff. de aqua pluu.* tamen non communicantur dotes, ſed tantùm fructus dotium hac ſocietate vniuerſali, *Fab. defin.* 7. C. *pro ſocio.*

Quotuplex eſt ſocietas?

Societas omnium bonorum. Duplex, aut omnium bonorum, aut quorundam vel vnius alicuius negotiationis, *in princ. tit. hic.* Illa eſt, quâ ipſo iure omnium ſociorum dominia & bona communicantur atque mutuò transferuntur, cuiuſmodi eſt ſocietas inter virum & vxorem, per quam omnia communicantur fortunæ bona, liberalitates amicorum, ſucceſſiones tam legitimæ quàm teſtamentariæ, & aliæ quæcunque illæ ſint, *l.* 1. §. 1. *l.* 3. § 1. *l. ſi ſocietatem vniuerſarum*, 73. *in princ. ff. pro ſoc.* item ſocietas fratrum qui poſt mortem patris in bonis indiuiſis cohabitant, lucra inter ſe cõmunicant, & rationes inuicem nondum reddiderunt, quæ ſocietas contracta præſumitur, *text. in l. Proculus*, 26 *ff. de probat. & præſumpt. l.* 69. *ff. de iur. dot. Menoch. lib.* 2. *arbitr. iudic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 127. *n.* 15. Hæc verò eſt per quam *Societas alicuius negotiationis.* tantùm illa communicantur quæ ex certa negotiatione aut ſpecie promanant, vt ſocietas de legitima tantũ, non etiam de teſtamentaria hæreditate, *l.* 3. §. *de illo quæritur*, 2. *ff. pro ſocio.* Societas in aliqua poſſeſſione, *l. duo ſocietatem*, 71. *in princ. ff. pro ſocio*, ſocietas emendi & vendendi aut olei, aut vini, aut frumenti, *in princ. tit. hic.*

Societatis modi quatuor. Societatis modi quatuor ſunt, primò, fit de omnibus bonis præſentibus, & hoc caſu omnia bona ſunt communicanda, non tamen veniunt futura de quibus nõ videtur cogitatum, *l. ſi ita eſſet*, 7. *ff. de auro arg. &c.* & non tantùm in teſtamentis, ſed etiam in contractibus tempus contrahendi inſpicitur; non quod

poſteà accidit. *l. Rutilia Pollo,69.ff.de contrah. empt.l.ſi filiusfamilias, 78.ff.de verb.oblig.* Secundò, ſimpliciter ſinè mentione omnium bonorum, & tunc communicanda ſunt tantùm illa, quæ ex quæſtu accedunt, vt ex emptione, locatione, non ex hæreditate, legato, aut donatione, quæ non ex quæſtu, ſed ex merito contingunt, *l.coirc,7.ff.pro ſocio.* Tertiò, fit ſocietas certæ negotiationis, vt vini, olei &c. & tum veniunt ex illa negotiatione quæſita, *§.1.hic.* Quartò, vnius tantùm rei, vt equi, *l.5.ff.pro ſocio.*

Societas perpetua, ad tẽpus, ex tempore, & ſub conditione.

Diuiditur adhuc ſocietas in perpetuam, quæ durat ad vitam, nec prius finitur, in eam quæ eſt ad tempus, quæ eſt ex tempore, & ſub conditione *l.1. ff. pro ſocio.* Cùm dicimus in perpetuum poſſe contrahi ſocietatem, id non eſt intelligendum quaſi nullus debeat eſſe finis ſocietatis, ſed perpetuam dicimus quæ per totum tempus vitæ ſocij durat, *gloſ. in l.1.ff.pro ſocio.*

An omnes ſocij æqualiter & lucrum & damnum reportant?

Omnes ſocij æqualiter lucrum & damnum ſentiunt.

Illud eſt regulare, naturale & ſubſtantiale, in ſocietate, vt omnes ſocij æqualiter & lucrum & damnum ſentiant, §.1. *2.& 3.hic.l.pro ſocio arbiter, 38 & paſſ. ff. pro ſocio.* Quæ æqualitas damni & lucri intelligenda eſt vbi nihil actum eſt, & cõuentum de lucro & damno, *Meno h. de arbitr. iud. caſ.125.n.2.* nam aliquando ex pacto & conuentione res aliter ſe habere poteſt, ita vt vnus duas partes lucri habeat, tertiam damni, alter verò duas damni, & tertiam lucri pro rata cuiuſque capitalis, *l.ſi non fuerint, 29.ff.pro ſocio, §. & quidem ſi nihil, 1. & §. illud hic.* pacta enim ſunt ſeruanda, eo quòd legem dent contractui, *l.ſi non fuerint,29.ff.pro ſocio.l.contractus,23.ff.de reg.iur.* Et cùm iſte contractus ſit bonæ fidei, nihil magis ei contrarium quàm quæ placuerunt inuicem non ſeruare, *§.28.infr.de action.* niſi ſint fortaſſe iniqua, *l.11.ex empto,ff.de act.empt.*

Contrà ſi aliter conuentum ſit.

Pacta dãt legem cõtractibus.

Ratio huius inæqualitatis eſt quòd ſocij æqualiter non contribuerint, ſed vnus operam, alter pecuniam præſtiterit: opera autem vel induſtria vnius pecuniam alterius excedat, *l.ſocietatem,76. cum 4. legib.ſeqq. ff. pro ſocio.* & ſic vnus plus minúſve in ſocietatem contulerit, vel operæ, vel induſtriæ, vel pecuniæ, *l.6. & l.80. ff. pro ſocio*, vel cuiuſcunque alterius rei, *l. ſi non fuerint, 29.verſ.ſi modò plus,ff.pro ſocio.*

Poteſt-ne vnus ſocius damnum ſuſtinere, & lucri partem nullam ferre?

Societas leonina.

Non, *l.ſi non fuerint, 29. §. vlt. ff.pro ſoc.* eſt enim talis ſocietas leonina, & iniquiſſima, *l.29. §. Ariſto refert, ff. hoc tit.* nam Leo vt habetur in fabula Æſopi prædam ita diuidebat cum vulpe vt ſibi illam integram vulpi nihil relinquens reſeruaret: Vel ſic, leo, aſinus & vulpes ſocietatem inierunt, vt quod in venatione cepiſſent id inter eos tanquam commune diuideretur: cùm verò prædã quandam nacti fuerint, leo imperat vt aſinus partiretur. Ille tanquam ſtolidus tres portiones æquales conſtituit quam ob cauſam leo indignatus, aſinum illicò dilaniauit: Vulpes illic adſtabat quam leo rurſus partiri iuſſit, illa vt ſaluti ſuæ conſuleret, totam fermè prædam Leoni attribuit, & ſibi pauxillum reſeruauit. Leo talem diuiſionem tanquam iuſtam valde approbauit, & vulpem rogauit quiſnam illam diuidendi rationem docuiſſet, reſpondit vulpes, ea aſini calamitas: vnde hæc Leonina ſocietas appellata eſt, cùm omne lucrũ ad vnum pertinet, & omne damnum ad alium, aliâs captioſa, iniuſta, & indigna, quia pro dignitate cuiuſque ſocij non eſt contracta, Ergo ius ſocietatis vtpotè fraternum, *l. verum eſt, 63. in princ. ff. pro ſocio,* non patitur vt alter ſociorum lucrum tantùm, damnum nullum, alter verò damnum tantùm, lucrum nullum ex ſocietate expectet, *arg.l.pro hærede, ff.de acquir. hered.l.ſi non fuerit,29.ff.pro ſocio.* Lucrum hic intelligitur omni damno & ære alieno deducto, & damnum, omni lucro deducto, lucri námque cum damno vſque ad concurrentem quantitatem compenſatio fit. quotieſcunque lucrum & damnum communicanda veniunt, *§. de illa, 2. in fin. hic. l. mutius, 30. ff. pro ſoc.* Itaque omne æs alienum ex cauſa ſocietatis, & eâ durante ab omnibus ſociis, vel ab vno ex ſociis contractum, de cõmuni erit ſoluendum, contrà ſi creatum ſit ab vno ex ſociis proprio nomine, vel ſi vnus ex ſociis condemnatus fuerit ob crimen vel dolum commiſſum, aut propter aliam cauſam illicitam, *l.adeò, §.vlt. l.ſed nec æs,12.ff.pro ſocio. Fab. defin. 1. C. pro ſocio.* eſt enim culpa omnis perſonalis, & cuique ſocio nocet, non toti ſocietati, *l. & ideo, l. de illo, ff.pro ſocio.* vel ſi obligatio non fuerit conuerſa in arcam, *id eſt,* ſo-

Lucrum. Damnum.

Digitized by Google

cietatis communionem, *l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio.*

Res in ſocietatem collata ſit-ne communis inter eum qui contulit, & eum qui operam præſtitit?

Fit tantùm communis ratione vſus exercitij, & lucri ex ea prouenientis, *§. de illa, 2. verſ. nam & ita, ibi, & tamen, hic. l. cum duobus, 52. §. ſi in coeunda, 2. ff. pro ſoc.* Vbi ſociorum vnus pecus in commune paſcendum, aut agrum excolendum dedit in commune quærendis fructibus, manent pecus & ager eius cuius priùs fuerunt neque communicantur.

Quomodo finitur ſocietas?

Expoſitum fuit quomodo ſocietas rectè contrahatur, ſequitur videndum quomodo finiatur.

Societas finitur multis modis. I. Finitur morte vnius ſocij, tam naturali quàm ciuili, maximâ videlicet, & media capitis diminutione, *§. ſoluitur, 5. hic. l. 4. §. 1. l. adeo, 59. in p inc. l. actione, 65. §. morte, 9. ff. pro ſocio.* & ſi plures ſint ſocij, poſt mortem vnius extinguitur ſocietas quoad omnes ſuperuiuentes, *l. actione, 65. §. morte, 9. ff. pro ſocio, & §. ſoluitur, 5. hic.* Ratio eſt quia mortui naturaliter & ciuiliter omni re ſunt ſpoliati. *Societas non tranſit in hæredes.* Deinde ſocietas non tranſit ad hęredes, etiam cõuẽtione, *l. nemo poteſt 35. l. adeò, 59. l. verum, 63. §. in hæredem, ff. pro ſocio. l. hæres ſocij, l. qui admittitur, ff. eod.* ne quis ſocius inuitus efficiatur, *l. cum duobus, 52. §. idem reſpondit, 9. ff. pro ſocio. l. nemo poteſt, 35. ff. pro ſocio.* ne etiam ſocius alicui fiat quem quis non vult ſibi ſocium *l. 65. § 11. & l. 19. ff. pro ſocio.* adde quòd veriſimile eſt vnumquemque ſociorum, perſonam elegiſſe affectione ſpeciali cum qua ſocietatem voluerit contrahere; *l. cùm patronus, ff. de leg. 2. l. cùm vnus, ff. de alim. legat.* exceptâ vectigalium ſocietate, *l. adeo, 59. ff. pro ſocio. l. verum eſt, 65. §. in hæredem; 8. ff. eod.*

Vectigal. Vectigal eſt quod pro mercibus commercij & negotiationis gratiâ tranſuehendis exponitur, *l. 17. ff. de verb. ſignif.* & illud capit fiſcus, vel reſpub. dicitúrque publicum, *gloſſ. ibid. Cuiac. obſeru. lib. 7. c. 4.*

Obiect. Atqui, inquies, ſocietas dicitur coiti in perpetuum, *l. 1. ff. pro ſocio.* Ergo tranſire poteſt in hæredes.

Reſp. Reſpondendum in eadem lege contineri reſtrictionem perpetui ad vitæ ſpacium, eo quòd nulla ſocietatis in æternum ſit coitio, *l. nulla, 70. ff. pro ſocio.*

II. Mutuâ renunciatione, mutuóque diſſenſu, *§. manet, 4. hic. l. 4. §. diſſociamur, 1. ff. pro ſocio.* nam cõtractus qui conſenſu fiunt, diſſenſu reſoluuntur: per quaſcunque enim cauſas res ligatur, per eaſdem diſſoluitur, *l. nihil tam naturale. 10. ff. de reg. iur.* ſi tamen renunciatio non ſit mutua, non fiet reſolutio, *l. actione, 65. §. diximus, 3. ff. pro ſocio,* quia tandiu durat ſocietas quandiu conſenſus partium integer perſeuerat, *l. tandiu, 5. C. pro ſocio. §. manet, h c.*

III. Finito negotio propter quod ſocietas eſt inita, *§. ſi alicuius, 6. hic. d. l. actione, §. item ſi alicuius, 10. ff. pro ſocio.*

IV. Publicatione bonorum omnium vnius ſocij propter delicta, nam ſi pars bonorum tantùm publicata ſit, manet ſocietas, *§ publicatione quoque, 12.*

V. Ceſſione bonorum ab vno ex ſocijs facta: ſi quis enim mole debitorum prægrauatus, bonis ſuis ceſſerit, finietur ſocietas, *§. penult. hic. l. ſocietatem, 4. in fin. d. l. actione, 65. §. 1. ff. pro ſocio.* tamen ſi poſt ceſſionem continuetur ſocietas, noua videtur contracta ſocietas, *§. item ſi quis, 8. hic. l. actione, 65. §. 1. ff. pro ſocio.* non enim inter eos ſocietas eſſe poteſt, ſi bona vnus non habeat.

VI. Interitu illius rei de qua eſt contracta ſocietas, *commun. opin.*

Denique ius ſocietatis ſoluitur cùm ſeparatim ſocij agere cœperint *l. itaque, ff. pro ſocio* & cùm vnuſquiſque eorum ſibi negotiabitur. *Boer. deciſ 58. n. 3. l. ita quoque cùm ſeparatim, 65. ff. pro ſocio. Ferrar. in pract. circa form. libell. in cauſ. ſociet. in verb. nec perſeuerare.*

Si res communis perierit quid præſtabit ſocius?

Socius præſtabit dolum, culpam latam, & leuem, deſidiam nempe, & negligentiam, *§. ſocius ſocio, vlt. hîc. l. cum duobus 52. §. 1. l. ſocius 72. ff. pro ſocio.* tenebitur etiam de furto, nam cuſtodiam præſtare debet. *Periculū ſocietatis.* De dolo non dubitatur, quia non valet conuentio ſi pactum ſit vt dolus non præſtetur, *l. 1. §. ſi conuenit, 6. ff. depoſiti.* neque dubitari poteſt de lata culpa, quia dolo æquiparatur in ciuilib[9], *l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Quòd culpa leuiſſima non ſit præſtanda, id docet Iuſtinianus, *in §. vlt. hic.* cùm dicit culpam non ad exactiſſimam diligentiam eſſe dirigendam, quia ſufficit talem à ſocio

diligentiam adhiberi, qualem in rebus ſuis propriis adhiberet: imputare enim debet ſibi alter ſocius ſi parum diligentem ſocium ſibi elegerit, ſi quidem qui cum alio contrahit, debet eſſe certus conditionis illius cum quo contrahit. *l. qui cum alio, 119. ff. de reg. iur.*

Quænam actio naſcitur ex hoc contractu?

actio pro ſocio. Actio pro ſocio vltrò citróque directa, quæ ſocio competit contra ſocium ad ſocietatem contractam complendam, *l. 3. in princ. ff. pro ſocio*: vel ad dirimendum ſocietatem, *l. tandiu, 5. C. pro ſocio*, vel vt ſocius det rationem de ſocietate & lucrum communicet: adeò vt hæc actio pro communicandis lucris contractâ ſocietate conquiſitis, competat, *l. cum proponas, C. eod.*

TITVLVS XXVII.

DE MANDATO.

TEXTVS.

MANDATVM contrahitur quinque modis: ſiue ſua tantùm gratia aliquis tibi mandet, ſiue ſua & tua, ſiue aliena tantùm, ſiue ſua & aliena, ſiue tua & aliena. At ſi tua tantùm gratia mandatum ſit: ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio naſcitur.

1 ¶ Mandantis [tantùm] gratia interuenit mandatum: veluti ſi quis tibi mandet, vt negotia eius gereres, vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo ſponderes.

2 ¶ Tua gratia & mandantis: veluti ſi mandet tibi, vt pecuniam ſub vſuris crederes ei, qui in rem ipſius mutuaretur, aut ſi volente te agere cũ eo ex fideiuſſoria cauſa, mandet tibi, vt eum reo agas, periculo mandantis: vel vt ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat.

3 ¶ Aliena autem [tantùm] cauſa interuenit mandatum, veluti ſi tibi aliquis mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes.

4 ¶ Sua & aliena: veluti ſi de communibus ſuis & Titij negotiis gerendis tibi mandet, vel vt ſibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio ſponderes.

5 ¶ Tua & aliena: veluti ſi tibi mandet, vt Titio ſub vſuris crederes: quia ſi ſine vſuris pecuniam crederes, aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

6 ¶ Tua tantùm gratia interuenit mandatum: veluti ſi tibi mãdet, vt pecunias tuas in emptiones potiùs prædiorum colloces, quàm fœneres: vel ex diuerſo, vt pecunias tuas fœneres potiùs, quàm in emptione prædiorum colloces. Cuius generis mandatum, magis conſilium, quàm mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio mandati obligatur, etiamſi nõ expediat ei, cui mandabatur, cùm liberum cuique ſit apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamuis non expediat eam tibi emiſſe, vel crediſſe, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares? ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia non aliter Titio crediſſes, quàm ſi tibi mandatum eſſet.

7 ¶ Illud quoque mandatum non eſt obligatorium, quod contra bonos mores eſt, veluti ſi Titius de furto, aut [de] damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris, non tamen vllam habes aduerſus Titium actionem.

8 ¶ Is, qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati, vt ecce, ſi quis vſque ad centum aureos mandauerit tibi, vt fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeò quidem, vt Sabino & Caſſio placuerit, etiamſi vſque ad centum aureos cum eo agere volueris: inutiliter te acturum. [Sed] diuerſæ ſcholæ auctores rectè vſque ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſanè benignior eſt. Quòd ſi minoris emeris, habebis ſcilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, vt ſibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandaſſe intelligitur, vt minoris (ſi poſſit) emeretur.

9 ¶ Rectè quoque mandatum contractum, ſi dum adhuc integra res ſit, reuocatum fuerit, euaneſcit.

10 ¶ Item ſi adhuc integro mandato, mors alterutrius interueniat, id eſt, vel eius qui mandauerit, vel illius, qui mandatum ſuſceperit: ſoluitur mandatum. Sed vtilitatis cauſa receptum eſt: ſi eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorãs eum deceſſiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione, alioqui iuſta & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titij, per ignorantiam liberto ſoluerint, liberari eos, cùm alioqui ſtricta iuris ratione non poſſent liberari, quia alij ſoluiſſent, quàm cui ſoluere debuerint.

11 ¶ Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt: ſuſceptum autem conſummandum eſt, aut quàm primùm renunciandum, vt per ſemetipſum aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuncietur, vt integra cauſa mandatori reſeruetur eandem rem explicandi: nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſa interceſſerit, aut non renunciandi, aut intempeſtiuè renunciandi.

12 ¶ Mandatum & in diem differri, & ſub conditione fieri poteſt.

13 ¶ In ſumma ſciendum eſt, mandatũ, niſi gratuitũ ſit, in aliam formam negotij cadere. Nam mercede conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et (vt generaliter dicamus) quibus caſibus

fine

Digitized by Google

ſine mercede ſuſceptò officio mandati, ſiue depoſiti contrahitur negotium: iis caſibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideò ſi fulloni polienda curandáve quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta neque promiſſa: mandati competit actio.

Quid eſt mandatum?

Connexio. SEquitur vltima ſpecies contractus qui conſenſu perficitur, nempe mandatum, non mandatum ſumptū pro præcepto ſuperioris, vt Dei, *Deut.c.31. & Pſal.* 119. vel magiſtratus, aut parentum: neq; pro munere delegationis, vt in *l.mandatâ iuriſdictione* 52 D *de offic.eius cui mand. eſt iuriſdict. & tit. iii.* C. *mand. princip.* neque pro decreto Principis, vt in *l.3. v. nam & in mandatis*, D. *de offic.præſid.* Sed pro rogatione priuati hominis, & pendet iſtud mandatum ex officio & amicitia, *l.1.§.vlt.* D. *mand.* dicitúrque quaſi manudatum: manus enim ſignificat fidem, vnde manum dare, *id eſt*, fidem dare. Reuocandus eſt iſte titulus *ad tit.D. mand tit, vel contrà, & ad tit.* C. *de mand.*

Varia ſignificata vocabuli mandati.

Mandati definitio. Definitur mandatum, contractus bonæ fidei ſolo conſenſu perfectus, quò quis officiosè, gratis, & honeſtè alia negotia ſuſcipit adminiſtranda, & fit per hac verba, rogo, volo, mando, ſupplico, & ſimilia. Ille qui negotia dat adminiſtranda, appellatur mandator vel mandans, *l.inter, 26. §. non omnia*, 6.D. *mand.* Ille verò qui adminiſtrationem in ſe ſuſcipit, appellatur mandatarius, aliàs procurator, *l. remunerandi*, 6. §. *apud Iulianum*, 6. D *mand.* Iſte contractus eſt bonæ fidei, *l. idemque*, 10 *in princ.* D. *mand.* Nudo conſenſu perficitur, *in princ. ſupr.* D. *de oblig. quæ ex conſenſ. l. 1. in princ. D.mand. l. ſi ſecundum*, 14. C. *mand.* Debet adminiſtratio illa eſſe gratuita & officioſa, vtpotè ex officio amicitiæ proficiſcens, *l.1* §.4 D. *mand.* nam ſi interueniat merces erit locatio, §. *in ſumma*, 13. *hic* Poteſt tamen quædam honeſta fieri remuneratio quæ honorarium appellatur, *l. 1. in princ. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. l. ſi remunerandi in princip.* D. *mand.* Deinde vbi eſt promiſſum ſalarium illud debetur; vt *in l. Salarium*, 7. D. *mand. & in l.idemque*, 10 §. *idem Labeo*, 9 *ff. eod. & in l.1. C. eod.* Dummodò non ſit promiſſum pacto aduerſante bonis moribus vtpotè de quota litis, vel parte per procuratorem lucranda, quod improbum, *l. Salarium*, 7. C. *de procurat. l. ſi contrahenda*, 20. *C.mand.* Debet honeſtè ſuſcipi adminiſtratio, quia mandatum non eſt rei iniuſtæ, vel turpis, §. *illud*, 7. *hic. l.* 6. §. *rei turpis*, 3. *D. mand.* & rei flagitioſæ ſocietas nullas habet vires, *l.* 57. *D. pro ſocio.* Debent à Procuratore ſuſcipi negotia adminiſtranda, *l. idemque*, 10. §. *ſi quis ea, ff. mand. l.2. D de proxenet.*

Mandator.

Mandatarius.

Quomodo diuiditur mandatum?

Mandatū expreſſum. Variis modis, I. Ab efficiente, in expreſſum & tacitum: expreſſum eſt quod verbis expreſſis datur, ſic, volo, rogo, cupio, mando, & aliis eiuſmodi verbis, vt hoc vel illud facias; *l.1.§.2. D. mand.* Tacitum eſt, quod non verbis expreſſis fit, ſed tacitis per patientiam atque ratihabitionem, *l. qui patitur*, 18. *l. ſi pro te*, 40. *& l. qui fide* 53. D. *mand.* ita vt quamuis admittantur aliquando forenſes procuratores ſine mandato, tamen intra certum tempus mandatum vel ratihabitionem exhibere apud acta, vel in iudicio proferre iubeantur.

Mandatū tacitum.

Mandatū ad negotia & ad lites. II. A materia, in mandatum ad negotia, & mandatum ad lites, *l. nam &*, 12. *l. ſequ. ibi ad actionem procurator factus*, D. *de pactis.*

Mandatū generale. III. Diuiditur in mandatum generale & ſpeciale. generale eſt cùm quis generaliter procurator omnium bonorum vel ad omnes lites conſtituitur, *l. procurator totorum bonorum*, 63. *D. de procurat.* ſingulare eſt reſtrictum ad certam negotiationem, aut litem, *l.1.§.1. D. eod. l. ſi remunerandi*, 6. §. *apud, ff. mandat.* Sic in compromiſſo quod fieri debet, ſpeciale requiritur mandatum, Guid. Pap. *quæſt.* 69. *numer.* 3. ac proinde etiam in tranſactione alieno nomine, Fab. *defin.* 4. C. *mandat.* niſi in generali mandato libera commiſſa ſit adminiſtratio, idem *defin.* 7. C. *de tranſact.* Requiritur quoque in declaratione adeundæ hæreditatis, & eorum quæ in domini necem tendunt, quia declaratio aut confeſsio extra cauſam mandati à procuratore facta non nocet domino, idem *defin.* 1. C. *de procurat.* tum ad reſcindendum & impugnandum contractum quem dominus fecerit, Fab. *defin.* 8. C. *famil. erciſcund.* ad contractum ratificandum, iuſiurandum acceptandum, aut referendum, *l. iuſiurandum*, 51. *ff. de iureiurand. l.1. C. eod.* matrimonium tractandum aut concludendum, ſponſalia facienda; ad iuramentum de calumnia præſtandum, ad reſtitutionē in integrū petendam, *l. illud*, 25. §. *ſi talis, ff.*

Mandatū ſpeciale.

In quibus requiritur ſpeciale mandatum.

de minorib. & ad declinandum atque recuſandum, tamen vide Imbert. Enchir. *in verbo recuſatio.* Vide Damhond. *prax. cap.* 88 Mandatum generale vel fit cum adminiſtratione libera, vel cum plena adminiſtrandi poteſtate, ita vt mandatarius poſſit omnia facere quæ dominus facere poſſet, etiam alienare, non tamen donare, *l. procurator cui*, 58. D *de procur.* vel fit ſine libera adminiſtratione, *l. mandato generali*, 60 D. *eod.*

Mandatum purũ, conditionale & in diem.

IV. Diuiditur mandatum ab accidente in purum, conditionale & in diem, §. *penult. hic. l.* 1. §. *penult. ff. mand.*

Mandatum mandatoris gratiâ.

Mandatoris & mãdatarij gratiâ.

Mandatarij gratiâ

Mandatoris & tertij gratiâ

Mandatarij & tertij gratiâ.

V. A fine mandatũ diuiditur in id 1. quod ſolius mandatoris gratiâ fit: quando quis mandat vt negotia eius geras, vel fundũ ei emas vel pro eo ſpondeas, §. *mandantis*, 1. *hic.* 2. Mandatoris & mandatarii gratiâ, veluti ſi mandet tibi vt pecuniam cum vſuris credas ei qui in rem ipſius mutuatus eſt, §. *tuâ gratiâ*, 2. *hic.* 3. Mandatarij ſolius gratiâ, quod magis conſilium eſt quàm mandatum, vnde nulla naſcitur obligatio, nulla actio inter mandatorem & mandatarium, quia in contractibus ex conſilio nemo obligatur, §. *tuâ tantùm gratiâ*, 6. *hic.* & *l.* 47. D. *de reg. iur. l. mandatum*, 2 §. 5. *D. mandati*, 4 Mandatoris & alicuius tertii gratiâ, vt ſi de omnibus ſuis & Titii negotiis gerendis mandatum fiat, §. *ſuâ & alieaâ* 4. *hic.* 5 Mandatarii & alicuius tertii gratiâ, veluti ſi tibi quis mandet vt Titio ſub vſuris credas, §. *tua & aliena*, 5. *hic.*

Quinam poſſunt eſſe mandatores & mandatarij, & qui non?

Mandatores & mandatarij.

Omnes ſiue ſint patresfamiliàs, ſiue filiifamilias, poſſunt eſſe mandatores, & mandatarii, *l. filiusfamiliàs*, 8. *in princ. D. de procurat.*

Exceptis, I. Seruis in proprio facto, nam cum iis nulla eſt actio, *l. cum ſeruo*, 87. *D. de reg. iur.*

II. Infantibus, conſenſu & iudicio deſtitutis qui actu ratiocinari nequeunt, *l.* 1. *in princ. D. de verb. oblig. l. obligari*, 43. D. *de oblig. & act.*

III. Pupillis, niſi agatur de conditione melioranda, *in princ. ſupr. de author. tut.* & niſi interueniat tutoris authoritas, *arg. l. pupillus*, 149. *ff. de reg. iur.*

IV. Furioſis, quia mente capti ſunt, voluntate carent, & animus in iis deeſt, *l.* 2. §. 1. D. *de procurat. l. furioſi*, 40. *D. de reg. iur.*

V. Prodigis, quibus bonis interdictum eſt, *l. marcellus*, 25. D. *de fideiuſſorib. d. l. furioſi*, 40. *D. de reg. iur.*

VI. Naturaliter ſurdis & mutis, qui conceptus ſuos & animi ſenſa exprimere nequeunt, aliud eſt de caſu tantùm ſurdis & mutis, qui nutu vel ſcripturâ, ſi ſint literati procedere poſſunt, *l. mutus*, 43. *in princ. D. de procurat.*

Quodnam eſt præcipuum mandatarij officium?

Mandatarij officiũ.

Hoc, nempe vt fines mandati non excedat, ſed omnia diligenter exequatur, quæ in mandatis data ſunt, is qui exequitur, *l. diligenter*, 5. D. *mand.* §. *is qui*, 8. *hic.* alioqui quæ geſta erunt præter citra, aut vltra mandatum, corruent, & non id quod mandatum, ſed aliud facere viſus fuerit mandatarius, *l.* 5. *in princip. & l. rogatus*, 33 D. *mand.* nihil enim magis contrariatur mandato quàm tranſgreſſio finium mandati. *l. cùm mandati*, 12. C. *mandati.* Hoc intelligendum eſt ſi nulla interuenerit geſtorum ratihabitio, quæ mandato comparatur, *l. vero procuratori*, 12. § *vltim.* D. *de neg. geſt.* & eſt approbatio eius quod cum eo geſtum eſt qui egit tanquam procurator, & qui cauit rem ratam haberi, *l.* 12. §. 1. D. *rat. rem hab.* Fit autem ratihabitio per minorem, vel facto, vel taciturnitate longi temporis, vel verbis, Curt. Iun. *conſ.* 50. *num* 9. & per maiorem vel verbis expreſsè, vel tacitè factis, *l. non tantum verbis*, 6. *D. rem ratam hab.* Quod dictum eſt procedit ſi mandatum ſit determinatum ad certum negotium, nam ſi indeterminatum ſit, ex bona fide recipiet intepretationem, eo quòd ſit contractus bonæ fidei, § *actionum*, 28. *infr. de action.*

Ratihabitio quomodo per minorem & maiorem fiat.

Mandatarius quid præſtare debet cùm mandatum non fuit diligenter ſeruatum?

Mandatarius præſtat dolũ, & culpam omnem, atque caſum improuiſum.

Debet præſtare non dolum tantùm, & culpam latam, ſed etiam leuem, & leuiſsimam, *id eſt*, ſummam & exactiſsimam diligentiam, nec non improuiſum caſum, *l. à Procuratore*, 13. C. *mand.* niſi aliter ſit conuentum, *l.* 1. C. *depoſ.* vel niſi culpa præcedat caſum, *l. in rebus* 18 D. *commod.*

Quomodo finitur mandatum?

Finis mãdati.

I. Morte mandatoris re integrâ, §. *item ſi adhuc*, 10 *hic. l. inter*, 26. *in princ. l. qui negotia*, 34. §. 1. D. *mand. l. mandatum*, 15. C. *mand.*

C. *mand.* Couarr. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 14. *n.* 16. Fallit tamen in mandato ad pias cauſas, per *text. in clem. exiii.* §. *in eo verò caſu, de verb. ſignif.* Fallit etiam ſi mandatarius ignorauerit mandatorem mortuum fuiſſe, & interim aliquid executus ſit, tunc valebit illud, §. *item ſi adhuc,* 10. *hic. l. inter cauſas, & l. ſi præcedente,* D. *mand.*

II. Morte mandatarij, *d.* §. *item,* 10. *hic. l. mandatum*; 57. *D. mand.* Et hoc caſu citanda erit pars ad nouum procuratorem in lite ſubſtituendum & ſubrogandum.

III. Reuocatione mandati, §. *rectè.* 9. *hic.* quæ fit lite ad exitum perductâ & adminiſtratione negotiorum finitâ, item conſtitutione alius procuratoris, *l. ſi quis,* 31. §. *ſultanus. D. de procurat.* vel ſola voluntatis mutatione; *l. ſi verò,* 12. §. *pen. l. ſi quis alicui,* 27. §. 1. *D. mand.* Tum reditu domini qui ſeſe ſuis negotiis immiſcuit. Reſcripto demum Principis quod appellatur Gallicè, *lettres de deſadueu*, & obtinetur contra Procuratoris factum, Fab. *defin.* 3. C. *de Procurat. not. l.* 1. C. *de ſatiſd. & Dambond. prax. cap.* 91. Pap. *lib.* 6. *tit.* 4. *art.* 22.

IV. Renunciatione mandatarii quâ ille ad intereſſe non obligatur, dummodò mandatot negotium æquè commodè per alium poſſit exequi, §. *mandatum non ſuſcipere,* 11. *hi*. Procurator tamen non poteſt litem ſemel ſuſceptam ſine cauſa deſerere, *l. filius familias,* 8. §. *vlt. inncta, l. poſt litem,* 17. §. 1. *D. de Procurat.* Ioh. Philipp *art* 99.

V. Maximâ & mediâ capitis diminutione, *l. poſt litem,* 17. *in p in. D. de procurat.* In ſumma ſoluitur ex voluntate expreſſa, & tacita mutatione, & quidem ex finita voluntate, tunc enim extinctum eſt mandatum.

Hîc notandum mandatum quo quis in rem ſuam procurator datus eſt reuocari non poſſe, *l. quæ omnia,* 25. § *planè.* 2. *l. procurator*e, 55 *ff de procurat.* neque mandantis morte vel mandatarii te integrâ extingui, niſi mandator ſine hærede deceſſerit, quo caſu vtilis actio competit contra debitorem, *l.* 1. *C. de oblig. & act. l. illam ſubti em,* 33. C *de donat.*

Notandum adhuc procuratorem mandati actione agere poſſe ratione rerum adminiſtratatum, poſt mortem mandantis, ſi eum mortuum eſſe ignorauerit, *l. item ſi adhuc,* 10. *verſ. ſed vtilitatis cauſâ, hic, l. inter,* 26. *in princ. &* §. 1. *ff. mand.*

Quænam actio oritur ex mandato?

Actio quæ dicitur mandati directa, competens mandatori, contra mandatorium, & eius hæredes, ad id quod eius intereſt, ſi mandatum non fuit expletum, aut non ita vt mandatum erat, *l. ſi procuratorem,* §. *in mandati* [illegible] 6. *ff. mand.* nam actio mandati directa nulla eſt niſi noſtra interſit aliquid factum eſſe, aut non eſſe, Conhan. *lib.* 7. *c.* 4. Item actio contraria, quæ competit mandatario contra mandatorem, indemnem enim ſeruari mandatarium oportet, Fab. *defin.* 26. C *de vſur. & mor.* habérque mandatarius ſiue Procurator ius retentionis etiam actorum litis pro ſumptibus à ſe factis, *l. quæ omnia,* 25 *in fin. D. de Procurat.* quia diligentia ſua nemini debet eſſe damnoſa, *gloſ. cui in l. ſi merces,* 25. §. *vu major, D. locat.* cùm contrà negligentia ſua cuique non alii noceat, *l. pupillus,* 24. *verſ. ſua negligentia expenſum ferre debeant* D. *quæ in fraud. cred. l.* 4. §. *negligentiam, ff. de fideiuſſ. & l.* 3. *in princ.* D. *de tranſact.* Contrarium habetur in *Conſt. Reg. Caroli VII. art.* 43. 44. vbi dicitur tale ius procuratori non competere. Ergo diſtinguendum: Vel enim agitur de expenſis in litem factis, & pecuniis à Procuratore ſuppeditatis pro cliente, vel ſimpliciter de ipſius ſalario: Priori caſu Procurator habebit ius retentionis: poſteriori, non, item, & ita iudicatum *Pariſiis* 1547 *refert* Guid. Coquill. *in quæſt.* 196. *Conſtit. Sabaudi. art.* 175. Papo, *lib* 6. *tit.* 4. *art.* 21.

Actio mandati directa.

Actio mandati contraria.

An Procuratori retentio actorum pro ſumptibus.

TITVLVS XXVIII.

DE OBLIGATIONIBVS *quæ quaſi ex contractu naſcuntur.*

TEXTVS.

POST genera contractuum enumerata diſpiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non propriè naſci ex contractu intelliguntur: ſed tamen quia non ex maleficio ſubſtantiam capiunt, quaſi ex contracto naſci videntur.

1 ¶ Igitur cùm quis negotia abſentis geſſerit: vltrò citróque inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur negotiorum geſtorum, ſed domino quidem rei geſtæ aduerſus eum, qui geſſit, directa competit actio: negotiorum autem geſtori, contraria, quas ex nullo contractu propriè naſci, manifeſtum eſt: quippe ita naſcuntur iſtæ a-

ctiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit, ex qua cauſa ii, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque vtilitatis cauſa receptum eſt: ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti eſſent, deſererentur negotia: quæ ſanè nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſſit negotia, dominum habet obligatum negotiorum geſtorum: Ita & contrà iſte quoque tenetur, vt administrationis reddat rationem. Quo caſu ad exactiſſimam quiſque diligentiam compellitur reddere rationem: nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modò alius diligentior [eo] commodiùs adminiſtraturus eſſet negotia.

2 ¶ Tutores quoque, qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati [eſſe] intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) ſed quia ſanè non ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu teneri videntur. Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: ſed & contrà tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus eius obligauerit.

3 ¶ Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine ſocietate: veluti quod pariter eis legata donatáve eſſet: & alter eorum alteri ideo teneatur communi diuidundo iudicio, quòd ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quòd ſocius eius ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit: non intelligitur ex contractu propriè obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe contraxerunt, ſed quia ex maleficio non tenetur: quaſi ex contractu teneri videtur.

4 ¶ Idem iuris eſt de eo qui cohæredi familiæ erciſcundæ iudicio ex his cauſis obligatus eſt.

5 ¶ Hæres quoque legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur: (neque enim cum hærede, neque cum defuncto vllum negotium legatarius geſſiſſe propriè dici poteſt) & tamen quia ex maleficio non eſt obligatus: quaſi ex contractu debere intelligitur.

6 ¶ Item is, cui quis per errorem non debitum ſoluit [quaſi ex contractu debere videtur.] Adeo enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus [eſſe], vt ſi certiorem rationem ſequamur: magis (vt ſuprà diximus) ex distractu, quàm ex contractu poſſit dici obligatus eſſe, nam qui ſoluendi animo pecuniam dat: in hoc dare videtur, vt diſtrahat potiùs negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur, ac ſi mutuum ei daretur, & ideo condictione tenetur.

7 ¶ Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem non debitum ſolutum ſit: ſic nanque definierunt veteres, ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſis non debitum ſolutum, repeti non poſſe: veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta, per damnationem cuique legata fuerant: noſtra autem conſtitutio, cùm vnam naturam omnibus legatis & fideicommiſſis indulſit, huiuſmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommiſſis extendi voluit: ſed non omnibus legatariis hoc præbuit, ſed tantummodo in iis legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluantur, non repetuntur.

Quænam ſunt obligationes quæ quaſi ex contractu naſcuntur?

Vetunt obligationes ex contractu, ſequuntur ex quaſi contractu natæ, in quibus ineundis duorum vel plurium conſenſus mutuus non interuenit, cuiuſmodi ſunt negotiorum geſtio, Tutelæ adminiſtratio, Rerum communio, Aditio hæreditatis, & indebiti ſolutio, *in to. tit. hic. l. ſi quis abſentis, 5. D. de oblig. & act.* ad quam *l. reſerendus eſt iſte titulus.* *Connexio.*

Notandum hic per quaſi contractum intelligi contractum impropriium, in quo animus contrahendi vnius ſolius tacito actu tanquam conſenſu, & ſæpe altero ignorante, vel etiam inuito interuenire ſolet: ergo eſt tantùm præſumptiuus & fictitius contractus, cùm alij contractus, qui præceſſerunt ſint veri, proprij, & inter duos vel plures qui negotium voluntate & animo contraxerunt initi. Sic dicimus aliam eſſe veram poſſeſſionem, aliam quaſi poſſeſſionem. Ergo cùm iſtæ ſpecies neque ſint veri contractus, neque ex maleficio ſubſtantiam capiant, dicuntur quaſi contractus, *in princ. hic.* *Obligatio non ex quaſi contractu nata.* *Quaſi contractus qui dicatur.*

Notandum adhuc, ad prædictas quaſi contractuum ſpecies referri poſſe iudicatum, de quo in *l. licet, 3. §. idem ſcribit, 11. D. de pecul. & tot. tit. ff. de re iud.* Tum etiam iuſiurandum ex quo actio naſcitur in factum, vt ex iudicato, *l. iuſiurandum, 2. & tot. tit. D. de iureiurand.* Giphan. *ad princ. tit. hic.* *Iudicatum eſt quaſi contractus.*

Quid eſt negotiorum geſtio?

Prima ſpecies obligationis ex quaſi contractu natæ, eſt negotiorum geſtio: cùm quis ſine mandato alicuius abſentis ignorantis, & etiam inuiti, præcipiti & ſubitâ feſtinatione peregrè profecti, tanquam ſtatim rediturí, nulli demandatâ rerum ſuarum adminiſtratione, negotia eius ſponte, vtiliter, & officioſè gerit. Primò, geruntur negotia abſentis & ignorantis, §. *igitur cùm quis, 1. hic. l. ſi quis abſentis 5. in princip. D. de obligat. & act.* *Negotiorum geſtio*

& act. ideò in *l.* 1. D. *de negot. geſtis*, dicitur Edictum de negotiis geſtis abſentibus magnam adferre vtilitatem: tamen illa lex etiam intelligenda eſt de præſentibus, vt dicit *gloſ. ibid.* quia præſentium negotia geri quoque poſſunt ſi modò præſentes ignorent rem ſuam geri, nam ſi ſcirent & paterentur, haberentur pro mandantibus, *l. qui patitur*, 18. *D. mand. l. remunerandi*, 6. §. *ſi paſſus*, D. *eod.* Deinde geruntur negotia inuiti, *l. ſi pro te*, 40. *l. qui fide*, 53. D. *mand. l. vlt.* C. *eod.*

Præterea ſine mandato geruntur negotia, ad differentiam ſpecificam mandati, quod verus eſt contractus: itaque negotiorum geſtor eſt procurator ſine mandato, & ex tali geſtione naſcitur inter eum & qui geſſit, & eum cuius negotia geſta ſunt obligatio, & ex illa obligatione actio. Porrò vtiliter geri debent negotia, §. 1. *ibi, qui vtiliter geſſerit, hic.* & ſufficit vt vtilitas ab initio apparuerit, etiamſi res poſteà malè ſucceſſerit: vt ſi domus vtiliter empta, aut ſuffulta, conflagrata ſit, *l. ſed an vltrò*, 10. §. 1. *l. ſucceſſori*, 12. §. *vlt. & l. ex duobus*, 27. D. *de negot. geſt.* Denique ſponte geruntur negotia, nullâ neceſſitate inducente, *l.* 3. §. *hac actione*, 10. *D. de negot. geſt.* Ex his patet diſcrimen inter negotiorum geſtorum actionem & actionem mandati, illa quippe hâc generalior eſt, vt ait Fab. *defin.* 3. C. *de negot. geſt.*

Quotuplex oritur actio ex negotiorum geſtione?

Actio negotiorum geſtorum directa. Duplex, directa & contraria, §. *igitur*, 1. *hic, l. ſin autem*, 20. *D. de neg. geſt.* Directa competit domino rei geſtæ contra geſtorem, vt geſtionis rationem reddat, & quidquid ad eum peruenerit, reſtituat, *l. 2. & l. negotia*, 11. D. *de negot. geſt.* *Actio negot. geſtorum contraria.* Contraria competit geſtori contra dominum ad repetendum id omne quod vtiliter in negotium geſtum de ſuo impendit, *l. 2. in fin. §. non tantùm*, 4. *l. ſi quis negotia*. 25. *D. de negot. geſt. l. ſiue pro fratre*, 3. & *l. ſi negotium*, 16. C. *de neg. geſt. & l. ſi pupilli*, 6. §. 2. *cum ſeq. D. eod.* Sic priuatus qui ſoluit vniuerſitatis debitum, & vniuerſitatem vtiliter ſolutione liberauit, habet actionem contra vniuerſitatem negotiorum geſtorum, Fab. *defin.* 2. C. *de negot. geſt.*

Quid præſtat negotiorum geſtor?

Negotiorum geſtor præſtat dolum culpā latam, leuem, & aliquando leuiſſimā, non caſum fortuitū. Præſtat dolum, latam, & leuem culpam, *l. ſi negotia*, 11. *D. de neg. geſt. l. tutori*, 20. C *eod. l. debitor*, 13. *& l. ſiue hæreditariis*, 27. D *de neg. geſt.* aliquando præſtat culpam leuiſſimam, ſi alius diligentior negotia geſturus erat, ſi is non geſsiſſet, §. 1. *hic.* non præſtat caſum fortuitum, *l. ſed an vltrò*, 10. §. *ſi autem l.* 22. *l. litis*, 37. §. 1. D. *eod. l. negotium*, 22. C. *eod.* 1. *niſi pupilli negotia geſſerit*, *l.* 6. *in princ. l. litis*, 37. *in princ.* D. *de neg. geſt.* 2. Si ſui lucri causâ, & prædandi animo geſsit, *d. l.* 6. §. 3 *ſed ſi.* 3. niſi eius culpâ caſus contigit, *l. debitor*, 13. *ff. eod.* 4. niſi in re reſtituenda moram admiſit, *argum. l. cùm res*, 47. § *vltim. ff. de legat.* 1. 5. niſi nouum geſsit negotium quod dominus agere non erat ſolitus, *l. ſi negotia*, 11. D. *eod.*

Eſt-ne hodie negotiorum actio in vſu?

Negotiorū geſtio parū frequens hodie. Quamuis olim negotiorum geſtorum actio in frequenti fuerit vſu, hodie tamen parum eſt frequens, varias ob cauſas, præcipuè tamen quòd eius loco ſit actio mandati, Fab. *defin.* 1. C. *de neg. geſt.* nemo ferè inuenitur in foro qui vltrò & abſque mandato alieno negotio gerendo ſeſe offerat.

Quid eſt adminiſtratio tutelæ?

Adminiſtratio tutelæ. Secunda ſpecies obligationis ex quaſi contractu natæ eſt, Tutelæ adminiſtratio, quæ definitur obligatio ex quaſi contractu, quâ tutor datus ad perſonam & res pupilli fideliter adminiſtrandas adſtringitur pupillo, & viciſsim pupillus tutori. Quòd autem iſta adminiſtratio tutelæ ſit obligatio ex quaſi contractu patet ex §. *tutores quoque*, 2. *hic.* Vbi dicit Iuſtinianus non eſſe obligationem ex contractu, eo quòd nullū negotium inter tutorem & pupillum contrahatur: non teneri etiam tutorem ex maleficio, ac proinde ex quaſi contractu naſci iſtam obligationem.

Quotuplex actio promanat ex adminiſtratione tutelæ?

Actio adminiſtrationis tutelæ directa. Quamuis inter Tutorem & pupillum nullus interuenerit conſenſus cùm adminiſtratio fuit ſuſcepta, tamen lex fingit mutuam quandam obligationem, ex qua duplex oritur actio, directa & contraria, §. *tutores quoque*, 2. *verſ. non tantùm*, *l. ſi abſentis*, 5. §. 1. *verſ. & hoc autē*, *ff. de oblig. & act. tot. tit. ff. de tut. & act. diſtrah.* Directa cōpetit puberi, qui ſub tutoris adminiſtra-

Digitized by Google

tione impuberem tranſegit ætatem aduerſus eum, qui tutor eius fuit, *l.3.§.1.D.de adminiſt.& pericul.tutor.* vt adminiſtrationis rationes reddat. *§. vlt.de Attiliano, tut. ſupr.l.1.in princ.§.3.& paſsim, D.de tut.& rat. diſtrah.l.11.l.21.C.de admin.tut.* Sunt enim tutoris bona omnia tacitè pupillo à lege obligata pro adminiſtrationis ratione, *l.pro officio,20.C.de adminiſt.tut.* etiam pro neglectis, Neguz. *in tract.de pignor.in 4.memb. 2. part. num.6.* Sicut omnes adminiſtratores rationem reddere ſunt compellendi, *§.coges,in authen. de mand. princ.* Nou 123.*cap.23.* prout etiam habetur, Luc.16.*v.2.* & quidem in domo pupilli, Expill. *par.2. cap.19.* In iſta ratione, primò debent rationes offerri legendæ, examinandæ, & diſcutiendæ cum actus inſtrumento, adeóque libri rationum exhibendi adminiſtrationis fidem facientes, de quibus *in l.1. §.officia, D de tut.& rat. diſt. ab.* prout etiam fidem faciunt libri rationum mercatorum, numulariorum, de quibus in *l.quædam, 9.§. numularios,2.D.de edendo.* Guid. Pap. *quæſt. 441.* dummodò adſint ſex illa adminicula de quibus *in d. quæſt.441.* & exactorum tributorum, de quibus *in l.illata,4. C.de fid.inſtrum.* & alii priuatarum perſonarum libri rationum, qui contra ſcribentes fidem faciunt, vt & contra omnes ab iis cauſam habentes, Treutler. *conſ.3.n 187.* Deinde quæ reſtant bona fide reddi debent atque perſolui, *l. 1. in princ. & §. de rationibus, ff. de tut. & rat. diſtrah.l.fi.§.inter cætera, vbi* Bart. *D.de liber.leg.text.in l. ſi purè in fi.D. de fideicom. liber.* Debent autem rationes tutelę reddi vbi ipſa fuit adminiſtrata, *tot. tit. C. vbi de ratio.* Pap. *lib.7.tit.7 art.54.* Hæc actio directa non tantùm competit minori contra tutorem qui adminiſtrauit, ſed etiam contra tutoris hæredem: Vide requiſita in redditione rationis apud Chaſſan. *in conſu Burg. de liberis, &c. §. 6. verſ.de reddenda ratione, n.7.& ſeq.*

Tutoris bona ſunt tacitè pupillo obligata.

Omnes administratores debent rationem reddere.

Rationum redditio quomodo fiat.

Libri rationum fidem faciunt.

Rationes tutelæ ibi debent reddi vbi ipſa fuit administrata.

Contraria non tantùm ei qui tutor fuit, ſed etiam ei qui pro tutore geſſit aduerſus quondam pupillum, & nunc maiorem, vel adoleſcentem legitimæ ætatis factum, vt ei reſtituatur quod neceſſariò & vtiliter in rem pupilli de ſuo impendit, *§. tutores quoque, 2.in fin.hic.l.ſi quis abſentis,5.§.1. D. de neg. & act. l.ſi pater tuus, 3.C.de contr.iud.tut.* neque enim tutor ob officium quod gerit damni quicquam ſentire debet, *l.videlicet,29.D. ex quib cauſ.mai.l.7.D.teſt. quem.aper.* nec

Actio administrationis tutelæ contraria.

item de ſuo quicquam erogare cogitur, Paul. Montan. *in tract. de iur. tut. & curat. c.36 reg.2 n.3.& cap.40.n.3.& 4.* Petr. Surd. *conſ.365. nu.25.* Attamen etiamſi ex adminiſtratione tutelæ, aliquid tutori debeatur, non ideo habebit hypothecam, aut ius retentionis in bona pupilli pro debito, Fab. *defin.1.C de contrar.iudic.tutel.* Et quamuis tutor in ſingulas cauſas & tempora obligetur pupillo, *l.37.in princ. D. de adminiſt.tut.* tamen actio in eum exerceri nequit ante finitam tutelam, *l.1. §.24.l.4 in princ.D.de tut.ration.diſtrah.* Vide quæ dicta ſunt *ſupr. ad tit.de Attilian. Tutor. &c.quæſt. Tutores ad quid obligentur?*

Vbinam exerceri debent tutelæ actiones?

Omnes actiones tutelæ & curatelæ, adeóque ea omnia quæ ad tutelam & curatelam pertinent tractari debent coram Iudice illius loci in quo adminiſtratio geſta eſt, *tot.tit.vbi de rat.actor. agi oport.& l.2. vbi & apud quem, ita iudicatum Gratianopoli,3. & 12.Iul.1613.*

Vbi exercenda tutelæ actio.

Quænam eſt communio rerum?

Tertia ſpecies obligationis ex quaſi contractu natæ, eſt rerum communio, quæ eſt obligatio ex quaſi contractu, quâ duo vel plures inter quos res quædam citra ſocietatis conuentionem communes ſunt, ad eas diuidendas, ad diuidendos etiam ſumptus in rem communem factos, & fructus ex re communi perceptos, ſibi inuicem obligantur, ſi nempe vnus omnes ſumptus fecerit, & vnus ſolus omnes fructus perceperit, *§. item ſi inter, 3.hic.* Nullus horum propriè ex contractu cenſetur obligatus, quia nihil fuit contractum, nullus etiam ex maleficio tenetur, ergo eſt quaſi contractus, *ibid.*

Rerum communio.

Quotuplex eſt rerum communio?

Communio aliunde quàm ex ſocietate proueniens, duplex eſt, nempe communio rerum ſingularium, & cõmunio familiæ. Communio rerum ſingularium eſt inter eos quibus quocunque modo res ſingulares communiter obuenerunt, vt res duobus donatæ, vel legatæ, *§. item ſi inter,3.hic.* Communio familiæ eſt inter cohæredes teſtamentarios, aut legitimos, & eos qui à Prætore in bonorum poſſeſſionem miſſi ſunt, qui vice hæredum habentur, *§. idem iuris,4. hic.l.2.in princ.& §.1.ibi, neque bonorum poſſeſſor,& l.ſed & eius, 24.§.1.D. famil. erciſc. l.1.*

Communio rerum ſingularium.

Communio familiæ.

l.1.ff de poſſ.hæred.petit.l.2.ff.de bon.poſſ.ff. Non ergo datur familiæ erciſcundæ iudicium pro certis rebus diuidendis *l. item prædia,*10.*l.inter cohæredes*, 44.§.*fi.ff. famil. erciſc.* ita quidem iudicium communi diuiduudo, vt tradunt *Dd.* in §. *quænam, inſt.de act.* quod eſt extra hæreditatis cauſam.

Quænam actio promanat ex rerum ſingularium communione?

Actio communi diuidundo.

Actio quæ dicitur communi diuidundo, & quæ competit iis inter quos aliquid commune eſt, vt id diuidatur, §. *quædam actiones*, 20 *ibi, item communi diuidundo, inſt. de act.* dummodo de rei communis proprietate nulla ſit diſputatio, quæ alioqui ante omnia & priùs erit dirimenda, *l.fundum*, 16.*l.fundi*, 18.*ff.de except.* .1. §.1 *ff. fam. erciſc.* Nemo enim ex beneficio legis in communione inuitus manere cogitur, *l.vit.C. Comm. diuid.* propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, *l.*17.§.6.*ff. de recept. arbitr.* Communio ſanè ſolet excitare diſcordias, contentiones, lites, diſſidia, ſeditiones, atque inimicitias, *l.cum pater*, 77. §. *dulciſſimis*, 20. *& ibi Dd. ff. de leg.2.l. in re communi*, 26. *ff. de donat.* Hinc eſt vt pactum de nunquam diuidendo non valeat, *l.in hoc iudicium*, 13. §.*ſi conueniat, ff. commun. diuid. & l.vlt.C. eod. tit.* ita quidem ſi factum eſſet ad tempus, vt vtrobique dicitur. Ideo nemo cogitur in communione perſiſtere, *l.ſi non ſortem*, 26. § *ſi certum, ff. de condict. indeb. l.in re communi*, 26.*verſ.propter immenſas, ff.de ſeruit. vrb. præd. Maſc. de probat.conclu.*328.*n.*2. Quòd ſi res communis indiuiſibilis videatur, vel tentanda erit diuiſio, vel ad licitationem erit recurrendum, *l. item*, 22.§.1.*ff. fam. erciſc. l.ad officium*,3.*C. Com.diuid.* Ad licitationem tamen, ſi nulla ſuperſit diuidendi ratio, *Fab. defin.*14.*n.*6. *C.commun.vtr.iudic.*

Nemo inuitus in communione manere cogitur.

Res indiuiſibiles.

Nota res indiuiſibiles hîc intelligi eas quæ ſi naturaliter diuiderentur, interirent, vt animalia, ſcyphus, nauis, aratrum, & omne alicuius fundi inſtrumẽtum, *l.8.in fin.ff. de rei vindic.l.arbor*, 19. *ff. commun. diuid.* & earum partes nullum haberent vſum, *l. viæ*, 27. *ff. de ſeruit.* Diuiduas verò intelligi eas quæ commodè diuidi poſſunt, vt fundus, aurum argentum, vinum, frumentum, grex, armentum, & eiuſmodi alia, quæ diuiſa vſum habere non deſinunt, & ſuo pondere, numero, & menſurâ diuiduntur, *l.* 29.*l.* 94.*ff.de ſolut.l.* 1.§.*non ſolùm, ff.ad leg. Falcid. l.ſi pœnæ*,19.§.1.*ff.de condict.indeb.*

Res diuiduæ.

Quænam actio competit ex familiæ communione?

Actio familiæ erciſcundæ.

Actio quæ dicitur familiæ erciſcundæ quæ competit cohæredibus aduerſus cohæredes, vt diuidatur hæreditas, ſi quis velit ab hæreditate diſcedere, §. *quædam actiones.* 20. *inſt.de action.* quæ actio nunquam habet affinitatem cum actione petitionis hæreditatis, *l.*1. 2. *& paſſ.tot.tit.ff.famil.erciſc.*

Familia.

Notandum hîc venit familiam olim ſignificaſſe hæreditatem, vt in *l.12. tabul.* His deficientibus agnatis proximus familiam habeto. textus eſt in *l.fin. in fi. ff. de verb. ſignif. text. in l. pronunciatio*, §.1.*ff. eod.* Deinde erciſcere eſſe antiquum vocabulum, deductum a Græco ἑρκίζειν, *id eſt*, diuidere, vel ab arcendo, quòd in diuiſione hæreditatis, altera vel vtraque pars ab altera arceatur, *id eſt*, ſeparetur, vnde ercium, id eſt, diuiſio.

Erciſcere.

Ercium.

Quis eſt modus diuidendæ familiæ?

Familiæ diuidendæ ratio.

Familia ſiue hæreditas diuiditur aut per ſortem, *l.*2. C. *quando & quibus quarta pars, l.* 5. *ff. fam. erciſc.* aut per electionem, ita tamen vt vnus conſtituat portiones, & alter eligat exemplo Abrahami & Loti, & vt tractant *Dd. in c.* 1. *ext. de parroch.* ad vitandum deceptionem, & ne quis in proprio facto iudex ſit. *l. Iulianus*,17.*ff.de iud.l.vn.C.ne quis in ſuo cauſa. Guid. Pap. q.* 289. Si tamen pater in pactis dotalibus hæreditatem diuiſerit, ſeruanda erit in iudicio familiæ erciſcundæ illa diuiſio, *l.qui non militabat*, 78. *ff. de hæred. inſtit. l.ſi filia*, §.*ſi pater, ff.famil. erciſc. Fab. defin.* 4 *C. fam. erciſc.* at diuiſioni factæ à teſtatore non tenentur ſtare cohæredes, *l. filiusfamilias*, 114. §. *diui*, 2.*ff.de leg.*1.*l. Lucius*,93.*in princ.ff. de leg.*3. Præstereà cùm diuidenda eſt familia in Gallia, communiter nominandæ ſunt tres perſonæ probæ, & idoneæ, *Franc.*2.1560.*Cor.*9.1566. *art.*83.

Ratio diuidendæ familiæ in Gallia.

Quando fratres cenſentur diuiſi aut indiuiſi?

Fratres diuiſi.

Tunc cenſentur diuiſi ſi ſeparatim per decennium continuum habitauerint, nec bonis anteà communibus vſi ſint. *Menoch. lib.* 3. *de præſumptionibus, cap.* 60, *Papo, lib.*15.*tit.*7.*arr.*7.*l. filiusfamilias*, 10. *C.de petit.hæred. & l.ſi maior*, 4 *C.Comm. diuid. l.cùm de in rem verſo*, 6.*ff.de vſuris*, & *gloſ.not.in l.pen.C.Commun. diuid.* Tamen

ſiquis per decenniũ ſtudiorum gratiâ ſeparatim habitauerit, non propterea cenſebitur diuiſus, nam qui ſtudiorum causâ abeſt, abeſſe non videtur, *l. quaſitum, 78. ff. de lega. 3.* nec qui abeſt ob neceſſariam aliquam occaſionem.

In Iudicio familiæ erciſcundæ quænam requiruntur?

Quinque requiſita in Iudicio familiæ erciſc.

Hæc quinque. I. Vt is qui agit, & is contra quem agitur ſint cohæredes. II. Vt hęreditas ſit adita, *l. qui erat, 49. ff. fam. erciſc.* III. Vt ſint res hæreditariæ & quidem tales vt diuidi poſſint. IV. Vt res hæreditariæ iam antè non ſint diuiſæ V. Vt is contra quem agitur, diuiſionem recuſet, atque detractet, *Vult. Inſtit. de act. §. quadam ait, n. 12. & ſeqq.*

An libri & impenſa ſtudiorum causâ factæ conferri debent cùm diuiditur hæreditas?

Studiorũ causâ nata non conferuntur.

Cùm fratres diuidunt bona paterna aut materna non debent conferri ea quæ pater filio emancipato ſtudiorum causâ peregrè agenti ſubminiſtrauit, nec in rationem portionis computari, *l. pater, 50. ff. fam. erciſc. Papo, lib. 21. tit. 7. arr. 5.* Librorum aut finis & cauſa ſunt ſtudia, *Pap. ibid.*

Quid eſt hæreditatis aditio?

Hæreditatis aditio.

Quarta ſpecies obligationis ex quaſi contractu eſt hæreditatis aditio, quâ hæres obligatur ex quaſi contractu legatariis, fideicõmiſſariis, & aliis omnibus quibus teſtator aliquid reliquit, exceptis hæreditariis creditoribus quibus ex contractu obligatus eſt, defuncti perſonam repræſentans, *§ hæres quoque, 5. hic. l. 3. §. vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* non quòd hæres & defunctus verè ſint eadem perſona, ſed bene cenſeantur eadem perſona iuris interpretatione, vel fictione, *gl. aut enim, & ibi addit. in §. omnium, 1. infr. de act.* Ideo ergo inter hæredem & legatarium eſt quaſi contractus, quia cum defuncto nullum negotium legatarius propriè geſſiſſe dici poteſt, nec ex maleficio eſt obligatus hæres, *d. §. hæres, 5. hic.* ſed ſtatim atque eſt hæres, & hæreditatem adiit, is legatariis & creditoribus fit obnoxius, *l. more, 8. ff. de acquir. vel amitt. hæred.* & cum iis contraxiſſe videtur, *l. hac autem, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. ex maleficiis, 4. §. hæres, ff. de oblig. & act.* Ita tamen vt priùs conueniri poſſit hæres, quàm poterat defunctus, *l. 36. §. fi. ff. de condition. & demonſtr.* Tenetur ergo legatariis & creditoribus omnibus debita ſoluere, nec voluntatem defuncti ſcindere poteſt, nec pro parte acceptare, & pro parte repudiare, *l. 1. & ibi Dd. ff. de acquir. vel omitt. hæred. l. ſi ſolus, 80. in princ. vbi gl. ff. ff. eod. tit. l. quidem, 20. C. de iur. delib.*

Quomodo hæres & defunctus ſint eadẽ perſona.

Hæres a deundo contrahit cum legatariis & creditoribus.

Quid eſt ſolutio indebiti?

Solutio indebiti quid requirat.

Vltima ſpecies obligationis ex quaſi contractu natæ eſt indebiti ſolutio, de qua actum eſt in *tit. ſupr. Quib. mod. re contrah. oblig. §. is quoque, 1.* Neque enim indebiti ſolutio eſt propriè contractus, ſed potiùs diſtractus, ideo rectè annumeratur inter obligationes ex quaſi contractu natas, *§. item is cui, 6. & §. ex quibuſdam 7. hic.* Requiritur ergo hic. I. vt ſolutum ſit quod omninò non debebatur, *l. ſi non ſortem, 26. §. indebitum, 3. l. ex his, 54. l. in ſumma 65. §. vlt. ff. de cond. indeb.* II. vt per errorem ſolutum ſit, nam quod quis ſciens ſe non debere ſoluit, non repetit, *l. 1. in fi. ff. de cond. indeb. l. indebitum, 9. in princ. C. eod.* III. vt ſolutum ſit indebitum per errorem facti, non iuris.

Quid & quotuplex error aut ignorantia?

Ignorãtia facti.

Duplex error, vel ignorantia: factĩ & iuris, *tot. tit. ff. de iur. & fact. ignor.* Ignorantia facti eſt, cùm quis putat aliquid factum eſſe quod tamen factum non eſt, quæ ignorantia ſæpè peritiſſimos fallit, *l. 2. ff. de iur. & fact. ignor.* Vt ſi quis ignoret Codicillis adempta legata, ſi quis ignoret eum obiiſſe mortem qui cognatione ipſi iunctus fuit, ignorétque an teſtatus, vel inteſtatus deceſſerit, *l. 1. ff. de iur. & fact. ignor.* Iuris ignorantia dicitur cùm quis iure aliquid fieri putat quod tamen iure non fit, *l. 1. & paſſ. ff. de iur. & fact. ignor.* Vt ſi quis exhauſtâ legatis hæreditate integra legata ſoluerit.

Ignorantia iuris.

Nota ignorantiam præſumi niſi ſcientia probetur, *l. verius, 21. ff. de probat. Maſc. de probationib. concl. 879. Surd. deciſ. 221 in princ. & n. 14.*

Ignorãtia iuris non excuſat.

Nota adhuc iuris regulam ferè perpetuam eſſe, Ignorantiam iuris non excuſare, & nocere: facti verò excuſare, & prodeſſe, *l. 1. & per tot. tit. ff. & C. de iur. & fact. ignor. Fachin. lib. 8. controuerſ. cap. 106. Sanchez de matrim. lib. 9. diſput. 31. Gail. lib. 2. pract. obſeru. 48.* Quòd ſi ille qui in iure errauit alio gaudeat priuilegio, excuſabitur, *l. indebito, 2. C. ſi aduerſ. ſoluit.*

Qua-

Quanam actio oritur ex indebiti ſolutione?

Actio indebiti.

Actio quæ appellatur indebiti condictio, quando quis repetit id quod perperam, & per errorem alicui fuit ſolutum, §. *u q o* ... 1. *inpr. q* ... *mod. re contrah. oblig.* Et competit, ſi ex cauſa quaſi facta, quæ facta non eſt aliquid ſolutum ſit, *l.* ... 23. *in princ.* ... § *fin. item l.* ... 26. §. *ſi quis quaſi, ff. de condict. indeb.* ... 3. §. *ſi quis, ff. de condict. cauſ. da.* ... *ſecut.* ... *in method. iur. ciuil. lib.* 25. ... 10. Deinde competit ſemper ei qui ſoluit, in tantum, vt qui ſuo nomine indebitum ſoluit, ille etiam condictionem intentare debeat, *l. indeb* ... 47. *verſ. ſin autem fideiuſſor ſuo nomine,* ... *de condict.* ... *deb. l. ſi teſtamento,* 49. §. *ex dub.* ... 1. *ff. de fideiuſſ.*

TITVLVS XXIX.

TEXTVS.

Expoſitis generibus obligationum, quæ ex contractu vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus adquiri nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt, veluti per ſeruos & filios noſtros: vt tam. n quod per ſeruos [noſtros] nobis adquiritur, totum noſtrum fiat: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus ex obligatione fuerit adquiſitum, hoc dimidiatur ſecundum imaginem rerum proprietatis & vſusfructus, quam noſtra decreuit conſtitutio: vt quod ab actione commodum peruenitat, huius vſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur, ſcilicet patre actionem mouente ſecundùm nouellæ noſtræ conſtitutionis diuiſionem.

1 ¶ Item per liberos homines, & alienos ſeruos, quos bona fide poſſidemus adquiritur nobis: ſed tantùm ex duabus cauſis, id eſt, ſi quid ex operis ſuis, vel ex re noſtra adquirant.

2 ¶ Per eum quoque ſeruum, in quo vſumfructum [vel vſum habemus], ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur.

3 ¶ Communem ſeruum pro dominica parte dominis adquirere certum eſt: excepto eo, quod nominatim vni ſtipulando: aut per traditionem accipiendo, illi ſoli adquirit: veluti cùm ita ſtipulatur, *Titio Domino meo dare ſpondes?* Sed ſi domini vnius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus, licet antea dubitabatur, tamen poſt noſtram deciſionem res expedita eſt, vt illi tantum adquirat, qui hoc ei facere iuſſit, vt ſuprà dictum eſt.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiratur?

Connexio.

De obligationibus quæ ex contractu, & quaſi contractu naſcuntur dictum eſt ſupra, nunc ſequitur videndum per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. Referri debet iſte *tit. ad tit. C. per quas perſon. cuique acquir.* ... *ad l. acquiritur.* 10. *ff. de acquir. rer. dom.* Acquiritur nobis obligatio per eaſdem perſonas per quas & res acquiruntur, quod declaratum eſt in *lib.* 2. *tit.* 9. *Inſt. per quas perſ. cuique acquir.* nempe non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per alios, aut per liberos quos in poteſtate habemus, per ſeruos noſtros, vel in quibus vſumfructum habemus, & per eos quos bonâ fide poſſidemus, *tot. tit. hic.* Ita vt iſte titulus videatur quaſi ſuperfluus, niſi quòd *d. tit.* 9. ſit de dominio acquirendo, & præſens de acquirenda obligatione, aliud quippe eſt acquirere, aliud obligare: aliud dominium: aliud obligatio. Deinde quòd per procuratorem acquiratur dominium, obligatio non item, quippe quæ magis adhæreat ipſius acquirentis perſonæ: ergo quod ibi annotatum, tum etiam in *titulo de ſtip. ſeru. ſup.* in hunc locum transferri poterit.

Per quas perſonas ... *tur.*

TITVLVS XXX.

Qvibvs modis tollitur obligatio?

TEXTVS.

Tollitvr autem omnis obligatio ſolutione eius, quod debetur: vel ſi quis conſentiente creditore, aliud pro alio ſoluerit. Nec intereſt, quis ſoluat: vtrum ipſe, qui debet, an alius pro eo, liberatur enim & alio ſoluente: ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore, vel inuito [eo] ſolutio fiat: Item ſi reus ſoluerit etiam iis, qui pro eo interuenerunt, liberantur, Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit, non enim ipſe ſolus liberatur, ſed etiam reus.

1 ¶ Item per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorem dicere: *Quod ego tibi promiſi, habéſne acceptum?* & Titius reſpondeat, *habeo.* Sed & Græcè poteſt acceptilatio fieri dummodo ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet [exigi], ἔχεις λαβὼν δηνάρια τὸ ... ἔχω λαβών, *id eſt, tot denarios acceptos habes? acce-*

pros habeo. Quo genere (vt diximus) tantùm eæ ſoluuntur obligationes, quæ ex verbis conſiſtunt, non etiam cæteræ. Conſentaneum enim viſum eſt, verbis factam obligationem, aliis poſſe verbis diſſolui. Sed & id, quod alia ex cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſoluitur: ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt.

1 ¶ Eſt [autem] prodita ſtipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur, per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt: *Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebitve, præſens in diémve: quarumcunque rerum mihi tecum actio eſt, quæque aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt, eritve? quod vetum meum habes, tenes, poſſides, [dolóve malo feciſti, quo minus poſſideas: [quanti quaque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberétne à ſe acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.*

3 ¶ Præterea nouatione tollitur obligatio: veluti ſi id quod tibi Seius debebat, à Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interuentu nouæ perſonæ noua naſcitur obligatio, & prima tollitur tranſlata in poſteriorem: adeò, vt interdum, licèt poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti ſi id, quod tu Titio debes, à pupillo ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fuerit, quo caſu res amittitur, nam & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt. Non idem iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus, nam tùc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, à qua poſtea ſtipuleris: ita demum nouatio fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatione nou. ſit: forte ſi conditio aut dies, aut fideiuſſor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, ſi conditio adiiciatur, nouationem fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed, cùm hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationem, cùm nouandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſibus introducebant: ideo noſtra proceſſit cõſtitutio, quæ apertiſſimè definiuit, tunc ſolùm nouationem prioris obligationis fieri quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt, alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere, vt maneat ex vtraque cauſa obligatio ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertiùs cognoſcere.

4 ¶ Hoc ampliùs, eæ obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum ſecuta, id eſt, neque pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & venditione: inuicem liberantur. Idem eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex cõſenſu deſcendunt, ſicut iam dictum eſt.

Quinam ſunt obligationis tollendæ modi?

Comment.

IN præcedentibus titulis actum eſt de obligationibus conſtituendis, in hoc de modis earum diſſoluendarum agitur, qui ſex ſunt, ſolutio, acceptilatio, nouatio, contrarius conſenſus, compenſatio, & interitus ſpeciei: de quibus in hoc *tit. agitur, & in tit. ff. & C. de ſolut. & liberat. de acceptilat. de nouat. & de legat. tum de compenſat. nec non in gloſ. l. in omnibus, 43. ff. de ſolut.*

Modi diſſoluendarum obligationum

Quid eſt ſolutio?

Solutio.

Eſt rei debitæ per ipſum debitorem vel alium eius nomine, idoneo creditori legitimè facta ſatisfactio, *arg. in princ. hic. & l. ſolutam, 49 in princ. ff. de ſolut.* Eſt rei debitæ, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui nequit, *l. mutuum, 2. §. mutuus, 1. ff. de reb. cred. l. eum, 16. iuncta auth. hoc niſi, ſeq. C. de ſolut. l. item liberatur, 6. §. qui paratur, 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Surd. deciſ. 224. num. 16.* nedum pars rei debitæ, *in princ. hic. & l. tutor. 41. §. 1. ff. de vſur.* quia ſolutio partium non minima habet incommoda, *l. plane, 3. ff. fam. erciſc.* aliud námque eſt res, & aliud pretium, *l. 1. ff. de permut.* Per ipſum debitorem, vel alium nomine debitoris debet fieri ſolutio, quia tutor nomine pupilli, curator nomine minoris, & quilibet pro alio ſoluere poteſt, nec refert vtrùm ipſemet debitor ſoluat, an aliquis alius pro eo vel ſciente, vel ignorante, aut inuito, *in princ. hic. l. ſoluendo, 39. ff. de neg. geſt. l. ſolutionem, 23. ff. de ſolut.* Debet fieri idoneo creditori, quia qui ſoluit pupillo ſine tutoris authoritate, vel ſine iudicis decreto, item furioſo, & eiuſmodi aliis, is nõ bene ſoluit, *l. obligari, 9. §. pupillus, 2. ff. de author. & conſenſ. tut. §. vlt. ſupr. quib. alien. licet vel non, l. is qui, 12. in fin. ff. de tut. & curat. datis ab his, &c.* Regulariter ſolutio ſoluentem non liberat, niſi fiat vero domino, vel eius legitimo procuratori, *l. ſi ego, 24. ff. de neg. geſt. l. eius qui, 41. in princ. vbi gloſ. & Bart. ff. ſi cert. pet.* ita vt ne coniunctæ quidem perſonæ rectè

Aliud pro alio inuito creditore ſolui nõ poteſt.

ſolui poſſet, *l. liberto, 31. §. quanquam, 6. ff. de neg. geſt.* adde quòd ſolutio ſit facti & voluntaris, ac proinde legitimè fieri debeat, nec præſumatur, *l. quod debitori, 25. C. de ſolut. l. 1. C. de probat.* niſi multæ præſumptiones ſimul iunctæ & euidentiſſimæ ſint, *Afflict. deciſ. 13. n. 21. verſ. coniectura. Menoch. lib. 3. de præſumpt. cap. 135. n. 3. 4. & ſeq.* ſanè facta non præſumuntur, niſi probentur, *l. ita vulnerato, §. facta, ff. de captiu. & poſtl. l. neceſſ. l. ſi emancipati, 9. vbi Iaſ. C. de collat. l. 1. C. de probat. Maſcard. concl. 732. Montic. de coniect. vlt. volunt. lib 2. tit. 1. n. 4. & tit. 12. n. 22.* Iuris tamen clari eſt, quòd furori & curatori rectè ſolui poſſit, adeò vt debitor ſi tutori tutelam gerenti ſoluat, ipſo iure liberetur, *text. expreſſ. in l. cum is, Titius, 46 §. tutela, 5. verſ. Paulus reſpondit, ff. de adminiſt. tut. l. quod ſi forte 114. §. 1. verſ. dico igitur, & §. curatori, 7. ff. de ſolut.* Solutionis profeſſio dicitur apocha, *id eſt*, chirographus, & confeſſio quam debitor qui fidem ſuam de recepris exſoluit, à creditore accipit, *l. plures, 19 C. de fid. inſtrum. &c.* quam vocamus quitantiam, quæ à creditore exhiberi debet ſoluenti, niſi malit debiti inſtrumentum rumpere & cancellare. *Maſuer. Pract. tit. de iur. not. & notat. n. 41. & 55.* ne fortè controuerſiam ſuper ea re patiatur, *l. qui tabulas, 27. ff. de furt.* ita vt apocha nihil aliud ſit quàm ſolutæ pecuniæ confeſſio, de qua *Afflict. deci. 104. & 111.* & quæ eſt probatio omnibus melior, *l. cum te, 9. C. de probat. l. cùm à matre, 14. C. de rei vind. l. generaliter, 13 C. de non numer. pecun. Tholoſ. tom. 2. lit. C. Concluſ. 645.* Et plenè probat in his quæ pendent à voluntate confitentis, *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 30. n. 11.* habetque vim publicæ ſcripturæ, *l. cùm te, 2. C. de tranſact.* Vide etiam, *l. 1. vbi Dd. ff. de confeſſ.* Quando autem valeat confeſſio ad obligandum & ad liberandum, vide *Maſuer. pract. tit. de confeſſis, n. 2. & Cavell. Tholoſ. quæſt. 349. 350. & 351.* Antapocha verò eſt, quę datur creditori à debitore, & eſt de obligatione, *gloſ. in l. plures. C. de fid. inſtrum. & amiſſ. eorum, & de apochis, &c.*

Solutio eſt facti. — *Apocha.* — *Confeſſio eſt probatio omnibus melior.* — *Confeſſio quando val. ad obligandū & liberandū.* — *Antapocha.*

An apocha ſine confeſſione dotis receptæ pendente matrimonio in gratiam vxoris facta valet?

Apocha ſine receptione non valet.

Non, niſi conſtet de dote recepta, nā propter ſuſpicionem fraudis non ſufficit ſola confeſſio de recepto, ſed numeratio realis probari debet, *l. 1. C. de dot. caut. non numer. Bald. in l. vn. C. de ſuffr.* dicit vbicunque eſt aliqua ſuſpicio fraudis traditionem realem requiri. Vide *Fab. defin. 1. C. de dot. caut. non numer.*

Quænam obſeruanda ſunt vt ſolutio legitimè fiat?

Hæc quatuor: tempus legitimum, *l. obligationum, 44. § 1. ff. de oblig. & act.* Locus legitimus, *l. 1. & tot. tit. ff. de eo quod cer. loc. dar. opor.* modus legitimus, *l. ſolutam, 40. ff. de ſolut.* & cauſa legitima, *l. Caſſius, 17. ff. de ſolut.*

Tempus conſiderandum in ſolutione.

Temporis conſideratio pendet ex natura obligationis, quæ vel pura eſt, vel in diem, vel ſub conditione, ita vt ante diem vel conditionem etiam ſolutio fieri poſſit inuito creditori, *l. vtrum in ſtipulatio iſta, 38. §. inter incertam, 16. ff. de verb. oblig. poſt princ. verſ. quod ſi quæratur an inuito creditore, & ſeq.* facit *l. 70. quod certa, ff. de ſolut.* Et ratio eſt, quia dies debitoris cauſâ ſolet adiici, *l. 41. cum qui, §. inutiles, ff. de verb. oblig.* Eſt autem iniquum pro quo quid eſt inductum, vel conuentum id contra eum retorqueri, *Giphan. ad princ. C. de ſolut. per l. quod fauore de Legib.* niſi dies vel conditio in fauorem actoris potiùs quàm debitoris poſita ſit, *d. l. ſtipulatio iſta, §. inter, 16. l. qui Romæ, 122. in princ. ff. de verb. obli. l. quod certa, 70. ff. de ſolut.* ante diem non poteſt debitor ad ſoluendum compelli, qui dies gratiâ ſolius debitoris adhibitus cēſetur, *l. cum tempus, 17. ff. de reg. iur.* Dies autem pro homine interpellat, ita vt nō ſit opus alia interpellatione, *l. 77. ad diem, ff. de verb. oblig. l. magnam, ff. de contrah. empt.*

Locus conſiderandus in ſolutione. — *Debitor vbi conueniēdus.*

Loci conſideratio pendet etiam ex natura obligationis, ſi in ea de dolo aliquid ſit conſtitutum, quo caſu ſtandum eſt conuentioni: ergo debitor ibi conueniēdus, vbi ſe ſoluturū promiſit, *l. 1. ff. de eo quod cert. loc.* intellige ſi ibi inueniatur. Quòd ſi nunquam ad eum locum accedere velit, actione arbitraria vbicunque conueniri poterit, *l. 2. ff. eod. & l. vn. C. eod.* non ſolùm ad ſoluendum debitum, ſed etiam id omne quod abeſſet, ob id quod alio quàm deſtinato loco ſolueretur, *Fab. defin. 1. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. promiſ.* tamen poterit etiam creditor debitorem ſuum conuenire in loco domicilij ſi velit, *id. ibid. defin. 4. n. vlt.* Si autem de loco ſolutionis nihil ſit conſtitutum, tunc ibi fiet ſolutio vbi res erit ſita, ſi certum debetur; aut vbi initus fuerit contractus, vel vbi debitor habebit

domicilium ſi debitum ſit incertum, *l. quod legatur*, 38. *ff. de indic.*

Modus ſolutionis conſiderandus. Modus ſolutionis in eo conſiſtit, vt res eodem modo ſoluatur quo promiſſa eſt, & quidem integra ſoluatur, nam quamuis quod debetur ſit diuiduum, tamen per partes ſolui non debet, *l. tutor*, 41. §. 1. *ff. de vſur.* niſi creditor partem ſponte accipere velit §. 1. *in fin. hic.* niſi aliter ſit conuentum, *d. l. tutor*, §. 1. Ratio eſt, quia partium ſolutio non minima habet incommoda *l. planè*, 3. *ff. famil. erciſc.* Et ſi agatur de reſtituenda re quæ æſtimationem recipit, reſtitutio fiet conſiderato tempore contractus, vel litis conteſtatæ aut ſententiæ, *l. 3. ff. de condict. trit.* ita vt augenda ſit æſtimatio in ſingula momenta, vſquedum ſolutio & reſtitutio fiat, *Capell. Tholoſ. quaſt.* 367. Deinde ſi conuentum ſit vt nummi in certa ſpecie ſoluerentur, non poterit ſolutio fieri in alia ſpecie, *l. creditorem*, 99. *ff. de ſolut. Papo*, *tit. de ſolut. arr.* 2. & 8. imò poterit in ſpeciebus vſitatis eiuſdem valoris, non obſtante conuentione in contrarium. *Conſtit. Henr.* 3. 1577.

Cauſa ſolutionis attendenda. Cauſa ſolutionis etiam eſt attendenda, nam debet fieri ſolutio ex ſola cauſâ ex qua agitur. Ex his quatuor non obſeruatis, naſcitur Plus petitio, vnde verſus, *Plus petitur cauſa, vel tempore, réque, locóque.* §. *plus*, *Inſtit. de actio.*

Vna ſolutio poteſt-ne plures obligationes ſimul ſoluere?

Poteſt, vt duorum reorum, vel rei & fideiuſſoris, *l. in numerationibus*, 44. *ff. de ſolut.* §. *ex huiuſmodi*, 1. *ſupr. de duob. reis ſtip. & promittit.*

Quomodo ſe habent inter ſe ſolutio & liberatio?

Solutio & liberatio quomodo ſe habeãt. Solutio ſi ſpecialiter ſumatur, erit rerum & in facto conſiſtet: liberatio erit obligationum & ſic in iure tantùm erit poſita. Quòd ſi generaliter accipiatur ſolutio, pro liberatione ſumetur, *l. ſolutionis*, 54. *ff. de ſolut. & liberat. l.* 47. *ff. de verb. ſignif.*

In quam cauſam cenſetur facta ſolutio?

Solutio facta cenſetur in cauſam duriorẽ. In cauſam grauiorem & duriorem, *l.* 1. & 2. *ff. de ſolut.* grauius autem eſt debitum pro quo acceſſerunt fideiuſſores, *Caſtr. in conſ.* 332. *in fin. vol.* 2. forte etiam grauior eſt vſura, deinde debitoris eſt imputare quod ſoluit in quam cauſam voluerit, *l.* 89. *ex pluribus*, *l. cùm ex pluribus*, 10. *ff. de ſolut.* & ſi ſoluens quando ſoluit non eligat in quam cauſam ſoluit, poterit ipſe recipiens declarare, *l.* 1. *in verb. quoties*, *ff. de ſolut.* Hinc eſt vt ſolutio facta priùs cenſeatur ſi nihil ſit dictum in vſuras iam debitas quàm in ſortem, *l.* 1. *C. de ſolut. l.* 5. §. *Imperator*, *ff. eod. l. ſi vſuras*, 21. *C. de vſuris. l. cùm in ſortis*, 35. *in princ. ff. de pign. act.* *Solutio priùs facta cenſetur in vſuras quàm in ſortem.*

In dubio præſumitur-ne ſolutio facta proprio, an alieno nomine?

Proprio, quia in dubio ſolutio debet præſumi facta in eam cauſam quæ magis eſt vtilis ſoluenti *l.* 1. & 2. *ff. de ſolut. l.* 1. *C. eod.* ſed magis vtilis eſt, ſi ſoluens proprio nomine ſoluiſſe intelligatur, qui hoc modo poteſt repetere, *l. ſi. in l. ſi pœna*, 19. §. 1. *ff. de condict. indeb. Harppreckt. ad* §. *is quoque*, 1. *n.* 39. *Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.*

Quid eſt acceptilatio?

Eſt imaginaria quædam ſolutio, *id eſt*, ſine rei interuentu ſolennibus verbis conſtans, quâ creditor fatetur ſe debitum accepiſſe à debitore quod non acceperit, ita vt pro accepto habeat quod ſibi debebatur, §. *item per acceptilationem*, 1. *cum* §. *ſeq. hic. l. ex pluribus*, 89. *ff. de ſolut. l. ſeruus*, 6. *in fi. ff. de manumiſſ. l. tali*, 48. §. 1. *ff. de iur. dot. l. cum & ſortis*, 35. *ff. de pign. act.* v. g. ſi maritus cùm debeat mulieri, vel illis per quos conſtituitur dos, accepram ferat illis dotem, & ſe obliget ad reddendum eam mulieri: aut ſi mulier vel alij qui daturi ſunt dotem acceptum ferunt marito debitum vt ipſe profiteatur ſibi ſolutam dotem. Talis acceptilatio fit per interrogationem & reſponſionem, ſic, habéſne acceptum quod per ſtipulationem tibi promiſi, vel debui? habeo, acceptum fero. *Cuiac. parat. de accept. in fin. & 5. obſeru. 36. gl. ff. 2. in l.* 1. *C. de acceptil.* *Acceptilatio.*

Quænam obligationes acceptilatione tolluntur?

Illæ tantùm tolluntur obligationes quæ verbis contractæ fuerunt, ita vt verbis contracta obligatio verbis etiam tollatur, *l.* 8. §. 3. *ff. de acceptil.* nam acceptilatio in ſolis verbis conſiſtit, cùm reuerà non ſit ſolutio, acceptilatione etiam non tolluntur obligationes iuris gentium niſi priùs deductæ fuerint in ſtipulationem quam Gallus Aquilius induxit, *l. & vno*, 8. §. 1. *ff. de accept.* & §. i- *Obligationes acceptilatione ſublatæ.* *Stipulatio Aquiliana.*

& §. item per acceptilationem, 1. *hic.* Vide *de ſtipulatione Aquiliana*, §. 2. *eſt autem hic.* & ibi Giphan. atque Harppreckt quæ definitur *in l.*1 D. *de acceptil.* liberatio per mutuam interrogationem.

Cuius iuris eſt acceptilatio?

acceptilatio eſt iuris ciuilis, & gentiũ.

Eſt iuris ciuilis, *l.*107. *pen. in fin.* D. *de ſolu.* §. 1. *&* 2. *hic.* nempe quoad ſolennitates *l.*1. C. *de acceptil.* nam quoad conſenſum, eſt iuris gentium, *l.*1. *D. locat.*

Quid eſt Nouatio?

Nouatio.

Nouatio dicta eſt à nouo, quia nouatio eſt obligatio quæ priorem tollit, & nouam conſtituit, *l.*1. D. *de nouat.* & definitur prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalẽ transfuſio, ſiue tranſlatio, nempe cùm ex præcedenti cauſa ita noua conſtituitur, vt prior tollatur, atque perimatur, *l.* 1. *ff. de nouat. l.*1. C. *ſi pupillus*, 9. *ff. de euict.* Weſembec. *conſ.*31. *nu.*32. priorisque qualitas & conditio non inſpiciatur, ſed tantùm poſterioris, *l. alium*, 29. *D. de nouat. l. vlt.* C. *de vſur. rei iudic.*

Nouatio quomodo differt à ſolutione?

Nouatio & ſolutio differunt.

Sic, per ſolutionem obligatio protſus extinguitur, per nouationem prior non ſoluitur omnino, ſed in ſubſequentem transfertur, *l.*1. *in princ. iunctâ*, *l. Stichum*, 8 §. *legata*, 1. D. *de nouat.* tamen nouatio vim ſolutionis habet, eique ſimilis dicitur, *l.*31. §. *vlt. D. de nouat.*

Nouatio fit-ne expreſſe?

Nouatio expreſsè fit.

Fit, § *penult. hic. & l. vlt.* C. *de nouat* Menoch. *conſ.*95. *n.*35 Maſc. *de prob. concl.*1107. *in princ.* Quod aliquando fallit, nempe quando interuenit tranſactio quâ præcedens nouatur obligatio ſuper qua tranſactum eſt, Fab. *defin.*2 C. *de tranſact.*

Quot modis fit nouatio?

Tribus, vel per mutationem perſonæ, §. *præterea nouatione*, 3. *hic.* vel per mutationem rei debitæ, vel per mutationem qualitatis. Fit per mutationem perſonæ, vt cùm noua perſona interuenit, ita vt quis ſtipuletur ab vno quod debetur ab alio, quo caſu prior debitor liberatur, poſterior verò obligatur, & debitum delegantis cenſetur ſolutum, *l. ſi rem*, 31. §. *ſi duo*, 1. D. *de nouat.* & *l. quamuis*, 8. §. *interdum*, 3. D. *ad SC. Velleian.* Eſt enim delegare, alium vice ſua dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit, *l. delegare*, 11. *D. de nouat.* Fit autem delegatio vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem, *d. l. delegare.* non ita ſe res habet in ceſſione; quæ fieri poteſt abſente & ignorante debitore, *l. nominis*, 3. C. *de hæred.* vel *act. vendit.* & tenetur cedens præſtare debitum ſubeſſe & eſſe exigibile, *l.* 4. D. *de hæred. vend. l. nam is nullam*, 6 D. *de dol. mal.* non tamen debet præſtare id quod ceſſionarij intereſt, ſi non expreſſè conuenerit, quia non eſt ſtricti juris actio, Fab. *defin.* 15. *n* 4 *C. de hæred. vel act. vend.* ceſſionarius periculum nominis ceſſi ſuſtinet, nempe periculum inopiæ ſubſecutæ poſt ceſſionem, *l. pupilli*, 96. §. *ſoror*, *D. de ſolut. & liberat.* non periculum inopiæ exiſtentis tempore ceſſionis, *l. ſi cum dotem*, 22. *ſi mulier*, 2. *D. ſolut. matrim.* Debet etiam ceſſionarius in quem tranſfuſa eſt obligatio ſiue nomen, debitorem reddere certiorem quod nomen eius in ipſum ſit transfuſum, vel oſtendendo ceſſionis actum & legendo, adeóque copiam ſi habere velit dando, *l nomen*, 4 *& quæ res pign. oblig. poſſ.* alioqui ſolutio facta nocebit ceſſionario qui non denuntiauit, Fab. *defin.*8. C. *de hæred. vel act. vend.* adde quòd contra delegantem non detur regreſſus, ita quidem contra cedentem ſi res pereat cedentis culpâ, ſua enim culpa cuique nocere debet, non alteri; *l. ſi delegatio*, 3. C. *de nouat. l. factum*, 155. *D. de reg. iur.* potiſſimùm datur regreſſus contra cedentem, ſi dolo vſus ſit, *l. ſi plus vel minus*, 74. §. *fin.* D. *de euict. l. ſi nomen*, 4 *D. de hæred. vel action. vendit.*

Nouatio facta per mutationẽ perſonæ.

Delegare quid ſit

Delegatio quomodo fiat.

Delegationis & ceſſionis diſcrimen.

Sua culpa cuique nocere debet non alteri.

Fit nouatio per mutationem rei debitæ, vt cùm aliud in ſtipulationem deducitur, quàm antè fuit deductum, v.g. ſi loco pecuniæ quæ in priori obligatione debebatur vinum vel frumentum in poſteriori ſit promiſſum, iſta nouatione liberabitur fideiuſſor, *l. ſi ita*, 42. *ff. de fideiuſſ.*

Nouatio facta per mutationem rei debitæ.

Per mutationem qualitatis nouatur obligatio, vt cùm pura mutatur in obligationem in diem, & ante diem non fit exactio, *l. in diem*, 5 D. *de nouat.* cùm etiam pura mutatur in conditionalem, tunc expectari debet conditionis euentus, & ſtatim mora præcedentis obligationis purgatur, *l. quoties*, 14. *l.*31. D. *de nouat. & l.* 60. §. 1. D. *de condict. indeb.* non tantùm diei aut conditionis adiectio obligationem nouat, ſed etiam detractio.

Nouatio facta per mutationem qualitatis.

Quomodo contrarius conſenſus obligationem tollit?

Contrarius conſenſus eſt etiam tol-

lendæ obligationis modus re integrâ, §. *vlt. hic §. rectè*, 9. *ſupr. de mand.* nihil enim tam naturale eſt, quàm vnumquodque diſſolui eo modo quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale*, 35. D. *de reg. iur. l. prout quidque*, 80 D. *de ſolut.* Præterquam ſi res ampliùs non ſit integra, *l.* 58. *D. de pactis;* tunc pacta erunt ſeruanda, quia nihil tam congruum humanæ fidei quàm ea quæ inter contrahentes placuerunt ſeruare. *l. 1. in princ.* D. *de pactis; l. quod ſemel,* 5. D. *de reg. iur. l. 7. in princ.* D. *naut. caup. ſtabul. l. 1. § quoties, ff. vti poſſid. l.* 10. C. *ſi cert. pet.* diſplicere enim non debet. quod ſemel placuit, *l. quod ſemel*, 5. *ff. de reg. iur.* Fab. *deſin.* 1. C *qui pet. tut.* nec contractum violare licet contrahenti, *text. in l.* 1. D. *de conſtit. pecun.* adde quòd contra factum nemo venire debeat, *l. ſi creditoribus*, 5. C. *de ſeru. pig. dat. l. filios*, 5. C. *de reuoc. his quæ infr. cred.* Denique hæc eſt communis regula iuris, quòd in contractibus nominaris non licet reſilire, & agere ad reſoluendum ob non impletum contractum, ſed agendum eſt ad implementum, *l. in ciuile*, C. *de rei vindic.*

Vnumquodque diſſoluitur eo modo quo colligatum eſt.

Pacta ſeruanda ſunt.

Quod ſemel placuit non debet diſplicere.

Contra factum nemo debet venire.

Quid eſt compenſatio?

Compenſatione etiam tollitur obligatio, § *in bonæ fidei*, 30. *infr. de action. l.* 4. *& 21. ff. de compenſat.* quæ eſt debiti & crediti inter ſe contributio, *l. 1. ff. de compenſatio.* Dicitur autem compenſatio quaſi communis penſatio, quia compenſare volentes, vnà inuicem penſant, & quaſi in vna lance appendunt, & vim ac poteſtatem ſolutionis habet, *l.* 4. *D. qui pot. in pign. hab.* dummodò ſit debiti liquidi, confeſſi, & præſentis, *l. 7. & l. compenſationes, vlt. de compenſat.* nam illiquidi ad liquidum nulla eſt compenſatio, *l. vlt. & ib. Dd.* C. *de compenſat.* ideò paria ſunt ſoluere & compenſare, *l. ſi debitor*, 4. *ff. qui potior. in pign. hab. l. ſi pacutium*, 2. §. *de illo*, D. *de ſtat. lib. l 1. D. de compenſat. l. ampliùs non peti*, 15. *D. rem rat. hab.* compenſatio eſt ſolutio ſaltem ficta, *l.* 1. 2. *&* 3. D. *de ſolut.*

Compenſatio.

Compenſatio habet vim ſolutionis.

Compenſatio eſt tantùm debiti liquidi ad liquidum.

Norandum hîc in tributis compenſationem non admitti, *l.* 3. C. *de compenſ. l. aufertur*, §. *vt debitoribus*, D. *de iur. fiſci.*

In tributis non eſt compenſatio.

Quare introducta eſt compenſatio?

Duas potiſsimùm ob cauſas introducta eſt compenſationis exceptio, prima, quia intereſt noſtrâ potiùs non ſoluiſſe quàm ſolutum cum labore & impenſis repetere, *l.* 3. D. *de compenſat.* Secunda, quia etiam dolo faceret qui peteret aliquid quod mox eſſet reſtituturus, *l. dolo facit*, 8. *D. de except. dol.*

Occaſio introducendæ compenſationis.

Quid eſt debitum liquidum?

Eſt illud de cuius quantitate conſtat, *arg. l. certum, 6. & ibi Dd. ff. ſi cert. pet. l. vbi autem, 71. D. de verb. oblig. l. hæc autem, 5 §. non defend. verb. liquere D. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* Ideò pars executionis præambula eſt debiti liquidatio, *Dd. in l. ſi cauſam, 2. C. de execut. rei iudicat.* Deinde pro liquido etiam eſt habendũ quod in promptu liquidari poteſt, Fab. *d fin. 2. num 3. C. de compenſat.* vel intra paucos dies, *l. aufertur*, §. *qui compenſationem*, D. *de iur. fiſc.*

Debitum liquidum.

Pro liquido habendum quod illico liquidari poteſt.

Interitu ſpeciei liberatúrne debitor?

Liberatur, *l. ſi Stichus*, 33. *l. ſtipulatus*, 105. *D. de verb. oblig. l. qui decem*, 72. *in princ. l. qui res*, 98. §. *vltim.* D. *de ſolut.* niſi culpâ aut facto debitoris interierit, *l. ſi ex legati*, 23. *l. inter ſtipulantem*, 83. §. *ſacram l ſi ſeruum*, 91. §. *penult.* D. *de verb. oblig.* Periiſſe autem res dicitur quæ non eſt ampliùs in commercio hominum, vt potè vel ſacra, vel religioſa facta, *d. l. inter ſtipulantem*, 83. §. *ſacram.* D. *de verb. oblig. l. qui res*, 98. §. *vlt.* D. *de ſolut.*

Interitu ſpeciei liberatur debitor.

Obligatio ſemel extincta potéſtne inſtaurari?

Non, *l. cùm ex cauſa*, 9. C. *de remiſſ. pign.* nec vnquam reuiuiſcere, *l. qui res*, 98. §. *aream*, 8. D. *de ſolut. l. ſi vnus* 27. §. *pactus ne peteret.* D. *de pactis, l. ſi pro patre*, 16. §. *penult.* D. *de in rem verſ. l. ob eam cauſam*, 9. D. *de præſc. verb.* Tuſch. *tom.* 1. *lit.* A. *concluſ.* 16. *num.* 3.

Obligatio ſemel extincta non inſtauratur.

LIBRI

LIBRI QVARTI
TITVLVS I.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ ex delicto naſcuntur.

TEXTVS.

QVVM ſit expoſitum ſuperiore libro de obligationibus ex contractu, [& quaſi ex contractu,] ſequitur, vt de obligationibus ex maleficio, [& quaſi ex maleficio] diſpiciamus. Sed illæ quidem (vt ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur: hæ verò vnius generis ſunt, nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio, veluti ex furto, rapina damno, iniuria.

2 ¶ Furtum eſt contrectatio frauduloſa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

2 ¶ Furtum autem vel à furuo, id eſt, nigro, dictum eſt, quod clàm & obſcurè fiat, & plerumque nocte: vel à fraude, vel à ferendo, id eſt, auferendo: vel à Græco ſermone, quod φῶρας appellant fures. Imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt.

3 ¶ Furtorum autem duo ſunt genera: manifeſtum, & nec manifeſtum. Nam conceptum & oblatum, ſpecies potiùs actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, ſicut inferiùs apparebit. Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἀπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec ſolùm is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is qui in eo loco deprehenditur, quo [furtum] fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus januam, deprehenſus fuerit: & qui in olineto oliuarum, aut in vineto vuarum furtum fecit, quamdiu in eo olineto aut vineto deprehenſus fuerit. Imò vlteriùs furtum manifeſtum eſt extendendum, quamdiu eam rem fur tenens viſus vel deprehenſus fuerit: ſiue in publico, ſiue in priuato: vel à domino, vel ab alio, antequam eò peruenerit, quò deferre vel deponere deſtinaſſet. Sed ſi pertulit, quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Nec manifeſtum furtum quid ſit, ex iis, quæ diximus, intelligitur, nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.

4 ¶ Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta ſit, nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eáque apud te concepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potiùs quàm apud eum, qui dedit, conciperetur, nam tibi, apud quem concepta ſit, propria aduerſus eum, qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati. Eſt etiam prohibiti furti actio aduerſus eum, qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna conſtituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti aduerſus eum, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones ſcilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti in deſuetudinem abierunt. Quum enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundùm veterem obſeruationem non fiat: meritò ex conſequentia etiam præfatæ actiones ab vſu communi receſſerunt: quum manifeſtum ſit, quòd omnes, qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxii ſunt.

5 ¶ Pœna manifeſti furti, quadrupli eſt, tã ex ſerui, quã ex liberi perſona: nec manifeſti, dupli.

6 ¶ Furtum autem fit, non ſolùm cùm quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet: ſed generaliter cùm quis alienam rem inuito domino contrectat. Itaque ſiue creditor pignore, ſiue is, apud quem res depoſita eſt, ea re vtatur, ſiue is qui rem vtendam accepit, in alium vſum eam transferat, quàm cuius gratia ei data eſt: furtum committit, veluti ſi quis argentum vtendum acceperit, quaſi amicos ad cœnã inuitaturus, & id peregrè ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtan-

di cauſa commodatum ſibi, longiùs aliquò duxerit: quod veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum perduxiſſet.

7 ¶ Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum cómittere: ſi ſe intelligant, id inuito domino facere: eúmque, ſi intellexiſſet, non permiſſurum, at ſi permiſſurum credant, extra crimen videri, optima ſanè diſtinctione: quia furtum, ſine affectu furandi non committatur.

8 ¶ Sed & ſi credat aliquis inuito domino ſe rem commodatam ſibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. Vnde illud quæſitum eſt, cùm Titius ſeruum Mæuii ſolicitauerit, vt quaſdam res domino ſubriperet, & ad eum perferret, & ſeruus id ad Mæuium pertulerit: Mæuius [autem] dum vult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſeruo quaſdam rés ad eum perferre: vtrùm furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cùm nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentium ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neque furti, neque ſerui corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tantummodo: nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes, per noſtram deciſionem ſancimus, non ſolùm furti actionem, ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licèt enim [is] ſeruus deterior [à ſolicitatore] minimè factus eſt, & ideò non concurrant regulæ, quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductum eſt, [vt ſit ei pœnalis actio impoſita, tamquam [ſi] re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate & in alium ſeruum, qui facilè poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam perpetretur.

9 ¶ Interdum etiam liberorum hominum furtum fit, veluti ſi [quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit.

10 ¶ Aliquando autem etiam ſuæ rei furtum quis committit: veluti ſi debitor rem, quam creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit.

11 ¶ Interdum [quoque] furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit: qualis eſt is, cuius ope & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui tibi nummos excuſſit, vt alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, vt alius rem tuam exciperet, aut oues tuas vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Et hoc veteres ſcripſerunt de eo, qui panno rubro fugauit armentum. Sed ſi quid eorum per laſciuiam, & non data opera, vt furtum admitteretur, factum eſt: in factum actio dari debet. At vbi ope Mæuii Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope & conſilio eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit: aut ipſas feneſtras vel oſtium effringit, vt alius furtum faceret: quíve ferramenta ad effringendum, aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciens cuius rei gratia commodauerit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantùm conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti.

12 ¶ Hi, qui in parentum vel [dominorum poteſtate ſunt, ſi rem eis ſubripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam cauſam cadit (nec ob id ab vllo vſucapi poteſt, antequam in domini poteſtatem reuertatur) ſed furti actio non naſcitur: quia nec ex alia vlla cauſa poteſt inter eos actio naſci. Si verò ope & conſilio alterius furtum factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia verum eſt, ope & conſilio eius furtum factum eſſe.

13 ¶ Furti autem actio ei competit, cuius intereſt rem ſaluam eſſe, licèt dominus non ſit. Itaque nec domino aliter competit, quàm ſi eius interſit rem non perire.

14 ¶ Vnde conſtat creditorem de pignore ſubrepto furti [actione] agere poſſe, etiamſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potiùs incumbere, quàm in perſonam agere: adeoquidem, vt quamuis ipſe debitor eam rem ſubripuerit: nihilominus creditori competat actio furti.

15 ¶ Item ſi fullo polienda curandáve, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta mercede certa [conſtituta] acceperit, eáque furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil intereſt eam rem non perire, quum iudicio locati à fullone aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſſit: Sed & bonæ fidei emptori ſubrepta re, quam emerit, quamuis dominus non ſit, omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni verò & ſarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm ſi ſoluendo fuerint: hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſſint. Nam ſi ſoluendo non ſint: tunc quia ab eis ſuum dominus conſequi non poſſit: ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt rem ſaluam eſſe. Idem eſt, & ſi in parte ſoluendo fuerit fullo aut ſarcinator.

16 ¶ Quæ de fullone & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui cómodata res eſt, transferenda veteres exiſtimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam præſtat: ita is quoque, qui commodatum vtendi cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare. Sed noſtra prouidentia etiam hoc in noſtris deciſionibus emendauit: vt in domini voluntate ſit: ſiue commodati actionem aduerſus eum, qui rem commodatam accepit, mouere deſiderat: ſiue furti aduerſus eum, qui rem ſubripuit: & alterutra earum electa, dominum non poſſe ex pœnitentia ad alteram venire actionem, ſed ſi quidem furem elegerit: illum, qui rem vtendam accepit, penitus liberari, ſin autem commodator veniat, aduerſus eum, qui rem vtendam accepit: ipſi quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furem furti actionem, eum autem, qui pro re cómodata conuenitur, poſſe aduerſus furem furti habere actionem: ita tamen, ſi dominus ſciens rem eſſe ſubreptam, aduerſus eum, cui res commodata fuerit, peruenit: ſin autem neſcius, & dubitans rem eſſe ſubreptam, apud eum commodati actionem inſtituerit, poſtea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem peruenire:

uenire: tunc licentia ei conceditur & aduerſum furem venire, obſtaculo nullo ei opponendo, quoniam incertus conſtiturus mouit aduerſus eum, qui rem vtendam accepit, commodati actionem: niſi domino ab eo ſatisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: ſuppoſitum autem eſſe ei, qui pro re ſibi commodata domino ſatisfecit: cùm manifeſtiſſimum ſit, etiam ſi ab initio dominus actionem commodati inſtituerit, ignarus rem eſſe ſubreptam, poſtea autem hoc ei cognito, aduerſus furem tranſierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quęcumque cauſæ exitum dominus aduerſus furem habuerit: eadem definitione obtinente, ſiue in parte, ſiue in ſolidum ſoluendo ſit is, qui rem commodatam acceperit.

17 ¶ Sed is, apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat: ſed tantùm in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo malô fecerit, qua de cauſa ſi res ei ſubrepta fuerit: quia reſtituendæ eius rei nomine depoſiti non tenetur, nec ob id eius intereſt rem ſaluam eſſe: furti agere non poteſt, ſed furti actio domino competit.

18 ¶ In ſumma, ſciendum eſt, quæſitum eſſe, an impubes rem alienam amouendo, furtum faciat? et placuit, quia furtum ex affectu [furandi] conſiſtit, ita demum obligari eo crimine impuberem, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere.

19 ¶ Furti actio, ſiue dupli, ſiue quadrupli, tantùm ad pœnæ perſecutionem pertinet. Nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo poteſt auferre. Sed rei vindicatio quidem aduerſus poſſeſſorem eſt: ſiue fur ipſe poſſidet, ſiue alius quilibet: condictio autem aduerſus furem ipſum hæredémve eius, licèt non poſſideat, competit.

Quænam obligationes naſcuntur ex delicto?

Connexio. EXpoſitæ ſunt obligationes quæ naſcuntur ex contractu, & quaſi contractu, ſequuntur illæ quæ naſcuntur ex delicto, *in princ. hic.* quæ tam ciuiles quàm naturales ſunt: ciuiles, quia ius ciuile debet punire delicta: naturales, quia apud omnes gentes etiam puniuntur delicta: legis enim & magiſtratus iuſſus, nos ad obedientiam & pœnam obligat, *l. 9. §. 3* D. *de diuiſ. rer. l. 51. §. 1. ad l. Aquil.* Referendus eſt iſte *tit. ad tit. ff. de furt. & tit. furt. aduerſ. nau. caup. & ſtab.* Item *ad tit.* C. *de furt. & ſeru. corrup.*

Quomodo iſtæ obligationes à præcedentibus differunt?

Delictum committitur re, verbis, ſcripto, & conſenſu. Sic differunt, quia præcedentes, aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu contrahuntur, ex delicto verò & quaſi delicto natæ, tantùm ex re naſcuntur, *id eſt*, ex ipſo maleficio, *in prin. hic* aliquando tamen verbis committitur delictum, vt conuitiis: aliquando ſcripturâ, vt famoſis libellis: aliquando re, vt verberibus, §. 1. *inſt. de iniur.*, aliquando conſenſu vt à conſciis criminis læſæ maieſtatis, *l. quiſquis, §. §. penult.* C. *ad l. iul. Maieſt.*

Notandum hîc nudam delicti cogitationem delictum non contrahere, nec pœnam mereri, *l. 18. D. de pœn.*, niſi ad factum, & conatum peruentum ſit, *l. fin. D. de extr. crim.*

Quid, & quotuplex eſt delictum?

Delictum quid ſit. Delictum eſt offenſio contra ius illata ad pœnam obligans, eóque nomine maleficium dictum eſt, Vulte. *in princ. hic.* ideo delictum ad pœnam obligat, quia nunquam eſt ſine dolo, qui porrò nunquam præſumitur niſi probetur per euidentia indicia, *l. dolum, 6.* C. *de dolo.* Offenſio autem, vel eſt publica, vel priuata: ideo delictum eſt aut publicum, aut priuatum, *tit.* D. *de priuat. delict. & tit. D. de public. iud.* Publicum delictum eſt crimen quod tendit ad diſſipationem ſtatus publici vt homicidium, læſio maieſtatis, ſeditio, veneficium, talia crimina leges publicè vindicari volunt *l. 1. D. public. iudic. l. 3 §. fi. D. de præuaricat.* & de his peculiariter agitur *in lib. Digeſtorum,* 48. Priuatum verò eſt, quod hominis priuati vtilitatem lædit, & eſt quadruplex, nempe furtum, rapina damnum, & iniuria. Sunt quidem plura priuata delicta, vt ſtellionatus, hæreditatis expilatio, violatio ſepulchri, &c. ſed hæc præcipua ſunt atque frequentiora. Delicta propriè ſunt priuata, crimina verò publica, *l. 17. §. noxa, 18. D. de ædil. edit. l. 131. in fi. D. de verb. ſignif.* Gotofr. *ad rubr. D. de priuat. delict.* Tamen aliquando delicta & crimina promiſcuè ſumuntur, nam & crimina priuata dicuntur interdum, *§. placuit, 1. huius l. 3. ad Turpill. l. 1. §. vlt. D. de pœnis.* delicta etiam publica, *l. 4.* C *ſi ſeru. ex port. ven. l. vn.* C. *de emend. propinq.* De publicis delictis, iudiciis, & criminibus agetur *in tit. inſt. de publicis iudiciis,* nunc de priuatis diſſerendum venit.

Dolus non præſumitur niſi probetur.

Publicum delictum.

Delictum priuatum.

Vnde dicitur, & quid eſt furtum?

Furti etymon. Prima delicti priuati ſpecies, eſt furtum, quod dicitur vel à furuo, *id eſt*, nigro, quòd plerunque noctu fiat. Cuiac. *tract. 7. ad Afric. Iobi, 24. verſ. 15. & 16.* Vnde illud Euangelii *Matth. c. 24. verſ. 43.* ſi ſciret paterfamiliâs quâ horâ veniret fur, vigilaret, & illud Horatii,

Pulchra Lauerna,
Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctúmque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus obyce nubem.

vel à fraude, nam fur omnis etiam fraudator eſt, vel à ferendo, *id eſt, auſferendo*, Cuiac. *lib. 7. obſeru. cap. 2.* quod interuertere & priuare ſignificat, §. *furtum autem*, 2. *hic. l. 1. ff. de furt.* Eſt quippe furtum earũ tantùm rerũ quæ auferri poſſunt, nempe tantùm mobilium, non immobilium, *l. 38. ff. de vſurp. & vſucap.*

Furtum quid ſit.

Definitur furtum, contrectatio fraudulosa rei alienæ inuito domino lucri faciendi gratiâ, § 1. *hic l. 1. §. fin.* D. *de furt.* Dicitur contrectatio; §. *furtum*, 1. *hic.* quia furtum ſine contrectatione fieri nequit, *l. ſi quis vxori*, 52. *ff. de furt.* nec ſolâ furandi voluntate committitur, *l. poſſider.* 3. §. *ſi rem*, 18. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l.* 1. §. 1. *ff. de furt.* aut ſolâ cogitatione, aut verbo aut ſimplici alio actu, niſi ſequatur amotio, & portatio rei de loco in locũ, *l. 1 §. 1. & d. l. ſi quis vxori*, 52. §. *neque verbo*, 19 *ff. de furt.* Iſta contrectatio eſt rei mobilis, §. *furtiua*, *ſupr. de vſucap. l. quam rem*, 38. *ff. eod.* corporeæ, *l. ſi is qui*, 75. *ff. de furt.* Eſt fraudulosa contrectatio, cum dolo & animo improbo facta, neque enim furtum fit ſine fraudandi voluntate, & affectu furandi, §. *item ſi is*, 5. *ſupr. de vſucap.* & §. *placuit*, 7. *hic.*

Impubes an de furto teneatur.

Ideò impubes furti non tenetur, niſi pubertati ſit proximus, §. *in ſumma ſciendum*, 18. *hic.* Obiter notandum contrectare eſſe rem alienam intercipiendi causâ amouere, §. *furt. hic*, & vt dominum circa rem verſari, atque omnia alia agere quæ domini ſolent. Dicitur rei alienæ contrectatio. §. *furtum autem fit*, 6. *hic.*

Rei ſuæ furtum nõ fit.

quia rei ſuæ furtum non cõmittit, niſi cùm debitor ſubripit pignus, §. *aliquando autem*, 10. *hic.* tunc enim debitor furti tenetur *l. itaque fullo*, 12. §. *ſed etſi res.* 1. nec ideo res fit furtiua, verùm ſi vendita fuerit ab alio poteſt vſucapi, *l. ſequitur*, 4. §. *ſi rem pignori*, 21. *ff. de vſurp. & vſucap.* niſi etiam cùm ſocius rem communem ſubripit, *l. creditoris*, 15. §. *fin. l. ſi is qui*, 73. *ff. de furt.* Deinde inuito domino ſic, §. *furtum autem*, 6. *hic.*

Volẽti nõ fit iniuria.

nam in volentem non fit iniuria, *l. in diem*, 9 §. 1 *ff. de aq. & aqu. pluu. arcend. l. 1. §. vſque adeò*, 5. *in fin. ff. de iniur.* Denique lucri faciendi gratiâ fit, nam ſi quis rem auferat loco, vel ſtatim eam in mare coniiciat, furtum non committet, ſed potiùs damnum ſiue iniuriam. Si quis etiam meretricem alienam ancillam rapuit, aut celauit, furtum non commiſit, quia cauſa faciendi fuit libido, *l. verum eſt.* 39. *ff. de furt.* Denique ſi quis ſponte furtum reſtituat, propriè fur dici nequit, ac proinde non habet locum lex falſus, §. *qui alienum, ff. de furt.* quæ abrogata eſt. Bugn. *leg. abrogat. lib. 1. cap. 72. &* 102.

Cauſa furti.

Ex quibus patet quænam ſint cauſæ furti. Cauſa enim efficiens furti eſt homo, corpore, animo, ac voluntate rem alienam ſubripiens. Cauſa materialis ſunt res omnes corporales & incorporales mobiles, tamen propriè & principaliter res corporales & mobiles: res verò incorporales ex quadam conſecutione, eo quòd re corporali ſubreptâ, ius quoque eius ſubreptum cenſeatur, Vultei. ad §. *furtum eſt*, 1. *hic. num.* 16. Res immobiles rapiuntur vel vi occupantur. Cauſa formalis, eſt vt furtum committatur voluntate fraudulosa, affectu, & contrectatione. Cauſa finalis, eſt lucrũ.

Quamplex eſt furtum?

Duplex, manifeſtum, & nec manifeſtum: dicitur nec manifeſtum pro non manifeſto. formulâ loquendi duodecim tabulis vſitatâ, quâ *ne* pro *non* ſumitur, vt in *l. Carbonianum*, 3. §. *ſi duo impuberes*, 19. *ff. de Carbon. Edict.*

Furtum manifeſtum.

Manifeſtum eſt, ſi quis cum facto deprehendatur, vel in flagranti, aut in furto, vel antequam ad locũ ad quem rem ſubreptã perferre deſtinauit, perueniat; adeóque vnico contrectationis actu, quandiu furtum tenens viſus vel deprehenſus fuit, §. *furtorum autem*, 3. *hic.* *l. l.* 3. 4. & 5. *ff. de furt.* tamen ſi res in eo loco vnde nata eſt iterum deponatur, furtum eſſe deſinet, *l.* 4. §. *item Labeo, ff. de vſucap. l. qui ea mente*, 65. *ff. de furt.*

Furtum nec manifeſtum.

Furtum nec manifeſtum eſt, ſi quis cum furto non deprehenditur, vel in ipſo furto antequam illud domum ſuam detulerit, vel in locum in quem deferre ſibi propoſuit, *l. nec manifeſtum*, 8. *ff. de furt.*

Hîc notandum furem neminem probari ex eo ſolo quòd rem furtiuam in domo ſua habeat, Fab. *defin.* 4. *n.* 1. C. *de furt.* Deinde non poſſe quem probari furem, niſi priùs de re furtiua conſtet, nec rem furtiuam eſſe, quæ non fuerit ab alio priùs amiſſa, Fab. *defin.* 9. *C. de confeſſ. & defin.* 1. C. *de furt.* Sufficiens autem erit iudicium ad torturam, ſi res furata reperiatur penes aliquem, niſi ipſe doceat à quo habuerit, Bart. *in l. fin. poſt. n* 5 D. *de quæſt.* quæ eſt commun. opin. vt tradit, Marſ. *conſ.* 130. *num.* 42.

Furtorum quatuor genera.

Furtorum adhuc quatuor ſunt ſpecies. I. Furtum ſine armis, & fractura, *l. perſpiciendum*, 11. §. *furta*, 1. *D. de pœnis.*

II. Fur-

II. Furtum cum fractura *l.1. §. expilatores, 1. ff. de effractoribus.* III. Furtum graſſarorũ qui in ſtrata publicâ,ſine interfectione tamen furantur, *l.capitalium, 28. § graſſatores, 10. ff. de pœnis.* IV Furtum cum interfectione, *d. l. capitalium, 28. §. famoſos, ff. de pœnis.* Præterea furtum aliud eſt diurnum,aliud nocturnum,illud fit interdiu, hoc noctu & atrocius eſt, *l. ſi pignore, 54. §. 2. ff. de furt.* hoc ſeueriùs punitur quàm illud, *l.3. ff. ad leg. Aquil. l. 1. ff. de fur. balnear.* & furem nocturnum impunè licet occidere, *l. furem, 9. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Tamen *Dambond. prax. cap.14. n. 14.* dicit nocturnum furem à quolibet capi & apprehendi poſſe,non tamen occidi, niſi id defenſionis cauſâ fieri eſſet neceſſum, *per l. itaque, 4. ff. ad leg. Aquil.*

Furtum diurnum & nocturnum.

Creditor, depoſitarius, & commodatarius quando dicuntur committere furtum?

Non tantùm committitur furtum rei alienatione, ſed etiam ſolâ contrectatione, inuito domino, vt ſi creditor vtatur pignore ſibi dato, *§. furtum autem fit, 6. hic. & l. ſi pignore, 54. in princ. ff. de furt.* vel ſi ſoluto debito retineat, & celet pignus, *l. ſi quis vxori, 52. §. cum creditorem 7. ff. eod.* Si depoſitarius vtatur depoſito, *d. §. furtum autem fit, 6. hic. l. ſi ſacculum, 29. in princ. ff. depoſ.* niſi ex permiſſu deponentis id fiat, *d. l. §. 1,* Si commodatarius malè vtatur re commodata, & aliter quàm conuentum fuit, inuito domino, & ſi ſciuit commodatorem non permiſſurum ſi intellexiſſet, *§. placuit tamen, 7. hic.*

Creditor quoad pignus furtum committit. Depoſitarium vtens depoſito furtum cõmittit. Commodatarius malè vtẽs commodato committit furtũ.

Quanam eſt furti manifeſti & nec manif. ſti pœna?

Iure diuino, naturali, & ciuili, tam ſcripto, quàm non ſcripto, puniri debet furtum tanquam valde prohibitum, vt pax & tranquillitas conſeruetur, malum è medio tollatur, audacia reprimatur, & exemplis timor incutiatur. Tamen modus puniendi varius pro varietate locorum & nationum fuit introductus, apud Lacedæmonios, veteres Germanos, Ægyptios, & alios furtum non ſolùm manebat impunitum, ſed etiã approbabatur, *Alexand. ab Alex. lib. 6. dier. genial. cap. 10.* non ſimpliciter, vel ob turpia lucra, aut ad ſumptum libidini præbendum, comparandúmque opulentiam, ſed pro exercitio atque diſciplina rei bellicæ, eò quòd furto acuerentur ingenia, & ad calliditatem atque ſolertiam in aliis rebus adhibendam callidè & ſoletter furando homines aſſuefierent; obfirmarentúrque eorum animi; ad inſidiarum aſtus, ad vigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem: quod impium erat, & impia talis diſciplina, quam ideo vt & alia vitia repurgarunt ſapientes Romani, *arg. l. 2. § 10. C. de vet. iur. enucl.*

Varia pœna furti.

Apud Athenienſes olim fures capite puniebantur, poſtmodum dupli, vel quadrupli pœnâ puniti fuerunt apud Romanos, ex *l. 12. tabul.* pœnâ capitali fures puniebantur, poſteà etiam pœnâ pecuniariâ dupli, aut quadrupli, *§. pœna manifeſti, h. t. & §. furti actio, 19. & vlt. hic.*

Hodie pœna illa pecuniaria non amplius eſt in vſu, vel ſaltem valde rara eſt & arbitrio iudicis relinquitur furti pœna quæ habitâ ratione loci, ætatis, quantitatis & qualitatis rei furtiuæ, repetitionis ſiue iterationis, aut conſuetudinis, vel mitigari debet, vel exaſperari, ita vt hodie fures caſtigari omnes debeant, *auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugi.* & ad torturam condemnari ſi ſufficientia adſint indicia, de quibus *Fab. defin. 4. C. de quæſtion.* Vt plurimùm fures per compita omnia ciuitatis traducti flagellis coercentur: aliquando ſuſpendio plectuntur, aliquando brachiis, cruribus & femoribus fractis, rotis impoſiti cœlum intuentes vitam finiunt, cùm nempe furtum commiſerunt cum interfectione, & in obuios inuolarunt. *Chaſſan. in conſuet. Burgund. de Iuſtitia, § 5. verſ. pro prima vice, & ſeqq.*

Furti pœna hodie in vſu.

Vbi notandum reiterationem delicti pœnam capitalem inducere, licèt per ſe capitale non ſit, vt latè *Maſcard. concl. 888. Farin. lib. 1. variar. quæſt. & opin. crim tit. 3. n. 2. Chaſſan. ſuper Conſuet. Burgund. Rub. 1. §. quinto, n. 17. in fi.* delicta enim iterata grauiùs ſunt punienda, *Nouel. Leonis, 67. §. vlt. l. ſi adulterium, 38. ff. de adult.*

Reiteratio delicti pœnam capitalem inducit.

Quot actiones competunt pro re furtiua?

Si cui furtum factum ſit, ei competent actiones quinq; I. ad exhibendum, *l. 7. §. 1. ff. de cond. furt.* II. Actio vindicationis contra quemlibet poſſeſſorem, *§. vlt. hic.* nam quod ſcelere quæſitum eſt, ab iis eſt extorquendum, qui poſſidẽt, & ex eo locupletiores facti sũt, *l. Lucius, ff. de iur. fiſc. l. 1. C. ex delictis defunct.*

Actiones pro re furtiua.

III. Condictio futtiua, quæ perſecutotia rei eſt, *d. §. vlt. hic. §. ſic itaque infr. de act.* IV. Actio in quadruplum propter futtum manifeſtum, & actio in duplum propter furtum nec manifeſtum, quæ pœnalis actio eſt, *§. pœna 5. & d. §. vlt. §. ſic itaque, 14. §. in duplum, §. quadrupli, 25 & §. ſeq. infr. de action. l. 7. § 1. ff. de condict. furt. l. de his, 11. C. de furt.* Ratio autem eur maior ſit pœna furti manifeſti quàm non manifeſti eſt, quia nunquam ita certum eſt furem illum eſſe qui deptehenſus non eſt, atque illum qui deprehenſus eſt, quate ſempet in obſcuris quod minimum eſt ſequimur, *l. 9. ff. de reg. iur. l. 5. & l. 42. ff. de pœn.* V. Actio extraotdinaria, *l. meminiſſe, 92. & vlt. ff. de furt.* Propter furtum tei minimæ datut actio ciuilis, qualis eſt actio futti, *§. ſunt autem, 4. infr. de noxal. act.* & quidem vindicatio & condictio futtiua, *§. vlt. infr. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.* etiam ob galinam: *§. galinarum. 16. ſupr. de rer. diuiſ.* non tamen datut actio Prætoria de dolo, *l. ſi quis, 9. §. vlt. cum l. ſeq. & l. 11. in princ. ff. de dolo malo.*

In obſcuris quod minimũ eſt ſequimur.

Quibus & aduerſus quos competit actio furti?

Cui & cõtra quem competit actio furti.

Competit domino, *l. 1. ff. de condict. furt.* eiúſque hætedibus, *l. ſed nec 11. ff. eod.* aduerſus futes, eorúmque hæredes, licèt nihil ad eos petuenerit, *l. ſi pro fure, 7. ff. de condict. furt.* tamen actio futti etiam competit ei cuius inteteſt rem ſaluam eſſe, etſi dominus non ſit, *§. furti autem actio, 13. hic. l. cuius, 10. & l. ſeq. ff de furt. l. vlt. C. eod.* Et quidem. I. Cteditori ſi pignus quod habuit à debitote ſine eius culpa fuerit ſubreptum, *§. vnde conſtat, 14. hic. l. itaque, 12. §. ſed etſi res, 2. l. creditoris, 15. in princ. & l. creditori, 87. ff. de furt.* II. Fulloni, non domino competit actio furti, ſi veſtimenta polienda, curandáue, & ſarcinatori, ſi ſub certa mercede ſarcienda data, futto amiſſa fuerint, *§. item ſi fullo, 15. hic. l. itaque, 12. in princ. & l. fullo. 90. ff. de furt.* III. Bonæ fidei emptori, *d. § item ſi fullo, 15. verſ. ſed & bonæ fidei emptori.* Si enim tem quam à non domino bona fide emit furto amittat, ei competet actio furti quamuis dominus non ſit. IV. Commodatatio, & commodatori, ſi tes commodata futto amiſſa fuerit, *§. de fullone, 16. hic.* Iure commodatot duplicem habet actionem, vnam commodati contta commodatatium, alteram furti contra furẽ, *§. quæ de fullone, 16. hic.*

An tantùm qui rem ſubripit aut contrectat furtum committit?

Auxilium præbens & opem ferens furtum committit.

Non, ſed etiam ille qui dolo malo conſilium præbet & opem ferr, *§. interdum quoque 11. hic.* eſt enim pro auxilio præſtito in actu ipſo delicti eadem imponenda pœna quâ tenetut principalis, *Bart. l. in is qui opem, 34. ff. de furt. Menoch. de arbitr. caſ. 349. n. 7.* nec non qui futem & furtum occultat.

Conſilium autem præbet, qui impellit, perſuadet, atque inſtruit conſilio ad futrum faciendum. Opem fert qui miniſterium atque adiutorium ad res auferendas præbet, *l. in furti actione, 50. §. conſilium, 3. ff. de furt.*

Competit-ne actio furti patri aut domino contra liberos aut ſeruos?

Actio furti patri, aut domino non competit contra liberos aut ſeruos.

Domeſtici etiam futtum committunt vt cùm liberi parentibus, ſerui dominis, liberti patronis, & metcenarij iis apud quos degunt, ſubtipiunt, *l. reſpiciendum, 11. §. 1. ff. de pœnis*, tamen nulla inde naſcitur actio, quamuis furtum committant & res in furtiuam cauſam cadat. *§ hi qui in parentum, 12. hic. l. ſerui, 17. l. ſi ſeruus, 61. ff. de furt. l. 1. C. de noxal. act.* Ratio eſt, quia domeſtici poſſunt pœnâ domeſticâ coërceri, & ſanè regulariter nulla nobis poteſt eſſe lis cum eo quem in poteſtate noſtra habem⁹, *l. lis nulla, 4. & l. ſi à me fuerit, 9. ff. de iudic.* quanquam ptopter alimenta, ſi ea negentur, competat parri actio in filium & viciſſim filio in patrem, *l. ſi quis à liberis, 5. ff. de liber. agnoſc.* Tamen actio furti competit cõtta eum cuius ope & conſilio factum fuiſſe furtum ptobabitur, *§. hi qui in parentum, 12. hic.*

Impubes rem amouens committítne furtum?

Quando impubes furtum cõmittat.

Non, quia non committitur furtum ſine voluntate & affectu furandi, & ætas excuſationem meretur, niſi malitia ſuppleat ætatem, *l. 3. C. ſi min. ſe mai. dix. &c.* obligatur tamen ſi ptoximus ſit pubertati, quia tunc videbitur doli capax, ex *§. in ſumma, 18 hic. l. impuberem, 23. ff. de furt.* Pubertati proximus eſt mas, cùm decem annos cum dimidio exceſſit, & fœmina pubertati proxima eſt, quæ nouem annos cum dimidio egreſſa eſt, *gloſ. pramiſerit in l. 1. ff. de nouat.* antequam ergo impubes ſit pubettati ptoximus non poteſt criminaliter conueniri. *Peleus quæſt.*

Pubertati proximus.

quaſt.illuſtr.quaſt. 16. ita quidem ſi pubertati ſit proximus, doli capax, & ſciat malum eſſe decipere, tunc tenebitur ſi dolum committat, nec poterit in integrum reſtitui, *l.1.§.an in pupillum,ff.depoſiti,l.ſed & ſi quis* §.1.*in fi.ff.ad leg.Aquil.*

TITVLVS II.

DE VI BONORVM RAPTORVM?

TEXTVS.

QVi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quàm qui vi rapit? ideóque rectè dictum eſt eum improbum furem eſſe) ſed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur vi bonorum raptorum: & eſt intra annum quadrupli, poſt annum ſimpli: quæ actio vtilis eſt, etiam ſi quis vnam rem, licèt minimam, rapuerit. Quadruplum autē nō totū pœna eſt, ſicut in actione furti manifeſti dixim⁹, ſed in quadruplo ineſt & rei perſecutio: vt pœna tripli ſit, ſiue comprehēdatur raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculum enim eſſet leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clàm amouet.

1 ¶ Ita tamen competit hæc actio, ſi dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat etiam per vim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus, abſolui debet. Cui ſcilicet conuenieus eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed nedum talia excogitātur, inueniatur via per quam raptores impunè ſuam exerceant auaritiam: melius diualib⁹ cōſtitutionibus pro hac parte proſpectum eſt, vt nemini liceat rapere vel rem immobilem vel ſe mouentem, licèt ſuam eandem rem exiſtimet: ſed ſi quis contra ſtatuta principum fecerit, rei quidem ſuæ dominio cadere: ſin autem aliena [res] ſit, poſt reſtitutionem eius, etiam æſtimationem eiuſdem rei præſtare. Quod non ſolùm in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt conſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiam [in] inuaſionibus quæ circa res ſoli fiunt, vt ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.

2 ¶ Sanè in hac actione non vtique expectatur, rem in bonis actoris eſſe, nam ſiue in bonis ſit, ſiue non: ſi tamen ex bonis ſit, locum hæc actio habebit. Quare ſiue locata, ſiue commodata, ſiue etiam pignorata, ſiue depoſita ſit [res] apud Titium, ſic vt interſit eius eam rem [per vim] non auferri (veluti ſi in depoſita re culpam quoque promiſit) ſiue bona fide poſſideat, ſiue vſumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt interſit eius non rapi: dicendum eſt ei competere hanc actionem, non vt dominium accipiat: ſed illud ſolùm [quod] ex bonis eius, qui rapinam paſſus eſt, [id eſt], quod ex ſubſtantia eius ablatum eſſe proponatur. Et generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clam facta, ex eiſdem cauſis omnes habere hanc actionem.

Quid eſt Rapina?

FVit prima delicti priuati ſpecies, ſequitur ſecunda, quæ eſt Rapina rerum, non perſonarum, cuiuſmodi eſt raptus virginum, quo ſtuprum vi infertur virgini, aut viduæ cuiuſcunque conditionis, & quo mulier libidinis causâ de loco ad locum adducitur, *tex. eſt in cap. de raptoribus*, 36.*q.*1, *Iul.Cla*. §. *raptus, in princ. Vide infr. de pub.iudic.* quod crimen eſt publicum: ideo non inſcribitur iſte titulus in genere de vi vel de rapina, ſed de vi aut de rapina bonorum quæ delictum eſt priuatum, referendum ad *tit. ff. de vi bon. rapt. & de fur. & tit. C. de vi bon. rapt.* Definitur rapina, contrectatio rei alienæ & mobilis fraudulenta & violenta, lucri & iniuriæ gratiâ, *in princ. &* §. 1.*hic.* Eſt rei alienæ prout & furtum, eſt rei mobilis, quia res immobiles inuaduntur, & vis, quæ adhibetur in illis, inuaſio appellatur, *d.* §.1.*hic* Eſt fraudulenta, quia fit cum dolo & fraude, *d.§.& l.2.ff.de vi bon. rapt.* Alia eſt rapina quæ fit per errorem, cùm quis rem rapit quam putabat eſſe ſuam, talis enim venit abſoluendus, *d.§.1. hic.* Hodie tamen nouis Conſtitutionibus, vis vel dolo malo vel per errorē illata, punitur pœnalibus iudiciis, ſiue quis ſciens rem alienam dolo malo, ſiue rem mobilem quaſi ſuam per errorem rapuerit, aut immobilem inuaſerit, *l.inuaſor*, 5.*l.meminerint*, 6.*l. fin.*C.*vnde vi,l.ſi conſtiterit*, 4.*C.fin.regund.In* §.1 *hic.* proponit Imperator hanc conſtitutionem, quæ etiam continetur in *l.ſi quis in tantum*, 7.*C. vnde vi.* nempe ſi raptor ſit dominus, rei ſuæ dominio eum cadere, & ad fiſcum transferri, ſi non ſit dominus, rem raptam eſſe domino reſtituēdam, eiúſque æſtimationem ſimul præſtandam. Cùm ergo aliquis rem ſuam ab aliquo detineri putat eam per vim auferre non poteſt, verùm ad Iudicem ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi, confugere debet, *l. non eſt ſingulis* 136. *ff. de reg. iur.* idem dicendum de mobilibus inuaſis, §.1. *hic. & l. ſi quis in tantum*, 7.*C. vnde vi.* Hæc contrectatio eſt violenta vt indicat huius tituli inſcriptio: & in hoc differt à furto quòd non vi, ſed clam committitur, *l.1.ff.de*

Connexio.

Rapina.

Rapina differt à furto.

furt. A quo ſic adhuc differt, quòd rapina fit palàm, furtum verò clàm: quæ autem delicta apertè fiunt grauiùs puniuntur, quàm quæ fiunt ſecretò, *l. 2. §. 24. ff. de vi bon. rapt.* In rapina ſumma eſt raptoris proteruia, imprudentia & audacia: in furto eſt quidam metus, & quædam quaſi furis verecundia: furtum verò fit lucri tantùm gratiâ, rapina etiam iniuriæ causâ.

Quænam eſt pœna rapinæ?

Rapinæ pœna. Pœna rapinæ manifeſtæ eſt quadruplum, rapinæ nõ manifeſtæ eſt triplum: ſic raptores manifeſti grauiùs puniendi ſunt quàm fures nec manifeſti, *in princ. hic.* Hodie tamen talis pœna rarò obſeruatur, ſed Iudicis arbitrio relinquitur conſideratis omnibus quæ in furto conſideranda eſſe diximus.

Cui competit actio vi bonorum raptorum?

Actio vi bonorum raptorum. Ei cuius intereſt rem vi non fuiſſe ablatam, *§. ſane in hac actione, 2. hic. & l. 2. §. in hac actione non vtique ſpectamus. 22. ff. de vi bon. rapt.* quare datur & conductori & commodatario, & fructuario & bonæ fidei poſſeſſori nam non tantùm rapiũtur res quæ ſunt in bonis noſtris, de quibus in *l. rem in bonis, 52. ff. de acquir. rer. domin.* ſed etiam res quæ ſunt ex bonis noſtris, *id eſt*, quæ tales ſunt vt videri poſſint eſſe de ſubſtantia noſtra: ſic res conductæ dicuntur eſſe in bonis locatoris qui earum verus eſt dominus, & de iis pro libitu poteſt diſponere, tamen ſunt ex bonis conductoris quia conductor tenetur ſi eius culpâ perierint, *§. fi. hic.*

TITVLVS III.

DE LEGE AQVILIA.

TEXTVS.

DAMNI iniuriæ actio conſtituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite cautum eſt, *vt ſi quis alienum hominem, alienámve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, iniuria occiderit: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.*

1 § Quod autem non præcisè de quadrupede, ſed de ea tantùm, quæ pecudum numero eſt, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris beſtiis, neque de canibus cautum eſſe intelligamus: ſed de iis tantùm, quæ [gregatim] propriè paſci dicuntur: quales ſunt equi, muli, aſini, oues, boues, capræ. De ſuibus quoque idem placuit. Nam & ſues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic denique & Homerus in Odyſſea ait (ſicut Ælius Martianus in ſuis inſtitutionibus refert,)

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

id eſt,

Sectantem videas, qui errant per paſcua, porcos
Ad Coracis ſaxũ, iuxta fontémque Arethuſam.

2 § Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit: Itaque qui latronem [inſidiatorem] occiderit, non tenetur, vtique ſi aliter periculum effugere non poteſt.

3 § Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui caſu occidit, ſi modò culpa eius nulla inueniatur, nam alioqui non minùs ex dolo quàm ex culpa quiſque hac lege tenetur.

4 § Itaque ſi quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſeruum tuum traiecerit: diſtinguitur. Nam ſi id à milite in eo campo, vbi ſolitum eſt exercitari, admiſſum eſt: nulla culpa eius intelligitur: ſi alius tale quid admiſerit: culpæ reus eſt. Idem iuris eſt de milite, ſi in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit.

5 § Item ſi putator ex arbore delecto ramo ſeruum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope viam publicam aut vicinalem id factum eſt, neque proclamauit, vt caſus euitari poſſet, culpæ reus eſt: ſed ſi proclamauit, nec ille curauit præcauere, extra culpam eſt putator. Æquè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licèt non proclamauit: quia [in] eo loco nulli extraneo ius fuerat verſandi.

6 § Præterea, ſi medicus, qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit curationem [eius], & ob id mortuus fuerit ſeruus, culpæ reus erit.

7 § Imperitia quoque culpæ adnumeratur: veluti ſi medicus [ideo] ſeruum tuum occiderit, quia malè eum ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

8 § Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit: culpæ reus eſt mulio. Sed ſi & propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui cùm equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

9 § His autem verbis legis, *quanti id eo in anno plurimi fuerit*, illa ſententia exprimitur: vt ſi quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretioſus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit, ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tãti quiſque obligatur, quantum damni dederit, ſed aliquando longè pluris. Ideóque cõſtat in hæredem eam actionem non tranſire: quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nonquam

quam lis æſtimaretur.

10 ¶ Illud non ex verbis legis, ſed ex interpretatione placuit: non ſolùm peremptì corporis æſtimationem habendam eſſe, ſecundùm ea quę diximus, ſed eo ampliùs, quicquid præterea, perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit: veluti ſi ſeruum tuum hæredem ab aliquo inſtitutum, antè quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hæreditatem adierit, nam hæreditatis quoque amiſſæ rationem eſſe habendam conſtat. Item ſi ex pari mularum vnam, vel ex quadrigis equorum vnum quis occiderit, vel ex comœdis vnus ſeruus occiſus fuerit: non ſolùm occiſi fit æſtimatio, ſed eo ampliùs, id quoque computatur, quanti depretiati ſunt, qui ſuperſunt.

11 ¶ Liberum autem eſt ei, cuius ſeruus occiſus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum perſequi, & capitalis criminis [eum] reum facere.

12 ¶ Caput ſecundum legis Aquiliæ in vſu non eſt.

13 ¶ Capite tertio de omni cætero damno cauetur. Itaque ſi quis ſeruum vel eam quadrupedem, quæ pecudũ numero eſt, vulnerauerit: ſiue eam quadrupedem, quæ pecudum numero nõ eſt, veluti canem aut ferã beſtiam vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum per iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vſtum, aut ruptum, aut fractum fuerit: actio ex hoc capite conſtituitur, quanquam poterat ſola rupti appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere: Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut vſta, ſed etiam ſciſſa, & colliſa, & effuſa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique reſponſum eſt, ſi quis in alienum vinum aut oleum, id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis [Aquiliæ] eum teneri.

14 ¶ Illud palam eſt ſicut ex primo capite ita demum quiſque tenetur, ſi dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occiſus occiſáve fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, [&] de cætero damno quemque teneri. [Ex] hoc tamen capite non quanti in eo anno, ſed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.

15 ¶ At nec *plurimi* quidem verbum adiicitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte *plurimi* verbum adiectum fuiſſet, nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuiſſe, quod prima parte eo verbo vſa eſſet.

16 ¶ Cæterùm placuit, ita demum directam ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. Ideóque in eum qui alio modo damnum dederit vtiles actiones dari ſolent, veluti ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necarentur: aut iumentum ita vehementer egerit, vt rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur, aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet, & is aſcendendo, vel deſcendendo, aut mortuus aut aliqua parte corporis læſus fuerit, vtilis actio in eum datur. Sed ſi quis alienum ſeruum [aut] de ponte aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit: eo, quod proiecit, corpore ſuo damnum dediſſe, non difficulter intelligi poteſt: ideóque ipſa lege Aquilia tenetur. Sed ſi non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnum contigerit: quum non ſufficiat, neque directa, neque vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti ſi quis miſericordia ductus alienum ſeruum compeditum ſoluerit, vt fugeret.

A quo, & qua de re lata eſt lex Aquilia?

Contextus. *Lex Aquilia dicitur Plebiſcitum.*

SEquitur tertia ſpecies delicti priuati explicanda, nempe Lex Aquilia, quæ dicitur Plebiſcitum, legis vigorem habens, *l. 1. ff. ad Leg. Aquil.* Referendus eſt iſte titulus ad ad *tit. ff. ad l. Aquil. & tit. C. de leg. Aquil.* Cùm autem Romæ & alibi ſæpe ſeruis aut quadrupedibus, vel aliis rebus damna inferrentur, Aquilius Tribunus plebis vir magnæ authoritatis legem tulit Aquiliam, nomine ab authore deſumpto, *l. 1. l. 5. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* rogatã plebe Romana, & quidem de damno iniuriæ, *id eſt*, iniuriâ dato, aut per iniuriã ſiue culpam, *in princ. hic.* Hac enim lege cautum, vt ſi quis damnum dediſſet iniuriâ in alienis rebus animatis & inanimatis, quocunque modo is de damno illato teneretur, *tot. tit. hic. & tot. tit. ff. ad leg. Aquil.* sẽper enim præſupponitur iniuria, *id eſt*, culpa, ita vt ſi culpa abſit, non ſit locus huic actioni, *l. ſed & ſi, 5. §. 1. ff. eod. tit.*

Legis Aquiliæ origo. *Legis Aquiliæ cautio.*

Vnde dictum, & quid eſt damnum, & quomodo à furto & rapina differt?

Damnum.

Dictum eſt damnum ab ademptione, & quaſi diminutione patrimonij, *l. 3. ff. de dam. infect.* & eſt delictum priuatum quo quis dolo, culpâ, aut iniuriâ hominem aut pecudem occîdit, vulnerauit, vel res eius fregit, vſſit, læſit, aut rupit. Et in hoc differt à furto & rapina, quòd damnum fiat corruptione, & deterioratione, furtum & rapina fiant ablatione.

Damnum differt à furto & rapina.

Quot modis diuiditur damnum?

Damnum generale & ſpeciale.

Variis modis, ſed tribus potiſſimùm. I. In damnum generale & impropriè dictum pro quacunque patrimonij diminutione, *l. 3. ff. de damn. infect.* & ſpeciale ſiue propriè dictum, pro rei corporalis corruptione, *l. ſi ſeruus ſeruum, 27.*

Digitized by Google

§. *ſi olivam*, 25. *ff. ad leg. Aquil.* ſiue ea deterioretur, ſiue perimatur, §. *capite tertio*, *hic*, *d. l. ſi ſeruus ſeruum*, 27. §. 3. *ff. ad leg. Aquil.*

Damnum inf. ctum & factum ſiue illatum. II. In damnum infectum, quod futurum timetur, de quo *tot. tit. ff. de damn. infect.* & damnum factum aut illatum, de quo in *hoc tit.*

Damnum à libero homine datum, aut ſeruo. Damnum à bruto datum, aut à re inanimata. III. In damnum à libero homine datum, vel eo conſentienre à ſeruo eius, *l. ſi ſeruus ſeruum*, 37. *ff. ad leg. Aquil.* aut à ſeruo domino igiorante, vel inuito datum, vt *tit. infr. de noxal. action.* aut ab animali irrationali datum, vt *tit. ſi quadrup. paup. fec. dic.* aut à re inanimata; mobili, vt *infr. tit. de oblig. quæ quaſi ex delict.*

Quot ſunt legis Aquiliæ capita?

Primum legis Aquiliæ caput. Tria: Primum eſt de ſeruo vel pecude occiſis, & ita cauetur, qui ſeruum ſeruámve, alienum alienámve quadrupedem vel pecudem occiderit iniuriâ, quanti id in eo anno plurimi fuerit tantum æs dare domino damnetur, in *princ. hic*, *l. 2. in princ. ff. ad leg. Aquil.* & §. *his autem verbis* 9. *hic.*

Pecudis nomine quid intelligendum. Vbi per pecudem intelligimus omne animal quod gregatim paſci ſoler, cuiuſmodi ſunt oues, capræ, boues, equi, muli, aſini, ſues, § 1. *hic. l. legatis*, 65. §. *pecoribus*, 4. *de leg.* 3. *l.* 2. §. *ſi. ff. ad leg. Aquil.* Per vocabulum iniuriæ, intelligere debemus id quod nullo iure factum eſt, ſed contra ius, §. *iniuria autem*, 2. *hic.*

Secundum legis Aquiliæ caput. Secundi capitis verba deſunt, abiit enim caput illud in deſuetudinem, vtpotè ſub aliis ſatis comprehenſum, §. *caput ſecundum*, 12. *hic. l. ſi ſeruum*, 27. §. *huius legis*, 4. *ff. ad leg. Aquil.* Vel etiam videtur fuiſſe ſecundũ illud caput de aliqua alia damni dati ratione, quâuis res noſtra læſa non fuerit, ſed aliquis fortaſſe vſus interceptus, vt ait *Cuiac. in parat. ff. h. tit. exemplo ex lib. 9. Plinij* deſumpto, & exemplis ſeruitutum, *in parat.* & *h. t. Vultei. ad princ. hic. n.* 13.

Tertium leg. Aquiliæ caput. Tertium caput ad reliqua damna præter hominis vel pecudis occiſionem, ſpectat, §. *tertio capite*, 13. *hic.* & ita ſe habet, Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum fecerit, quídve vſſerit, fregerit, ruperit iniuriâ, quanti ea res fuerit in diebus 30. proximis tantùm æs dare damnetur, *d.* §. 13. & §§. *ſeqq. hic. l. ſeruum*, 27. §. *tertio*, 5. *ff. ad leg. Aquil.*

Duobus ergo modis differunt hæc duo capita, nempe primum & tertium, quòd in primo agatur de ſeruis, aut pecudibus occiſis, in tertio de cæteris omnibus damnis, per vulnerationem illatis citra occiſionem, deinde quòd in primo Iudex ad annum retrò ſe referat, & in tertio ad 30. dies.

Quomodo damnum aut culpâ aut ſine culpa datum intelligitur?

Exempla declarantia damnum culpâ aut ſine culpa datum. Iuſtinianus quibuſdam exemplis declarat quibus damnum fit datũ aut culpâ aut ſine culpa, in §. *itaque qui latronem*, 2. *vſque ad* §. *impetu*, 8.

I. Qui latronem ſibi inſidiantem occidit, Lege Aquilia non tenetur, ſi aliter periculum vitare nequit, §. 2. *hic. l. itaque*, 4. *in princ. ff. ad Leg. Aquil.*

Caſuale homicidium quomodo probetur. II. Exemplum. Qui caſu & ſine culpa occidit, & ita damnum dedit, lege Aquilia non tenetur, §. *ac ne is quidem*, 3. *hic.* Caſuale homicidium variis probatur modis, nempe ſi homicida habitus fuerit vir bonus, & de tali crimine nunquam accuſatus, *l. non omnes*, 5. §. *à barbaris*, & *ibi gloſ. in verb. bonus fuerit ff. de re milit.* Si nulla in occiſum & occidentem fuerit inimicitia contracta, *l.* 1. & *ibi gloſ.* & *Dd. ad verbum nõ occidendi*, *C. ad l. Cornel. de ſicar.* Si occiſus antequã expiraret occidentẽ purgauerit *l.* 2. *ff. ad SC. Syllan.* Vide alios caſus apud *VVeſembec. conſ.* 156. *n.* 13. & *ſeq.*

Vulneratus de quib. tenetur. Tamen ſi quis caſu alium vulnerauerit tenebitur de medicamentis, alimẽtis, damnis, & intereſſe, *Bonnet. tom. 2. verb. Fortuitus caſus, quæſt.* 2.

III. Exemplum, Si miles in loco vbi ſolitum eſt exercitari iaculis ludens, vel ſeſe exercens ſeruum cuiuſquam ibi commorantem aut tranſeuntem iaculo occiderit, lege Aquilia conueniri nequit, niſi data operâ id factum fuiſſe cõſter, § *itaque ſi quis*, 4. *hic. l. itẽ ſi obſtetrix*, 9. §. *fin. cum l. ſeq ff. ad leg. Aquil.* ſi alius nempe paganus id commiſerit, culpæ reus erit, *d.* §. *itaque ſi quis*, 4. *hic.*

IV. Exemplum, Si putator prope viam publicam ex arbore ramum deiecerit, & aliquem prætereuntem occiderit, vel læſerit, non tenebitur lege Aquilia ſi modò proclamauerit, ſed ſi non proclamauerit, tenebitur, §. *item ſi putator*. 5. *hic. l.* 31. *in princ. ff. h. tit. l.* 39. *verſ. quid enim, ff. de ſolut. l.* 9. §. 2. *ff. de euict.*

V. Exemplum, Si quis alium in certamine publico læſerit aut occiderit, ceſſabit lex Aquilia, quia non iniuriæ, ſed gloriæ & virtutis gratiâ damnum eſt illa-

illatum, *l. qua actione*, 7. §. *ſi quis in colluctatione*, 4. *D. ad leg. Aquil.*

VI. Exemplum, Si medicus vel ſeruum imperitè ſecuit vnde mortuus eſt, vel medicamento perperam vſus eſt, vnde mors ſequuta ſit, culpæ reus erit, §. *præterea*, 6. *&* §. 7. *hic.* quia imperitia culpæ annumeratur, *ibid.*

VII. Si mulam aut equum per imperitiam non retinuerit mulio, aut is qui equo vehitur contra hoc legis caput peccauerit, §. *impetu quoque*, 8. *hic.*

Quibus & contra quos competit actio legis Aquiliæ?

Actio legis Aquiliæ.

Competit hæredibus eius qui damnũ paſſus eſt, item domino rei in qua damnum datum eſt, non alij: competit aduerſus eum qui damnum dedit, vel qui ad damnum dandum impulit, vel aduerſus eum qui damni occaſionem dedit, eum enim damnum dare apertiſsimi iuris eſt, *arg. l. quis occidit*, 30. §. *in hac actione*, 3. *D ad leg. Aquil. l. Prætor ait*, 4. *in fin. D. de vi. bon. rapt.* Surd *deciſ.* 326. *num.* 23. *&* 24. Tuſch. *tom.* 1. *lit.* C. *concl.* 138. *num.* 4. *& tom.* 2. *lit. D. concl.* 6. Damnum enim reſarcire debet meritò qui cauſam ei dedit, *l.* 1. 2. *& paßim*, C. *ad leg. Aquil.* Aduerſus eius qui damnum dedit hæredem competit hæc actio, ſi ex damno locupletior ſit factus, *l. inde Neratius*, 23. §. *hanc actionem*, 8 D. *ad leg. Aquil.* vel lis fuerit eum defuncto conteſtata, §. 1. *infr. de perpet. & temp. action.*

Damnum dediſſe videtur qui occaſionẽ damni dat.

Si quis inuenerit animal alterius in proprio agro, poteritne illud occidere?

Animal in proprio agro repertũ non eſt occidendum.

Non, ſed illud expellere debebit, veluti ſi ſuum deprehendiſſet, aut admonere dominum vt ſuum recipiat animal, *l. Quintus Mucius*, 39. §. 1 D. *ad leg. Aquil.* poſtmodum actionem mouere pro damno: aliter res ſe habet inter eos qui conſuetudinibus reguntur, vt ait Guid. Coquill. *quæſt.* 68.

TITVLVS IV.

DE INIVRIIS.

TEXTVS.

GENERALITER iniuria dicitur, quod non iure fit: ſpecialiter, aliàs contumelia quæ à contemnendo dicta eſt, quam Græci ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Græci ἐγκλημα dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas & iniuſtitia, quam Græci [ἀνομίαν καὶ] ἀδικίαν vocant; cùm enim prætor vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepiſſe dicitur.

1 ¶ Iniuria autem committitur non ſolùm cùm quis pugno pulſatus, aut fuſtibus cæſus, vel etiam verberatus erit: ſed & ſi cui conuitium factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris, qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum ſibi debere: vel ſi quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, [aut hiſtoriam] ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum fieret: ſiue quis matremfamilias, aut prætextatum, prætextatámve adſectatus fuerit: ſiue cuius pudicitia attentata eſſe dicetur: & denique aliis plurimis modis admitti iniuriam manifeſtum eſt.

2 ¶ Patitur autem quis iniuriam non ſolùm per ſemetipſum, ſed [etiam] per liberos ſuos, quos in poteſtate habet: itémque per vxorem ſuam, id enim magis præualuit. Itaque ſi filiæ alicuius, quæ Titio nupta eſt, iniuriam feceris: non ſolùm filiæ nomine tecum iniuriarũ agi poteſt, ſed etiam patris quoque & mariti nomine. Contrà autem, ſi viro iniuria facta ſit: vxor iniuriarum agere non poteſt. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum eſt. Sed & ſocer nurus nomine, cuius vir in [eius] poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt.

3 ¶ Seruis autem ipſis quidem nulla iniuria fieri intelligitur, ſed domino fieri per eos videtur, non tamen iiſdem modis quibus etiam per liberos & vxores: ſed ita, cùm quid atrociùs commiſſum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini reſpicit: veluti ſi quis alienum ſeruum [atrociter] verberauerit, & in hunc caſum actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuitium fecerit, vel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit.

4 ¶ Si communi ſeruo iniuria facta ſit: æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus quiſque eſt, æſtimationem iniuriæ fieri, ſed ex dominorum perſona, quia ipſis fit iniuria.

5 ¶ Quòd ſi vſusfructus in ſeruo Titij eſt, proprietas Mæuii: magis Mæuio iniuria fieri intelligitur.

6 ¶ Sed ſi libero [homini,] qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit: nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit, niſi in contumeliam tuam pulſatus ſit, tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo eſt & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente, vt toties admittatur iniuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam iniuria ei facta ſit.

7 ¶ Pœna autem iniuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os verò fractum nummariæ pœnæ erant cõſtitutæ, quaſi in magna veterũ paupertate. Sed poſtea prætores permittebant ipſis, qui iniuriam paſsi ſunt, eam æſtimare, vt iudex vel tanti [reum] condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, vel minoris, prout ei viſum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege duodecim tabularum introducta eſt, in

deſuetudinem abiit, quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudiciis frequentatur. Nam ſecundùm gradum dignitatis, vitæque honeſtatem, creſcit aut minuitur æſtimatio iniuriæ, qui gradus condemnationis, & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur: vt aliud in ſeruo actore, aliud in medii actus homine, aliud in viliſſimo vel compedito ius [æſtimationis] conſtituatur.

8 ¶ Sed & lex Cornelia de iniuriis loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quod ſe pulſatum quis, verberatúmve, vel domum ſuam vi introitam eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.

9 ¶ Atrox iniuria æſtimatur vel ex facto, veluti ſi quis ab alio vulneratus ſit, vel fuſtibus cæſus: vel ex loco, veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel conſpecto prætoris iniuria facta ſit: vel ex perſona, veluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit, vel ſi ſenatori ab humili perſona iniuria facta ſit, aut parenti patronóve fiat à liberis vel libertis. Aliter enim ſenatoris & parentis patronique, aliter extranei, & humilis perſonæ iniuria æſtimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti ſi in oculo percuſſus fuerit. Parui autem refert, vtrùm patrifamilias an filiofamilias talis iniuria facta ſit, nam & hæc atrox iniuria æſtimabitur.

10 ¶ In ſumma ſciendum eſt, de omni iniuria eum, qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter agere vel ciuiliter. Et ſi quidem ciuiliter agitur, æſtimatione facta ſecundùm quod dictum eſt, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter: officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet obſeruando, quod Zenoniana conſtitutio introduxit, vt viri illuſtres, quíque ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem iniuriarum criminaliter vel perſequi vel ſuſcipere, ſecundùm eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtiùs apparet.

11 ¶ Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id eſt, qui percuſsit: verùm ille quoque tenetur, qui dolo fecit [iniuriam,] vel qui procurauit, vt cui mala pugno percuteretur.

12 ¶ Hæc actio diſſimulatione aboletur, & ideo ſi quis iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non reuocauerit: poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.

Vnde dicta, & quid eſt iniuria?

Connexio.

SVpereſt quarta delicti priuati ſpecies, nempe iniuria, de qua agitur in hoc titul. referendo *ad tit. D. de iniur. & fam. libel. & ad tit.* C. *de iniuriis.* Iniuria eſt ex eo dicta, quòd nõ iure fiat, *l. 1. in princip.* D. *hoc tit.* Aliàs dicitur contumelia, à contemnendo, vt hoc in loco, aliàs damnum culpâ datum, vt de leg. Aquilia ſuprà, aliàs Iniquitas, ſic Iudex iniquè iudicans iniuriam infert, vt *in princip. tit. de obligat. quæ quaſi ex delict. naſc. infr.*

Iniuria quid ſit.

Definitur autem iniuria delictum priuatum dolo commiſſum, quo quis non ſolùm pulſatus, læſus, aut verberatus ſit, ſed & quo alicui conuitium factum fuerit, & quo quis ad infamiam alicuius, libellum, aut carmen famoſum ſcripſerit, *tot. tit. inſt.* D. *&* C. *de iniur.* Dolo committitur hoc delictum, quia non fit iniuria ſine animo & affectu iniuriandi, *l. qui ſeruum, 34.* D. *de oblig. & act.* ideò animus dicitur ſubſtantia & fundamentum iniuriæ, *l. 1. l. 3. D. de iniur. l. qui iniuria, 53.* D. *de furt.* fit enim damnum ex culpa, & iniuria ex affectu, *l. qui ſeruum, 34. D. de obligat. & act.* idcirco furioſus, qui doli capax non eſt, iniuriam facere nequit, pati quidem ſolet, *l. illud relatum, §. ſanè ſunt*, 1. D. *de iniur.* Quamuis vera ſit iniuria, tamen non excuſatur qui eam intulit, quia fuit animus iniuriandi, Boer. *conſil.* 4. dicit veritatem conuitii ab iniuria non excuſare.

Iniuria non fit ſine animo iniuriandi.

Veritas conuitii non excuſat ab iniuria.

Quomodo diuiditur iniuria?

Variis modis. I. In realem, & verbalem, *§. 1. hic. & l. 1. §. 1. D. de iniur.* Realis eſt, cùm manus inferuntur: & verbalis, quoties manus non inferuntur, ſed conuitium fit, *d. l. 1. §. 1. l. item apud Labeonem*, 15. *§. conuitium*, 7. *D. de iniuriis*, Conuitium enim iniuriam tantùm verbis illatam denotat, à collatione vocum in vnam dictum, quaſi conuocium, *l. item apud*, 15. *§. & conuitium*, 7. *& §. & his*, 11. D. *de iniur.*

Iniuria realis. Iniuria verbalis.

Conuitium.

II. Diuiditur in eam quæ infertur in corpus, quæ dignitatem lædit, & quæ infamiam importat, *l. 1. §. omnémque*, 2. D. *de iniur.* Infertur in corpus iniuria, v. g. cùm quis pugno pulſatur, fuſtibus cæditur, vel verberatur, item cùm quis fimo corrupto perfunditur, cœno aut luto conſpurcatur atque contaminatur, *l. 1. §. 1. D. de extraordin. crimin.* Iniuriâ dignitas læditur aut voce, aut ſcripto: voce, v. g. cùm quis homicida, fur, veneficus, leno, ſpurius appellatur: ſcripto, vt cùm quis per famoſum libellum læditur de quo in *Rubr.* D. *de iniur. & famo. libel* qui vulgò dicitur Paſquillus, eo quòd Romæ apud Paſquilli Sartoris Romani inſignis & notiſſimi calumniatoris tabernâ, vbi ei mortuo ſtatua marmorea habitu gladiatorio erecta erat, libelli famoſi. & omnis ge-

Iniuria in corpus illata.

Iniuria dignitatem lædens.

Paſquillus.

nis generis ſcripta maledica, appendi noctu,& affigi ſolerent, *l. lex Cornelia*, 5. §. *ſi quis liberum*, 9. D. *de iniur.* Iniuria infamiam importat, cùm pudicitia attentatur, *l.1.* §. *omnémque* D. *de iniu.* Attentatur autem pudicitia, cùm id agitur, vt ex pudico impudicus fiat, *l. attentari*, 10. D. *eod.* vel ex impudico impudicior, *l.1.* §. *fin.* D. *de ſeru. corrupt.* Edicto Caroli IX. 1561. art. 13. & Henric. III. 1577. num. 14. Typographus aut Bibliopola qui typis mandarit, diuulgarit, aut vendiderit libellum famoſum, prima vice erit fuſtigandus, ſecundâ, morte puniendus.

Iniuria infamiam importāt.

III. Diuiditur in atrocem & leuem: atrox iniuria æſtimatur ex qualitate facti, vt cùm quis ab alio vulneratus eſt, aut fuſtibus cæſus: vel ex loco, vt cùm quis iniuriam patitur in Theatro, aut in foro, aut in propriis ædibus: debet enim eſſe domus refugium & receptaculum tutiſſimum, *text. in l. plerique*, 18. D. *de in ius vocand. l. nemo*, 103. D. *de reg. iur.* ideo violentiam & inuaſionem in propria domo capitalem aliqui eſſe volunt, VVeſembec. *in parat.* D. *ad leg. Iul. de vi public.* Iul. Clar. *pract. crim.* §. *fin. quæſt.* 82. *ſtat.* 10. Hinc eſt vt apparitor aliquem citaturus, non debeat eius domum ingredi, & vim ibi facere, ſed exemplum ad ianuam affigere: niſi id ſpecialiter Iudex permiſerit, effractis etiam foribus, Fab. *defi.* 9. *de in ius vocand.* Ex loco adhuc grauior redditur iniuria, v. g. ſi viatori in ſtrata publica ſit facta, *l.1. verb. ad agros, & verb. itinera obſederit*, C. *quand. lic. vnicuique*, §. *atrox*, 9. *in verb. loco, hic. l. Prætor*, 7. §. *vbi cum ll. ſeqq.* D. *de iniur. & ib. Dd.* Æſtimatur adhuc atrox iniuria ex perſona, vt cùm magiſtratus iniuriam patitur. §. *ſeruis*, 3. §. *pœna*, 7. *&* §. *atrox*, 9. *hic. l.* 7 §. *vltim. l. ſed ſi vnius*, 17. § *quadam*, 3. D. *de iniur.* Matth. de Afflict. *lib.1. ſupr. Conſtitutio Neapoli. Rubr.* 54. *num.* 4.

Iniuria atrox.

Domus tutiſſimum eſt refugiũ

IV. Diuiditur iniuria in eam quæ alicui fit per ſemetipſum, vt cùm quis alium percutit, aut per alium, aut per liberos in poteſtate exiſtentes, per ſeruos ſuos; per eas perſonas per quas quis bona fide poſſidet, & per vxores, §. *patitur*, 2 *hic. l. item apud*, 15. §. *ſponſum*, 24. *l. eum qui*, 18. §. *penultim. & vltim.* D. *de iniur.* Vxor per maritum iniuriam non patitur, niſi de mariti incarceratione agatur, quia iniuriam marito illatam perſequi non poteſt vxor, *d.* §. *patitur*, 2. *hic.* Per alium quis iniuriam facit, veluti cùm quis procurat, vt alicui mala pugno percutiatur, vel cùm quis tanquam ſuſurro & conſiliarius, dolo malo facit vt alicui iniuria inferatur, §. *non ſolùm*, 11. *h. t. l. non ſolùm, in princip. l. item apud*, 15. §. *feciſſe*, D. *de iniur.*

Iniuria per ſeipſum & per alium illata.

Iniuria per alium illata.

Quot modis agitur propter iniuriam?

Duobus, vel ciuiliter, vt cùm actor ad mulctam pecuniariam imponendam concludit, vel criminaliter, vt cùm atrox eſt iniuria, & Reip. intereſt reum exemplariter puniri, ideo petit actor vt in corpore puniatur reus, vel fiſco pœna pecuniaria adiudicetur, §. *in ſumma*, 10. *hic. l. Prætor*, 7. *poſſe*, 6. *l. conſtitutionibus*, 37. §. 1. D. *de iniur. l. vltim.* C. *eod. l. fin.* D. *de furt. l. vn.* C. *quand. ciuil. action. præiud. criminal.* Tunc enim Iudex æſtimare debet iniuriam pro ratione omnium circumſtantiarum, ne quid mitiùs aut acerbiùs conſtituat: in dubio tamen pœna mitior eſt eligenda, & potiùs mollienda quàm exaſperanda, *l. interpretatione*, 42. D. *de pœn.* Quòd ſi pœna ſit in ære conſtituta, & reus in ære non habeat, luet in corpore, Matth. *cap.* 18 Vide formam agendi ob iniuriam apud Papo. *lib.* 8. *tit.* 3. *arr.* 13. *&* 14.

Actio iniuriarum.

In ære non hab. en luet in corpore.

Nota iniuriarum actorem debere exprimere locum, & tempus, *l. prætor edixit*, 7. *in princ.* D. *de iniur.*

Locus & tempus exprimi debent in actione iniuriarum.

Quænam eſt iniuriarum pœna?

Ex leg. 12. tabularum pœna iniuriarum propter membrum ruptum, Talio erat, propter os fractum, & alias tam rea les quàm verbales iniurias, pœna erat nummaria ſiue pecuniaria, §. *pœna autem*, 7. Dicitur Talio vbi lex permittit vindictam, quæ retalliatio appellatur, vulgò Rhadamantæum Iudicium; vnde Heſiodi verſus,

Iniuriarum pœna varia.

Talio.

Lex recta eſt cùm quis patitur quæ fecerit ipſe.

Eſtque pœna Talionis, vt ipſe accuſans dicat ſe velle pati illam pœnam, quam debeteet pati accuſatus ſi ipſe probarit ſuam accuſationem, *gloſ. in l.* 3. C. *qui accuſ. non poſſ.*

Hæc pœna in vſu erat inter Iſraëlitas, nam par pari referebatur, Deut. *cap.* 19. *verſ.* 21. Exod. *cap.* 21. *verſ.* 24. Quod temperauit Ieſus Chriſtus *Matth. cap.* 5. *verſ.* 39. Si quis alieni alapam impegerit, rurſus pati cogatur ſibi alapam impingi: ſi quis oculum alicui eruerit, viciſſim pati cogatur ſibi oculum erui.

Pœna pecuniaria erat viginti quinque aſſium, quæ abrogata fuit, quia multi delectationis gratiâ, os hominis liberi manus ſuæ palmâ verberabant, dein de ſeruo ſuo ſequenti crumenam aſſium plenam portanti, iniungebant vt iniuriâ affecto viginti quinque aſſes numeraret, quod à Lucio Neratio peſſimo diuite factitatum narrant hiſtoriæ. Hodie iniuriarum pœna, vel eſt judicij priuati, & ita reus condemnatur in quantum iudex iniuriam æſtimauerit, §. *pœna*, 7. *&* §. *in ſumma*, 10. *hic.* vel iudicii publici & criminalis, & ita pœna eſt extraordinaria, *d.* §. *in ſumma*, *&* §. *ſed & lex*, 8. *hic.* Si quis atrocem iniuriam intulerit mulctâ honoraria aliquando & pecuniaria punitur, aliàs in foro, aut aliis locis ad hoc deſtinatis facem ceream accenſam ferre aperto capite reus iubetur, & veniam à diuino Numine, Principe, & ab eo quem læſit ſuplex precari, maleficii admiſſi pœnitentiam teſtatus.

Quæ iniuriarum pœna hodie.

Ad iniuriam referendum putant nonnulli cariuarium in ciuitatibus à quibuſdam ex plebe fieri ſolitum, cùm viduus aut vidua ad alias cõuolat nuptias, & eius authores iniuriarum actione teneri, Chaſſan. *in conſuet. Burgund. in Rubr. de liber. plur. matrim.* & Gregor. Tholoſ. *Syntag. lib.* 38. *cap.* 4. Capell. Tholoſ. *qu.* 140. Ioh. Fab. *in* §. *in inuidia, hic.*

Cariuarium.

Quomodo aboletur iniuria?

I. Diſſimulatione, cùm quis ad animum non reuocat iniuriam, §. *hac actio*, 12. *& vlt. hic. & l. non ſolum*, 11. §. 1. *D. de iniur.* & non conqueritur, *l.* 1. §. *fi & ibi* Dd. *ff. de SC. Syllan.* Maſuer. *pract. tit de iniur. n.* 18. prout omnem virum Chriſtianum facere decet, *l.* 30. *in princ. ff. de minoribus.* poteſt enim quilibet iuri ſuo renuntiare, *l. ſi quis in conſcribendo*, C. *de Epiſc. & Cler. l. pen.* C *de pactis.* Tuſch. *tom.* 6. *lit. R. concl.* 170. *cùm ſeq.*

Iniuria abolitio.

II. Pacto, vel tranſactione, *d. l. non ſolùm*, 11. §. 1. dummodò nihil adhuc ſuper hac re ſit iudicatum, alioqui nihil ſupereſſet de quo tranſigi poſset, Fab. *defin.* 4. *n.* 3. C. *de tranſact.*

III. Iureiurando, cùm quis aduerſario, vel Iudice deferente iurauit ſe nihil iniuriandi animo dixiſſe, aut feciſſe, *d. l. non ſolum*, 11. §. 1. *l. lex Cornelia*, 5. §. *hac lege permittitur*, D. *de iniur.*

IV. Morte illius qui iniuriam paſſus eſt, lite non adhuc conteſtata, tum etiam morte iniuriantis lite conteſtatâ, *l. iniuriarum*, 13. *in princ. l. item apud*, 15. §. *iniuriarum*, 14. D. *de iniuriis*, §. 1. *infr. de perp. & temp. actio l. ſi eum*, 10. §. *vltim.* D. *ſi quis caut.*

V. Satisfactione, ſi nimirum ſolutum ſit quod propter iniuriam peti potuit, *l. ſed ſi vnius*, 17. §. *ſi ante iudicem*, 6. D. *de iniur.* Ille enim cui non eſt ſatisfactum non cenſetur iniuriam remitiſſe, *l. ſed ſi vnius*, 17. §. *ſi ante*, 16. D. *de iniur.*

VI. Præſcriptione & lapſu vnius anni continui, *l.* 5. C *de iniur.* Eſt enim hæc actio annalis & vnius anni lapſu præſcripta, *l.* 5. C. *de iniur.* Quod fallit in iniuria ſcripto comprehenſa, & quæ pro conteſtata habetur, VVeſembeck. *conſil.* 251. *n.* 8. *&* 9.

VII. Retorſione ſiue relatione, cùm nimirum iniuriam retorſit iniuriis affectus contra iniuriantem & ad authorem ſuum remiſit: fruſtra enim conqueritur, qui vindictam ſumpſit, eo quòd retorſione ſatisfactum ſit ei qui iniuriam paſſus eſt, eiúſque honori: per ſatisfactionem autem iniuria eſt remiſſa, *l. ſed ſi vnius*, 17. §. *ſi ante iudicem*, 6. D. *de iniur.* quod intelligendum de iniuria reali quam propulſare licet, cùm difficile ſit iuſtum temperare dolorem, *l. quicquid calore*, 18. *ff. de reg. iur.* & vim vi repellere, *l.* 1. *&* 2. C. *quand. lic. cuique ſine iud. ſe vind. l. ſcientiam*, 45. §. *qui cùm* 4. *ff. ad leg. Aquil. ſed & partus*, 12. §. 1. *D. quod met. cauſ. l.* 1. *& tot. tit.* D. *de vi & vi arm. l. is qui aggreſſorem*, 2. *& l. ſi qui percuſſorem*, 3. C *ad leg. Cornel. de Sicar.* quod potiſſimùm locum habet quando agitur de neceſſaria ſui corporis defenſione, nam negligens ſe defendere cùm poſsit, ſui ipſius homicida eſt, Treutl. *conſil.* 94 *n.* 14. Et quod quiſque ob tutelam non ſolùm corporis, ſed & rerum ſuarum fecerit, iure feciſſe dicetur, *l. vt vim.* 3. *& ibi gloſ. fin.* D. *de iuſt. & iur. l. ſcientiam*, 45. §. *qui cùm aliter*, 4. D. *ad leg. Aquil.* Quod de retorſione dictum eſt, de iniuria verbali intel-

Iniuriam realem propulſare licet.

Vim vi repellere licet.

intelligi non debet quia retorſionem hanc prohibet Chriſtus, *Matth.5.verſ.44.* vbi ait, Diligite inimicos veſtros, benè precemini deuouentibus vos, *& 2.Petr. cap 3.verſ.9.* non retaliantes malum malo aut conuicium conuicio, ſed contrà benedicentes. Tamen Iul. Clar. *lib.5 ſentent. §. iniuria, num.1. verſ. vel dixerit alicui tu mentiris*, in illa eſt ſententia, vt contra iniuriam liceat ſe defendere ſimili genere, contra iniuriam verbalem, verbis, contra ſcriptam, ſcriptis. idem ſentit Bald. *conſil.45.lib.1.*

Compenſatione tamen non tollitur iniuria, ſed vnuſquiſque pro ſua iniuria agere poteſt, *gloſ. & Dd. in l. viro, 40. ff. ſolut. matrimon. l. fin. D. quod quiſque iur.* quanquam plerunque fiat compenſatio delicti cum delicto, ſi delictum ſit verè in perſonam, & propter proportionatam coniunctionem, *d.l.viro.*

Iniuria ſemel extincta non reſuſcitatur. Notandum hîc iniuriá ſemel remiſſam & extinctam ex pœnitentia reſuſcitari non poſſe, *§.hæc actio & vlt.hic.l.non ſolùm,11 §.1 ff. de iniur. l. qui res, 98.§. aream, 8.verſ.in perpetuum, ff.de ſolut.* nam actiones ſuas remittentibus non eſt dandus ad eas regreſſus, *l.quæritur, 14.§.ſi venditor,9.D.de ædil.edict.l.fi.ff. de remiſſ pign.§.ſi quis itaque, ſuccſ. de bon. poſſ.* Couarr. *lib.2. cap.4.num.1* Tiraqu. *de retract. lig §.1. gloſ. 9.num.119* Surd. *deciſ.231. num.13.* Lud. Roman. *conſ.326.num.2. & conſ.369 numer.16.* Rol. à Valle, *conſ.35. num.34. vol.1. & conſ. 57.num.14. vol 3. & conſ 28. num.41. & conſ. 100.num.24. vol.4.* Ratio eſt, quia con-*Nemo venire debet contra proprium factum.*tra ſuum proprium factum nemo venire debet, *l.ſi ex ediuo ibus, 2. C de ſeru. pign. dat.l. ſi.tus,23. C. de reuoc.his quæ in fraud. cred.*

TITVLVS V.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

TEXTVS.

SI judex litem ſuam fecerit: non propriè ex maleficio obligatus videtur, ſed quia neque ex maleficio, neq; ex contractu obligatus eſt, & vtique peccaſſe aliquid intelligitur, licèt per imprudentiam: ideò videtur quaſi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquum religioni judicantis videbitur, pœnam ſuſtinebit.

1 ¶ Item is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, deiectum effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceret, quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet, id poſitum aut ſuſpenſum habet, quod poteſt (ſi ceciderit) alicui nocere: quo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt. De eo verò, quod deiectum effuſúmve eſt, dupli, quantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio. Ob hominem verò liberum occiſum, quinquaginta aureorum pœna conſtituitur. Si verò viuat, nocitúmque ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur, Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas, cæteráque impendia, quæ in curatione facta ſunt, prætereà operas quibus caruit aut cariturus eſt ob id, quod inutilis eſt factus.

2 ¶ Si filiusfamilias ſeorſim à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effuſúmve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſúmve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit in patrem nullam [eſſe] actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias judice obſeruandum eſt, qui litem ſuam fecerit.

3 ¶ Item exercitor nauis aut cauponæ aut ſtabuli de dolo aut furto, quod in naui aut caupona aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur, ſi modò ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum, quorum opera nauem aut cauponam aut ſtabulum exercet. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu ſit aduerſus eum conſtituta hæc actio, & aliquatenus culpæ reus eſt, quòd opera malorum hominum vteretur, ideo quaſi ex maleficio teneri videtur. In his autem caſibus in factum actio competit, quæ hæredi quidem datur, aduerſus hæredem autem non competit.

Quid eſt quaſi delictum?

EXpoſitæ fuerunt obligationes ex delictis natæ, ſequuntur eæ quæ ex quaſi delictis naſcuntur, quæ deſumptæ ſunt ex *l.ſi quis 5. ff. de oblig.& act.* *Connexio.* Quaſi delictum eſt, quando quis aliquid facit citra dolum & latam culpam per imperitiam & negligentiam, tam ſuam, quàm ſuorum. *Quaſi delictum.* Quod quaſi delictum quatuor exemplis declarari poteſt.

Primum eſt, cùm Iudex ex imperitia, negligentia & imprudentia malè judicat, tunc peccat, & litem ſuam facit, tenetur ex quaſi delicto, atque pœnam pro arbitrio Iudicis ſuperioris ſuſtinebit, *Exempla quaſi delicti.* *in princip. hic. l.ſi quis abſentis, 5. §. ſi iudex, 4. ff. de obligat. & act. l. vltim. C. de var. & extraord. cogn. l. vltim. C. de pœn. iud. qui ma. iudic.* Iure nouo ſi iudex, à litigatore pecuniam aut promiſſionem

ſuſcepiſſe fuetit conuictus; ſi quidem pecuniaria ſit cauſa, condemnabitur in triplum, & dignitatem ſeu cingulum quod habet, amittet: ſi cauſa criminalis ſit, propriæ ſubſtantiæ confiſcationem patietur, & in exilium mittetur, Nouell 124.*c.2.l.omnes*, C.*ad leg.Iul.repet.* Papo *l.16.6.tit.2.arr.15.infr.de publ.iud.*

Secundum exemplum eſt cùm ex cœnaculo alicuius ſeu parte ſuperiote domus aliquid liquidæ materiæ, in eum locum quo vulgò itet fit, deiicitur, aut effunditur, quod nocet tranſeunti, vt potè eius togæ, aut veſtibus, vel cùm per feneſtras aliquid in alterius fundum eiicitur, ille enim cui nocitum eſt pro damno dato agete poteſt contta dominum ædium ex quaſi delicto in duplum, §. *item is ex cuius*, 1.*hic.l.ſi quis, abſentis*, 5 §.*is quoque*, 3 D.*de oblig. & act. & l.*1. D. *de his qui deiec. vel effud.* qui quidem dominus tenetur, etiam ſuorum nomine, quorum culpam præſtare deber, cùm eos prudentiores & diligentiores eligere debuerit, *l.*1.§.*fi.D.furt. aduerſ. naut.caup. & ſtab.l.*1.§.4.*D.de his qui effud.&c.*

Cœnaculum. Nota cœnaculum dici partem ſuperiorem domus, ita dictum, quòd veteres ibi cœnarent, *l.*3.§.*fin. D.de offic.Præfect.Vigil.l.*1. §.*ſi filiusfamilias*, D. *de iis qui deiec. vel effud.*

Tertium eſt, cùm quis habuit aliquid ſuſpenſum quod facilè lædere poſſet in eam partem qua vulgò itet fit, tunc quamuis quod ſuſpenſum eſt non cecidetit ptoptet periculum imminens, de damno tenetur infecto: & mulcta imponitur, §.*item is, verſ.cui ſimilis, hic.& d.l.ſi quis* 5 §.*is quoque*,5. *verſ.cui ſimilis, D.de oblig.& act. l.*5. §. *Prætor ait*, 6. D. *de his qui deiec. vel effud.* Ratio hæc eſſe poteſt, quia locus per quem iter fit debet eſſe ſecurus, *l.*1.§.1. & §. *parui autem*, 2. & *l.hoc edictum*, 6. §. 1. *D. de his qui deiec. vel effud.* Si filiusfamiliàs ſeorſum à patte habitans, vel deiecerit, vel effuderit, aut ſuſpenſum aliquid habuerit cuius caſus fuerit periculoſus, ipſe obligabitur, & de quaſi delicto tenebitur non paret eius, §.*ſi filiusfamilias*, 2.*hic.& d.l.*5.§. *pen.*D. *de oblig.& act.*

Quartum exemplum, Exetcitot ſiue gubernatot nauis aut nauarcha, vel caupo viatotes hoſpitio ſuſcipiens, vel ſtabularius qui patitur iumēta apud ſe ſtabulari, de damno dato, aut furto quod in naui aut caupona aut ſtabulo factum erit, quaſi ex delicto tenetut actione in factum in duplum, quia vtitur opera & labote improbotum, §.*item exercitor*, 3.*hic l.ſi quis abſentis*, 5.§. *vlt. D.de oblig.& act.l.penult.& vlt.& tot.tit. potiſſimùm*, *l.*5.*D.nau.caup.ſtabul.l.vn. D. furt. adu. nau.cau.ſtab.* Hæc actio quæ in factum dicitur intelligenda eſt, ſi cauponi ſit res ſpecialiter data cuſtodienda, *l.*1.§.*fin. cum duabus ll. ſeqq.ff. nau.caup.ſtabul.* quæ actio hæredi quidem datur, ſed non aduerſus hæredem, § *in his autem*, 4.& *fi. hic. l. Iulianus*, 16.*D.de iudic.*.

TITVLVS VI.

DE ACTIONIBVS.

TEXTVS.

SVPEREST, vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud eſt, quàm jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur.

1 ¶ Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud judices arbitróſve de quacumque re quæritur, ſūma diuiſio in duo genera deducitur, aut enim in rem ſunt, aut in perſonam. Namque agit vnuſquiſque, aut cum eo qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam per quas intendit aduerſarium ei dare aut facete oportete, & aliis quibuſdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo iute ei obligatus eſt, monet tamen alicui de aliqua re controuerſiam, quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti ſi rem cotporalem poſſideat quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſot autem dominium eius ſe eſſe dicat, nam ſi Titius ſuam eſſe intendat: in rem actio eſt.

2 ¶ Æquè ſi agat [quis] ius ſibi eſſe fundo fortè vel ædibus vtendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio eſt. Eiuſdem generis eſt actio de iure prædiorum vrbanorum: veluti ſi [quis] agat jus ſibi eſſe altiùs ædes ſuas tollendi proſpiciendíve, vel proiiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. Contrà quoque de vſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum vrbanorum, inuicem quoque proditæ ſunt actiones: vt ſi quis intendat jus non eſſe adoerſario vtendi fruendi: eundi agendi, aquámve ducendi: item altiùs tollendi proſpiciendíve, vel proiiciendi immittendíve: iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ. Quod genus actionis in controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his is agit, qui non poſſidet: ei verò, qui poſſidet, non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe. Sanè vno caſu, qui poſſidet, nihilominus [is] actoris partes obtinet, ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportuniùs apparebit.

3 ¶ Sed

3 ¶ Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt. Aliæ autem ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet tam in rem, quàm in perſonam, quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere. [vt] ecce. Plerumque ita permittit [prætor] in rem agere, vt vel actor dicat quaſi vſucepiſſe, quod non vſuceperit: vel ex diuerſo poſſeſſor dicat aduerſarium ſuum non vſucepiſſe, quod vſuceperit.

4 ¶ Námque ſi cui ex iuſta cauſa res aliqua tradita fuerit (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut doris, aut legatorum [&] necdum eius rei dominus effectus eſt: ſi eius rei poſſeſſionem caſu amiſerit, nullam habet in rem directam actionem ad eam perſequendam: quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, vt quis dominium ſuum vindicet, ſed quia ſanè durum erat, eo caſu deficere actionem: inuenta eſt à prætore actio, in qua dicit is qui poſſeſſionem amiſit, eam rem ſe vſucepiſſe, quam vſu nõ cepit, & ita vindicat ſuam eſſe, quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primùm à Publicio prætore in edicto propoſita eſt.

5 ¶ Rurſus ex diuerſo, ſi quis cùm Reipublicæ cauſa abeſſet, vel in hoſtium poteſtate eſſet, rem eius, qui in ciuitate eſſet, vſuceperit: permittitur domino, ſi poſſeſſor reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa vſucapione eam petere: id eſt, ita petere, vt dicat poſſeſſorem vſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis quibuſdam & aliis ſimili æquitate motus prætor adcommodat, ſicut ex latione Digeſtorum ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

6 ¶ Item ſi quis in fraudem creditorum rem ſuam alicui tradiderit: bonis eius à creditoribus poſſeſſis, ex ſententia præſidis permittitur ipſis creditoribus, reſciſſa traditione, eam rem petere, id eſt, dicere eam rem traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe.

7 ¶ Item Seruiana & quaſi Seruiana (quæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Quaſi Seruiana autem eſt, qua creditores pignora hypothecáſve perſequuntur. Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil intereſt, nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſi pro debito obligata: vtraque hac appellatione continetur, ſed in aliis differentia eſt. Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At eam quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

8 ¶ In perſonam quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet prætor, veluti de pecunia conſtituta, cui ſimilis videbatur receptitia. Sed ex noſtra conſtitutione (cùm [&] ſi quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt) [&] ea quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cũ ſua auctoritate à noſtris legibus recedere. Item ſi prætor propoſuit actionem de peculio ſeruorum, filiorúmque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures.

9 ¶ De conſtituta autem pecunia cum omnibus agitur, quicumque pro ſe vel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint: nulla ſcilicet ſtipulatione interpoſita. Nam alioqui ſi ſtipulanti promiſerint iure ciuili tenentur.

10 ¶ Actiones autem de peculio, ideo aduerſus patrem dominúmve comparauit prætor: quia licet ex contractu filiorum ſeruorúmve ipſo iure non teneantur: æquum tamen eſt peculio tenus (quod veluti patrimonium eſt filiorum filiarúmque, item ſeruorum) condemnari eos.

11 ¶ Item ſi quis poſtulante aduerſario iurauerit deberi ſibi pecuniam, quam peteret, neque ei ſoluatur: iuſtiſſimè commendat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.

12 ¶ Pœnales quoque actiones prætor multas ex ſua iuriſdictione introduxit: veluti ſi aduerſus eum qui quid ex albo eius corrupiſſet: & in eum, qui patronum vel parentem in ius vocaſſet, cùm id non impetraſſet: item ſi aduerſus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiúſve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.

13 ¶ Præiudiciales actiones in rem eſſe videntur, quales ſunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus ſit, vel de partu agnoſcendo. Ex quibus ferè vna illa legitimam cauſam habet per quam quæritur, an aliquis liber ſit, cæteræ ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

14 ¶ Sic itaque diſcretis actionibus, certum eſt, non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, *Si apparet eum dare oportere.* Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: ſcilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat. Nec res quæ [iam] actoris eſt, magis eius fieri poteſt. Planè odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, vt extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, *ſi appareat eos dare oportere*: quamuis ſit aduerſus eos etiam [hæc] in rem actio per quam rem ſuam quis eſſe petit.

15 ¶ Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes: in perſonam verò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim eſt denuntiare priſca lingua, nunc verò abuſiuè dicimus condictionem actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

16 ¶ Sequens illa diuiſio eſt, quòd quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ ſunt.

17 ¶ Rei perſequendæ cauſa comparatæ, ſunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, quæ in perſonam ſunt, eæ quidem, quæ ex contractu naſcuntur, ferè omnes rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam petit actor, item commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto. Planè ſi depoſiti agatur eo nomine, quod

tumultus,incendij,ruinæ, naufragij cauſa depoſitum ſit:in duplum actionem prætor reddit : ſi modò cum ipſo , apod quem depoſitum ſit ; aut cum hærede eius de dolo ipſius agitur,quo caſu miſta eſt actio.

18 ¶ Ex maleficiis verò proditæ actiones:aliæ tantùm pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ ſunt:aliæ tam pœnæ , quàm rei perſeqoendæ, & ob id miſtæ ſunt. Pœnam tantùm perſequitur quis actione furti , ſiue enim manifeſti agatur quadrupli,ſiue non manifeſti dupli : de ſola pœna agitur:nam ipſam rem propria actione perſequitur quis,id eſt,ſuam eſſe petens:ſiue fur ipſe eam rem poſſideat , ſiue alius quilibet. Eo ampliùs aduerſus furem etiam conductio eſt[rei.]

19 ¶ Vi autem bonorum raptorum actio, miſta eſt:quia in quadruplo rei perſecutio continetur : pœna autem tripli eſt. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria[dato,] miſta eſt: non ſolùm ſi aduerſus infitiantem in duplum agatur,ſed interdum & ſi in ſimplum quiſque agat:veluti ſi quis hominem claudum aut luſcum occiderit,qui in eo anno integer & magni pretij fuerit:tanti enim damnatur , quanti is homo eo in anoo plurimi fuerit , ſecundum iam traditam diuiſionem. Item miſta eſt actio contra eos,qui relicta ſacroſanctis eccleſiis,vel aliis venerabilibus locis , legati vel fideicommiſſi nomine,dare diſtulerint:vſque adeo,vt etiam in iudicium vocarentur,tunc enim & ipſam rem vel pecuniam,quæ relicta eſt, dare compelluntor, & aliud tantùm pro pœna,& ideo in duplum eius fit condemnatio.

20 ¶ Quædam actiones miſtam cauſam obtinere videntur , tam in rem quàm in perſonam: qualis eſt familiæ erciſcundæ actio , quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item communi diuidendo , quæ inter eos redditur,inter quos aliquid commune eſt , vt id diuidatur. Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur,qui confines agros habent.In quibus tribus iudiciis permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare:& ſi vnius pars prægrauari videbitur, eum inoicem certa pecunia alteri condemnare.

21 ¶ Omnes autem actiones , vel in ſimplum conceptæ ſunt,vel in duplum,vel in triplum,vel in quadruplum : vlterius autem nulla actio extenditur.

22 ¶ In ſimplum agitur : veluti ex ſtipulatione,& mutui datiooe,ex empto, vendito, locato, conducto , mandato , & denique ex aliis quàm plurimis cauſis.

23 ¶ In duplum agimus : veluti furti nec manifeſti,damoi iniuriæ,ex lege Aquilia , depoſiti ex quibuſdam cauſis. Item ſerui corrupti : quæ competit in eum , cuius hortatu conſilióve ſeruus alienus fugerit,aut contumax aduerſus dominom factus eſt, aut luxurioſè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit. In qua actione earum etiam rerum,quas fugiendo ſeruus abſtulerit , æſtimatio deducitur. Item ex legato,quod venerabilibus locis relictum eſt, ſecundùm ea,quæ ſupra diximus.

24 ¶ Tripli verò [agimus ,] cùm quidam maiorem vera æſtimatiooe quantitatem in libello conuentionis inſerũt,vt ex hac cauſa viatores,id eſt,executores litium, ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent, tunc enim id quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus, [in] triplum ab actore conſequetur : vt in hoc triplo etiam ſimplum , in quo damnum paſſus eſt, connumeretur. Quod noſtra conſtitutio introduxit , qoæ in noſtro Codice fulget , quam proculdubio certum eſt ex lege condictitia emanare.

25 ¶ Quadrupli autem agitur,veluti furti manifeſti:item de eo,quod metus cauſa factum ſit, déque ea pecunia , quæ in hoc data ſit , vt is cui datur calumniæ cauſa , negotium alicui faceret, vel non faceret. Item , ex lege condictitia noſtra conſtitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra noſtræ conſtitutionis normam à reis quicquam exegerint.

26 ¶ Sed furti qoidem nec manifeſti actio , & ſerui corrupti,à cæteris , de quibus ſimul locuti ſumus,eo differunt, quòd hæ actiones omnimodo dupli ſunt:at illæ,id eſt,damni iniuriæ ex lege Aqoilia , & interdum depoſiti , inficiatione duplicantur , in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa,quæ de his competit,quæ relicta venerabilibus locis ſont , non ſolùm ioficiatione duplicatur , ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem vſquequo iuſſu magiſtratuum [noſtrorum] conueniatur. In confitentem vero, antequam iuſſu magiſtratuum conueniatur,ſoluentem ſimpli redditur.

27 ¶ Item,actio de eo quod metus cauſa factum ſit,à cæteris,de quibus ſimul locuti ſumus, eo differt:quòd eius natura tacitè continetur,vt qui iudicis iuſſu ipſam rem actori reſtituat , abſoluatur:quod in cæteris caſibus non eſt ita : ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur,quod eſt & in furti manifeſti actione.

28 ¶ Actionum autem quædam bonæ fidei ſunt : quædam ſtricti ioris. Bonæ fidei ſunt hæ, ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum geſtorum,mandati,depoſiti,pro ſocio,tutelæ, commodati, pignoratitia , familiæ erciſcundæ,commoni diuidundo,præſcriptis verbis,quæ de æſtimato proponitur , & ea quæ ex permutatione competit,& hæreditatis petitio.Quamvis enim vſque adhuc incertum erat,inter bonæ fidei iudicia connumeraoda hæreditatis petitio eſſet , an non : noſtra tamen conſtitutio apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

29 ¶ Fuerat antea & rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei iudiciis : ſed cùm pleniorem eſſe ex ſtipulatu actionem inuenientes,omne ius, quod res vxoria antea habebat , cum multis diuiſionibus in actionem ex ſtipulatu , quæ de dotibus exigendis proponitur,tranſtulerimus, meritò rei vxoriæ actione ſublata,ex ſtipulatu[actio,]quæ pro eo introducta eſt , naturam bonæ fidei iudicij tantùm in actione dotis meruit,vt bonæ fidei ſit. [Sed] & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc cenſuimus,cùm ipſa mulier de dote ſua experiatur , cuius ſolius prouidentia hoc induximus.

30 ¶ In bonæ fidei iodiciis libera poteſtas permitti videtur iudici ex bono & æquo æſtimandi,quantum actori reſtitui debeat. In quo & illud con-

lud continetur, vt ſi quid inuicem præſtare actorem oporteat:eo compenſato,in reliquum is, cum quo actum eſt, debeat condemnari. Sed & in ſtricti iuris iudiciis ex reſcripto diui Marci oppoſita doli mali exceptione, compenſatio inducebatur. Sed noſtra conſtitutio eaſdem compenſationes,quæ iure aperto nituntur,latiùs introduxit, vt actiones ipſo iure minuant, ſiue in rem,ſiue in perſonam,ſiue alias quaſcunque:excepta ſola depoſiti actione,cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſanè iniquum eſſe credimus:ne ſub prætextu compenſationis,depoſitarum rerum quis,ex actione defraudetur.

31 ¶ Præterea quaſdam actiones arbitrarias, id eſt,ex arbitrio iudicis pendentes appellamus,in quibus,niſi arbitrio iudicis is, cum quo agitur,actori ſatisfaciat:veluti rem reſtituat,vel exhibeat, vel ſoluat, vel ex noxali cauſa ſeruum dedat: condemnari debeat. Sed iſtæ actiones, tam in rem,quàm in perſonam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana, Seruiana de rebus coloni,quaſi Seruiana,quæ etiam hypothecaria vocatur. In perſonam, veluti quibus de eo agitur, quod [vi] aut metus cauſa, aut dolo malo factum eſt.* Item cùm id, quod certo loco promiſſum eſt,petitur. Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus & cæteris ſimilibus,permittitur iudici ex bono & æquo, ſecundùm cuiuſque rei, de qua actum eſt, naturam æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat.

32 ¶ Curare autem debet iudex, vt omnino, quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferat:etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum eſt.

33 ¶ Si quis agens,[in] intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat: à cauſa cadebat,id eſt,rem amittebat:nec facilè in integrum reſtituebatur à prætore, niſi minor erat viginti quinque annis. Huic enim, ſicut in aliis cauſis,cauſa cognita ſuccurrebatur,ſi lapſus iuuentute fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vt etiam conſtantiſſimus quiſque labi poſſet,etiam maiori viginti quinque annis ſuccurrebatur,veluti ſi quis totum legatum petierit:pòſt deinde prolati fuerint codicilli,quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis legata data ſint,quæ efficiebant, vt plus petiiſſe videretur petitor, quàm dodrantem,atque ideo lege Falcidia legata minuebantur. Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, [&] cauſa. Re,veluti ſi quis pro decem aureis,qui ei debebantur, viginti petierit:aut ſi is,cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiorem partem ſuam eſſe intenderit. Tempore:veluti ſi quis ante diem,vel[ante]conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardiùs ſoluit,quàm ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur:eadem ratione, qui præmaturè petit, plus petere videtur. Loco plus petitur, veluti cùm quis id, quod certo loco ſibi [dari] ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia,ſi is,qui ita ſtipulatus fuerit, *Epheſi dare ſpondes?* Romæ purè intendat ſibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur:quia vtilitatem,quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret,adimit ei pura intentione. Propter quam cauſam alio loco petenti arbitraria actio proponitur: in qua ſcilicet ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur:veluti vino,oleo, frumento: quæ per ſingulas regiones diuerſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ſub eiſdem vſuris fœnerantur. Si quis tamen Epheſi petat,id eſt,eo loco petat,quo vt ſibi detur ſtipulatus eſt:purà actione rectè agit: idque etiam prætor monſtrat,ſcilicet quia vtilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori. Huic autem, qui loco plus petere intelligitur,proximus eſt is,qui cauſa pl' petit,vt ecce, ſi quis ita à te ſtipuletur, *Hominem Stichum,aut decem aureos dare ſpondes?* deinde alterum petat, veluti hominem tantùm aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur,quia in eo genere ſtipulationis promiſſoris eſt electio,vtrùm pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm,vel hominem tantùm ſibi dari oportere intendit,eripit electionem aduerſario:& eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit, aduerſarij verò [ſui] deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt actio, *vt quis intendat hominem Stichū,aut aureos decem ſibi dari oportere:* id eſt, vt eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Præterea, ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat: aut generaliter vinum ſtipulatus ſit & ſpecialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduerſario tollit, cui ſtipulationis iure liberum fuit,aliud ſoluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licèt vtiliſſimum ſit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur:quia ſæpe accidit, vt promiſſori facili' ſit illud ſoluere, quod maioris pretij eſt. Sed hæc quidem antea in vſu fuerant:poſtea verò lex Zenoniana & noſtra rem coarctauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum: quid ſtatui oporteat,Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio:ſin autem quantitate,vel alio modo plus fuerit petitum: [in] omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit ei,contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione (ſicuti ſupra diximus)puniatur.

34 ¶ Si minus in intentione ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti ſi cùm ei decem [aurei] deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit:aut [ſi] cùm totus fundus eius eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit:ſine periculo agit:in reliquum enim nihilominus iudex aduerſarium in eodem iudicio [ei]condemnat,ex conſtitutione diuæ memoriæ Zenonis.

35 ¶ Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet,ſed in eodem iudicio,cognita veritate,errorem ſuum corrigere [ei] permittitur:veluti ſi is,qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit, quod ex ſtipulatu debetur.

36 ¶ Sunt præterea quædam actiones, quibus non [ſemper] ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur: ſed modò ſolidum perſequimur, modò minùs: vt ecce, ſi in peculium filij ſeruive agamus. Nam ſi non minùs in peculio ſit, quàm perſequimur: in ſolidum dominus paterve condemnatur: ſi verò minùs inueniatur: eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio ſit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus.

37 ¶ Item ſi de dote [in] iudicio mulier agat: placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere poſſit, id eſt, quatenus facultates eius patiuntur. Itaque ſi dotis quantitati concurrant facultates eius, in ſolidum damnatur: ſi minùs, in tantum, quantum facere poteſt. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impenſas in res dotales factas, marito [quaſi] retentio conceſſa eſt: quia ipſo iure neceſſariis ſumptibus dos minuitur, ſicut ex latioribus Digeſtorum libris cognoſcere licet.

38 ¶ Sed & ſi quis cum parente ſuo patronóve agat: item ſi ſocius cum ſocio, iudicio ſocietatis agat: nun plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt. Idem eſt ſi quis ex donatione ſua conueniatur.

39 ¶ Compenſationes quoque oppoſitæ plerumque efficiunt, vt minùs quiſque conſequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa prꝺſtare oportet, in reliquum cum, cum quo actum eſt [condemnar,] ſicut iam dictum eſt.

40 ¶ Cum éo quoque quì creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id, quod facere poteſt, creditores experiuntur: inhumanum enim erat ſpoliatum fortunis ſuis, in ſolidum damnari.

Quomodo connectitur iſte titulus cum ſuperioribus?

Connexio. SIc, *in* §. *vlt. ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* omne ius verſari dicitur circa tria obiecta: perſonas videlicet, res & actiones, quod habetur etiam in *l. 1. ff. de ſtat. homin.* ideo cùm de perſonis actum ſit in primo libro, & de rebus in ſecundo, tertio, & in quinque prioribus titulis huius libri quarti: nunc de actionibus agendum ſequitur. Et iſte tit. reſpondet *tit. ff. & C. de oblig. & act.* Alia poteſt adduci connexionis ratio huius tituli cum ſuperioribus: nam quæ ſuprà expoſita ſunt præbent actionibus cauſam, in primo enim tit. lib. 2. varij expoſiti ſunt modi quibus acquiritur rerum dominium iure gentium, ex quo dominio tanquam ex cauſa naſcitur actio realis, de qua in §. *omnium 1. verſ. aut cum eo, hic.* In tit. ſeqq. eiuſdem libri nimirum, 3. 4. *&c.* actum eſt de ſeruitutibus, de vſufructu, de vſu & habitatione, quæ ſunt res incorporales: ſeruitutes autem producunt actionem confeſſoriam, & actionem negatoriam, de quibus in §. *æquè*, 2. *hic.* In tit. 6. de Vſucap. agitur de quaſi dominio ex quo actio Publiciana oritur, de qua in §. *námque*, 4. *hic.*

Ex teſtamentis, inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus tam directis quàm indirectis, & legatis, tum ex ſucceſſione ab inteſtato, oritur actio vel ex teſtamento tam vniuerſalis quàm ſingularis, quæ hæreditatis petitio appellatur, de qua in *tit. C. de petit. hæred.* & eſt actio realis, *l. ſed & ſi lege*, 25. §. *petitio*, *ff. pet. hæred.* mota propter res hæreditarias vel per quam actor petit declarari ſe eſſe hæredem & hæreditatem ad ſe ſpectare in totum vel partem, *not. Bart. l. 1. ff. de pet. hæred.* quæ actio prodeſſe non poteſt ei qui ſe falsò profeſſus eſt hæredem, cùm probè ſciret alium eſſe verum hæredem *l. itaque fullo*, 12 §. 1. *ff. de furt.*

Obligationes naſcuntur ex contractibus quaſi contractibus, delictis, & quaſi delictis: ex contractibus re celebratis oriuntur condictio certi, condictio indebiti, actio cômodati, actio depoſiti, & actio pignoris, de quibus in §. *item Seruiana*, 7. §. *rei perſequendæ*, 17. §. *omnes autem*, 21. *&* §. *actionum*, 28. *hic.* Ex contractu verbis inito oritur actio ex ſtipulatu, de qua in §. *omnes autem*, 21. *hic.* Ex contractu literis celebrata oritur actio de non numerata pecunia.

Ex contractu ſolo conſenſu perfecto oritur actio empti, venditi, locati, conducti, pro ſocio, & mandati, de quibus actionibus in §. *actionum autem quædam*, 28. *hic.*

Ex obligationibus natis ex quaſi contractibus oriuntur actiones negotiorum geſtorum, adminiſtrationis tutelæ, communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ.

Ex obligationibus pendentibus ex delictis producuntur actiones furti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliꝺ, & iniuriarum.

Ex obligationibus natis ex quaſi delictis oritur actio perſonalis in factum.

Ex quibus clarum eſt titulum de actionibus connecti cum ſuperioribus, tanquam effectum cum cauſa, à qua dependet, ita vt expoſitâ cauſâ exponendus veniat effectus: quanquam aliquando pro obligatione ſumatur actio, vt in

l. ve-

Digitized by Google

l. verū eſt, 63. §. ſocietas, 10. ff. pro ſocio. In rebus enim duo conſideranda ſunt, nempe dominia & obligationes, quæ tanquã duo artifices, & duæ cauſæ efficientes producunt actiones in rem & in perſonam tanquam ſuos effectus, & officia, & ſicut actio perſonalis fluit ex obligatione, ita rei vindicatio fluit ex dominio.

Quare inuentæ ſunt actiones?

Actionum inuentio.

Inuentæ ſunt ne quis priuatus ſibi ius diceret & in proprio facto Iudex eſſet, cùm per magiſtratum commodiùs dicatur ius, *l. 36. ff. de reg. iur.* vt omnibus hominibus quibus aliquid debetur tam ordinariè quàm extraordinariè ſuccurratur, cùm nemo ſine actione in iudicio agere vel experiri poſſit, *l. ſi quid poſſeſſor, 31. §. ſicut ff. de petit. hæred. l. quoties, 9. §. item. ff. de adminiſtr. tut.* nemo tamen inuitus agere cogitur, *l. vlt. C. de vſur. pupill.* Exceptis quibuſdam caſibus, potiſſimùm exceptâ actione, per quam cogitur quis vt agat ex remedio legis *Diffamari, 5. C. de ingen. manum. Fab. defin. 1. & 3. C. vt nemo inuit. ager. vel accuſ. cog.* nimirum ſi conſtet iactanter aliquem dixiſſe ſibi, aduerſus alium actionem competere.

Nemo inuitus agere cogitur.

Lex diffamari.

Vnde dicta, & quomodo hic ſumitur actio?

Actio ab agendo dicta eſt, eo quòd improbi & ingrati ad Iudicia agantur. Sumitur hic actionis vocabulum non generaliter pro omni hominis actu, vel pro eo omni quod ab homine agitur, aut naturaliter, aut artificiosè, aut ciuiliter, ſic tertia iuris pars ad actiones pertinet, *hoc eſt*, ad humana negotia, ſecũda ad res, prima ad perſonas, *l. 1 ff. de ſtat. hom. §. fin. ſupr. de iur. nat. gent. & ciuil.* ſed ſpecialiter quatenus cùm iuris aliquo effectu coniungitur & quatenus perſecutio quædam eſt in iudicio facta propter præcedentem aliquam cauſam legitimam, actum forenſem permittentem, vel fieri iubentem, & tam ad priuatum quàm ad publicum ſtatum, tam ad ciuilia negotia quàm ad crimina punienda, tam ad perſonales quàm ad reales actiones pertinet, *l. actionis, 34. ff. de verb. ſignif.*

Actio generaliter ſumpta.

Actio ſumpta ſpecialiter.

Quid eſt actio, & quis actor?

Actio quid ſit.

Definitur actio ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur, *in princ. hic. l. nihil aliud, 51. ff. de oblig. & act.* Actor dicitur qui agit & pulſat alium, rem aliquam ab ipſo petens in iudicio, *l. in tribus, ff. de iudic. l. iudicium, ff. fin. regundo.* nam debitum nõ eſt exigendum armatâ manu, ſed ciuiliter in iudicio, *l. negantes, 9. C. de oblig. & act.* actione enim perſequimur & petimus in iudicio quod nobis ex obligatione debet aliquis, *in princ. hic.* Dicitur ius, *id eſt*, poteſtas aut facultas iure tributa, & ex iure gentium aut ciuili deſcendens. Ius adhuc, ad differentiam rerum corporalium quę in iure nõ conſiſtunt, vt in *tit. de reb. corp. & incorp.* Dicitur ius perſequendi, ad diſtinctionem iuris vſusfructus, quod eſt ſumendi vel vtendi, ac fruendi, & itineris quod eſt ius eundi: perſequi enim dicimur id quod ſequimur donec obtineamus, vel donec certum ſit nos ampliùs obtinere non poſſe. Porrò perſequendi vocabulum in hac definitione omnes in vniuerſum apud Iudicem poſtulationes comprehendit tam ordinarias quàm extraordinarias, etiam eas quæ inſtar actionum ſunt, aut cautiones damni infecti, legatorum & euictionis, item interdicta, adeóque vniuerſas officij iudicialis expeditiones. Per iudicium in hac definitione excluduntur poſtulationes extraiudiciales, & omnes perſecutiones quæ extra iudicium fiũt, vt cùm quis v.g. furem perſequitur, latronem, hoſtem, debitorem fugitiuum, cùm etiam perſequitur quis eum qui in poteſtate eſt, vel ad perpetuam obediẽtiam adſtringitur. quales ſunt vxores, liberi, ſerui, quos auffugientes extra iudicium propriâ authoritate capere & perſequi poſſumus: etiam per iudicium hoc in loco, non intelligimus legitimam iudicis cognitionem inter litigantes de re controuerſa, vel actum illum legitimum quo mediãte Iudex de lite cognoſcit, & ſecundùm leges, & æquitatem pronuntiat, quæ eſt Iudicij definitio ſed locum in quo controuertunt actor & reus coram iudice, & in quo cognitio & compoſitio fit. Hæc verba definitionis, *quod ſibi debetur*, ſignificant materiam, officium, & exitum actionis, quia actio eſt executio Iuſtitiæ. Debetur etiam aliquid alicui aut vi obligationis, ideo actio mouetur, ad dandum vel faciendum: aut vi dominij, & actio mouetur vt res vel poſſeſſio nobis reſtituatur. Itaque illud verbum debetur, generaliter accipiendum eſt, prout actionem in rem, & in perſonam comprehendit, *l. pecuniæ, 178. §. fin. ff. de verb. ſignif.*

Iudicij varia ſignificatio.

Nota olim etſi actio competeret, ad-

huc tamen actionem aliquem non habuiſſe, *hoc eſt*, agere potuiſſe, niſi eam à Prætore impetraſſet, qui actori formulam petendi actionem & Iudicem dabat, quæ iuris formulæ cum aucupatione ſyllabarum inſidiarentur, vt qui formula excideret causâ caderet. Ideo Conſtantinus Imperatot illam captioſam impetrandæ actionis neceſſitatem abrogauit, *l. 1. C. de formul. & impetrat.*

Illa formula actionis, C idons à ſyllaba à toto cadit, eſt abrogata.

Quanam perſonæ requiruntur ad actionem inſtruendum, & Iudicium formandum?

Perſonæ in iudicio requiſitæ.

Perſonæ principales, nempe partes litigantes & Iudex, & minus principales, vt Aduocati, Procuratores, Secretarij, Scribę, Tabelliones, Nuntij, Curſotes, & Apparitores.

Partes litigantes ſunt actot & reus, Actoris eſt intendere, & petere: Rei, obiicere & refellere, ita vt ſine actione nemo in iudicio experiri, nec alium cogere poſſit, *l. ſi pupilli, 6. §. videamus, 12. ff. de negot. geſt. l. quoties, 9. §. item ſi temporali, 2. ff. de adminiſtr. tut.* Tuſchus *tom. 1. lit. A. conclus. 60. vbi num. 29.* ampliat in tantum vt Iudex repellat agentem ſine actione, etiam parte non opponente.

Actore nō probante reus abſoluitur.

Ratio eſt, quia actore non probante reus abſolui debet tam in ciuilibus quàm in criminalibus, *l. ei qui dicit, 2. ff. de probationib. l. actor quod aſſeuerat, 23. C. eod.* etiam qui nihil præſtiterit, *l. qui accuſare, 4. C. de eden. cap. accuſator, 6. q. 5.*

Actor quomodo probet intentionem.

Tenetut enim actor probare quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, *d. l. actor*, & quidem vel teſtibus vel inſtrumentis, vel indiciis, *l. vlt. l. 4. l. cùm res. C. de probat. l. indicia, C. de rei vindic. l. 5. 6. & paſſ. C. de fid. inſtrum.* nec non tenetur actionem edere, *id eſt*, dictare, aut libello complecti, qua in re ius ſuum ſibi à Iudice conſeruari aduerſus eos qui illi in eo fruendo obſtent, deſideret, *l. 1. §. edere, ff. de eden.* Actori enim competit onus probandi, cùm ipſe actionem ſibi competere aſſerat, *l. imperatorias, 2. C. ſent. reſcind. non poſſ.* neque enim ſufficit per libellantem aliquid allegari, ſed debet illud ipſum perfectè probari, *arg. l. minorum. C. de præd. minor. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. n. 619. & n. 732.*

Probatio.

Eſt autem probatio rei dubiæ in iudicio legitimè facta confirmatio, ita vt in actione reali probetur dominium, aliàs reus abſoluitur, *l. poſſeſſiones, 2. C. de probat.* in actione perſonali, obligatio ex qua res debetur, *l. cùm res, 2. C. eod.* in accuſatione delictum, *l. ſi. C. eod.*

Pars interueniens.

Actori & reo accedit aliquando pars interueniens, quæ litem ſiſtere nequit, ſed in eo ſtatu in quo lis eſt interuenire debet, *Fab. defin. 7. & 37. C. de Iudic.*

Iudex.

Iudex de lite cognoſcit ſecundum leges & ęquitatem pronuntiat vt ſuprà dictum, vtrámque partem benignè audit, & iuſtitiam adminiſtrat, *l. in tribus, 13. l. inter litigantes, 62. ff. de iudic.* de cuius officio, *infr. de offic. iudic.*

Apparitores.

Apparitores ita appellantur eo quòd Magiſtratui appareant, præſtò ſint, & obſequantur, aliàs dicuntur executores, *l. vlt. ff. de teſtibus. l. 13. & l. vlt. ff. de iud.* & hi Magiſtratuum iuſſiones cùm exequunt[illegible]æ manibus habere debent, eá[illegible]xhibere. *l. vlt. C. de ſportul. & ſumpt. in diuerſ. iud. fac.* alioqui poterit iis reſiſti, *l. prohibitum, 5. C. de iur. fiſc.* Si ergo de Iudicis mandato conſtet, iis credetur, *l. 1. C. mand. Maſuer. Pract. tit. de adiorn. n. 3.* eorúmque relationibus donec contrarium probetur, *Maſuer. ibid. n. 21.*

Apparitoribus credendum.

Quanam in actione & proceſſu iudiciali præter perſonas requiruntur?

In ius vocatio eſt baſis Iudicij.

Hæc. I. In Ius vocatio, ſiue citatio, quæ baſis eſt, atque fundamentum totius Iudicij, *§. fin. infr. de pœnis temer. litig.* & ſine qua quicquid in iudicium deductum eſt, corruit, *Bald. in l. cùm fratrem, ad fin. C. de his quib. vt indign.* per ſolam enim citationem inducitur litiſpendentia, *Guid. Pap. deciſ. 488. Mynſing. cent. 4. obſeru. 26. Gail. lib. 1. obſeru. 74. n. 17. Maſc. concl. 2226. n. 6.* adhibitis tamen certis requiſitis, de quib. *Guid. Pap. ibid.*

Citatione inducitur litiſpendentia.

Citare.

Citare eſt aliquẽ euocare præconis voce vel edicto publicè propoſito, *Duar. l. 1. c. 7. diſp. anniuerſ.* In ius vocatio eſt actus quo reum actor vocat iuris experiundi exceptandíque causâ in iudicio.

In ius vocatio quid ſit.

Comparitio.

II. Cõparitio ſiue pręſentatio, ſi ita loqui liceat, & contumacia quando nempe partes ſeſe coram Iudice ſiſtunt, aut cõtumaces ſunt, nec ſui copiam faciunt: contumaces enim à contemnendo dicti, vocantur illi qui præſentiam ſui facere contemnunt, *l. 53. §. 1. ff. de re iudic.* ſiue rei ſint ſiue actores, Galli ita diſtinguunt, vt contumaciam rei appellent, *deffault*, contumaciam actoris, *congé*, & ſi appellans fuerit anticipatus nec compareat, erit, *cõgé deffault.* Ex contumacia actoris aut appellantis oritur litis deſertio, quæ vno verbo appella-

Contumaces.

Digitized by Google

Eremodicium. Vadimonium.

pellatur Eremodicium, de quo Cuiac. *lib.9. obſeru.* 22. vel Vadimonium ſiue Vadimonij deſertio, *tot. tit.* D. *de eo per quem factum, & tit. ſi quis cautionib. in iudic.*

Libellus quis & qualis.

III. Oblatio libelli, qui petitionem & aſſertionem actionis ſignificat, & quem vulgus requeſtam vocat, *auth. offeratur*, C. *de litis conteſt.* Eſt autem libellus, breuis & rectè diſpoſita ſcriptura actoris intentionem, continens atque demonſtrans, Cyn. *in l. edita, n.2 C. de eden. & in d. auth. offeratur.* Breuis debet eſſe, quia litigatores, & libellorum conditores verboſis non debent vti aſſertionibus, & narrationibus, ſed compendioſis, *l. ampliorem,* 39. C. *de appell. & conſult. l. actor.* C *de probat.* Debet libellus rectè eſſe diſpoſitus, & ordinatus, ita vt concluſio narrationem non præcedat, nec vnum ponatur in narratione, & aliud diuerſum in concluſione. Libellus eſt ſcriptura, quia ſcriptura eſt de eſſentia libelli, *auth. offeratur*, C. *de litis conteſt* Libellus debet continere & demonſtrare actoris intentionem vt poſſit deliberare reus an cedere vel contendere velit, *l.1. D. de eden.* & iſte eſt finis editionis: nam vt rectè ait Paulus *in l.5. §.6.* D. *de dol. & met. except.* actor quidem in ſua poteſtate habet quando vtatur ſuo iure, is autem cum quo agitur non habet poteſtatem quando conueniatur.

In fine libelli petit actor ius & Iuſtitiam ſibi adminiſtrari, quâ clauſula, omni meliori modo libellum ſuſtinet & perit omnia quæ pertinent ad litis ordinationem, & iuris publici obſeruantiam. Iaſ. *& Dd. in §.1. Inſtit. de act.* Fertar. *in form. libel. quo agitur ſupr. act. real. veb. quatenus officio veſtro.*

Litis conteſtatio.

IV. Litis conteſtatio, quæ aliud eſt iudicii fundamentum, Bald. *in cap.1. col.1. de litis conteſt.* quæ inducitur per propoſitam in libello narrationem & rei contradictionem, *l. rem non nouam,* 12. *§. patroni*, C. *de iudic. l.1. & ibi Dd.* C. *de lit. conteſt. l.2. in princ.* C. *de iur. calum.* A litis conteſtatione incipit lis & iudicium regulariter, *gloſ. & Dd.* Iaſ. *maxime in rub.* C. *& ff. de in ius vocand.* Guid. Pap. *quæſt.* 337. *n.6.*

Inſtrumentorum editio duplex.

V. Probatio & deductio: nam actor probare tenetur intentionem, & reus exceptionem: fit autem probatio teſtium productione, de qua eſt Nou. 90. & inſtrumentorum editione, quæ duplex eſt, vna de qua agitur in *tit. de eden.* nempe *l.1. §. editiones, & 11. ſeqq. in ff. & in l.1.2. & ſeqq.* C. De altera editione agitur *ſub tit. de probat. & tit. de fid. inſtrum. ff. &* C.

Contradictio, reprobatio, & ſaluatio.

VI. Contradictio, reprobatio, & ſaluatio, de quibus loquuntur practici, & vocantur exceptiones reprehenſionis, contra confirmationes teſtium atque inſtrumentorum, *d. Nou. 90.*

Concluſio in cauſa.

VII. Concluſio in cauſa poſtquam omnia hinc inde deducta ſunt atque probata.

Sententia.

VIII. Sententia quæ pro veritate habetur, & ius facit, *l. res iudicata,* 207. *ff. de reg. iur. l. ingenuum,* 25. D. *de ſtat. hom.* à pari autem procedunt quòd ſit lata ſententia, vel quòd ſit concluſum in cauſa, *l. qui pœnæ,* 8. *§. diues quoque,* 2. D *de manumiſſ. l. ſi rem,* 62. *§. vlt. ff. de evict.* Dicitur ſententia rei vel litis iudicialis definitio controuerſiæ finem imponens, & vel eſt abſolutoria, vel condemnatoria, interlocutio enim non eſt propriè ſententia, ideo in iure à ſententia diſtinguitur, *tit.* C. *de ſent. & interloc. omn. iudic.*

Interlocutio non eſt propriè ſententia.

IX. Executio ſententiæ ſiue iudicati, de qua extat, *tit. ff. & C. de re iud. & C. de execut. rei iud.* & debet fieri poſt 4. menſes, *Conſt. Molinenſis, art.* 48. Louët. *in lit.* C. *n.* 3114. Vigel *lib.2. c.30. quæſt.5.*

Quomodo differt actio ab inſtantia?

Inſtantia peremptio.

Inſtantia perimitur per lapſum trienniј, *l. properandum, ff. de iud.* Guid. Pap. *quæſt.* 220. *n.3 Conſt.* Roſſil. *art.* 15. actio non item *l. ſi.* C. *de præſcr. 30. vel 40. ann.* Si tamen concluſum ſit in cauſa, non perimetur Inſtantia niſi poſt 0. ann Carol. IX. 1563. *art.15 Bugn. lib.1. cap.18. de leg. abrog.*

Quænam eſt prima eſſentialis & ſumma actionis diuiſio?

Prima actionis diuiſio.

Actionis definitionem ſequuntur eiuſdem diuiſiones, quæ ſex numero ab Imperatore proponuntur, quamvis plures aliæ ſint, *gloſ.1. in §. ſunt præterea,* 36. *hic.* omnes tamen ab hac prima deriuatæ quæ eſt actionis in perſonam, & actionis in rem, *§. omnium,* 1. *hic. l. actionum,* 25. *in princ. & l. actionis verbo,* 37. *ff. de oblig. & act. l. pecuniæ verbum,* 178. *§. act.2 ff. de verb. ſignif.*

Actio in perſonam.

Actio in perſonam, quæ etiam perſonalis dicitur, eſt illa quæ aduerſus perſonam quæ contraxit, vel deliquit mouetur, *l.3. §. eſt autem perſonalis,* 3. *ff. ad exhibendum, l. his ſolis,* 7. *verſ. actionem verò,* C. *de reuocand. donat. l. vlt.* C *de oblig. & act. l. actionum genera,* 25. *in princ. verſ. in perſonam. ff. eod.* In hac actione res exprimi debet, & præterea exprimenda eſt obligatio, *id eſt,* breuiter actor ſibi hoc aut illud deberi complecti debet libello, *d. §. omnium.*

Actio in rem.

Actio in rem, quæ vulgò realis dicitur, eſt illa quâ rem noſtram ab alio occupatam & poſſeſſam recuperare, atq; vindicare intendimus, *§. omnium, 1. hic. l. actionum, 25. ff. de oblig. & act.* nam agit vnuſquiſque, inquit Imperator, aut cum eo qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio, quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam, per quas intendit aduerſarium ei dare, id eſt, dominium transferre oportere *l. vbi, 35. §. fin. D. de verb. oblig. l. vlt. D. de cond. cau. dat.* vel facere vt ædificare, rem tradere, *l. ſi rem tradi, 28. D. de verb. ſignif.* aut cum eo agit qui nullo jure ei obligatus eſt, mouet tamen illi de aliqua re controuerſiam, quo caſu proditæ ſunt actiones in rem: vt ſi quis putet alium rem ſuam poſſidere, eámque ideo vindicet, orietur rei vindicatio, *§. appellamus, 15. hic.*

Quot modis differunt hæ duæ actiones?

Diligenter notandæ ſunt harum duarum actionum differentiæ, quæ præcipuæ hæ ſunt.

Actionis perſonalis & actionis realis differentia.

I. Actio in perſonam ex obligatione aliqua mouetur, vel ex contractu, vel ex quaſi contractu, vel ex delicto, vel ex quaſi delicto: in rem autem actio non ex obligatione principaliter mouetur, ſed ex dominio actoris, aut alio aliquo jure, actori in rem competente, vt potè quia ei ſit pignerata, & hoc eſt quod ait Imperator in *§. omnium actionum, 1. verſ. nam agit vnusquiſque, hic.*

II. Actio in rem ſemper aduerſus eum mouetur qui rem de qua controuerſia eſt poſsidet, *l. officium, 9. & l. is qui deſtinauit, 24. ff. de rei vindic. l. actionum, 24. D. de act. l. 1. C. de alien. iud. mut. cauſ. l. qui petitorio, D. de rei vind.* vel dolo deſiit poſſidere, *l. ſin autem, 28. §. 2. D. de rei vindic.* actio verò in perſonam datur contra eũ qui alteri obligatus eſt, nec refert vtrùm rem cuius gratiâ agitur poſsideat, necne, *§. omnium autem, 1. hic. & l. in rem, 28. D. de rei vindic.* Non datur actio perſonalis contra tertium poſſeſſorem, *l. fin. §. fi. ff. de contrah. empt. l. eum cui. C. de act. & obligat.* Surd. *deciſ. 52. n. 3. deciſ. 173. n. 9. & deciſ. 236. n. 8.* Planè interdum etiam aduerſus rei ſucceſſorem actio perſonalis competit, vt actio quod meus causâ, ad exhibendũ & quæ actiones in rem ſcriptæ vocantur: & nihil aliud ſunt quàm actiones ex negotio aliquo geſto, vel maleficio competentes, non ſolùm aduerſus eum, cum quo geſtum eſt, ſed & aduerſus quemuis rei poſſeſſorem. Sic & interdicta omnia in rem concepta quidem ſunt, attamen vi perſonalia ſunt: actiones igitur perſonales duplicis ſunt generis: vel enim merè perſonales ſunt, vel in rem ſcriptæ.

Non datur actio perſonalis contra tertium poſſeſſorem.

III. Actio perſonalis ſimpliciter propoſita reſtringitur ad cauſam quam quis in iudicio eſt perſecutus, realis contrà, *l. 14. §. actiones, 2. D. de except. rei iudic.*

IV. In rem actio vocatur vno verbo, rei vindicatio, in perſonam autem, condictio, *§. omnium, 1. & §. appellamus, 15. hic.* Actio perſonalis ideo appellatur condictio, quòd olim debitor perſonaliter obligatus admoneretur denunciato die, quo vel ſolueret, vel in iudicio ſiſtere deberet, condicere autem eſt denuntiare, *§. appellamus, 15. hic.* Tractum eſt hoc verbum à veteri obſeruatione, quia olim in vſu erant verba ſolennia quæ actor, quando coram iudice litigabat, condicebat id eſt, ſemel dicebat, vt ſi caderet à ſyllaba caderet à toto, vt dictum eſt ſuprà

Quid eſt condictio, & quotuplex?

Condictio

Condictio eſt actio in perſonam ex obligatione profecta, vt aliquid detur, vel fiat: & eſt vel rei certæ, & ſpecificæ, vt cùm petitur quod in conuentionem eſt deductum, cuiuſmodi eſt actio mutui, aut quod lege eſt determinatum, de qua *ſupr. ad tit. quib. mod. re contrah. oblig.* vel rei incertæ, vt cùm petitur, id quod incertum eſt, vt quod intereſt, ſiue principaliter ſiue acceſſoriè, *l. ſi tibi, 8. D. de action. empt.* quæ etiam eſt ex conuentione & delicto: ex conuentione, vt actio locati, conducti, ſocietatis: ex delicto, vt actio damni infecti, actio deiecti & effuſi Hâc condictione petuntur liberationes, cautiones, prædiorum jura, & ea omnia quorum incerta eſt æſtimatio, *l. 2. §. aliud, D. de donat. l. 3. D. de condict. ſine cauſ.* De variis condictionibus agitur *in lib. 4 C.*

Vnde dicta, & quid eſt rei vindicatio?

Rei vindicationis etymon.

Rei vindicatio dicitur à vindicare, quod eſt ius in re, vel dominio illius rei quam quis detinet aut poſsidet ſibi aſſerere, vel rem noſtram ab alio, poſſeſſam per actionem in rem aufferre, eámque de manu poſſeſsoris liberare vel etiam dicitur vindicatio à vindiciis, quæ olim dicebantur glebæ, ſiue res ex quæ ex fundo controuerſo in ius vindicandi cauſa allatæ erant. Eſt ergo rei vindicatio,

tio, actio iure ciuili introducta, §. *ſed iſte*, 3. *hic*. realis, §. 1. *hic*. & ſpecialis, *l*. 1. D. *de rei vind*. contra poſſeſſorem rei corporalis dat æ ei qui ſe eius dominum eſſe aſſerit, *tot. tit*. D. & C. *de rei vind*. Materia rei vindicationis vel eſt res vniuerſalis, pro qua competit hæreditatis petitio, vel res ſingularis, & quidem propriè, vt cùm legatum petitur.

Deinde res omnis corporalis, mobilis aut immobilis ab alio poſſeſſa, quam iuſto titulo nobis acquiſiuimus: iura enim incorporalia, vtpotè quæ tangi nequeunt, nec manibus apprehendi, propriè non vindicantur, quanquam vindicari poſſint, vt euincit *tit*. D. *ſi ſeruit. vindic*. & §. *æquè*, 2. *hic*.

Quænam requiruntur in rei vindicatione?

Requiſita in rei vindicatione. Hæc, I. Vt reus rem ab actore vindicandam poſſideat, *l. vn*. C. *de alien. iudic. mut. cauſ. fact. l. à poſſidentibus*, 21. C. *de rei vindic. l. officium*, 9. D. *de rei vindic*.

II. Vt actor vel iure gentium, vel iure ciuili ſit rei dominus, eámque ad ſe pertinere aſſerat, *l. in rem*, 23. D. *de rei vindic*. Sic ædificatione acquiritur dominium ei in cuius ſolo ædificium extructum eſt, quia ædificium cedit ſolo: plantatione, & ſatione, plantata & ſata acquiruntur domino fundi, venditione emptor acquirit dominium rei venditæ, ita vt à venditore vindicari non poſſit.

III. Vt reus qui poſſidet ſe eius rei dominum eſſe contendat, §. *omnium*, *ibi*, *poſſeſſor autem hi*. Itaque vt rei vindicatio procedat, debet actor probare ſe eſſe rei vindicandæ dominum, vel quaſi dominum, *l. in rem actio*, 23. *in princ*. D. *de rei vindicat*. & reum conuentum poſſidere ac detinere rem, *l. officium*, 9. *l. is qui deſtinauit*, 24. D. *de rei vindicat. l. vn*. C. *de alien. ind. mut. cauſ. fact*. quę duo ſunt ſubſtantialia rei vindicationis extrema: datur ergo rei vindicatio domino vero & vtili contra poſſidentes, *d. l. vn*. Papo, *lib*. 8. *tit*. 13. *art*. 2.

Quomodo probabit rei vindicare volens dominium?

Dominii probatio. Probatur dominium omnibus modis iuris gentium, & ciuilis, traditione ſequuta, *l. quoties*, 15. *l. ſeruum emptor*, 27. C. *de rei vindic*. Per inſtrumenta; etiam per inſtrumentum locationis aliis indiciis concurrentibus, Chaſſ. *de Inſt*. § 2. *verſ. & probet*, *num*. 1. per teſtes, interrogationes, famam, fructuum perceptionem; *l. cùm ſuper vernis*, 10. C. *de rei vind*. Fab. *defi*. 18. C. *de vſufruct*. imò per indicia certa, & indubitata, *l. indicia*, C. *eod*. latè Maſc. *concl*. 535. & aliquot ſequentibus, item per duas recognitiones & codices antiquos vt clarè, Guid. Pap. *q*. 272. & *ibi annot*. Per duos etiam limites perpetuos, Bertrand. *conſ*. 44. *vol*. 3. *n*. 9. & *conſ*. 182. *n*. 3. & 6. *vol*. 1.

Poſſeſſio quomodo probatur?

Variis modis: I. Si reus in ipſa re inſiſtit, *l*. 1. & 3. *ff. de acquir. poſſ*. II. Si fructus à reo poſſidente fuerint percepti: III Si reus curauerit fundum colendum, *gloſſ. in l*. 3 C *ſin. regund*. *Poſſeſſionis probatio.*

An prius de dominio & petitorio agendum quàm de poſſeſſione?

Poſſeſſionis cauſa eſt præcipua, & antequam ad petitorium procedatur prius eſt determinanda poſſeſſio, *Conſt. Reg. Gall*. 1539. *art*. 49. Chat. *lib*. 6. *cap* 21. DD. *in l. ordinarij*, 13. C. *de rei vindic. l*. 3. C. *de interdict*. nam proprietas, quæ verbis meum, tuum, noſtrum, denotatur, *l. ſuum*, 49. §. *meum*, *ff. de rei vind. l. quintus*, 27. §. *argento*, 2. § *ei legatum*, 4 D. *de aur. & arg. leg*. nihil commune habet cum poſſeſſione, *l. naturaliter*, 12. §. *nihil commune*, 1. D. *de acquir. poſſ*. tamen dominium importat, *l. proprietatis dominium*, 4. C. *de probat l. indicis*, 19. *verſ. ſi de proprietate*, C. *de rei vindicat*. & poſſeſſorium cum petitorio cumulari nequit, *l. ſi de viſ. ff. de iudic. l*. 1. C. *de appellat*. Ex vſu fori aliquando cumulantur petitorium & poſſeſſorium, Geil. 1. *obſeruat*. 63 Neguz. *de pignor. membr. vlt. p*. 8. *n*. 26. Maſuer. *pract. tit. de petitorio*, *n*. 3. *An poſſeſſorium cum petitorio cumulari poſſit.*

Contra quem datur rei vindicatio?

Datur contra poſſeſſorem, vt ſuprà dictum, tum etiam aduerſus eos qui reſtituendi poteſtatem habent, etiamſi non poſſideant, cuiuſmodi ſunt depoſitarius, commodatarius, *l. offi tum*, 9. D. *de rei vindic*. item creditores pignus tenentes, *l. ſerui*, 16. D. *de vſucap*. ita tamen vt qui alterius nomine poſſidet nominando eum cuius nomine poſſidet, ante litem conteſtatam liberetur, *l*. 2. C. *vbi in rem actio*. Quòd ſi poſſeſſor rei rem vendiderit & bonę fidei poſſeſſor fuerit, tum aut dominus venditionem habuit ratam, quo caſu pretium à venditore recuperabit negotiorum geſtorum actione, *l. vlt ff. de neg. geſt*. vel non habuit ratã, & tunc rē poterit ab emptore vindicare apud quē reperta fuerit, etiam pretio nō *Rei vindicatio contra quem datur.*

Aa 2

reſtituto, *l. mater tua, 3. l. ſi mancipium, 23. C de rei vindic.* Si poſſeſſor malæ fidei fuerit, optionem habebit dominus vt agere poſſit rei vindicatione contra emptorem qui poſſidet, aut contra venditorem qui poſſidere deſiit: & ſi dominus ratam habuerit venditionem, à neutro vindicare poterit, ſed tantùm aget vtili negotiorum geſtorum actione contra venditorem pro vero pretio, *l. 1. C. de his qui à non dom. manumiſſ.*

Probato dominio erit-ne res cum fructibus & ſumptibus in rem factis reſtituenda?

Poſſeſſor malæ fidei reſtituit rem cum fructibus omnibus. Poſſeſſor bonæ fidei quos fructus reſtituat.

Reſtituenda erit tam cum fructibus perceptis quàm cum percipiendis ſi malæ fidei poſſeſſor fuerit, licèt bonæ fidei poſſeſſor extantes tantùm ante litem conteſtatam, poſt autem litis conteſtationem vniuerſos reſtituat, *l. certum, 22. C de rei vind.* ſumptibus in rem factis nõ computatis niſi neceſſariis, vtilibus verò per deductioné retentis, *l. domum. 5. C. eod.*

Quænam eſt ſecunda actionis diuiſio?

Secunda actionis diuiſio. Actio ex contractu.

Eſt in actionem ex contractu, ex facto, & in factum, *l. actionum, 25. §. actionum 1. D. de oblig. & act.* Actio ex contractu eſt, cùm quis lucri ſui causâ cum aliquo cõtrahit, veluti emendo vendendo, locando conducendo, & cæteris ſimilibus. Ex facto eſt, cùm quis ex eo teneri quis incipit quod ipſe admiſit, veluti cùm furtum vel iniuriam commiſit vel damnum dedit, *ibid.* Ergo ex maleficio oritur cognito iure ciuili, vnde propria fit actio, *gloſ. in verb. ex facto, ibid.*

Actio ex facto.

Actio in factũ ex iureiurando.

In factum eſt quadruplex: I. Ex iureiurando: v. g. ſi quod mihi debes à te petam, & te debere tu neges, ac proinde iuſiurandũ mihi deferas, & ego te habere iurem, dabitur mihi actio vtilis prætoria vt mihi adiudicetur quod ex tali iureiurando debetur, quia cùm iuſiurandum ferè fiat ex conuentione ſine pacto habet ſpeciem tranſactionis, *l. 1 & 2 l. iuſiurandum, 17. l. qui iuraſſe, 26. in fin. ff. de iureiur.* & dicitur actio in factum, *l. ſed ſi poſſeſſori, 11. D. de iureiur.*

Actio in factum albi corrupti. Album.

II. Albi corrupti, quæ competit contra eum qui ex albo Prætoris aliquid cõſciderit, abſtulerit, aut corruperit, *§. pœnales. 12. hic.* Vbi per album intelligere debemus Edictum Prætoris eo quòd albis literis conſcriberetur: vel tabulam maximè publicam, gypſatam, aut dealbatá, in qua Prætores edicta ſua deſcribebant, & formulas, citationeſq; proponebant, in loco ſublimiori, cuius mentio fit, *in l. ſi quis, 7. D. de iuriſd.* vbi ita loquitur Vlp. *ſi quis, inquit, iuriſdictionis perpetuæ causâ (non prout res incidit) in albo vel charta, vel alia materia propoſitum erat, dolo malo corruperit, datur in eum 50. aureorum iudicium, quod eſt populare.* Erat aliàs album, matricula ſeu catalogus in quo Iudicum nomina deſcribebantur: vt cùm dicimus album Iudicum vel Decurionum, *l. 1. & 2. D. de alb. ſcrib.* quod λεύκωμα Græcis dicitur. Hæc actio eſt pœnalis in factum Prætoria, *§. pœnales. 12. hic.*

Actio in factum contra libertum & filium. Quinã ſine venia in ius vocare non poſſint.

III. Contra libertum & filium qui patronum & parentem in ius vocaſſent ſine venia, *d. §. pœnales, 12. hic. l. actionum, 25. §. actionum. 1. ff. de oblig. & act.* Eſt enim ea reuerentiæ pars, quòd ab iis in ius vocari non poſſint ſine impetratâ veniâ, quod generaliter verum de illis perſonis, quibus reuerentia eſt præſtanda atque debetur, *l. generaliter, 13. D. de in ius vocand.* cùm aliàs nulla famoſa actio, nequidem in factum filio contra patrem detur, *l. non debet, 11. ff. de dol. l. apud Celſum, 4 §. aduerſus 16. ff. de dol. excep. nouell. 155. c. 1.* Atq; ita parẽtes à liberis, nouerca à priuignis ſine venia in ius vocari nõ poſsũt, *d. l. generaliter.* An præceptor à diſcipulo, Dominus à Vaſallo: Princeps à ſubdito, ſuſceptor in baptiſmo à ſuſcepto in ius vocari poſſint ſine venia, Vide Giphan. *de ord. iud. tract. 1. cap. 12. de in ius vocand.*

Actio in factum contra vi eximentem.

IV. Contra vi eximentem, v. g. ſi eum qui mihi obligatus erat in ius vocatum aliquis exemit, vel detinuit, aut dolo fecit ne ad iudicem venerit, hic mihi actione in factum agenti, in tantum condemnandus eſt, quantum ab eo qui in ius vocatus erat, *d. l. pœnales, 12. hic. l. 1. §. in eum, 1. ff. ne quis eũ qui in ius vocab. vi.* Ergo actionibus in factum petitur, vt ea præſtentur de quibus conuentum eſt, vel ſaltem intereſſe, *l. ſi quis ex argentariis, 6. §. ex hoc edicto, 4. ff. de edend.* & tunc competit cùm ciuilis actio deficit, ob naturalem potiùs quàm ciuilem æquitatem, *l. 1. §. 1. D. ſi quis teſtam.*

Quænam eſt tertia diuiſio?

Tertia actionis diuiſio. Actio ciuilis.

Eſt in ciuilem, ſiue legitimam, & honorariam ſiue Prætoriam: ciuilis eſt quæ legitimam habet cauſam, eo quòd vel pendeat à lege, *§. ſed iſtæ quidem actiones, 3. hic. l. actionũ, 25. §. vlt. ff. de oblig. & act.* vel à negotio lege comprobato & ad actioné producendá idoneo, cuiuſmodi ſunt in perſoná pleræq; actiones ex contractib⁹

pro-

prodeuntes, & ex delictis aliquibus lege coercitis: item nonnullæ actiones in rem, cuiuſmodi ſunt illę per quas aliquis dominium rerum ſuarum ex leg. 12 tabul. vendicat. Prætoria eſt quæ pendet ex Prætoris legum interpretis ac miniſtri Iuriſdictione, §. *ſed iſtæ quidem actiones*, 3 *hic.* & §. *prætoriæ*, 2. *ſupr. de diuiſ. ſtipul.* ex naturali enim æquitate pendet hæc actio: nam Prętor naturalem ſequitur æquitatem, *l.* 1 D. *de pact.* & regulariter annalis eſt hæc actio, *in princip. infr. de perpet. & temp. act.*

Actio Prætoria.

Prætor naturalem ſequitur æquitatẽ.

Quænam eſt quarta diuiſio?

Quarta actionis diuiſio. Actio directa.

Eſt in actionem directam & vtilem: Directa eſt quæ ex ipſiſſimis & expreſſis verbis legis vel contractus initi, datur, §. *actionum*, 28. §. *in bonæ fidei*, 30. & §. *præterea*, 31. *hic.* Cuiuſmodi eſt actio ex lege Aquilia deducta, *l. ſi ſeruus*, 27. §. *tertio autem*, 5. *D. ad leg. Aquil.*

Actio directa contrariæ oppoſita.

Vbi notandum actionem hanc non dici directam quatenus opponitur contrariæ: eſt enim directa contrariæ oppoſita, quæ datur domino cuius res curatur in eum qui curat: & contraria quæ datur curanti, cuiuſmodi ſunt actio tutelæ, locati, & conducti, negotiorum geſtorum, depoſiti, & eiuſmodi aliæ, de quibus actum eſt ſuprà: ſed dici directam vt opponitur vtili.

Actio directa vtili oppoſita. Actio vtilis.

Vtilis eſt, quæ non competit ex verbis legis, ſed ex eius mente, aut ſententia, vt cùm quis vinum & frumentum conſumpſit, ex verbis legis actio non competit, quoniam lex de vſto, fracto, & rupto, non de conſumpto, vel effuſo loquitur, quia tamen mens legiſlatoris quoq; fuit vt quis de conſumpto etiam teneretur, ideo ex mente legis actio cõpetit, quæ dicitur vtilis, *l. qui occidit*, 30. §. *ſi quis alienum*, 2. *ff. eod. l. data certæ*, 1. & *l. nominibus*. 2. C. *de oblig. & act.* Vtilis in ſumma dicitur actio eo quòd per extenſionem quandam verborum ab interpretibus ad hominum vtilitatem data ſit, ne anxiâ verborum obſeruatione voluntas vtiliter proditarum legum impediretur, ſic ne alicnius quadrupes ob datam pauperiem alicui noceat impunè, conſtitutum eſt vt noxæ detur, vel ipſa pauperies ab eo domino ſarciatur, poſtmodum legum interpretes diſpoſuerunt, quadam æquitate moti, eam actionem eſſe dandam, non modò ſi quadrupes, ſed etiam ſi aliud animal pauperiem fecerit, & quidem propter vtilem legum extenſionem, *l. penult. ff. ſi quadrup. pau. fec. dic.*

Melius eſt directam habere actionem quàm vtilem.

Hîc notandum melius eſſe directas habere actiones quam vtiles, *l. mutus*, 43 §. *ſi procurator*, 5. *D. de procurat.* Etiamſi præter originis vicem nulla ſit inter eas diuerſitas, ſed ſint eiuſdem poteſtatis; & effectus, *l. penult. ff. ſi quadrup. paup. fec. dic.*

Quænam eſt quinta diuiſio?

Quinta actionis diuiſio.

Eſt in eas actiones quæ pœnæ perſequendæ gratiâ comparatæ ſunt, & in eas quæ mixtæ ſunt ex re & pœna, §. *ſequens* 16. *hic. l. omnes pœnales*, 26. D *de oblig. & act. l. in honorariis*, 35. *D. d. tit.* §. *non autem*; *infr. de perpet. & temp. act.*

Actiones rei perſecutoria.

Actiones rei perſecutoriæ ſunt omnes in rem actiones, quibus perſequimur quod ex patrimonio nobis abeſt, *d. l. honorariis*, ſiue id noſtrum ſit ſiue nobis debeatur, & tales ſunt omnes actiones reales exceptâ actione depoſiti, quæ interdum eſt pœnalis; ſiue potiùs mixta: atque perſonales, comparatæ non tantùm vt perſonæ negotium faciamus, ſed etiam vt à perſona id cõſequamur quod nobis ex aliqua cauſa debetur, aut ex cõtractu aut ex quaſi contractu, ex delicto, aut ex quaſi delicto, vnde fit vt vtraque actio tam realis quàm perſonalis rei tãtùm perſequendę gratiâ ſit citra pœnam & ita vt nulla pœna à lege, aut à Prætore irrogata mixta ſit, §. *rei perſequendæ*, 17. *hic.* quia id tãtũ exigitur hâc actione quod in obligationem citra pœnam leges venire ſtatuerunt. Actio rei perſecutoria datur in ſolidũ contra hæredes, *l.* 35. *D. de oblig. & act.* §. *vlt. Inſt. de oblig. quæ ex delict.*

Actiones pœnales.

Pœnales, aut pœnæ perſequendæ gratiâ comparatæ actiones, ſunt illæ quibus exigimus aliquid vindictæ, vel affectionis gratiâ, vel quibus pœnam perſequimur ex aliquo delicto priuato: vt cùm actione furti manifeſti, vel nec manifeſti perſequimur pœnam dupli aut quadrupli, §. *ex maleficiis*, 18. *cum ſequenti*, *hic.* Hæc actio non propterea criminalis eſt, ſed tantùm ciuilis, quia actor perſequitur ciuiliter pœnam quæ ipſi cedit, & prætereà rem furto ablatam, à quocunque ea detineatur, vendicat: Sed ſi criminalis actio furti moueatur, non ipſi cùm factum erit furtum, ſed Reipubl. pœna cedet.

Actiones mixtæ.

Mixtæ ſunt, quibus partim rem & partim pœnam perſequimur, cuiuſmodi eſt actio vi bonorum raptorum, quâ ſub quadruplo rem perſequimur, nam nuda pœna tripli eſt, §. 19. *hic.*

Vſus iſtius diuiſionis in eo conſiſtit, quòd actiones rei perſecutoriæ dentur & hæredibus & contra hæredes, pœnales non item, *infr. tit. de perpet. & temp. act.* §. *non autem omnes*, 1. *l. pupillum*, 111. §. *in heredem*, D. *de reg. iur. l. in honorariis*, 35. D. *de obligat. & act.* ſic actiones prætoriæ rei perſecutoriæ perpetuò dantur, pœnales annuæ ſunt, *d. l. in honorariis*.

Quanam eſt ſexta diuiſio?

Sexta actionis diuiſio.

In perſonalem, realem, & mixtam: ex perſonali & reali, §. 1. §. *quadam*, 20. *hic*, *l. actionum*, 25. *in princ.* D. *de oblig & act.* De duabus primis actum eſt in prima diuiſione: tertia tam in perſonam quàm in rem eſt & eius tres ſunt ſpecies præſtantiores, nempe familiæ erciſcundæ actio, *l. item*, 2. *D. fam. erc.* quæ competit cohæredi pro diuidenda hæreditate contra cohæredem, qui ſine iuſta cauſa non vult familiæ, *id eſt*, hæreditatis diuiſionem permittere, *tot. tit.* D. *famil. erciſc. l. ſi non omnem*, C. *famil. erciſc.* item actio communi diuidundo, *l.* 4. *D. commun. diuid.* quæ competit pro re ſingulari diuidenda, *tot. tit.* C. *commun. diuid.* & finium regundorum, *tot. tit. D. fin. regund.*

Actio familiæ erciſcundæ.

Actio communi diuidundo.

Actio finium regundorum.

Iſtæ tres actiones mixtæ ſunt ex perſonali & reali: Actio familiæ erciſcundæ, & actio communi diuidundo ex quaſi contractu deſcendunt, nempe ex communione rerum vniuerſalium, & ſingularium, §. *igitur ſi*, 3. & §. *ſeq. ſupr. de obligat. qua quaſ. ex contract.* Actio finium regundorum ex delicto naſcitur, *gloſ. in l.* 1. D. *fin. regund.* Ex dominio etiam oriuntur iſtæ tres actiones, *l. ſi quis*, 3. C. *fin. regund.* §. *quadam*, 20. *hic.* & quidem ſunt in rem, quia res noſtras à poſſeſſore petimus vt diuidantur. & ſunt in perſonam, quia illi qui nobiſcum habent res communes, ex quaſi contractu obligantur ad diuidendum eas nobiſcum. Si tamen attentè conſiderentur iſtæ actiones, erunt potiùs perſonales quàm reales, eo quòd duabus prioribus actionibus non tam res ipſa peti, quàm dirimi & diuidi videatur, *l.* 1. *ff. fin. regund.* Actio verò finium regundorum, propriè ſit in perſonam, licèt per conſequentiam res quoque per Iudicem adiudicetur, adde quòd actio propriè realis non detur illi qui poſſidet, *l.* 1. §. 1. *D. fam. erciſc.*

Actio familiæ erciſcundæ, & actio communi diuidundo in quibus conueniunt?

Actionis famil. erciſ. & actionis commun. diuid. conuenientia.

In multis; 1. quòd vtraque ſit mixta: 2. realis quoad rem diuidendam, & perſonalis quoad præſtationes perſonales: 3. bonæ fidei: 4. Æquitatis ratione introducta, cùm nemo in communione manere cogatur, *l. fin.* C. *commun. diuid.* 5. Quòd in vtramque res communes veniant, *l. familiæ*, 9. C. *commun. vtr. iud.* 6. quòd vtraque ad diuiſionem tendat, *l. illud æquitatis*, 12. *C. eod.* Denique quòd per vtramque diuiſio facta non inſtauretur, *l. ſi inter vos*, *C. eod.* niſi dolo alterius celebrata ſit.

Mixtæ actiones ſunt-ne vnius tantùm generis?

Mixtæ actiones duplici. ſunt generis.

Non, ſed duplicis nam quædam mixtæ ſunt, quibus rem ſimul & pœnam, ex quibuſdam delictis perſequimur, de quibus in quinta actionum diuiſione actum eſt: aliæ verò mixtæ dicuntur, eo quod & actionis realis & actionis perſonalis naturam induant, de quibus in hac diuiſione ſexta agitur.

Quibus competit actio finium regundorum?

Actio finium regundorum quibus competat.

In *tit.* 28. *lib.* 3. ſuprà, expoſitum eſt quid ſignificet familia, & quid erciſcere, quænam etiam ſit rerum ſingularium & vniuerſalium communio. Actio finium regundorum competit iis qui habent ruſtica prædia confinia aduerſus vicinum poſſeſſorem, vt agris termini iuſti ponantur, noui conſtituantur, antiqui vltrò collapſi, vel quorundam improbitate effoſſi reparentur atque reſtituantur, præſtentúrque intereſſe, *l.* 2. §. 1. *l. ſed & loci*, 4 §. *penult. l. ſi irruptione*, 8. & *tot. tit.* D. *fin. regund.* & *tot. tit.* C. *eod.* Hic per terminum intelligere debemus finem vel limitem agrorum confinia diſtinguentem, vnde verſus Virgilianus, lib. Æneid. 12.

Terminus

Limes erat poſitus litem vt diſcerneret agri.

Dicitúrque terminus motus, ſi lapis terminalis, & limes à priori & vetuſto loco amoueatur. Terminus deducitur à voce termes ſignificante ramum ex arbore decerptum cum fructu nec foliis repletum, in diuiſione agrorum antequam metæ ponerentur, figi ſolitum. Si ergo quædam ortæ ſint difficultates de finibus, tunc iudex ibit ad fundos, vel mittet agrorum menſores, vt de finibus cognoſcatur, & veri termini probentur, *iuxta l. ſi irruptione*, 8. D. *fin. regund.* Guid. Pap. *quæſt.* 193.

Vnde

Vnde deductum hoc vocabulum regundorum?

Regere. Regere antiqua ſignificatione pro eo accipitur quod eſt ſuis finibus terminatum habere, aut ſtatuere, ita vt regi fines dicantur quoties vnuſquiſque propriis finibus terminatur, vnde iudicium finiũ regundorum, *id eſt*, regendorum: Vel regere eſt diſcernere conſtituere, aut dirigere & in certum modum atque menſuram agrum deſcribere, vnde & Regio eſt appellata, vt *l.1.C.fin.regund. & l.fin.ff. eod.tit.*

Quænam eſt ſeptima diuiſio?

Actio in ſimplum. Actiones vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum ſunt, §.*omnes autem*, 21. *& quatuor ſeqq. hic.* In ſimplum, vt cùm vel rem noſtram, vel pœnam ſine vlla re perſequimur. Sunt autem in ſimplum omnes actiones quæ rei perſequendæ gratiâ ſunt comparatæ, in quibus tantùm ratio habetur eius quod noſtrum eſt, vt nobis detur. *Actio in duplum, triplum, & quadruplum.* In duplum, triplum, & quadruplum actiones ſunt quę pœnæ perſequẽdæ gratiâ comparatæ ſunt, vt cùm præter rem debitam exigimus aliquid quod æſtimationem rei duplo, triplo, aut quadruplo excedat, §.*in duplum*, 23. §.*tripli*, 24. §.*quadrupli*, 25. *hic.*

Quænam eſt octaua diuiſio?

Octaua actionum diuiſio. Actiones quædam ſunt bonæ fidei, & quædam ſtricti iuris, §.*actionum autem quædam*, 28 *hic. l.* [illegible] §.*in his quoque*, *ff. de vſur.* & hæc eſt inſignis diuiſio. Conſtituunt nonnulli tertium membrum, nẽpe actionem arbitrariam, in arbitrio & æquitate Iudicis ſitam, verùm ſub bonæ fidei actione continetur, *l. 2. l. centum* 8. *& l.vlt.ff. de eo quod cert.loc.&c.*

Quænam eſt actio ſtricti iuris?

Actio ſtricti iuris. Stricti iuris actio, eſt actio ex ſtipulatu, ex quo ſtipulatũ alter alteri non niſi in id de quo nominatim conuenit, obligatur, *l.quidquid aſtringendæ*, 99. *ff.de verb.oblig.* & ei competit qui aliquid dari ſibi fieríve ſtipulatus eſt, vt quidquid vini hoc anno ex vineis tuis colligetur, *in princ. ſupr. de verb. oblig.* Item actio de conſtituta pecunia. actio in furtũ, ex iureiurando deſcendens, & omnes aliæ actiones quæ bonæ fidei non ſunt. Ideo appellantur ſtricti iuris actiones, quia illis actionibus nihil ampliùs peti poteſt quàm id de quo expreſsè conuentum eſt, [illegible] 24. *ff. de præſcript. verb.* & iudex præciſè adſtrictus eſt pronuntiare de actione in iudicium deducta, ſecundum naturam à lege, vel iure datam, *l.quidquid*, 99. *& l.ſi ita ſtipulatus*, 126. §. [illegible] 2. *ff. de verb. oblig. l. 7. ff.* [illegible]. Vt ſi ſtipulatus ſim ab aliquo dari mihi centum, non potero aliquid vltra ſortem petere, etiamſi differatur ſolutio, niſi etiam acceſſiones in ſtipulationem ſint deductæ, vt fructus, intereſſe, vel vſuræ, *l. videamus* 19. *ff. de vſur.*

Quænam eſt actio bonæ fidei?

Bonæ fidei actio eſt, quæ non ex verborum ſolennitate, ſed ex ſolo conſenſu contrahentium ſuſtinetur, *Actio bonæ fidei.* *l.nihil.*116. *ff. de reg. iur.* Hic ſumitur bona fides, non quatenus dolo contrariatur, vt in *l. 3. ff. de extraord.* [illegible] *l. 22 ff. de reb. dub. & l.68. in princ. ff. de contrah. empt.* ſed quatenus ſtricto iuri opponitur, ſignificátque æquitatem atque iuſtitiam, *l.14. §.6. ff. de* [illegible] *l. 31. in princ. ff. depoſiti. l.22 §.4. ff.* [illegible]. In iſta actione non ius ſcriptum, ſed bona fides conſideratur, quæ ſummam æquitatem, & Iudicis officium deſiderat, quia in bonæ fidei contractibus, etiam vltra id de quo nominatim actum eſt alter alteri ex bono & æquo obligatur, nec de apicibus iuris conuenit diſputare, *l. Lucius*, 24. *l. bona fides*, 31. *ff. depoſ. l. quæro*, 54. *ff. locat. l. quia tantundem*, 7. *ff. de neg. geſt.* appellatur igitur bonæ fidei actio, quia vltra id de quo conuentum eſt, etiam æquitas, quã inter bonos benè agi præcipitur, aliquid petere permittit: atque veniunt in hac actione ex æquitate, adeóque iure eius, petenda ea omnia quæ inter acceſſiones rerum numerantur, exceptis vſuris, & in iſta actione liberum eſt Iudici ex bono & æquo æſtimare quantum actori reſtitui debeat. Quod ad vſuras attinet, illæ non iure actionis nobis debentur, ſed officio Iudicis nobis petentibus ratione moræ adiudicantur, *l.4.C. depoſ. & l. quia tantundem*, 7. *ff. de neg. geſt.*

Quomodo differunt actio ſtricti iuris, & actio bonæ fidei?

Variis modis. I. In actione ſtricti iuris officium Iudicis non eſt liberum, *l. quidquid aſtringendæ*, 99. *ff. de verb. oblig.* in actione bonæ fidei eſt liberum, §.*in bonæ fidei*, *hic.* §.*vlt. ſupr. de oblig. quæ ex conſenſ.* *Sex differentiæ actionis ſtricti iuris & actionis bonæ fidei.*

conſiderat quippe Iudex æquitatem habitâ ratione circumſtauriarum.

II. Olim in actionibus bonæ fidei compenſatio locum habebat ipſo iure, in actionibus ſtricti iuris non item, & hæc differentia habetur in §. *in bonæ fidei*, 27. *hic.* Sed iure Iuſtinianeo ſublata eſt hæc differentia. *d.* §. 27. *& l. vlt. C. de compenſ.* ſolâ actione depoſiti exceptâ, *d.* §. 27. *ibi, exceptâ ſolâ depoſiti.*

III. In actionibus bonæ fidei attenditur affectus, in actionibus ſtricti iuris non item, *l. cùm ſeruus, 54. ff. mand.*

IV. Omnes bonæ fidei actiones hæreditatis petitione exceptâ, ſunt perſonales, actiones ſtricti iuris & perſonales & reales ſunt, §. *in bonæ fidei, 27. ib.* ſiue in rem ſiue in perſonam.

V. In actionibus bonæ fidei iuratur in litem, in actionibus ſtricti iuris non, *l. videamus, §. iurare autem, 12. ff. de in lit. iur.*

VI. Actiones bonæ fidei incertæ ſunt, contrà actiones ſtricti iuris ſunt certæ, *d.* § *in bonæ fidei*, 27. *ibi, quantum actori.*

Quot ſunt bonæ fidei actiones?

Quatuordecim actiones bonæ fidei.

Quatuordecim à Iuſtiniano, in §. *actionum autem*, 28. *hic.* enumerantur actiones bonæ fidei. 1. Ex empto vendito. 2. Ex locato conducto. 3. negotiorum geſtorum. 4. mandati. 5. depoſiti. 6. pro ſocio. 7. tutelæ. 8. commodati. 9. pignoratitia. 10. familiæ erciſcundæ. 11. communi diuidundo. 12. præſcriptis verbis de æſtimando 13. præſcriptis verbis ex permutatione. 14. hæreditatis petitio. Quibus adiicienda eſt actio ex ſtipulatu de dote, quæ ſucceſſit in locum rei vxoriæ, §. *fuerat antea*, 26. *hic.* Cuius quidem dotis duo ſunt ſingularia, primum, vt ſtipulatio ad repetendam dotē ſit bonæ fidei, non ſtricti iuris, *d.* §. 26. ſecundū, quòd pro dote detur tacita hypotheca, *d.* §. *fuerat, ibi, ſed & tacitā*, cuius tacitæ hypothecæ vi, mulier in bonis mariti præfertur aliis creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus, *non tantùm tacitam, ſed expreſſam*, vt tradunt *Dd. in l. aſſiduis, 12. C. qui pot. in pign.* & quidem ſola mulier non eius hæredes, *d.* §. *fuerat antea*, ibi. cùm ipſa *mulier*, quia iſtud beneficium perſonale eſt, nec ad hæredes transfertur, *l. priuilegia, 196. ff. de reg. iur.*

Quænam eſt nona diuiſio?

Nona actionis diuiſio. Actio arbitraria.

Actio alia eſt arbitraria, alia non arbitraria: arbitraria ita dicta eſt, non tam quòd condemnatio arbitrio iudicis committatur, quàm quòd reus ſi Iudicis arbitrio non obtemperet veluti rem reſtituat, vel exhibeat, vel ſoluat, vel ex noxali cauſa ſeruū dedat, cōdemnetur acerbiùs, ſiue in plus, §. *præterea*, 31. *hic. l. 2. in princ. ff. de eo quod cert. loc.* In hac actione fieri ſolet ſententia interlocutoria, cui ſi acquieſcit reus cōuentus, pœnā cōdemnationis effugit, quę ſequi poteſt per ſēntentiam definitiuam, ita vt Iudex cum reo benignè agere volens, non eum ſtatim condemnet, ſed tanquam interceſſor & amicabilis conciliator arbitretur, & deliberet quomodo actori ſatisfieri poſſit. Ad arbitrarias actiones referuntur tres ſequentes, nempe actio in factum de publicanis, quâ agitur contra Publicanos ob ſurrepta, quæ ſi ante ſententiam, iudice ſic arbitrante, reſtituantur, non erit dupli pœna, *l. 1. in princ. & §. & reſtituendi*, 4. *& l. hoc edicto, 5. ff. de Publican.* Deinde actio in factum propter rem alienatam iudicij mutandi causâ, *l. item ſi res, 4. §. ſi. & l. ex hoc edicto, 8. ff. de alien. iud. mut. &c.* Denique actio ædilitia, quæ triplex eſt, 1. redhibitoria, faciēs vt ruſus habeat venditor quod habuerat, propter vitiū aliquod latēs & nō manifeſtatum: 2. quanto minoris, vt ſi rem habere quidem velit emptor, ſine incommodo tamen ſuo in id quanto minoris empturus fuerit, agat, ídque conſequatur, aliàs appellatur æſtimatoria: 3. in factum ædilitia, quando facta redhibitione venditor moratur pretij reſtitutionem, *tot. tit. de ædil. edict. & tot. tit. C. de ædil. act. ad Prax. Papien. ſpend. rubr. 5. de act. in fact. ædil.* De arbitrariis actionibus in genere Vide *Oldend. in locis communibus actionum, diuiſione*, 13.

Actio non arbitraria.

Non arbitraria actio dicitur illa quæ ſententiâ definitiua ſtatim determinatur atque deciditur, nullâ præuiâ ſententiâ interlocutoriâ.

Quænam eſt decima diuiſio?

Decima actionis diuiſio. Actio confeſſoria.

Eſt, in confeſſoriam & negatoriam pro ſeruitute præſtanda, §. *æquè*, 2. *hic.* Confeſſoria eſt, quæ competit alicui ratione iuris & ſeruitutis ſibi debitæ vel rei ſuæ, aut quaſi ſuæ contra impedientem ad declarationem iuris ſui, *d.* §. *æquè*, 2. *hic.* & dicitur confeſſoria, quia proponitur verbis affirmatiuis, vel per eam aſſerimus ſeruitutem nobis competere, vel vſum-

vel vſumfructum nobis deberi. Hæc actio datur pro omnibus ſeruituribus tam realibus quàm perſonalibus, & reſpondet *titulo,ff.ſi vſuſfruct.pet.*

Actio negatoria. Negatoria eſt actio realis, quâ agimus vt res noſtræ non ſeruiant rebus ſiue perſonis illius qui contendit ius ſeruitutis ſibi in eis competere, *l. 2. cum ibi notatis, ff. ſi ſeruit. vindic. &c.* §. *eod. hic.* Et dicitur negatoria, quia plerunque negatiuè proponitur, & licèt interdum proponatur verbis affirmatiuis, effectus ſemper eſt negatiuus. Hac actione agit dominus fundi aut ædium affirmans aduerſarium vſumfructum aut ſeruitutem in fundo ſuo aut ædibus non habere, vel negans rem ſuam per vſumfructum ſeruire, v.g. vicinum non habere ius in ædibus ſuis quo impediat ne altiùs tollat ſuas ædes. In hac duplici actione de ſeruituribus, vterque & affirmans & negans eſt actor & reus, §. *æquè, hic.* & ita vtrique incumbit onus probandi.

Quænam eſt vndecima diuiſio?

Vndecima actionum diuiſio. Actio honoraria & prætoria, quæ alterum tertiæ diuiſionis membrum conſtituit, ſubdiuiditur in realem & perſonalem: realis in Publicianam, Reſciſſoriam, Paulianam, Seruianam, & quaſi Seruianam, de quibus incipit agere Imperator, in §. *ſed iſtæ quidem, 3. hic.*

Vnde dicta, & quid eſt Publiciana?

Publiciana à Publicio Prætore, qui Prætor fuit Vrbanus cum M. Iunio vt ait Cic. in Cluentiana, & qui eam introduxit, propoſita, §. *namque ſi cui, 4. in fin. hic.* Eſt actio realis prætoria, quâ

Actio Publiciana. petimus id quod nobis ex iuſta cauſa iuſtóque titulo, purà emptione, donatione à non domino bona fide traditum eſt, & nondum vſucaptum, *d.* §. *ſed iſtæ, ibi, vt vel actor, l. 1. ff. de Public. in rem act.* Ergo hac actione agimus, cùm id quod bona fide poſſidebamus, & vſucapiebamus, medio tempore amiſſum eſt, ne quis ſuo iure, *id eſt*, quaſi dominio temerè priuetur, *d.* §. *namque ſi cui, hic.* De ſtricto iure non competit hæc actio ei qui à furioſo, quem ſanæ mentis eſſe credebat, emit, *l. pro emptore, 2.* §. *ſi à furioſo, 16. ff. pro empt.* ita quidem de æquitate, *l. ſed etſi res, 7.* §. *marcel. 2. ff. de Public. in rem. action.*

Quænam requiruntur in actione Publiciana?

Requiſita in actione publiciana. Hæc potiſſimùm, 1. vt res tradita ſit ex iuſta cauſa, iuſtóque titulo, & bonâ fide fuerit accepta, *l. 3. & 7.* §. *curator ait, ff. de public. in rem act. & tot. tit. ff. de vſucap. & long. temp. poſſ. ff.* 2. vt tantùm in hanc actionem veniant res quæ vſucapi poſſunt, non ſolùm corporales, ſed etiam incorporales vt ſeruus, vſusfruct⁹, *l. ſi ego 11.* §. *1. ff. de public. in rem act.* quæ etiamſi propriè non tradantur & vſucapiantur, §. *per traditionem, 40 ſupr. de rer diuiſ. l. 4.* §. *vlt. ff. de vſurpat. & vſucap.* tamen per patientiam & vſum traduntur & poſſidentur, vt de ſeruituribꝰ dicitur in *l. vlt. ff. de ſeruit.* 3. Requiritur traditio, *d.* §. *namque ſi cui, 4. ibi, tradita fuerit, hic.* nam hæc actio datur ei qui poſſeſſionem amiſit, poſſeſſio autem traditione acquiritur, *l. 1. & l. cùm hæredes 23. ff. de acquir. poſſ. ff.* Si ergo non interuenit traditio, non habebit locum Publiciana, vt in hæreditate, legato, donatione causâ mortis: *l. à Titio, 64. ff. de furt. & l. cum hæredes, 23 ff. de acquir. poſſ. ff.* 4. requiritur vt is cui datur hæc actio poſſeſſionem habuerit, & amiſerit, nam ſi nunquam habuerit, non ei dabitur, *d.* §. *namque ſi cui, ibi*, ſi eius rei poſſeſſionem, *l. vel mortis, 2. l. ſiue autem, 9.* §. *vlt. l. cùm ſponſus, 12. & l. vlt. ff. de public. in rem actio.*

Quis eſt actionis Publicianæ vſus?

Vſus actionis Publicianæ. Vſus in hoc conſiſtit, quod cùm bonæ fidei poſſeſſor qui poſſeſſionem ſuam caſu aliquo amiſit, non habeat in rem ciuilem & directam actionem ad eam perſequendam, ei hâc actione Prætoria ſuccurritur.

Quomodo concipi debet libellus in hac actione?

Libelli forma in actione Publiciana. Sic, narrabit & exponet actor rem ad ſe pertinere, ſibique eſſe ex iuſta cauſa traditam, caſu tamen ſe eius poſſeſſionem amiſiſſe, quam occuper & teneat reus, ac proinde petet vt Iudex ſuam eſſe declaret, tanquam à ſe vſucaptam. Hæc libelli forma à Iuſtiniano innuitur in *d.* §. *namque ſi cui, ibi, in qua dicit is.*

Quid eſt actio reſciſſoria?

Actio reſciſſoria. Eſt actio Prætoria realis quâ quis rem ſuam vſucaptam petit, & quidem reſtitutione in integrum, ideo dicitur quaſi à reſcindenda vſucapione & præſcriptione, quia vſucapionem completam reſcindit, §. *rurſus, hic, l. vlt. C. quib. ex cauſ.*

maior, *l. ab hoſtibus captis*, 18. *C. de poſtlim. reuerſ.* & interdũ dicitur Reſtitutoria.

Quot remedia complectitur hæc actio?

Reſcindẽs. Duo, nempe reſcindens & reſciſſorium. Reſcindens, eſt officium iudicis quod dat in integrum reſtitutionem reſcinditque vſucapionem, quæ obſtabat actioni & rem in priſtinum ſtatum ponit, *l. quod ſi minor*, 24. §. *reſtitutio*, 4. *ff. de minor.* *Reſciſſorium.* Remedium reſciſſorium eſt illa actio quâ quis poſt vſucapionis reſciſſionem agit ad ipſam rem quæ vſucapta erat, vindicandum. Reſciſſoria igitur præcedit, & reſtitutio ſequitur, quia illa cauſæ, hæc effecti rationem habet, illa in iure expeditur, hæc in iudicio, illa officio Prætoris, hæc iure actionis expeditur. *Reſcindẽs & reſciſſorium an cumulari queant.* An reſcindens & reſciſſorium cumulari poſſint, *Ant. Faber. defin.* 3. *C. de ordin. iud. vid. Pap. quæſt.* 143. *& Ioh. Faber. in §. rurſus n.* 12. *&* 26. *hic*, perſpicuè & latè docent.

Propter quas abſentiæ cauſas datur hæc actio?

Cauſæ ob quas datur reſciſſoria actio. Duas tantùm proponit Iuſtinianus cauſas abſentiæ propter quas hæc actio datur, nempe abſentiam Reip. causâ, & captiuitatem, §. *rurſus*, 5. *hic.* tamen plures aliæ ſunt, vt ipſemet ſatis indicat *d. § ibi*, quod genus actionis quibuſdam & aliis ſimili æquitate motus, &c vt metus ſeruitutis, vinculorum, ſtudiorum, & ſi quæ alia iuſta abſentiæ cauſa Iudici probabitur, *l. ſuccurritur*, 9. *&* 2. *ll. ſeqq. l. ſed etſi*, 26 §. *vlt. &* 2. *ll. ſeqq. ff. ex quib. cauſ. maior.*

Intra quod tempus datur hæc actio?

Actiones reales, ciuiles & prætoriæ perpetuæ ſunt, hâc ſolâ exceptâ, §. *rurſus*, 5. *hic.* & Paulianâ, de qua in §. *item ſi quis*, 6. *hic. l.* 1. *ff. quæ in fraud. credit.* Ratio eſt, quia vtraque hæc actio eſt contra ius ciuile, *l. in honorariis*, 35. *ff. de oblig. & action.*

Quomodo debet formari libellus in hac actione?

Libelli forma in actione reſciſſoria. Formâ libelli in hac actione declarat Imperator in *d. §. rurſus*, 5. *ibi*, vt dicat poſſeſſorem, hîc: dicit enim actorem debere exponere rem ad ſe pertinere, & à poſſeſſore non eſſe vſucaptam, ita vt fingatur hîc non vſucaptum quod reipsâ vſucaptum eſt, contra quam ſe res habet in actione Publiciana vbi fingitur vſucaptum, quod non eſt vſucaptum.

Vnde dicta, & quid eſt actio Pauliana?

Dicitur hæc actio Pauliana, *l. videamus*, 38. §. *in Fauiana*, 4. *ff. de vſur.* à Paulo Iuriſconſulto qui eam introduxit, de cuius actionis appellatione *Vulteius, hic.*

Actio Pauliana. Definitur actio Prætoria perſonalis in rem ſiue factum, quæ competit creditori contra debitorem qui in eius fraudem alienauit bona corporalia mobilia aut immobilia, quæ per hanc actionem reuocantur ac ſi alienata non eſſent, *l.* 1. *ff. quæ in fraud. credit. l. ait Prætor*, 10. §. *annus*, 18. *l. hæc in factum*, 14. *ff. eod.* *In fraudẽ alienatũ quid dicatur.* In fraudem alienatum dicitur id omne quo fit vt deſinat habere creditor quod habet, vel habere poteſt, & debet, *l. vel ei*, 3. §. 2. *ff. quæ in fraud. credit.* In alienatione probatur fraus ſi debitor ſciuit ſe obæratum, *id eſt*, multo ære alieno grauatum, & bona non ſufficere, *l. ſi quis cum haberet*, 15. *ff. quæ in fraud. credit. §. in fraud.* 3. *ſupr. quib. cauſ. manumitt. non lic.* Neque enim via fraudibus eſt aperienda, *l. in fundo*, 38. *ff. de rei vindic.* & fraus ac dolus nemini debent patrocinari, *l. itaque fullo*, 12. *ff. de furt. Menoch. de arbit. lib.* 2. *caſ.* 182. *n.* 60. *Fraus & dolus nemini debent patrocinari.* Quod ergo in fraudem creditorum geſtum eſt, reſcinditur ac reuocatur per hanc actionem quæ ideo reuocatoria dicitur, *l.* 1. *ff. quæ in fraud. credit.* *Actio reuocatoria.*

Quomodo detegitur fraus?

Fraudis detectio. Fraus eſt facti & in intimis animi latebris conſiſtit *Vultei. ad §. item ſi quis in fraudem*, 5. *hic.* ita vt detegi non poſſit niſi certis coniecturis & indiciis perſpicuis, *l. dolum* 16. *C. de dolo.* vtpotè ſi quis fraudare ſit conſuetus, vel in alio contractu fraudem commiſerit, *l.* 3. §. *item erit ff. de ſuſpect. tut.* ſi is qui ſe alienaſſe dicit reperiatur poſſidere, *l. ſicut*, §. *ſupervacuum*, *ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.*

Quomodo alienat debitor in fraudem

Variis modis alienat debitor in fraudem creditorũ. Variis modis, v g. cùm filiis ſuis donat, aut eos hæredes inſtituit, vel cùm dotat filiam in fraudem creditorum, nã legitima non detrahitur niſi deducto ære alieno, *l. Papinianus*, 8. §. *quarta*, 9. *ff. de inoffic. teſtam.* Idem dicendum de legatis & fideicommiſſis in fraudem creditorum relictis, *l. qui autem*, 6. §. *fin. ff. quæ in fraud. credit. l.* 1. §. 1. *ff. ſi quid in fraud. patron. & l. primo gradu*, 23. *ff. quæ in fraud. credit.*

Pro-

Pro fideicommiſſis eſt *text. in l. fin. C. qui manumit. non poſſ.* Cùm etiam aliquis debitor donat in fraudem creditorum, poreſt moueri hæc actio contra donatarios, licèt illi fraudem reſciuerint, nullâ enim iniuriâ afficiuntur, ſi illis lucrum extorqueatur, non damnum infligatur, *l. qui autem, 6. §. ſimili modo, 1. ff. quæ in fraud. credit.* & contra eos datur hæc actio quatenus facti ſunt locupletiores, non vltrà *d. l. qui autem, 6. §. in hos tamen, ff. eod. tit. Lud. à Pegu. deciſ.* 271. *n.* 28. In ſumma debitor nullo iure vendendo, legando, donando, vel aliis modis deteriorem creditorum conditionem facere poteſt, *l. debitorem*, 15. C. *de pign. & hypoth. l.* 12. *C. de diſtract. pign.*

Vt competere poſſit hæc actio debét-ne fieri bonorum debitoris excuſſio?

Excuſſio fieri debet in actione Pauliana.

Debet, *l. hæres poſt*, C. *de reuocan. iis quæ in fraud. &c.* ſic apparebit an ex illis quæ alienata non ſunt ſatisfieri poſſit creditoribus, quo caſu denegabitur reuocatoria, contrà ſi ſatisfieri non poſſit, *l. 1. & l. ignorit. 5. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit.* Hoc intelligi debet ſi alienatio ſit facta in fraudem creditoris ante litem motam, iuxta §. *item ſi quis in fraudem, 6. hic.* non item ſi facta ſit alienatio pendente lite, tunc enim rectà agere poteſt creditor, & ſententiam exequi contra emptorem nulla excuſſione præmiſsâ principalis debitoris, *gloſſ. in auth. hoc ſi debitor*, C. *de pign. Neguz. de pign. part. 8. memb. 1. n. 10. verſ. & hoc niſi in caſu notabili, & n. 17. ibi, tertiò fallit. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. n. 145. in princ. & n. 145. verſ. quod fortiùs procedit.*

Tantúmne debitor fraudem committit?

Emptor etiã fraudem committit.

Non, ſed etiam ille qui emit ex cauſa lucratiua, *l. 6. §. ſimili modo quæmus; 11. l. ait Prætor, 10. in princ. & §. 1. ff. quæ in fraud. credit.*

Quomodo ſe habet hæc actio reuocatoria ad Caluiſianam & Fabianam?

Differẽtia inter actionem Paulianã & Caluiſianã atque Fabianam.

Illa valde eſt his affinis, quia Caluiſianâ & Fabianâ reſcinditur alienatio facta à liberto in fraudem Patroni, ita vt illa competat Patrono liberto inteſtato defuncto, hæc patrono liberto defuncto teſtato, *l. ſi libertus, ff. de iur. patro. Vultei. in §. itẽ ſi quis, hic. n. 60. 61. & 62. Iaſ. etiã in d. §.*

Vnde dicta, & quid eſt actio Seruiana?

Dicta eſt hæc actio à ſeruando, quòd per eam ſeruentur locatores indemnes, vel a Seruio. Definitur actio prætoria realis, quâ locator agit in res quæ à locatore in rem locatam illatæ & inuectæ ſunt vt illic durante locatione ſint, & ſibi pro penſione ſiue mercede, & rei deteriorarione obligentur, & à quocunque poſſeſſore auocentur, quia ſunt in hypothecæ cauſam obligatæ, etiamſi nihil nominatim conuentum ſit, §. *item Seruiana, 7. hic. Pap. lib. 10. tit. 3 art. 4. & 5. Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. lib. 23. cap. 11.* Quod intelligendum eſt de rebus inuectis in prædium vrbanum, *l. item quia, 4. in princ. ff. de pact. l. eo iure, 4. ff. in quib. cauſ. pign. &c. & l. ſi horreum, 3. ff. eod.* non inductis in prædium ruſticum, §. *adipiſcendæ, 3. verſ. interdictum quoque, &c. infr. de interdict. l. eo iure, 4. in princ. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah. l. certi iuris, 5. C. de loc.* niſi id expreſsè conuentũ ſit, *d. l. certi iuris, 5. C. de locat. l. in rædibus, 7. ff. in quib. cauſ. pig. &c.* Ratio differentiæ eſt, quia fructus ruſtici prædij tacitè locatori ſunt obligati, & ita per fructus ſatis ei cautum eſt, ita vt non ſit neceſſe aliter illum ſecurum reddere, adde quòd Reipub. interſit inſtrumenta ruſtica, vt aratra, boues, non temerè propter agriculturam obligari. Hodie tamen alia eſt praxis, nam Gratianopoli 16. Ianuar. 1642. in gratiam D. De furno Geneuen. inuecta in prædium ruſticum à colono iudicata ſunt tacitè obligata domino.

Actio Seruiana.

Quomodo differt hæc actio ab interdicto Saluiano?

Differẽtia inter interdictum Saluianũ & actionẽ Seruianã.

De Edicto ſiue Interdicto Saluiano agitur, *infr. in tit. de Interdict.* §. 3. & eſt ſpecies adipiſcendæ poſſeſſionis: ab eo hæc actio duobus differt modis, Primò, quod actione Seruiana locator rẽ ipſam ſiue ius in rem, *id eſt*, pignus perſequatur; Saluiano interdicto, tantùm poſſeſſionem, *d.* §. 3 Secundò, quòd actio Seruiana detur contra quemlibet poſſeſſorem, eo quòd realis ſit *l. officium, 9. ff. de rei vindicat.* Saluianum verò interdictum tantùm competat contra ipſum debitorem, *l. 1. & 2. ff. de Saluian. interd.* Hac de re fuſiùs *infr. de Interdict.*

Quid eſt actio quaſi Seruiana, & quomodo aliàs appellatur?

Actio quaſi Seruiana.

Eſt actio quæ competit creditori cõtra poſſeſſorem rei quæ ipſi ſpecialiter, vel tacitè in genere obligata eſt, aut hypothecæ vel pignori data, de qua *in* §.

item Seruiana, 6. hic. l. 3. ff. ad exhibendum. Dicitur quaſi Seruiana quia per eam nõ ita plenè prouidetur creditoribus ſicut per Seruianam prouidetur Locatori. Locator enim poteſt propriâ authoritate res ſibi tacitè obligatas capere & includere, quod creditori in expreſſo pignore non licet, ſi id creditor non detinet. Variis nominibus appellatur hæc actio. I. dicitur quaſi Seruiana, *d. §. 6. hic. l. aliquando, 13. ff. ad SC. Vellei.* II. Vtilis Seruiana, *l. 1. §. cùm prædium, 2. ff. de pign. l. omne, 2. C. Commun. de leg.* III. Hypothecaria *l. 13. §. 1. ff. ad Vellei. l. 1. C. commun. de leg.* IV. Pignoratitia, *l. in hac, 3. §. eſt autem, 3. ff. ad exhib.* V. Vtilis pignoratitia, *l. rem alienam, 41. ff. de pign. act. l. naturaliter, 13. ff. de condict. indeb* VI. Dicitur Seruiana abſolutè, *l. vir. uxori, 17. §. 1. ff. ad SC. Vellei. l. ſi ſuperatus, 3. l. ſi inter, 21. ff. de pign. Giph. ad §. item Seruiana, 6. hic.*

Varia actionis Seruianæ nomina.

Qui agit hac actione quid probare debet?

Probanda in actione quaſi Seruiana, ſiue hypothecaria.

Hæc debet probare, I. Rem fuiſſe in bonis debitoris eo tempore quod de pignore conuenit, *l. 1. in princ. ff. de pign. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. & quæ nondum. 15. §. 1. ff. de pignor. l. ante omnia, 23. ff. de probat.* quia actor qui habet hypothecam, habet ius in re ad auocandum poſſeſſionem, *l. ſi cùm venditor, 66. in princ. ff. de euict.* Quod intelligendum eſt de hypotheca ſpeciali, nam in hypotheca generali, ſatis eſt ſi res hypothecæ data, vel eo tempore quo de pignore conuenit, fuerit in bonis debitoris, vel poſt, *l. & quæ nondum, 15. §. quod dicitur, 1. ff. de pign. gloſſ. pertinere, in d. l. ante omnia, ff. de probat.* II. Rem obligatam eſſe, vel conuentione vel Lege, *l. contrahitur. 4. & l. res hypotheca, ff. de pign. & tot. tit. ff. & C. in quibus cauſ. pign. tacit. contr.* III. Debitorem in mora ſoluendi eſſe, *commun. opin.* IV. Debitum verum eſſe, nam ceſſante debito ceſſat actio hypothecaria, *l. & quæ nondum, 15. §. quod dicitur, 1. l. grege, 13. §. etiam, 4. cum ſeq. ff. de pign. & l. ſolutum, 11. in princ. ff. de pign. act.* V. Eum in quem agitur rem poſſidere, *l. pignoris perſecutio, 17. ff. de pignor. l. ſi cùm venditor, 66. in princ. ff. de euict.* qui enim exercet hypothecariam agit ad inſtar rei vendicationis, & lex appellat actionem hypothecariam vendicationem pignoris, *l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignor.* VI. Debito non eſſe ſatisfactum compenſatione fructuum à creditore perceptorum, *l. 1. C. de diſtr. pign. & l. 1. infr. C. de pig. act.* Denique rem hypothecatam ad debitorem pertinere, nã nemo poteſt hypothecare, niſi quod propriè ad ſe pertinet, *l. ſi ſuperatus ff. de pignorib.*

Contra quem & quando datur hæc actio?

Hæc actio datur aut contra debitorem & ipſius hæredem, aut contra tertium poſſeſſorem, magis tamen contra tertium poſſeſſorem, *l. ſi fundus, 16. §. in vendicatione 3. ff. de pign.* priùs tamen excuſſo principali debitore, *auth. hoc ſi debitor, C. de pign. l. Moſchis, ff. de iur. fiſci. Guid. Pap. quæſt. 432. Bouuot. tom. 2. verb. créée, quæſt. 25.* contra debitorem & ipſius hæredem non datur poſt quadraginta annos *l. cùm notiſſimi, 7. §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* nec contra tertium poſſeſſorem poſt 30. annos, *l. ſicut, & l. cùm notiſſimi, 7. in princ. C. eod.*

Actio hypothecaria quãdo præſcribatur contra debitorem & contra tertium.

Quibus competit hæc actio?

Competit tantùm hypothecariis, ſiue hypothecam habentibus creditoribus, *§. item Seruiana, 6. ibi, quæ creditores, h. t.* De quibus hæc regula obſeruatur. Prior tẽpore potior iure, *l. 2. C. qui pot. in pign. hab. l. quoties vtriuſque, ff. eod. l. qui balneum, l. qui potior. in princ. ff. eod. Iaſ. in conſ. 27. n. 1. cum ſeq. in 1. part.* is enim cum quo primùm de pignore contractum eſt, præfertur reliquis omnibus cum quibus poſt eum contractum eſt, *l. ſi fundum, C. qui pot. in pign. hab.* quæ tamen regula patitur multas exceptiones, de quibus ſuprà ad *tit. de duob. reis ſtip. quæſt. quinam ſunt rei ſtip.* non autem competit hæc actio creditoribus chirographariis, de quibus in *l. 1. §. ſciendum, ff. de ſeparat.* De his & illis creditoribus actum eſt *ſupr. de duob. ſtip. & promiſ.*

Prior tempore potior iure.

In hac actione differt-ne pignus ab hypotheca?

Non, nam hæc actio competit, ſiue ſit pignus ſiue hypotheca, *§. item Seruiana, 6. ibi, inter pignus, hic.* ita vt hæc duo vocabula in hac actione tantùm ſono differant, *l. res, 5. §. inter, 1. ff. de pign.* In aliis differt pignus ab hypotheca, vt dictum, *quæſt. quomodo differt pignus ab hypotheca, ſupr. quib. mod. re contrah. oblig.*

Pignus & hypotheca conueniũt & differunt.

Actio

Actio perſonalis prætoria quomodo ſubdiuiditur?

Vndecima actionis diuiſio fuit Prætoriæ ſubdiuiſio in realem & perſonalem: realis fuit expoſita, perſonalis iterum ſubdiuiditur in actionem de conſtituta pecunia, de peculio, & in factum, ſiue de iureiurando, §. *in perſonam quoque, 7. hic.*

Quid eſt actio de conſtituta pecunia?

Actio de conſtituta pecunia.

Actio de conſtituta pecunia eſt, quâ agimus aduerſus eum qui [illegible]do pacto, & nulla ſtipulatione interpoſita conſtituit ſe pro ſe aut pro alio ſoluturum, §. *de conſtituta, 9. hic. Epitom.* D. *Pacij diſp.* 18. *th.* 1. *& ſeq.* quod frequentiſſimè fit inter Mercatores, qui quotidie mittunt epiſtolas, nuntios, & chirographa, quibus conſtituunt ſe ſoluturos quod promiſerunt. Huic actioni olim ſimilis fuit actio receptitia, §. *in perſonam quoque, 7. hic.* Hodie ſublata, ſiue in conſtitutoriam transfuſa, de qua in *l. receptitio,* 2. C. *de conſtit. pecun.* cùm quis recipiebat ſe daturum, quod alius debebat: In quibus tamen differant inter ſe hæ duæ actiones, optimè declarat Borcholt. *ad* §. *in perſonam quoque, 7. hic.*

Actio receptitia.

Quomodo differt actio conſtitutoria à ſtipulatione?

Actio conſtitutoria & ſtipulatio differunt.

Sic, conſtitutum non fit ſine præcedente debito naturali aut ciuili, *l. hactenus,* 11. D. *de pecun. conſtit.* Stipulatio eſt etiam indebiti.

Deinde ſi quis conſtituat purè ſe ſoluturum, nulla die adiectâ, nulla etiam ſtipulatione interpoſitâ, non ſtatim conueniendus eſt, ſed decima tantùm die, *l. promiſſor,* §. 1. *de conſtit. pecun.* ex ſtipulatione pura confeſtim agi poteſt, §. *omnis ſtipulatio, 2. ſupr. de verb. oblig.*

Quomodo differunt conſtituens & fideiuſſor?

Conſtituens & fideiuſſor differunt.

Sic, I. Conſtituens & pro ſe, & pro alio conſtituit, fideiuſſor tantùm pro alio non pro ſe fideiubet. II. Conſtitutio non fit niſi pro debito præſenti, aut de præſenti contracto: fideiuſſio pro debito futuro fieri poteſt. III Conſtituens citra diſcuſſionem conueniri poteſt, fideiuſſor non item, *auth. præſente. C. de fideiuſſ.*

Conſiſtit-ne actio conſtitutoria in æquitate?

Actio conſtitutoria in æquitate conſiſtit. Fides frangenti fidē non ſeruanda. Fides in malis promiſsis non ſeruanda. Fides pacti ſeruanda, etiam hoſti.

Conſiſtit, quia graue eſt fidem ſemel atque iterum datam fallere, *l. 1. D. de conſtitut. pecun.* tamen fides non ſeruatur ei qui eandem fidem fregit, *l. cùm proponas,* 21. C. *de pactis, l. quæro,* 54. §. *inter locatorem,* 1. *D. locati. l. qui fidem* 16. D. *de tranſact.* Neque fides ſeruanda in malis promiſsis, *cap. in malis promiſsis; & cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6.* verùm fides pacti ſeruanda eſt etiam hoſti, *l. conuentionum,* 5. vbi Bart. & Iaſ. *D. de pact.* Menoch. *in conſ.* 100. *n.* 196. Hotom. *quæſt. illuſtr. lib. quæſt.* 7.

Quomodo differt hoc conſtitutum à conſtituto poſſeſſionem transferente?

Hoc conſtitutum de quo in titulo D. & C. *de conſtit. pecun. & in* §. *in perſonam, hic.* differt à conſtituto quo debitor conſtituit ſe rem conceſſam alieno nomine poſsidere, eo quòd transfert poſſeſsionem naturalem atque ciuilem, eſtque diſtinctum à precario, quod ciuilem tantùm transfert, Fab. *defin.* 15 C. *de acquir. vel amitt. poſſeſſ. & latè* Tiraq. *in tract. de iur. conſtit. poſſeſſ. ſtatim in princ.*

Clauſula conſtituti.

Precarium.

Quid eſt actio de peculio, & vnde dictum peculium?

Actio de peculio.

Actio de peculio, non caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi, ſed aduentitio, eſt actio prætoria perſonalis comparata aduerſus patrem dominúmve ex contractu filii aut ſerui, peculio tenus, §. *actiones autem de peculio, 9. hic.* Grammatici deducunt peculium à pecunia, ita vt ſit puſilla pecunia, eiúſque diminutiuum: Iuriſtæ dicunt peculium dici quaſi puſillum patrimonium.

Peculium vnde dictum.

Quid eſt peculium?

Peculium.

Peculium dicitur quod ex permiſsione patris aut domini conceditur filiofamiliâs aut ſeruo ſeparatum à bonis patris aut domini, deducto eo quod patri ſiue domino debebatur; *l. depoſiti,* §. *vlt. D. de pecul.* Peculium ergo eſt veluti patrimonium, eorum qui ſunt iuris alieni, §. *actiones hic.* Vide *de pecul. ſupr. per quas perſon. cuique acquir.*

Quid eſt actio ex iureiurando?

De hac actione iam actum eſt ſupra

Actio ex iureiurando.

in ſecunda diuiſione actionis: Eſt autem actio Prætoria perſonalis, quâ quis ex iureiurando legitimè præſtito, petit id quod ſibi debetur adiudicari, & eſt actio in factum, *l. ſed ſi poſſeſſori, 11. §. proinde, 1. D. de iureiur.* legitimè inquam præſtito, nam debet præſtari iuſiurandum coram iudice, & eius authoritate, deinde aliquo iuſiurandum deferente, nam ſi quis iuret nemine iuſiurandum ei deferente. Prætor id iuſiurandum non tuebitur, *l. ait Prætor, 3. in princ. ff. de iureiur.* Porrò vterque tàm actor quàm reus, iuſiurandum deferre & iurare poteſt, *l. quoties, 14. D. de iureiur.* Et quando ſemel iuratum eſt, non aliud quæritur quàm an iuratum ſit, remiſſâ quæſtione an debeatur, quaſi ſatis probatum ſic iureiurando, *l. non erit, 5. §. dato iureiurando, 2. D. de iureiur.* non tamen à quocunque præſtatur iuſiurandum, vt à doli non capace, & infante, Chaſſan. *in Conſuet. Burg. de feud. § 2. verſ. nec tenentur, n. 2. & 3.*

Quotuplex fuit olim iurandi ratio?

Multiplex olim iurandi ratio.

Multiplex fuit olim apud Gentes iurandi ratio, alij enim iurabant per terram, & alij per aquam fluentem, alii per regium ſceptrum, alii per deos quos colere ſolebant, vt ſolem, allia, porros, & cepas, alii aliter, vt videre eſt apud Tiraq. *in Genial. dier. lib. 5. cap. 10.*

Quotuplex eſt iuſiurandum?

Iuſiurandum iudiciale.

Triplex, I. Iudiciale, quod à Iudice in lite defertur, & quidem in iudicio, niſi ſit quædam perſona quæ hoc gaudeat priuilegio, vt in iudicio cõparere non teneatur, ita vt forma iuramenti ad ipſius ædes ſit mittenda, vt in ſecreto iuret, *l. ad perſonas, 15. & 16. Dd. ff. de iureiur.* quo priuilegio gaudent ſenes, per *text. in l. ſemper in ciuitate, 5 D. de iur. immunit.* Tum etiam valetudinarii, *l. ad perſonas, 15. verſ. eòque qui valetudine, D. de iureiur.* II. Voluntarium, quod à parte defertur in iudicio aut extra iudicium ad confirmandum contractum, & negotia. III. Neceſſarium quod refertur à parte cui delatum eſt, de omnibus his *nota C. de iureiur. l. 1.* Oldendorp. *act. 9. claſſ. 1.*

Iuſiurandum voluntarium.

Iuſiurandum neceſſarium.

Iuſiurandum deciſorium.

Triplex adhuc ſtatuitur iuſiurandum: I. Deciſorium litis, quod iudicati vim habet, *l. 2. D. de iureiur.* nam qui illud defert, aduerſarium facit totius litis iudicem, *l. 1. in princ. ff. quar. rer. act. non det.* & vel debet præſtari vel referri, niſi teſtibus aut Inſtrumentis intentionẽ ſuam probare poſſit is cui defertur, Fab. *def. 3. n. 1. & 2. C. de reb. cred.* nec poteſt retractari periurij prætextu, *l. 1. C. de reb. cred.* Pap. *tit. de iuram. art. 16. 17. & 18. l. generaliter, 12. C. de reb. cred.* adinuentum fuit iſtud iuramentum ad finiendas lites, vt habetur in *l. 1. D. de iureiur.* etenim cùm ſemel eſt præſtitum nulla contra peierantem de periurio quæſtio, *l. 1. & 2. C. de reb. cred. & iureiur.* niſi periurium ſit euidens, *l. vlt. C. eod.* II. Suppletiuum, quod præſtatur ad ſupplendam & perficiendam probationem ſemiplenam, *l. in bonæ fidei, 3. C. de reb. cred. & iureiur. l. admonendi, ff. eod. & ibi Dd.* potiſſimum in leuioribus cauſis, *gloſ. in cap. fin. ext. de iureiur.* Semiplena probatio eſt, per quam rei geſtæ fides aliqua fit iudici, ſed non tanta vt iure debeat eam ſequi in ſententia dicendo, cuiuſmodi eſt priuata ſcriptura, *l. inſtrumenta, C. de probat.* vel ſi vnus adſit teſtis, *Dd. in l. admonendi, 31. D. de iureiur.* hoc iuramentum ſemiplenè probanti ſemper eſt deferendum, niſi cauſa ſit criminalis, ardua, etiam pecuniaria, beneficialis, feudalis, matrimonialis, ſpiritualis, vel infamiam irrogans, Molinæ. *comment. in Cod. tit. de reb. credit. & iureiur. num.* 40 vel factum ignoretur, Socin. *in conſ. 194. num. 2. volum. 2.* Fab. *defin. 44. C. de reb. credit.* Cuiac. *in par. C. de probat.* vocat iuſiurandum ſuppletiuum implementum infirmæ & illegitimæ probationis, Pap. *lib. 9. tit. 6. art. 9. & ſeqq.* III. Calumniæ, quod præſtatur de bona conſcientia, & cauſæ bonitate quam quis opinatur, de quo *l. 2. C. de iur. Calumn. & authen. vt litig. iur. in princ. tit. & gloſſ. c. 1. circa verbum calumnia, extr. de iur. calumn.*

Iuſiurandum ſuppletiuum.

Semiplena probatio.

Iuſiurandum calumniæ.

Quanam eſt duodecima actionis diuiſio?

Duodecima actionis diuiſio. Actio quâ ſolidum perſequimur. Actio in quantum quis facere poteſt.

Eſt in eam quâ ſolidum perſequimur *id eſt*, id omne quod reus debet, & eam quâ tantùm petimus id quod aduerſarius facere poteſt habitâ ratione ne egeat, quæ ideo limitata eſt, *§. ſunt præterea, 36. hic.* Sic creditores non poſſunt vrgere debitorem qui bonis ceſſit vltra vires, neque donatarius donatorem in præiudicium eius. Sanè is excuſandus qui non poteſt id implere ad quod tenebatur, & tamen tantum fecit, quod ſi impeditus non fuiſſet adimpleuiſſet illud ad quod tenebatur

l. qui,

.*qui commeatus*,14. *D.de re milit.* Ideo debitor qui non habet vnde ſoluat, neque eſt moroſus, neque in mora, difficultas enim à mora excuſat,& moroſus non eſt ille qui legitima ſe exceptione tueri poteſt, *l.lecta* 14.*verb.dicebam*, D.*ſi cert.pet.*

Quinam ſunt caſus quibus non ſemper ſolidum peti poteſt, aut quibus non fit condemnatio in ſolidum?

Caſus octo quibus non ſemper ſolidũ petitur.

Octo caſus enumerantur in §.*ſunt prætereà*,32 *& ſeqq. hic.* nempe in actione de peculio,de dote,pro ſocio,in parentem, in patronum, in donatorem, ob compenſationem, & ex ceſſione bonorum.

Quomodo in actione de peculio venit & non venit ſolidum?

Solidum in actione de peculio.

Si non minùs ſit in peculio filij aut ſerui,quàm perſequimur, pater ſiue dominus in ſolidum condemnabitur quatenus in peculio fuerit,*d.* §.*ſunt prætereà.* Ratio eſt, quia actione de peculio non plus obtinemus quàm quatenus eſt in peculio,§.*prætereà*,4 *&* §.*cæterùm*,5. *infr. quod cum eo qui in alien.poteſt.eſt.&c.*

Quomodo non venit ſolidum in actione de dote?

Solidum non venit in actione de dote.

Maritus eatenus tantùm condemnatur quatenus facere poteſt,§.*item ſi de dote*,33.*hic.l.maritum*,12.*& 2.ſeqq.*D.*ſolut.matrim.l.non tantùm*,20. *& 2.ſeqq. D.de re iud.* quod etiam obtinet in ſocero, *l.*21.*&* 22. D.*de re iud.* & hoc propter reuerentiam & honorem matrimonij, *l.*1 C.*de rei vxor.act.l.ſi rerum*,52.D.*de re iud.* Vnde patet minui poſſe dotem ob mariti inopiam,quod etiam contingit propter impenſas à marito in dotem factas, *tot.tit.* D.*de impenſ.in res dot.fact.*

Quando minuatur dos.

Quomodo non venit ſolidum in actione pro ſocio?

Solidum non venit in actione pro ſocio.

Si ſocius vel omnium bonorum, vel certæ rei cum ſocio agat, non plus actor conſequetur quàm aduerſarius eius facere poterit, §.*ſed & ſi quis*,34 *hic.*Ratio eſt,quia ſocietas eſt veluti quædam fraternitas, *l.*63.D.*pro ſocio.*frater autem non tenetur fratri vltra id quod facere poteſt,Giphan.*ad* §.*ſed etſi quis hic.*

Quomodo in ſolidum non tenentur parens & patronus?

Parens & patronus non tenentur in ſolidum.

Parens & patronus non tenentur vltra id quod facere poſſunt, *d.* §.*ſed etſi quis*,34.*hic l.ſunt qui*, 16.*& l.ſeq.l.ſed hoc*,22. D.*de re iud.* Ratio, eſt obſeruantia illis debita,*l.vel*,3.*& l.quoque*, 4.*D.de in ius vocan.l.liberto*,9.D.*de obſeq.patron.*

Quomodo donator non conuenitur in ſolidum?

Donator non conuenitur in ſolidum.

Donatór ex donatione conuentus non tenetur vltra id quod facere poteſt, §.*idem eſt ſi quis*, 35 *hic.l.inter eos*,19.§.1 D.*de re iud.l.Neſennius*,41 §.1.*ff.eod.l.id quod*, §.1.*D.locat.l.in condemnatione*,173 D.*de reg.iur.* Ratio eſt, ne ex liberalitate ſua ad inopiam redigatur,*l.ne liberalitate*, 50.*D.de re iud.*

Quomodo ex compenſatione non obtinetur ſolidum?

Solidum in compẽſatione non obtinetur.

Compenſatione oppoſita ſæpe accidit vt qui eam opponit minus conſequatur quàm ei debebatur, nam compenſatio ipſo iure fit, tam in contractibus ſtrictis,quàm bonæ fidei, §.*compenſationes quoque*,36.*hic* v g. Si Titius ad viginti aureos egerit, cùm mihi viciſſim tres aureos deberet quos per compenſationem oppoſui in ſeptem tantùm condemnabor.

Quomodo bonorum ceſſione non obtinetur ſolidum?

Bonorum ceſſione non obtinetur ſolidum.

Ille qui bonis ceſſit,& poſt ceſsionem multa bona acquiſiuit, tantùm tenebitur creditoribus in quantum facere poterit,§.*cum eo quoque*, *vlt. hic.l.qui bonis*,6.*& l.ſeq.l.is qui*, 4. D. *de ceſſ.bon.* inhumanum enim eſſet ſpoliatum ſuis bonis in ſolidum damnari, *d.*§ *vlt.*

Súntne aliæ actionis diuiſiones præter duodecim expoſitas?

Aliæ actionis diuiſiones præter expoſitas.

Sunt,& quidem plurimæ:diuiditur enim actio in actionem certi & incerti: in perpetuam,annalem, & temporalem: in eam quæ tranſit ad hæredes, & quæ non tranſit: in famoſam, & non famoſam in præparatoriam & principalem, in generalem & ſpecialem: in petitoriam & poſſeſſoriam: in publicam & priuatam: in ordinariam & extraordinariam: Verùm duodecim expoſitæ ſunt præcipuæ ad quas reliquæ omnes referri poſſunt, quæ ex latioribus Digeſtorum libris,ad quos nos ſæpe remittit Iuſtinianus, peti poſſunt, vt rectè Vultei. *in fin.tit.de act.hic.*

Quænam ſunt actiones ſpeciales?

Hactenus expoſitæ fuerunt,in hoc *tit. de act.*actiones generales earúmque diuiſiones cũ ſingulorũ mẽbrorũ definitionibus,& proprietatibus:ſpeciales expo-

nendæ venirent, quæ variæ ſunt pro variis rebus & locis ex quibus deſumuntur: v. g. actio ex teſtamento, quæ ei cõpetit cui aliquid relictum eſt in teſtamento, aut per legatum, aut per fideicommiſſum, aduerſus hæredem, aut eũ qui ſoluere tenetur, actio ad exhibendum ad ſupplementum mutui, indebiti, commodati, depoſiti, pro ſocio, mandati, directa, & contraria, negotiorum geſtorum, tutelæ, communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, petitione hæreditatis furti, vi bonorum raptorum, damni, iniuriæ, de albo corrupto, de conſtituta pecunia, de dolo, de peculio, de in rem verſo, inſtitoria, exercitoria, tributoria, in factum, pro peculio, quod iuſſu, præſcriptis verbis quod metus causâ, pro dote ſerui corrupti, & eiuſmodi aliæ. Verùm de illis ſuis locis iam ſuprà aliquid dictum, & dicetur pro inſtituti noſtri ratione.

Actiones ſpeciales.

Quibus, & contra quos competit actio?

Certum eſt omnes actiones ex contractu, & quaſi contractu deductas, & hæredibus & contra hæredes competere, *l. ſi pactum*, 9. C. *de probat.* & *l. ex contractibus*, 49. *D. de oblig. & act. l. vn. C. vt action. & ab hæred. & contrah. hæred. incip.* quod tantùm verum eſt de actionibus ciuilibus, non de criminalibus quæ ad hæredes non tranſeunt, nam crimina ſequuntur authores & morte extinguntur, *l. ſancimus*, C. *de pœnis*, *l. crimen ff. eod.* nec afflicto alia danda eſt afflictio, *l. iure 6. D. de iur. dot. l. ſi furioſi*, 25. *in fin.* C. *de nupt.* Excipe Maieſtatis crimen, *l. ſi quis*, 3. C. *ad leg. Iul. Maieſt. l. pn. in fin* D. *ad leg. Iul. Maieſt. l. 2. C. ſi reus vel acuſ. mort. fuer.* nemo enim ex delicto alieno venit regulariter puniendus, ſi nec auxilium nec conſilium, nec fauorem præſtiterit, *tot. tit.* C. *ne fil. pro patr. & tot. tit.* C. *ne vxor. pro mar. &c.* Vide *infr. de perpet. & temp. act. & quæ ad hæred. & in hæred. tranſ.* Ratio ob quam non agitur de crimine contra hæredem adfertur in *l. ſi pœna, ff. de pœnis*, nempe quia pœna cõſtituitur in emendationem hominum, quæ deſinit, mortuo eo qui deliquit.

Ciuiles actiones & hæredibus & contra hæredes cõpetunt.

An criminales actiones ad hæredes tranſeant.

Actio ſemel propoſita in libello poteſtne mutari?

Poteſt, & ante litem conteſtatam, & poſt litis conteſtationem, iuxta §. *ſi quis aliud.* 35. *hic.* vbi ille mutare poteſt libellum qui per errorem aliud pro alio petiit. Probatur hæc aſſertio ex *l. edita*, 3. C. *de eden.* in qua reſcribunt Impp. Seuerus & Antonius editam actionem licere emendari vel mutari prout ius reddentis decernit æquitas, tum ex *gloſſ. & Dd. in l. qui familiæ*, 37. D. *famil. erciſc. & in* §. *omnium*, *hic.* Quare ſi quis rei vindicationem inſtituerit, is, cognito errore pendente iudicio experiri poterit, interdicto de poſſeſſione, omiſsâ nimirum vindicatione priùs inſtitutâ, *l. cùm fundum*, 8 §. 1. *D. de vi & vi arm.* non ortâ proprietatis & poſſeſsionis controuerſia, priùs poſſeſsionis cauſam decidi oportet, *l. incerti*, 3. C. *de interdict. & l. ordinar.* 13. C. *de rei vindic.* Probatur adhuc aſſertio ex *l. in delictis*, §. *ſi detracta*, 3. D. *de nox. act.* Petr. Ferrar. *in form. libell. act. realium*, *tit.* 2 *gloſſ.* 29. vbi ad nauſeam hæc enucleatur quæſtio, & Damhoud. *prax. cap.* 119.

Libellus poteſt mutari.

TITVLVS VII.

QVOD CVM EO, QVI IN *aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.*

TEXTVS.

QVIA [tamen] ſuperiùs mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorumfamilias ſeruorúmque agitur: opus eſt, vt de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominóſve dari ſolent, diligentiùs admoneamus. Et quia, ſiue cum ſeruis negotium geſtum ſit, ſiue cum his, qui in poteſtate parentum ſunt, eadem ferè iura ſeruantur: ne verboſa fiat diſputatio, dirigamus ſermonem in perſonam ſerui dominique, idem intellecturi de liberis quoque & parentibus, quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his propriè ſeruetur, ſeparatim oſtẽdem*.

1 § Si igitur iuſſu domini cum ſeruo negotium geſtum erit: in ſolidum prætor aduerſus dominum actionem pollicetur: ſcilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini ſequi videtur.

2 § Eadem ratione prætor duas alias in ſolidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, altera inſtitoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis ſeruum ſuum magiſtrum naui præpoſuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpoſitus erit, contractum fuerit: ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæſtus pertinet. Inſtitoria tunc locum habet, cùm quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi ſeruum ſuum præpoſuerit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem inſtitoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, inſtitores vocantur. Iſtas tamen duas actiones prætor reddit, & ſi liberum quis hominem, aut alienum ſeruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit: ſcilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo caſu interueniat.

3 § In-

3 ¶ Introduxit & aliam actionem prætor, quæ tributoria vocatur. Námque ſi ſeruus in peculiari merce ſciente domino negotietur, & quid cum eo eius rei cauſa contractum erit: ita prætor jus dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quódque inde receptum erit, id inter dominum, ſi quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro tata portione diſtribuatur, & [ideo tributoria vocatur] quia ipſi domino diſtributionem prætor permittit. Nam ſi quis ex creditoribus quetatur quaſi minus ei tributum ſit, quàm oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur.

4 ¶ Præterea introducta eſt actio de peculio, déque eo, quod in rem domini verſum erit: vt quamuis ſine voluntare domini negotium geſtum erit, tamen ſiue quid in rem eius verſum fuerit, id totum præſtare debeat: ſiue quid non ſit in rem eius verſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rem eius impenderit ſeruus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamliber aliam rem neceſſariam mercatus erit. Itaque ſi ex decem putà aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuò accepit, creditori tuo quinque aureos ſoluerit, reliquos verò quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinque [quidem] inſolidum damnari debes: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint, totos decem aureos Titium conſequi poſſe. Licèt enim vna eſt actio, qua de peculio, déque eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, antè diſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit: nec aliter ad peculii æſtimationem tranſit, quàm aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum. Cùm autem quæritur, quantum in peculio ſit: antè deducitur quicquid ſeruus domino, eive, qui in poteſtate eius ſit, debet: & quod ſupereſt, id ſolum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet ſeruus, qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is in ipſius peculio ſit, quod eò pertinet, vt ſi quis vicario ſuo ſeruus debeat: id ex peculio eius non deducatur.

5 ¶ Cæterùm dubium non eſt, quin is quoque qui iuſſu domini contraxerit, cuique inſtitoria vel exercitoria actio competit: de peculio, déque eo, quod in rem domini verſum eſt, agere poſſit. Sed erit ſtultiſſimus, ſi omiſſa actione, qua facillimè ſolidum ex contractu conſequi poſſit: ſe ad difficultatem perducat probandi in rem domini verſum eſſe, vel habere ſeruum peculium & tantùm habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſſit. Is quoque, cui tributoria actio competit, æquè de peculio & de in rem verſo agere poteſt. Sed ſanè huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio, & de in rem verſo. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non eſt, id eſt, quod domino debetur, non deducitur, ſed eiuſdem juris eſt dominus cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur: & in id, quod reliquum eſt, creditori dominus condemnatur. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur: at in tributoria, eius tantùm, quo negotiatur. Et poteſt quiſque tertia fortè parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prædiis vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſque vel hanc actionem vel illam eligere debet. Certè qui poteſt probare in rem domini verſum eſſe: de in rem verſo agere debet.

6 ¶ Quæ diximus de ſeruo & domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre auóve, cuius in poteſtate ſunt.

7 ¶ Illud propriè ſeruatur in eorum perſona, quod ſenatuſconſultum Macedonianum prohibuit, mutuas pecunias dare eis, qui in poteſtate parentis ſunt: & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduerſus ipſum filium filiámve, nepotem neptémve (ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis, vel emancipatione ſuæ poteſtatis eſſe cœperint) quàm aduerſus patrem auúmve: ſiue eos habeat adhuc in poteſtate, ſiue emancipauerit. Quæ ideo ſenatus proſpexit, quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.

8 ¶ Illud in ſumma admonendi ſumus, id quod iuſſu patris dominíve contractum fuerit, quódque in rem eius verſum erit: directo quoque poſſe à patre dominóve condici, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Ei quoque, qui exercitoria vel inſtitoria actione tenetur, directo poſſe condici placet: quia huius quoque iuſſu contractum intelligitur.

Quænam ſunt actiones contra nos competentes ex contractibus eorum qui in noſtra ſunt poteſtate?

IN præcedenti titulo actũ eſt de peculio, tum etiã de actionibus quibus patres & domini conueniuntur ſuo nomine, & ex ſuo ipſius cõtractu obligantur, atq; tenentur: in hoc tit. non tantùm fuſiùs agitur de peculio filiorumfamilias & ſeruorum, ſed etiam de illis actionibus quibus tenentur ex eorum contractibus patres & domini, ita vt iſte titulus ſit veluti appendix ſuperioris. Sunt autem huiuſmodi actiones ſex, nempe actio quod iuſſu, exercitoria, inſtitoria, tributoria, de peculio & de in rem verſo, de quibus agitur, *in tit. D. quod cum eo qui in aliena poteſt. &c. tit. ad SC. Maced. tit. quod iuſſu, tit. de exercit. act. tit. de inſtit. act. tit. de tribut. act. tit. de pecul. tit. quand. de pecul. act. &c. & tit. de in rem verſ.* Tum in *tit. C. quod cum eo qui in alien. pot. eſt, &c. tit. de inſtit. & exercit. act. tit. ad SC. Maced.*

Connexio.

Quid eſt actio quod iuſſu?

Actio quod iuſſu.

Eſt ea quæ datur in ſolidum creditori aduerſus patrem vel dominum pro contractu filii, aut ſerui iuſſu patris aut domini inito, §. *ſi igitur*, 1. *hic.* quia creditor fidem potiùs iubentis ſequutus eſt quàm filii, aut ſerui, & cum iubente quodammodo contraxit, *l.1. in princ. D. quod iuſſu.* Vt ſi filius in poteſtate exiſtens emit fundum, poteſt venditor non ſolùm conuenire actione venditi filium contrahentem, ſed etiam eius patrem, non per tranſlationem, ſed per adiectionem actionis, eo quòd pater iuſſerit, qui enim per alium facit, per ſe facere videtur, *l.* 140 *ff. de reg. iur. l.1. §. deieciſſe*, *D. de vi & vi armata, l. ita*, 5. *§. quod ſi quis*. 3. *D. de adminiſt. tut. l. ſi per alium*, 5. *D. ne quis eum.* Et qui non poteſt per ſe, non poteſt per alium, *l. neque per ſe*, 10. *C. de hæred. inſtit.* Et paria ſunt aliquid facere vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, *l. hac edictali*, 6. *§. ſi vero plus C. de ſecund. nupt.* vel eo quòd pater ſciuerit & paſſus ſit, ideo dicit Griuell. *deciſ.* 67. *n.* 4. patrem eſſe legalem fideiuſſorem filii in omnibus contractibus eo ſciente & patiente, *l. filiusfamiliàs*, *D. de tutel. l. ſpurius. §. pater. l. hæredes, § fin. ff. de decur.* Boet. *deciſ.* 221.

Qui per alium facit per ſe facere videtur.

Quot modis internenire poteſt iuſſus?

Iuſſus variis modis interuenit.

Variis nempe verbis, nuntio, epiſtola, ſubſcriptione, ratihabitione, vel alio quocunque modo quis contractum ſemel initum ratum habet, *l.1. §.1. & §. ſi ratum* 6. *D. quod iuſſu.* Deinde ſi pater vel dominus filio aut ſeruo plenam dederit poteſtatem omnia faciendi, quæ ipſe pater aut dominus facere poſſet.

Differt-ne hac actio ab actione mandati.

Actio quod iuſſu differt ab actione mandati.

Differt, eo quòd actio mandati oriatur ex contractu perſonarum liberarum: actio quod iuſſu, ex contractu perſonarum quæ alieni iuris ſunt, ſerui nempe & filiifamiliàs, *l. vlt. D. quod iuſſu.*

Quo iure tenetur pater pro filio, vel Dominus pro ſeruo, & contrà?

Non iure Ciuili, *tot. tit. C. ne filius pro patre, &c* ſed iure Prætorio vt colligitur ex variis caſibus, de quibus *in l.1 ff. de exercit. act. in princ.* Pater tamen non tenetur pro delicto filii, quia noxa caput ſequitur, aliàs tenetur in ſolidum, Papo, *lib.7. tit.1 4.* Filius etiam, etſi patris debita ſoluere non teneatur, *l.1. & 2. C. ne filius pro patre*, tenetur patrem captiuum redimere, Pap. *lib.7. tit.1. arr.3. auth. ſi captiui, C. de Epiſc. & Cler. Nou. vt cum de appell. cogn. §. cæterùm, l. quamuis, ſol. matrim. l. filiusfamiliàs, C. de fideiuſſ. l. fideiuſſor, §. & filius, ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi ex alio, ff. quod cùm eo qui in al.* Expill. *cap.* 118. Ergo notandum regulariter patrem pro filio teneri, *tit. ne pat. pro filio*, quibuſdam tamen actionibus teneri, vt actione quod iuſſu, ſi iuſſerit, actione de in rem verſo, ſi in eius commodum res ſit verſa, actione de peculio, ſi filius negotietur, ſi pater per Epiſtolam debitum approbarit aut partem debiti ſoluerit, quod comparatur ratihabitioni, *l. fin. C. ad SC. Maced.* ſi filium alicui negotiationi præpoſuerit, actione inſtitoria, *l. fin. D de Inſtit. act.*

An pater pro filio teneatur.

Quis eſt exercitor, & quæ actio exercitoria

Exercitor.

Exercitoria vocatur hæc actio ab exercitore, qui hodie patronus nominatur, & deſcribitur is ad quem obuentiones & lucra atque reditus omnes ex naue perueniunt, ſiue is dominus ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem recepturus in ſe peculium, conduxerit vel ad tempus, vel in perpetuum nullo temporis reſpectu adhibito, §. *eadem ratione*, 2. *hic. l.1. §. exercitorem.* 15. *D. de exercit. act.* vel ab exercendo, eo quòd exercitor nauem exerceat. *l.1. §. vlt. l. ſi tamen*, 4. *D. de exercit. act.* Parui autem intereſt, ſiue maſculus ſit ſiue fœmina, ſiue pater, ſiue filiusfamiliàs aut ſeruus, excepto ſolo pupillo, in quo tutoris debet accedere authoritas, *l.1 §. parui antè*, 16. *§. ſi is qui*, 19 *§. in poteſtate*, 21. *D. de exercit. act. l. etſi*, 4 *C. eod.* Qui ab exercitore eſt præpoſitus appellatur Magiſter, cui gubernatio nauis totius permittitur, totiúſq; nauis cura mãdata eſt. *l.1. §. magiſtrum*, 5. *D. de exercit. act.*

Magiſter.

Definitur hæc actio, quæ ex contractu magiſtri nauis datur contra exercitorem qui naui magiſtrũ illum præpoſuit vel nauis curam demandauit, ſcilicèt in eam cauſam in quam præpoſitus eſt expreſsè vel tacitè, §. *eadem ratione*, 2. *hic.* Requiritur ergo expreſſus vel tacitus domini conſenſus: tacitus, vt quia ſciuit, & aliquid fecit, vnde eius conſenſus colligi queat, putà quòd accipiebat merces, *l.1. §. licèt autem*, 20. *verſ. ſed ſi ſciente, D. de exercit. act.* Itaque contrahentes cum magiſtro nauis optare poſſunt

Actio exercitoria.

ſunt vtrùm debeant conuenire ipſum magiſtrum ſi ſit libera perſona, vel nauis dominum exercitoriâ, *l.1 §.eſt autem, ff. de inſt. & exercit. act.*

Quis dicitur Inſtitor, & quæ actio Inſtitoria?

Inſtitor. Inſtitor dicitur ab inſtando, eo quòd negotio gerendo inſtet, *§.eadem ratione, 2. verſ. inſtitoria, hic. l.3. & 16. gloſſ. ff. de inſtit. act.* & ille eſt quem hodie mercator quidam tabernæ ſuæ præfecit, & negoriationis ſuæ quæſtuariæ ſub generali mandato, & ſub clauſula cum libera, præpoſuit, nec refert vtrùm inſtitor tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negoriationi, *l. inſtitor 3. l. cuicunque. 5. l. inſtitor, 18. ff. de inſtit. act.* vulgò factor appellatur, vel circitor, eo quòd merces per vicos & vrbes vendendi causâ circũferat. Actio inſtitoria eſt, quæ moueri poteſt contra eum qui propoſuit pro contractu ab inſtitore facto eius rei causâ cui præpoſitus eſt, *l.1. ff. de inſtit. act. gloſſ. in l. ſi inſtitorem, ff. ſi cert. pet. l. inſtitoria, C. de inſtit. act.* Et licèt multi ſint domini mercatores habentes vnicum inſtitorem, & in ſocietate diſpares ſint, tamen ſinguli qui inſtitorem prępoſuerunt, cõueniri poſſunt in ſolidum, *l. habeat, 13 §. ſi duo, 2. ff. de inſtit. act. & l. ſi tamen plures, 4. ff. de exercitor. l. ſeruus, & l. ex contractib. C. de inſtit. act.* non tantùm qui prępoſuerunt conueniri poſſunt, ſed etiam ipſi inſtitores plerunque, eo quòd ſint liberæ perſonæ, *l. ſi quis mancipiis, 17. §. ſi ſeruum, 1. ff. de inſtit. act.*

Actio inſtitoria.

Quid eſt actio tributoria?

Actio tributoria. Eſt, *§. introduxit, 3. hic.* quæ datur creditoribus cum quibus contraxit ſeruus, vel filiusfamilias habens mercem peculiarem, contra dominum vel patrem ſcientem, aut patientem, vt mercem illam peculiarem, aut eius pretium cum ipſis creditoribus pro rata portione diſtribuat & diuidat, *§. introduxit, 3. hic. l. procuratoris, 5. §. per hanc actionem, & §. non autem. & l. pen. ff. de tribut. act.* Dicitur tributoria ab attributione aut diſtributione, aut contributione merciũ peculiarium inter creditores facienda, quia cuilibet ex creditoribus debet pars peculij de eo quod supereſt, tribui: vel à diſtributione crediti inter dominum vel extraneum, & alios creditores, *l.1. in princ. & §. 2. ff. de tribut. act.* Hac actione dominus eſt eiuſdem conditionis cum aliis creditoribus, nec habet aliquam prærogatiuam, *l.1. ff. de tribut. act. & §. cæterùm, 5. verſ. is quoq; hic.* Hâc inſuper actione dominus conuentus non deducit quidquid ſibi debetur, ſed vocatur in tributum cum creditoribus, ſi quid in medium collatum non eſt, creditores hanc exercebunt actionem contra dominum, vt quidquid mercium occultauerit in medium producat.

Cui & contra quem competit actio tributoria?

Actio tributoria competit creditoribus contra dominum vt diſtribuat merces, ſi ſolus eas retinere velit, vel ſaltem pro modo debiti, aut vt legitimè diſtribuat, ſi dolo facta ſit diſtributio, & aliquid occultatum ſit, *l. ſed ſi, 3. §. pen. & vlt. l. ſi pupillus, 4. & ſeq. l. illud, 7. & ſeq. ff. de tribut. act.* *Actio tributoria competit creditorib. contra dominũ.*

Quid eſt peculium, & actio de peculio?

De peculio iam actum eſt in *tit. de action. ſuprà. & ſupr. per quas perſon. cuique acquir.* quoniam tamen ſpecialis actio de peculio hîc exponitur, breuiter dicendum quid ſit peculium, & quid actio de peculio.

Peculium eſt naturale patrimonium quod ſeruus vel filius concedente domino, vel patre proprium habet à rationibus domini vel patris ſeparatum, deducto ſi quid domino debetur, *§. actiones, 10. ſupr. de action. & §. præterea, 3. hic.* quod quidem peculium ſeruus vel filius propriâ parſimoniâ acquiſiuit, vel officio & aſſiduitate eſt conſecutus, *l. peculium, 39. & l. ex ea, 2. ff. de peculio.* *Peculium.*

Actio de peculio eſt, quâ petimus à patre vel domino vt eatenus ſoluat pro filio viuente vel ſeruo ex contractu obligato, quatenus eſt in peculio, & non vlteriùs, *l. ſi quis ſeruum, 9. in fin. ff. de pecul. l. eius rei. C. quod cum eo, &c.* Deducit tamen pater vel dominus æs alienum, *§. 4. verſ. cùm autem quæritur, hic.* modò aliunde debitum ſuum conſequi non poſſit, nec indemnitati ſuæ conſulere, *l. ſi noxali, 11. §. idem rectè, & §. quod autem, 6. ff. de pecul.* *Actio de peculio.*

Quæ hîc de peculio dicuntur, intelligẽda ſunt de peculio profectitio, *hoc eſt,* de eo quod ex bonis patris vel domini acquiſiuit filiusfamilias, vel ſeruus. Nam de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi pater non tenetur filio viuente, quia ipſe filius cõueniri poteſt tanquam paterfamilias,

quippe qui in eo habeat & proprietatem & vſumfructum, patet verò ſolam adminiſtrationem, *l.4.§.actionem*, *ff. de caſtr. pecul.*

Quid eſt actio de in rem verſo?

Actio de in rem verſo.

Eſt quæ datur ex contractu filij vel ſerui contra patrem, vel dominum, cùm conſtet quod à filio vel ſeruo fuit acceptum in rem & vtilitatem patris vel domini fuiſſe verſum & in patrimonium eius redactum, §. *præterea*, 4. *hic.* v. g. ſi ſeruus mutuò ab aliquo pecuniam acceperit ad ſatisfaciendum creditoribus domini, *l.3.§. in rem*, 1. *ff. de in rem verſ.* vel vt domum domini reparet, aut meliorem faciat. Ergo ad hoc vt creditor actionem de in rem verſo mouere poſſit, ei probare incumbet conuerſionem illam, *l.3 §. ſed ſi ſic accepit, ff. de in rem verſ.* vel mediatè vel immediatè factam, *d.l.3. in princ. verſ. in rem autem verſum videtur.* Deinde neceſſariò vel vtiliter aliquid impenſum fuiſſe, vt pluribus exemplis oſtenditur, in *d.l.3. & nouem. ſeqq. ff. de in rem verſ.* non ex voluptate ſerui, *d.l.3. §. ſed ſi mutua*, 4. *ff. de in rem verſ.* ſed ad negotium domini, *d.l.3.§. nec non*, 6.

Quomodo comparantur inter ſe ſex præcedentes actiones?

In §. *ceterùm dubium non eſt*, 4. *hic.* Iuſtinianus confert inter ſe actiones quod iuſſu, exercitoriam, inſtitoriam, tributoriam, de peculio, & de in rem verſo, & dicit actionem de peculio, & actionem de in rem verſo latiſſimè patere, adeò vt locum habeant in caſibus in quibus alioqui agitur actione quod iuſſu, exercitoriâ, inſtitoriâ, & tributoriâ, vt electio detur actori quâ experiri velit, attamen prudens actor diligenter apud ſe debet cogitare quænam actio ſibi futura ſit vtilior, nam,

Qui videt vtilius, & ſumit deteriora,
Abſit ei radius luminis abſque mora.

Quâ actione prædictarum vtilius ſit agere.

Vtilius autem fuerit agere actione quod iuſſu quàm de peculio, vel de in rem verſo, quia actione quod iuſſu ſolidum petitur, non item actione de peculio & de in rem verſo: deinde difficile eſt probare vel quantitatẽ peculij, vel in rem verſum eſſe, *l. ſi res*, 5. §. *quod ſeruus*, 2. *ff. de in rem verſ. l. quod in hæred.* 9. *ff. de tribut. act.* quod de actione quod iuſſu dictum, etiam dicendum de actione exercitoria, & inſtitoria, ob eaſdem rationes. In tributoria aliter ſe res habet, nam aliquando vtilius eſt agere de peculio, vel de in rem verſo, aliquando de tributoria, *d.§. ceterùm*, 4. *ibi, Is quoque, hic. l. aliquando*, 11. *ff. de tribut. act.*

Qui filiofamiliàs pecuniam credidit habétne actionem contra patrem, aut etiam contra filium?

F. liumfam. ex contractibus obligatur.

Certum eſt filiumfamiliàs ex contractibus obligari in ſolidum naturaliter & ciuiliter, *l. filiusfamiliàs*, 2. *ff. de oblig. & act. l. ſi quis cũ filiofamiliàs* 44 *ff. de peculio. l. vlt. §.* 1. *ff. de verb. oblig. l. tam ex contractibus*, 57. *ff. de iudic.* tamen excipitur contractus pecuniæ mutuæ, ex quo filiusfamiliàs cum effectu non obligatur, propter SC. Macedonianum in odium fœneratorum introductum, quo prohibitum fuit mutuas pecunias dari eis qui in parentis erant poteſtate, & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduerſus ipſum filiũ filiámve, nepotem neptémve, ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis, vel emancipatione, ſui iuris eſſe cœperint, quàm aduerſus patrem auúmve, §. *quæ diximus*, 5. *hic.* Non tantùm de mutuis pecuniis intelligendum eſt iſtud SC ſed etiam de mercibus in mutui vicem à mercatoribus filiofamiliàs datis, *l. ſi quis patremfamiliàs*, 3. § 3. *ibi quod ita demum, ff. de SC. Maced. Pap. lib. 12. tit. 4. arr. 1.*

Excipitur contractus mutui. SC. Macedonianum.

Vnde dictum SC. Macedonianum?

SC. Macedoniani origo.

Vel à Macedone improbo fœneratore, *l. 1. ff. quod cum eo, &* inſigni quadam auaritia inducto, qui ſub grandi & illicito fœnore filiisfamiliàs Romæ credebat, & ſic occaſionem atque materiam multis malis præbebat, *l. 1. in princ. ff. ad SC. Macedon.* Vel à Macedone filiofamilias, qui cum in poteſtate patris eſſet, grande æs alienum conflauit ſperans futurum vt mortuo ſuo patre facilè id diſſolueret. Cùm autem multùm iam temporis tranſiſſet, grauis ei & moleſtus cœperat eſſe creditor, debitum repetens, Macedo cùm non haberet vnde redderet, eo quòd in poteſtate eſſet, patrem ſuum occidit: relata eſt res ad Senatum, & ille pœnas dedit parricidij, factúmque eſt SC. Macedonianum.

Quid cautum fuit SC. Macedoniano?

SC. Macedoniani cautio.

Cautum fuit vt ei qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet etiam poſt mortem parentis eius in cuius poteſtate fuiſſet, nulla actio petitióque daretur ne filiusfamilias ære alieno oneratus vt rẽ

credi-

creditam redderet, & ſe ære alieno liberaret, vel necem patri machinaretur, vel aliunde illam inhoneſtiùs quæreret, Verba Senatuſconſulti Macedoniani extant, in *l.* 1. *ff. de SC. Macedon.* Ergo ex hoc SC. tam patri quàm filio exceptio competit aduerſus creditorem ſiue fœneratorem mutuum condicentem, §. *illud proinde*, 7. *hic.* & hoc SC. bonis filiorumfamiliàs moribus proſpicitur, ne corrumpantur; *l.* 1. *ff. ad SC. Macedon.* eſt que iuris publici, cui renuntiari non poteſt.

Quibus caſibus non poteſt excipi SC. Macedonianum?

Caſus à SC. Macedoniano excepti.

Variis, vt ſi qui mutuum dedit, ignorauit filiumfamiliàs fuiſſe, ſed potiùs credidit ex ætate, facie, aut aliter eſſe verum patremfamiliàs, eo quòd ſe talem eſſe ſimulauerit, & talis publicè creditus ſit, *l. ex vitium*, 38. *ff. de mino. l.* 2. *&* 3. *C. ſi mi. ſe mai. dix. l.* 1. *C. de teſtam. l. ſi filiusfamiliàs*, 7. *C. ad SC. Maced.* Deinde ſi filiofamiliàs ciuitas crediderit. Si filius inſtitor, mutuam pecuniam ſumpſit: ſi in dignitate filius fuit conſtitutus, quia ſublimis dignitas hodie liberat filios à patria poteſtate, *auth. conſtitut. quæ dignit. & epiſcop. filiorum, liber. patr. pot. per tot.* Itē ſi miles fuerit & caſtrenſe peculium habuerit, *l.* 1. §. *fi. ff. ad Maced. l.* 3. *ff. de caſtrenſ. pecul. l. ſi* § *fin. C. ad Maced.* Si in neceſſarias cauſas mutuò ſumpta ſit pecunia, *l. Macedonianı*, 5. *C. ad SC. Macedon.* Si pro dotanda ſorore pecunias acceperit: ſi patris iuſſu, aut conſenſu ſumpta ſit pecunia, *l.* 2. *C. ad SC. Maced. l. Iulianus*; 9. *eod.* & ſic de aliis caſibus de quibus in *tit. ff. ad SC. Macedon. & in l. Zenodarus*, 2. *C. ad SC. Macedon.*

Nota interim, ſi filiusfamiliàs ſolueret pecuniam mutuò acceptam, ipſum non poſſe eam repetere, *l. qui exceptionem*, 40. *ff. de condict. indeb.*

Illi qui his tribus actionibus quod iuſſu, exercitoria, & Inſtitoria conueniuntur, poſſúntne etiam condictione certi conueniri?

Qui actionib. quod iuſſu, exercitoria, & inſtitoria conueniuntur, poſſunt condictione certo conueniri.

Poſſunt, §. *illud in ſumma*, 6. *&* §. *ei quoque fin. hic. l. inſtitorem* 29. *ff. de reb. cred. l. ſi quis mancipiis*, 17. *in princ. &* §. *vlt. ff. de inſtit. act. l. vlt. ff. quod iuſſu, l. vlt. ff. pro ſocio.* ita vt non tantùm his tribus actionibus quæ acceſſoriæ ſunt, ſed etiam ipſis directis actionibus teneātur, quaſi cū ipſis negotium geſtum & contractum ſit: v. g. pater & dominus non tantùm tenentur actione quod iuſſu, quæ acceſſoria eſt, ſed etiam actione directa ex mutuo aut empto: ita exercitor nauis & dominus tabernæ, non tantùm actione exercitoriā & Inſtitoriā conueniri poſſunt, ſed directa ex contractu, perinde ac ſi cum ipſis contractum fuiſſet, nam contractus cum filio vel ſeruo, cum magiſtro nauis aut inſtitore initus, non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes obligat, quippe cùm non ſolùm per nos, ſed etiam per alios contrahere poſſimus, *l. ſi inſtitorem*, 29. *ff. de reb. credit. l. & licet*, 15. *ff. de pecun. cōſtit. l. vlt. ff. pro ſocio.* facit *lex* 6. §. *ſi ſeruus tuus*, *l. ſi mortuo*, 15. *in fi. ff. de ſtat. liber. l.* 1. §. *per procuratorem*, *ff. de acquir. poſſ. l.* 1. §. *deieciſſe*, *ff. de vi & vi arm. l.* 1. *ff. quod vi aut clam.* Hoc enim edicto, inquit, *Paul. in l.* 5. §. *penult. ff. de exerc. act.* non transfertur actio, ſed adiicitur, *id eſt*, non ideo quia datur exercitoria, eſt ſublata & extincta ciuilis directa, quæ contra ipſum contrahentem datur, ſcilicet contra Magiſtrum nauis, *gl. ſ. ſed adiicitur, ibid. facit. l. mores*, 41. *ff. de oblig. & act.* Sed de condictione ita verum eſt, ſi eius potiùs qui iuſſit, vel præpoſuit, perſona in contrahendo ſpectata eſt, quàm eius cum quo geſtum eſt, *l. vlt. ff. pro ſocio.*

TITVLVS VIII.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.

TEXTVS.

EX maleficiis ſeruorum: veluti ſi furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiſerint: noxales actiones proditæ ſunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis æſtimationem ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere.

1 ¶ Noxa autem, eſt [ipſum] corpus quod nocuit, id eſt, ſeruus: noxia ipſum maleficium, veluti furtum, damnum rapina, iniuria.

2 ¶ Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ deditione fungi. Nāmque erat iniquum, nequitiam eorum vltra ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe.

3 ¶ Dominis noxali iudicio ſerui ſui nomine conuentus, ſeruum actori noxæ dedendo liberatur: nec minùs in perpetuum eius ſerui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus eſt, [ſeruus] reſarcierit quæſita pecunia: auxilio prætoris inuito domino manumittetur.

4 ¶ Sunt autem conſtitutæ noxales actiones aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus: veluti furti ex lege duodecim tabularum, damni iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto prætoris: veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum.

5 ¶ Omnis autem noxalis actio caput ſequitur. Nam ſi ſeruus tuus noxam commiſerit: quamdiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatē peruenerit: cum illo incipit actio eſſe. At ſi manumiſſus fuerit: directo ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio: Ex diuerſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdam caſibus effici primo libro tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ antè directa fuiſſet.

6 ¶ Si ſeruus domino noxiam commiſerit: actio nulla naſcitur. Namque inter dominum & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio naſci poteſt. Ideoque & ſi in alienam poteſtatem ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit: neque cum ipſo, neque cum eo, cuius nunc in poteſtate ſit, agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit, interdicitur actio: quia in eum caſum deducta ſit, in quo conſiſtere non potuit. Ideoque licèt exierit de tua poteſtate, agere non potes: quemadmodum ſi dominus in ſeruum ſuum aliquid commiſerit, nec ſi manumiſſus aut alienatus fuerit, ſeruus ullam actionem contra dominum habere poteſt.

7 ¶ Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarum maſculis & fœminis admiſere: noua autem hominum conuerſatio huiuſmodi aſperitatem rectè reſpuendam eſſe exiſtimauit, & ab vſu cōmuni hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam, in noxam alij dare: vt penè [filij] corpus pater magis, quàm filius periclitetur: cùm in filiabus etiam pudicitię fauor hoc bene excludat? Et ideo placuit in ſeruos tantummodo noxales actiones eſſe proponendas: cùm apud veteres legum commentatores inuenerimus ſæpius dictum, ipſos filios familiarum pro ſuis delictis poſſe conueniri.

Quo iure introductæ ſunt noxales actiones?

Connexio. EXpoſitis actionibus quæ dantur aduerſus dominos pro contractibus ſeruorum, ſequuntur illæ quæ dantur contra eoſdem ex priuatis delictis ſeruorum, quæ noxales appellantur, & introductæ ſunt aut legibus, aut Prætoris Edicto: Legibus, vt furti, lege 12. tabul. damni iniuriâ dati, lege Aquiliâ: Edicto Prætoris, veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum, §. *ſunt autem*, 4. *hic.* Referendus eſt iſte titulus, ad *tit. ff. de noxal. act. & ad tit. ſi ex noxal. cauſ. ega. quemed. caue. & ad tit. C. de furt. & ſeru. fugit. & tit. de noxal. act.*

Quænam ſunt noxales actiones?

Noxales actiones ſunt actiones perſonales ex noxia ſiue delicto ſerui ortæ, quibus permittitur domino, vel edicto Prætoris, vel Sententiâ Iudicis ante litis æſtimationem ſufferre aut ſeruum noxæ dedere, *id eſt*, pro delicto relinquere, tradere, atque credere, in *princ. hic. Cuiac. in parat. C. de noxal. act. l. 2. ff. ead. & l. pen. C. eod.* ſi enim dominus exhibuerit ſeruum qui deliquit, liberabitur, *l. cùm exhibuiſſ. t, ff. de publica.* Noxales actiones.

Noxa & noxia quid ſignificant?

Noxia. Noxa. Noxa & noxia aliquando confunduntur, regulariter tamen per noxiam intelligendum eſt delictum, & per noxam, ipſum ſerui corpus quod deliquit, in *princ. hic.* vnde verſus Azonis apud Accurſ.

Noxia delictum eſt, delinquens noxa vocatur.

Noxa pœnam aliquando ſignificat, vnde noxæ dedere, eſt pœnæ tradere, hinc noxalis actio dicta eſt, vel à noxa, *id eſt*, pœna, vel à noxia, *id eſt*, maleficio, *l. 1. ff. de noxal. act. l. plebs*, 238. §. *vlt. ff. de verb. ſig. l. ſi in re communi*, 119. §. *vlt. ff. de noxal. act. l. 1.* §. *cùm arietes*, 11. *ff. ſi quadrup. paup. fec. dic.*

Quænam fuit cauſa noxalis actionis introducendæ?

Occaſio noxalis actionis. Hæc: quia erat iniuſtum dominos teneri ex maleficio ſerui, & nequiriam ſeruorum vltra ipſorum corpora, dominis damnoſam eſſe, §. *ſumma autem*, 1. *hic.* cùm delicta ſint perſonalia, ſicut & pœnæ, *l. ſi pœna* 20. *ff. de pœnis. l. ſeruus*, 20. *ff. de oblig. & act.* ideo ſumma ratione permiſſum eſt, ſeruum noxæ dedere, aut noxiæ, ſiue delicti æſtimationem ſufferre, *d.* §. 1. *l.* 2. *C. de noxal. act.*

Quis poſt deditionem eſt ſerui dominus?

Qui ſeruum noxæ dederit, is eius dominus eſſe deſiit, & dominiū à ſe abiecit, ita vt etiam æſtimatione ſolutâ in eius poteſtatem non recidat, §. *dominus noxali*, 1. *hic.* qui ſeruum noxæ accepit, dominus omninò non eſt factus, ſed ſeruus noxæ deditus, noxæ ſeruus factus eſt, non enim tam deditur ſeruus ei qui damnum paſſus eſt, quàm noxæ *id eſt*, maleficio ſeu damno & pœnæ eius *l. aut damnum*, 8. §. *ſeruos*, *l. quod ad ſtatum*. 12. *l. ſunt quidam*. 17. *ff. de pœn. l.* 8. *ff. de ſentent. paſſ. l. generaliter*, 24. §. *ſi ſeruus*, *ff. de fideicom. libert.*

Contra quem datur actio noxalis?

Contra

In eum contra quem datur actio noxalis.

Contra eum qui ſeruum tunc habet in poteſtate cùm ipſa actio mouetur, nó cùm noxia eſt commiſſa, nam actio noxalis caput, *id eſt*, ſeruum ſequitur, §. *omnis autem*, 3. *hic. l. quod dicitur*, 18. *ff. de furt. l. qui ex pluribus*, 20. *& vlt. ff. de noxal. act. l.* 5. §. *ſi apud ſeruum*, 18. *ff. depoſiti.* Criminalis tamen actio & accuſatio ex delicto ſerui contra dominum non inſtituitur, *l. ſi ſeruus*, 4 *cum l. ſeq. C. de nox. act.* at ſi ad alterius poteſtatem peruenerit ſeruus qui noxiam commiſit, cum illo in cuius poteſtate eſt actio erit, *l. noxalis*, 7. *ff. de noxal. act.* Quod ſi manumiſſus fuerit, ipſe conuenietur directò & viciſſim ſi liber homo delictum commiſerit, v. g. furtum, & is poſteà tuus ſeruus eſſe cœpit, vtporè quia ad pretium participandum ſe vendi paſſus ſit, vt in primo libro traditum eſt, tecum noxalis actio erit, quæ anteà directa fuiſſet, *d. §. omnis autem*, 3. *hic.* Apud Gallos, noxales actiones in dominos ex noxia ſeruorum in vſu non ſunt, quia ſerui mancipia non ſunt, ſed conueniri ex delictis poſſunt nec noxæ deduntur.

Actio noxalis ſeruum ſequitur.

Naſcitúrne actio noxalis inter dominum & ſeruum?

Quemadmodum inter patrem & filium nulla naſcitur actio, neque inter dominum & ſeruum, Ratio eſt, quia inter dominú & ſeruum nulla naſcitur obligatio, §. *ſi ſeruus domino*. 4. *hic.*

Inter dominum & ſeruum nulla actio noxalis.

Datúrne actio noxalis in patrem ex delicto filijfamilias?

Olim dabatur, §. *ſed veteres*, 5. *hic. l.* 3. §. *pen. ff. de oblig. & act.* Hodiè non datur, ſed tantùm in ſeruum, quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam in noxam alij dare, poſſunt enim ipſi filijfamilias pro ſuis delictis conueniri, vt apud veteres legum commentatores compertum dicit Iuſtinianus in *d.* §. ſed veteres.

Actio noxalis non datur in patrem ex delicto filij.

TITVLVS IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM fuiſſe dicatur?

TEXTVS.

ANIMALIVM nomine, quæ ratione carent, ſi, qua laſciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint: noxalis actio lege duodecim tabularum prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt, vtputa, *Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus [cornu] petierit.* Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam mouentur, locum habet. Cæterùm ſi genitalis ſit feritas: ceſſat actio. Denique ſi vrſus fugerit à domino, & ſic nocuerit: non poteſt quondam dominus conueniri: quia deſiit dominus eſſe, vbi fera euaſit. Pauperies autem eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quòd ſenſu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinet actionem.

1 § Cæterùm ſciendum eſt, ædilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrſum, leonem ibi habere, quà vulgo iter fit: & ſi aduerſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur: quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnetur. cæterarum [vero] rerum quanti damnum datum ſit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.

Quid per quadrupedem & pauperiem intelligendum?

ACtum de actione quâ tenêtur domini pro ſeruorú delictis, ſequitur actio pro damno à quadrupede illato. Iſte tit. debet referri ad *t. ff. ſi quad. paup. fec. dic.* Per pauperiem intelligere debemus damnum ſine iniuriâ facientis datum, *verſ. pauperies, in princ. hic. l.* 1. §. *ait Prætor*, 3. *ff. eod.* vt ſi animal ſenſu & ratione carens damnum intulerit, *l.* 1. § 3. *& paſſ. ff. ſi quad. paup. fec. dic.* neque enim iniuriatum inferre poteſt animal iuris & rationis incapax, nec fit iniuria ſine animo & intétione iniuriádi. Quadrupedis appellatione nó tátùm intelligere debemus eam quæ in pecudum numero ſit, gregatim paſci ſolitarum cuiuſmodi ſunt aues, capræ, boues, equi, muli, aſini, ſues, *l. legatis*, §. *pecoribus*, *ff. de leg.* 3. ſed etiam beſtiam feram *l.* 1. *ff. hoc. tit.*

Connexit. — Pauperies. — Quadrupes.

Actio noxalis quadrupedis de pauperie cui & in quem datur?

Datur non tantùm domino cui quadrupes pauperiem aut damnum fecit, ſed etiam is, cuius intereſt damnum nó fuiſſe datum, *l.* 12. *ff. ſi quad. paup.* In dominum quadrupedis datur, ita vt aut damnum reſarcire, aut quadrupedem quæ nocuit in noxam dedere teneatur; in *princ. hic. l.* 1. §. *cum arietes*, *ff. ſi quad. paup. fecit dic. Pap. lib.* 18. *tit.* [illegible] *art.* 1.

Actio noxalis quadrupedis.

Quo iure,& quare introducta eſt hac actio?

Iure 12. tabularũ introducta eſt actio noxalis quadr.

Introducta eſt lege 12. tabul. in *princ. hic.* ad ſecuritatem commeantium, contra eos qui quà vulgò iter fit, canem, verrem, aprum, aſinum, vrſum, Leonem, & eiuſmodi animalia habent, ita vt ſi illa animalia alicui tranſeunti nocuerint, in id condemnetur dominus, quanti Iudex æſtimauerit vel animal quod nocuit dare cogatur, *l.1.ff.ſi quadrup. &c.* & hoc eſt noxiam ſarcire, aut noxam dedere, *d.l.1. §. cùm arietes, ff. eod. tit.* Verba legis referuntur in *l.hi enim, 40.§.fin.cum ſeqq.ff. de ædil. edict.* Ratio eſt, quia imputari debet domino quòd talem quadrupedem habuerit, nec per ſe aut per alium de vitio ſuæ quadrupedis tranſeuntem admonuerit.

Cui imputandum ſi quadrupes commotâ feritate nocuit?

Domino imputandum ſi quadrupes nocuit.

Imputandum etiam domino illius quadrupedis propter eandem rationem, æquiùs etiam eſt ſuam cuique quadrupedem nocere tanquam domino, quàm alteri, ſicut & prodeſſe. Quòd ſi fera beſtia auffugiendo à domino damnum fecerit, non tenebitur dominus, quia illa fera beſtia non ampliùs habet redeundi animum, ac proinde domini eſſe deſiit, & in naturalem libertatem ſe recepit, *§. hac autem actio, 1. hic.*

Quid ſi arietes aut boues cornibus ſe inuicem petierunt,& alter alterum occîdit?

Intereſt domini cuius quadrupes occiſa eſt & ideo datur ei actio contra dominum quadrupedis quæ occîdit, quia pauperiem fecit damnúmque dedit, *l.1. §. cùm arietes, 11. ff. ſi quad. paup. fec. dic.* Quod intelligendum ſi prouocatum animal perierit, nam ſi animal prouocans periit, nulla datur actio nec quicquam reſtituitur. Si nulla erat prouocatio, lege diuina, *Exod.* 21. animal quod deliquerat vendebatur, & pretium inter vtrumque dominum diuidebatur.

Quando finitur hac actio?

Finis actionis noxalis quadr.

Finitur mortuo animali quod damnũ fecit, cùm corpus nullum ſit quod pro noxa dedi poſſit, animal enim viuum noxæ dedendum eſt, non mortuum, *l. qui ſibi, 33. §. 1. ff. de ſolut.* Planè poſt litem conteſtatam mortuo animali non poteſt contingere liberatio, *l. ſi hæres, 16. l. plurium, 39. §. vlt. ff. de noxal. act.* Idémque eſt ſi in noxali iudicio accipiendo dominus moram fecerit, *l. electio, 26. §. ſi is quem, 4. ff. eod.* paria enim ſunt iudicium accepiſſe, & in accipiendo iudicio noxam feciſſe. Hîc notandum vel naturaliter fuiſſe mortuum animal, & tunc extingui actionem, vel occiſum fuiſſe, & tunc dominum ad æſtimationem litis teneri, aut mandandam ab iis eſſe actionem damni ipſi agenti contra eum qui occîdit, *l.1.§.pen.ff.h.tit.*

TITVLVS X.

DE IIS PER QVOS AGERE poſſumus?

TEXTVS.

NVNC admonendi ſumus, agere poſſe quemlibet hominem, aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cùm olim in vſu fuiſſet, alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hoſtilia permiſſum erat furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cuius tutela eſſent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itémque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minùs rem ſuam ipſi exequi poſſint.

1 ¶ Procurator neque certis verbis, neque præſente [ſemper] aduerſario, imò plerumque eo ignorante conſtituitur. Cuicomque enim permiſeris rem tuam agere, aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

2 ¶ Tutores & curatores quemadmodum cõſtituantur, primo libro expoſitum eſt.

Per quas perſonas agere poſſumus?

Connexio.

DE actionibus actum eſt ſuprà, in hoc titulo agitur de iis per quos in iudicium illæ deducuntur: qui quidem titulus facilè intelligi poteſt ex iis quæ dicta ſunt ad *tit. per quas perſ. cuique acquir. & per quas perſ. obligat. acquir. ſupr.* Refertur autem iſte tit. ad *tot. lib. 2. ff. & ad tit. C. de aduoc. diuerſ. iud. & quoſdam ſeqq.* Dicimus tamen nos per noſmetipſos agere poſſe, deinde per procuratorem ad lites, Vnde Regula, Paria ſunt vel per ſe vel per procuratorem comparere, *Socin. tract. de citat. art. 31. n. 9.* non autem per procuratorem

Paria ſũt vel per ſe vel per procuratorem comparere.

Digitized by Google

totem ad negotia tractanda conſtitutum, cuius officium non eſt nos defendere, aut res noſtras in iudicio forenſi agere. Procurator ad negotia is dicitur, qui ex mandato alicuius extra iudicium negotia exequitur, *l. 13 D. de pact. l. 63. D. de procurat.* quales ſunt mercatorum miniſtri. Procurator ad lites dicitur, qui ex alicuius mandato eius negotia in iudicio exequitur, *l. 86. D. de ſolut. l. 14. D. de ſali* de quo ſolo agitur in hoc titulo. Nemo ergo alieno nomine agere poteſt ſine ſufficienti mandato, & quilibet Procurator perſonam ſuam plenè legitimare debet, Geil *1. obſerv. 47* ita vt ſi de mandato non conſtiterit, exceptio defect⁹ mandati opponi rectè poſsit, *l. lite 24. C. de procur.* qui enim agit vt talis, probare ſe talẽ debet, ſi qualitas negetur Fab. *deſin. 1. C. qui legit. perſ. ſtand. in iud. hab. vel non.* nam non admittendus ſine mandato authentico ad agendum aut defendendum ſiue in iudicio ſiue extra, Maſu. *pract. tit. de procur. num. 1.* tamen conſanguinei & eiuſdem litis conſortes, item Procuratores & Aduocati cauentes de rato poſſunt ſine procuratorio aut mandato in iudicio agere. Deinde tutores & curatores atque mercatorum factores, Damhoud. *prax. ar. 95.* Per tutores etiam agere poſſumus & per curatores, de quibus ſuprà actum eſt, neque tantum per noſmet ipſos, & per procuratores, tutores, & curatores agere poſſumus, ſed etiam defendere, atque excipere, quod intelligendum eſt in cauſis ciuilibus, non criminalibus, in quibus actoris & rei præſentia requiritur, propter criminis atrocitatem, niſi ad excuſationes abſentium alligandas, ne reus tanquam contumax condemnetur, *l. ſeruum, 33. §. publici, 2. D. de procurat.* quandoque etiam in cauſis ciuilibus iudices partis præſentiam requirunt.

Procurator ad negotia.

Agens vt talis ſe talem probare debet.

Quinam agere poſ ſine in iudicio ſine mandato.

Quis eſt vſus Procuratorum?

Procuratorum vſus.

Valde vtiles ſunt Procuratores & eorum vſus perquàm neceſſarius, *l. 1. § 2. ff. de procur.* vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt vel non poſſunt, per alios agere vel conueniri queant: conueniri, inquam, quia aliquando Procurator tanquam dominus litis citari poteſt, cùm nimirum ab interlocutoria fuit appellatum, non à definitiua, Fab. *deſin. 4. C. de in ius vocand.* neque citandus erit procurator ſi ſententiâ ſecutâ agatur de peragendis ſibi ſtationibus, ſed ipſe debitor, *ib. deſin. 12.* Deinde citandus eſt quando aliquid agendum incumbit in litis proſecutione, Maſuer. *pract. tit. de adiornam. num. 33.* Procuratorum ope afflicti clientes iuuantur, lapſi prudenti conſilio eriguntur, & oppreſsi recreantur; *arg. l. 14. C. de aduocat. diuerſ. iud.* nam & morbus & ætas & neceſſaria peregrinatio, itémque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minùs rem ſuam ipſi exequi poſſint: eſt autem procurator is qui aliena negotia mandato domini gratis adminiſtrat, *l. 1. in princ. ff. de procurat.* & eius officium eſt virile, *l. alienam, 18. C. de procurat.* ideo ab eo arcentur mulieres, *l. 2. D. de reg. iur.*

Quando procurator citari poſſit.

Procuratoris officium eſt virile.

Quinam poſſint, & non poſſint eſſe Procuratores?

Omnes poſſunt eſſe procuratores, dummodò vitæ honeſtæ & inculpatæ ſint, idonei & habiles: reiiciuntur minores 25. annis, ſaltem ad lites, *l. exigendi, 12. verſ. ſanè, C. de procurat. pupill. l. 1. in fin. D. de poſtul.* furioſi ſiue amentes *l. 2. D. de procurat.* exules, *l. ſeruum quoque, 33. D. de procurat.* infames, *c. infamis, 3. q. 7.* & crimine aliquo commaculati, *l. reum, 6. C. de procurat.* Eccleſiaſtici cum munus aliquod obeuntes, *l. placet 17. C. de Epiſcop. & Cleric.* muti & ſurdi, *l. mutus & ſurdus, 43. D. de procurat.* cæci, ignari, item mulieres, quia alienam ſuſcipere defenſionem virile eſt officium, & vltra ſexum muliebrem eſſe conſtat, vt dictum eſt, *l. alienam, 18. C. de procurat.* poteſt tamen mulier procuratrix eſſe ad negotia, *l. 3. §. 1. D. de neg. geſt. l. ſed etſi quis, 7. §. parui, 1. D. de inſtitor. & in cert. caſib. notat in l. quia abſente, 4. C. de procurat. l. neque fœmina, 54. D. eod. tit.* Qui autem eſt inſtitutus Procurator, ſtatim de mandato docere debet, ne ſi fortè cum falſo procuratore actum ſit, acta nulla reddantur, & illud mandatum vel debet in ſcripto dari cum clauſulis requiſitis etiam ad ſubſtituendum alium procuratorem, ſi opus, vel apud acta conſtitui. Maſuer. *pract. tit. de procurat in princip..*

Minores non poſſunt eſſe procuratores. Neque furioſi. Neque exules. Neque infames & criminoſi rei. Neque Eccleſiaſtici. Neque muti & ſurdi. Neque cæci, ignari, & mulieres.

Quo iure, & quare introducta eſt hæc actio?

Iure 12. tabularũ introducta eſt actio noxalis quadr. Introducta eſt lege 12. tabul. in *princ. hic.* ad ſecuritatem commeantium, contra eos qui quà vulgò iter fit, canem, verrem, aprum, aſinum, vrſum, Leonem, & eiuſmodi animalia habent, ita vt ſi illa animalia alicui tranſeunti nocuerint, in id condemnetur dominus, quanti Iudex æſtimauerit vel animal quod nocuit dare cogatur, *l.1.ff.ſi quadrup. &c.* & hoc eſt noxiam ſarcire, aut noxam dedere, *d.l.1. §. cùm arietes, ff. eod. tit.* Verba legis referuntur in *l.hi enim*, 40. *§.fin.cum ſeqq.ff. de ædil. edict.* Ratio eſt, quia imputari debet domino quòd talem quadrupedem habuerit, nec per ſe aut per alium de vitio ſuæ quadrupedis tranſeuntem admonuerit.

Cui imputandum ſi quadrupes commotâ feritate nocuit?

Domino imputandum ſi quadrupes nocuit. Imputandum etiam domino illius quadrupedis propter eandem rationem, æquiùs etiam eſt ſuam cuique quadrupedem nocere tanquam domino, quàm alteri, ſicut & prodeſſe. Quòd ſi fera beſtia auffugiendo à domino damnum fecerit, non tenebitur dominus, quia illa fera beſtia non ampliùs habet redeundi animum, ac proinde domini eſſe deſiit, & in naturalem libertatem ſe recepit, *§.hæc autem actio, 1.hic.*

Quid ſi arietes aut boues cornibus ſe inuicem petierunt, & alter alterum occîdit?

Intereſt domini cuius quadrupes occiſa eſt & ideo datur ei actio contra dominum quadrupedis quæ occîdit, quia pauperiem fecit damnúmque dedit, *l.1. §.cùm arietes, 11.ff.ſi quad.paup.fec.dic.* Quod intelligendum ſi prouocatum animal perierit, nam ſi animal prouocans periit, nulla datur actio nec quicquam reſtituitur. Si nulla erat prouocatio, lege diuina, *Exod.* 21. animal quod deliquerat vendebatur, & pretium inter vtrumque dominum diuidebatur.

Quando finitur hæc actio?

Finis actionis noxalis quadr. Finitur mortuo animali quod damnũ fecit, cùm corpus nullum ſit quod pro noxa dedi poſſit, animal enim viuum noxæ dedendum eſt, non mortuum, *l. qui ſibi*, 33. *§. 1. ff. de ſolut.* Planè poſt litem conteſtatam mortuo animali non poteſt contingere liberatio, *l.ſi hæres*, 16. *l. plurium*, 39. *§. vlt. ff. de noxal. act.* Idémque eſt ſi in noxali iudicio accipiendo dominus moram fecerit, *l.electio*, 26. *§.ſi is quem*, 4. *ff. eod.* paria enim ſunt iudicium accepiſſe, & in accipiendo iudicio noxam feciſſe. Hîc notandum vel naturaliter fuiſſe mortuum animal, & tunc extingui actionem, vel occiſum fuiſſe, & tunc dominum ad æſtimationem litis teneri, aut mandandam ab iis eſſe actionem damni ipſi agenti contra eum qui occîdit, *l.1.§.pen.ff.h.tit.*

TITVLVS X.

DE IIS PER QVOS AGERE poſſumus?

TEXTVS.

NVNC admonendi ſumus, agere poſſe quemlibet hominem, aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cùm olim in vſu fuiſſet, alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, pro libertate, pro tutela. Prætereà lege Hoſtilia permiſſum erat furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cuius tutela eſſent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itémque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minùs rem ſuam ipſi exequi poſſint.

1 § Procurator neque certis verbis, neque præſente [ſemper] aduerſario, imò plerumque eo ignorante conſtituitur. Cuicumque enim permiſeris rem tuam agere, aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

2 § Tutores & curatores quemadmodum cõſtituantur, primo libro expoſitum eſt.

Per quas perſonas agere poſſumus?

DE actionibus actum eſt ſuprà, in hoc titulo agitur de iis per quos in iudicium illæ deducuntur: qui quidem titulus facilè intelligi poteſt ex iis quæ dicta ſunt ad *tit.per quas perſ.cuique acquir. & per quas perſ.obligat.acquir.ſupr.* Refertur autem iſte tit. ad *tot.lib.2.ff.& ad tit.C.de aduoc.diuerſ.iud.& quoſdam ſeqq.* Dicimus tamen nos per noſmetipſos agere poſſe, deinde per procuratorem ad lites, Vnde Regula, Paria ſunt, vel per ſe vel per procuratorem comparere, *Socin.tract. de citat. art.* 31. *n.* 9. non autem per procuratorem *Connexio.* *Paria sũt vel per ſe vel per procuratorem comparere.*

torem ad negotia tractanda conſtitutum, cuius officium non eſt nos defendere, aut res noſtras in iudicio forenſi agere Procurator ad negotia is dicitur, qui ex mandato alicuius extra iudicium negotia exequitur, *l. 13 D. de pact. l. 63. D. de procurat.* quales ſunt mercatorum miniſtri. Procurator ad lites dicitur, qui ex alicuius mandato eius negotia in iudicio exequitur, *l. 86. D. de ſolut. l. 14. D. de vali.* de quo ſolo agitur in hoc titulo. Nemo ergo alieno nomine agere poteſt ſine ſufficienti mandato, & quilibet Procurator perſonam ſuam plenè legitimare debet, Geil *1. obſerv. 47* ita vt ſi de mandato non conſtiterit, exceptio defect⁹ mandati opponi rectè poſſit, *l. licet 24. C. de proc ur.* qui enim agit vt talis, probare ſe talé debet, ſi qualitas negetur Fab. *defin. 1. C. qui legit. perſ. ſtand. in iud. hab. vel non.* nam non admittendus ſine mandato authentico ad agendum aut defendendum ſiue in iudicio ſiue extra, Maſu. *pract. tit. de procur. num. 1.* tamen conſanguinei & eiuſdem litis conſortes, item Procuratores & Aduocati cauentes de rato poſſunt ſine procuratorio aut mandato in iudicio agere. Deinde tutores & curatores atque mercatorum factores, Damhoud. *prax. ac. 95.* Per tutores etiam agere poſſumus & per curatores, de quibus ſuprà actum eſt, neque tantum per nolmet ipſos, & per procuratores, tutores, & curatores agere poſſumus, ſed etiam defendere, atque excipere, quod intelligendum eſt in cauſis ciuilibus, non criminalibus. in quibus actoris & rei præſentia requiritur, propter criminis atrocitatem, niſi ad excuſationes abſentium allegandas, ne reus tanquam contumax condemnetur, *l. ſeruum, 33. §. public. 2. D. de procurat.* quandoque etiam in cauſis ciuilibus iudices partis præſentiam requirunt.

Procurator ad negotia.

Agens vt talis ſe talem probare debet.

Quinam agere poſſint in iudicio ſine mandato.

Quis eſt vſus Procuratorum?

Valde vtiles ſunt Procuratores, & eorum vſus perquàm neceſſarius, *l. 1. § 2. ff. de procur.* vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt vel non poſſunt, per alios agere vel conueniri queant: conueniri, inquam, quia aliquando Procurator tanquam dominus litis citari poteſt, cùm nimirum ab interlocutoria fuit appellatum, non à definitiua, Fab. *defin. 4. C. de in ius vocand.* neque citandus erit procurator ſi ſententiâ ſecutâ agatur de peragendis ſubhaſtationibus, ſed ipſe debitor, *ib. defin. 12.* Deinde citandus eſt quando aliquid agendum incumbit in litis proſecutione, Maſuer. *pract. tit. de adiornam. num. 33.* Procuratorum ope afflicti clientes iuuantur, lapſi prudenti conſilio eriguntur, & oppreſſi recreantur, *arg. l. 14 C. de aduocat. diuerſ. iud.* nam & morbus & ætas & neceſſaria peregrinatio, itemque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minùs rem ſuam ipſi exequi poſſint: eſt autem procurator is qui aliena negotia mandato domini gratis adminiſtrat, *l. 1. in princ. ff. de procurat.* & eius officium eſt virile, *l. alienam, 18. C. de procurat.* ideo ab eo arcentur mulieres, *l. 2. D. de reg. iur.*

Procuratorum vſus.

Quando procurator citari poſſit.

Procurator is officium eſt virile.

Quinam poſſint, & non poſſunt eſſe Procuratores?

Omnes poſſunt eſſe procuratores, dummodò vitæ honeſtæ & inculpatæ ſint, idonei & habiles: reiiciuntur minores 25. annis, ſaltem ad lites, *l. exigendi, 12. verſ. ſanè, C. de procurat. pupill. l. 1 in fin. D. de poſtul.* furioſi ſiue amentes *l. 2. D. de procurat.* exules, *l. ſeruum quoque, 33. D. de procurat.* infames, *c. infamis, 3. q. 7.* & crimine aliquo commaculati, *l. reum, 6. C. de procurat.* Eccleſiaſtici cum munus aliquod obeuntes, *l. placet 17. C. de Epiſcop. & Cleric.* muti & ſurdi, *l. mutus & ſurdus, 43. D. de procurat.* cæci, ignari, item mulieres, quia alienam ſuſcipere defenſionem virile eſt officium, & vltra ſexum muliebrem eſſe conſtat, vt dictum eſt, *l. alienam, 18. C. de procurat.* poteſt tamen mulier procuratrix eſſe ad negotia, *l. 3. §. 1. D. de neg. geſt. l. ſed etſi quis, 7. §. parui, 1. D. de inſtitor. & in tert. caſib. notat in l. quia abſente, 4. C. de procurat. l. neque fœmina, 54. D. eod. tit.* Qui autem eſt inſtitutus Procurator, ſtatim de mandato docere debet, ne ſi fortè cum falſo procuratore actum ſit, acta nulla reddantur, & illud mandatum vel debet in ſcripto dari cum clauſulis requiſitis etiam ad ſubſtituendum alium procuratorem, ſi opus, vel apud acta conſtitui. Maſuer. *pract. tit. de procurat. in princip.*

Minores non poſſunt eſſe procuratores. Neque furioſi. Neque exules. Neque infames & criminoſi. Neque Eccleſiaſtici. Neque muti & ſurdi. Neque cæci, ignari, & mulieres.

TITVLVS XI.

DE SATISDATIONIBVS.

TEXTVS.

SAtisdationvm modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per vſum amplexa eſt. Olim enim ſi in rem agebatur, ſatiſdare poſſeſſor compellebatur, vt ſi victus [eſſet,] nec rem ipſam reſtitueret, nec litis æſtimationem: poteſtas eſſet petitori, aut cum eo agendi, aut ci fideiuſſoribus eius, quæ ſatiſdatio appellatur *iudicatum ſolui*. Vnde autem ſic appelletur, facile eſt intelligere. Námque ſtipulabatur quis, vt ſolueretur ſibi, quod fuiſſet iudicatum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, ſatiſdare cogebatur, ſi alieno nomine iudicium accipiebat. ipſe autē qui in rem agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſatiſdare non cogebatur. Procurator verò ſi in rem agebat: ſatiſdare iubebatur, rem ratam dominū habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores [verò] & curatores eodem modo, quin & procuratores ſatiſdare debere, verba edicti faciebant; ſed aliquando his agentibus ſatiſdatio remittebatur, Hæc ita [erant] ſi in rem agebatur.

1 ¶ Si verò in perſonam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur: ab eius verò parte, cum quo agitur, ſi quidem alieno nomine aliquis interueniret: omnimodo ſatiſdaret, quia nemo defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus eſſe creditur. Quòd ſi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in perſonam: *iudicatum ſolui* ſatiſdare non cogebatur.

2 ¶ Sed hodie hæc aliter obſeruantur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, ſiue perſonali ſuo nomine: nullam ſatiſdationem pro litis æſtimatione dare compellitur: ſed pro ſua tantùm perſona, quòd in iudicio permaneat vſque ad terminum litis, vel committitur ſuæ promiſſioni cum iureiurando (quam iuratoriam cautionem vocant) vel nudam promiſſionem, vel ſatiſdationem pro qualitate perſonæ ſuæ dare compellitur.

3 ¶ Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel ſuſcipitur: in actoris quidem perſona, ſi non mandatum actis inſinuatum eſt, vel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam confirmauerit, ratam rem dominum habiturum ſatiſdationem procurator dare compellitur: eodem obſeruando, & ſi tutor, vel curatór, vel aliæ tales perſonæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibuſdam per alium inferunt.

4 ¶ Si verò aliquis conuenitur: ſi quidem præſens procuratorem dare paratus eſt: poteſt vel ipſe in iudicium venire, & ſui procuratoris perſonam per *iudicatum ſolui* ſatiſdationem ſolenni ſtipulatione confirmare, vel extra iudicium ſatiſdationem exponere, per quam ipſe ſui procuratoris fideiuſſor exiſtat pro omnibus *iudicatum ſolui* ſatiſdationis clauſulis, vbi & de hypotheca ſuarum rerum conuenire compellitur: ſiue in iudicio promiſerit, ſiue intra judicium cauerit: vt tā ipſe, quàm hæredes eius obligentur. Alia inſuper cautela, vel ſatiſdatione propter perſonam ipſius exponenda, quòd tempore ſententiæ recitandæ in iudicium veniet: vel ſi non venerit, omnia dabit fideiuſſor, quæ in condemnatione continentur, niſi fuerit prouocatum.

5 ¶ Si verò reus præſto ex quacumque cauſa non fuerit, & alius velit defenſionem eius ſubire: nulla differentia inter actiones in rem vel perſonales introducenda, poteſt hoc facere: ita tamen, vt ſatiſdationem *iudicatum ſolui*, pro litis æſtimatione præſtet. Nemo enim ſecundùm veterem regulam (vt iam dictum eſt) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.

6 ¶ Quæ omnia apertiùs & perfectiùs à quotidiano iudiciorum vſu in ipſis rerum documentis apparent.

7 ¶ Quam formam non ſolùm in hac regia vrbe, ſed [etiam] in omnibus noſtris prouinciis (etſi propter imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere cenſemus: quum neceſſe ſit, omnes prouincias, caput omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt, hanc regiam vrbem, eiúſque obſeruantiam ſequi.

Quare introducta eſt ſatiſdatio?

SÆpe accidit vt quis malè erga alium affectus eum in ius vocet ſine legitima cauſa & ratione, & condemnatus eo quòd non ſit ſoluendo iudicium reddat illuſorium & ſentētiam inanem atque inefficacem: qui etiam nomine alieno agit, ſecurum aduerſarium reddere tenetur datis fideiuſſoribus, quia dubius eſt litis euentus, *l.51.D. de pecul.* Ideirco introducta eſt ſatiſdatio ab actore præſtanda, quâ ſecurus redditur reus & aduerſarius conuentus de eo quod in iudicium venit, & potiſſimùm de litis expenſis propriè quidem datis fideiuſſoribus. Iſte tit. referendus eſt *ad tit. ff. qui ſatiſd. cogant. & ad tres ſeqq. ad tit. rem rat. hab. & tit. iudic. ſolu.* Item *ad tit.* C. *de ſatiſdan.* *Connexio.*

Quid eſt ſatiſdatio?

Definitur ſatiſdatio ſecuritatis redditio per idoneos fideiuſſores, *l.1.D. qui ſatiſd. cog.* promittit autem in hac ſatiſdatione reus, quòd paratus ſit ſiſtere in iudicio, & fideiuſſor eius promittit ſe curaturum vt ſiſtat reus, aliàs promittendo factum, non obligaretur, *§. ſi quis alium, 3. ſupr. de inutil. ſtipul.* *Satiſdatio.*

Quotu-

Quotuplex eſt ſatiſdatio?

Duplex, vel conuentionalis, quæ aliàs appellatur fideiuſſio in gratiam creditorum introducta, de qua *ſupr. de fideiuſſ.* & hæc propriè eſt ſatiſdatio, quæ fit datis fideiuſſoribus, *l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. ſtipulationum, ſ. l. 7. D. de prætor. ſtipul.* vel iudicialis quæ ad iudicium & lites pertinet: eſtque triplex. I. Iudicio ſiſti, de qua in *tit. qui ſatiſd. cog.* & dicebatur olim vadimonium, de quo Cuiac. *in l. ait Prætor 7. §. item.* & in eremodiciis, *2. ff. de min. 25. ann.* cùm nempe reus ſatiſdat ſe iudicium non ſubterfugiturum, ſed in eo remanſurum donec ſententia lata ſit, & lis terminata, Vultei. *ad tit. hunc. num. 16.* Hodie reus non cauet litem peractum iri aut tempore ferendæ ſententiæ ſe iudicio adfuturū; ſed vterq; litigans ritè poſtulat in exordio litis vt alter domicilium eligat in fori territorio, vbi requiratur & reperiatur, quoties in ius ipſe vocandus erit, vel aliquid ei notificandum veniet. II. Rem ratam haberi de qua in *tit. D. rem rat. hab. & de ratihabit.* Is demum de rato cauere debet qui dicit ſe procuratorem, nec tamen mandatum exhibet validum de cuius fide dubitari non poſſit, *l. 1. C. de procur.* Hæc ſatiſdatio competit procuratoribus actoris & rei & appellatur ſatiſdatio de rato, vel rem ratam haberi, vel ampliùs non agi: Eſt autem rem ratam habere, comprobare & cognoſcere quod actum eſt à falſo procuratore, *l. quo enim, 12. §. 1. D. rem rat. hab.* III. Iudicatum ſolui in reorum fauorem inuecta, vt extra omne periculum ij conſtituantur, ſi actor condemnatus non ſit ſoluendo, de qua ſatiſdatione agitur in *tit. D. iudic. ſolu.* Fab *deſin. 4. C. de ſatiſd. &* Cuiac. *10. obſeru. 29.*

Iudicio ſiſti. Vadimonium.

Rem ratam haberi. Quis cauere de rato.

Iudicatum ſolui.

Satiſdationis Iudicatum ſolui quot ſunt partes, ſiue clauſulæ?

Tres, nempe de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo, *§. ſed hodie, verſ. ſiveró aliquis, hic. l. iudicatum, 6. D. iudic. ſolu.* quæ tres clauſulæ vnâ appellatione iudicatum ſolui continentur: ſolenniter fieri debet hæc ſatiſdatio cum ſtipulatione, *vt l. qui proprio, 46. D. de procurat. §. fin. ſupr. de fideiuſſ. §. ſi verò hic.*

Quis ſatiſdare cogitur?

Iure veteri vterque & actor & reus ſatiſdare compellebatur, hodie non cogitur ſatiſdare reus niſi ſit in vincula coniectus, & liberari cupiat, tunc ſatiſdare debet fideiuſſoribus datis, vel ſi non inueniat cautionem ob paupertatem, vel aliter iurabit ſe ſui copiam facturum quotieſcunque iudici libuerit vſque ad litis exitum, & appellatur cautio iuratoria, *§. ſed hodie, 2. hic. auth. generaliter, §. autem, C. de Epiſc. & Cler.* Fab. *deſin. 9 C. de ſatiſdand.* cui ſtatur ob impotentiam ſatiſdandi, *gloſ. permiſſioni, in d. §. ſed hodie, 2. hic.* Actor ad ſatiſdandum compellitur ſi non habeat certum domicilium, & erro ſit, ſi bonis ceſſit, ſi ſit alienigena, vel extraneus. Robert. *rer. iud. lib. 4. cap. 11.* Bacq. *tit. de domanio, & Chopin. tit. de doman.* Pap. *lib. 8. tit. 1. arr. 7.* quoniam ſi condemnaretur, non poſſet ſine magno labore & maximis ſumptibus iudicium executioni mandari, ideo fideiuſſor pollicetur ſe ſoluturum quidquid in iudicium venerit: deinde ſi per deuolutum quod aiunt, beneficium aliquod perſequatur, quia eiuſmodi homo deuolutarius plerunque eſt infirmæ conditionis, ideo ab ipſo ſatiſdatio exigitur. Quomodo actoris vel rei procurator ſatiſdare cogatur, oſtenditur, *in l. vn. C. de ſatiſd.*

Reus quando ſatiſdet.

Cautio iuratoria.

Actor quando ſatiſdet.

Homo deuolutarius.

TITVLVS XII.

DE PERPETVIS ET TEMporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes tranſeunt.

TEXTVS.

Hoc loco admonendi ſumus, eas quidem actiones, quæ ex lege, ſenatúſve conſulto, ſiue ex ſacris conſtitutionibus proficiſcuntur: perpetuò ſolere antiquitus competere, donec ſacræ conſtitutiones, tam in rem, quàm in perſonam actionibus certos fines dederunt: eas verò, quæ ex propria prætoris iuriſdictione pendent, plerúmque intra annum viuere: nam & ipſius prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id eſt; vſque ad finem ex conſtitutionibus introductum: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori; cæteríſque qui hæredis loco ſunt, accommodat. Furti quoque manifeſti actio, quamuis ex ipſius prætoris iuriſdictione profi-

ciſcatur : tamen perpetuò datur : abſurdum enim eſſe exiſtimauit anno eam terminari.

1 § Non autem omnes actiones quæ in aliquê aut ipſo jure competunt, aut à prætore dantur : & in hæredem æquè competunt, aut dari ſolent. Eſt enim certiſſima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in hæredem [rei] non competere [veluti] furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni, iniuriæ. Sed hæredibus huiuſmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta iniuriarum actione, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem non competit : veluti cùm teſtator doloſè verſatus ſit, & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas ſuprà diximus, ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ, & hæredibus dantur, & contra hæredes tranſeunt.

2 § Supereſt, vt admoneamus, quod ſi antè rem judicatam is, cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori; officio iudicis conuenit eum abſoluere, licèt in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet, & hoc eſt, quod antea vulgò dicebatur, omnia judicia abſolutoria eſſe.

Quo tempare durant actiones?

Connexio EXpoſitis actionibus, tranſit Imperator ad earum durationem, & oſtendit quanto tempore illæ durent : aliæ quippe ſunt temporales quæ limitatam habent durationem, aliæ perpetuæ quæ nullo tempore definiuntur : illæ ſunt Prætoriæ, quæ annales ſunt: hæ ciuiles, *in princ. huc.* Regulariter exceptio ſemper eſt perpetua, *l. 5 in fin.* D. *de dol. mal. & met. except.* & annua ſiue temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, *l. 5.* C. *de except.* Iſte tit. referri poteſt *ad tit. D. &* C. *in quib. de actionibus, de præſcriptionibus, & de exceptionibus agitur.*

Exceptio regulariter eſt perpetua.

Quodnam tempus actionibus temporalibus eſt conſtitutum?

Temporales actiones. Tempotalibus actionibus certum à lege tempus eſt conſtitutum intra quod inſtitui debent, & ita vel finiuntur anno, vel longiori, vel breuiori tempore : breuiori quidem, vt actio redhibitoria, quæ poſt ſex menſes expirat : longiori, vt actio de dolo quæ biennio finitur, rei mobilis vindicatio, quæ finitur triênio, vt & inſtantia quæ poſt triennium petimitur, Carol. IX. 1563. *art. 25.* Rebuff. *gloſ. 5. n. 5. in præfa. conſt. l. properandum in princ. C. de iudic.* nuntiatio bonorum vacantium, quæ finitur quadriennio, *tot. tit. de quadrien. præſcript.* querela de inofficioſo teſtamento, quæ finitur quinquennio. Iſtæ ſingulæ actiones temporales certum habent definitum tempus intra quod competunt, & poſt quod temporali præſcriptione excluduntur, quod tempus abbreuiari nequit.

Inſtantia peremptio.

Nullúm-ne actionibus perpetuis eſt tempus præfinitum?

Perpetuæ actiones olim dicebantur quibus nullum à lege tempus erat præfinitum, hodie vero vſque ad annos triginta durant, quod perpetuitatem redolet: ideo præſcriptio 30. annorum iure Digeſtorum dicitur incognita : intra hæc tempora tã generaliter quàm ſpecialiter à lege cõſtituta niſi actiones inſtituantur, poſteà agenti obſtat temporis præſcriptio in foro contentioſo, quæ temporis præſcriptio oppoſita à reo poteſt principis reſcripto vitari, ſi videlicet actor fuerit agere impeditus, vel propter ætatem vel propter infirmitatem, ignorantiam, abſentiam Reipubl. causâ, poteſtatem ſiue paternam ſiue maternam, vel eiuſmodi ſimilem cauſam, *l. fin.* C. *de temp. in integr. reſt. &c.* nam non valẽti agere non currit præſcriptio, vel de iure vel de facto, *l. 1.* C. *de annal. except. & l. ſuperuacuam, fin. C. de tempor. & in integr. reſt. &c. l. fin. C. commun. de legat. authent. niſi triennale* C. *de bon. mater.* Geil. *lib. 2. obſeru. 60. n. 3. lib. 1. obſeru.* 140. *n. 6.* Fab. *defin. vn. C. quib. non obiic. long. temp. præſcript.* v. g. ignoranti, *l. quamdiu,* C. *qui admit. ad bon. poſſ. poſſ.* vel impedito, *l. 1. § fin.* C. *de annal. except.* Tiraquel. *de retract. lig. § 3. gloſ. 4. n. 6 & de retract. conuent. § 2. gloſ. vn. n. 78.* Dummodò impedimentum non ſit affectatum, Tiraq. *de retract. lig. § 35. gloſ. 4. n.* 29. vel pupillo, *l. vlt.* C. *in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* dormit enim præſcript. 30. vel 40. ann. Caſus quibus non currit præſcriptio, viginti octo enumerat Petr. Ferr. *form. reſp. rei conuent. tit. 4. gloſ. 20. num. 32.*

Perpetuæ actiones.

Non valenti agere non currit præſcriptio.

Secundùm leges Romanas quot fuerunt præſcriptionum genera quoad immobilia, & quid eſt præſcriptio?

Duo genera fuerunt, vnum decem vel viginti annorum, cum titulo & bona fide, alterum longiſſimi temporis nempe triginta annorum, fundatum ſuper negligentia eius qui ſe proprietarium aſſerit & qui ideo videtur rem pro derelicto habuiſſe, Hæc 30. annorum præſcriptio

Præſcriptionum genera de iure Rom. quoad immobilia.

à Docto-

Præſcriptio 10. annorum.

à Doctoribus appellatur odioſa, quia in odium negligentiæ eſt introducta, vt vitetur miſerorum ſegnities, longi temporis error & confuſio, *c.vigilanti, de præſcript.* Ideo definitur præſcriptio ius quoddam ex tempore congruens, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens, Ioh. Andr. *in cap.poſſeſſ.colum.4.de reg. iur.in 6.* Abb Felin. & alii *in rubr. de præſcript.* Tamen vt plurimùm fundatur præſcriptio ſuper taciro conſenſu eius, qui tandiu tacendo, & negligendo videtur à ſe abdicaſſe ius, & ei rei conſenſum, ac fidem accommodaſſe, *l.ſi ſub ſpecie,3.C.de poſt.l.* Nam qui tacet conſentit, & videtur fateri, Bart & alij *in l.1.C. de relat. & in l. ne in arbitris. C. de arbitr.* Fulgoſ. *in l.3.quando & quomodo iud.* Fab. *defin.8. num.9. C. quand. fiſc. vel priuat. &c.* conſentire enim videtur qui præſens non contradicit, *l.7.in fin.D.de decur.l.1. C.de filiisfam.lib.10. & qui non repugn.l.1.2. de ſponſal.* latè Menoch. *de præſumpt. lib. 6.num.20.* Cachet. *deciſ.Pedem.132.num 10.* Hoc tamen fallit in iis quæ damnum adferunt & incommodum, vt *vo: in l.ſi libus ſimilia:, §.inuitus, ff.de procurat. & l.qui vas, §.vetare, D. de fun.* Fachin. *controu.lib. 8.cap.64* Surd *deciſ.302.num.3.* Fallit etiam quando tacens contradicendo actum impedire non potuiſſet, *gloſ.in l.ſicut, §. non videtu, D.quib.mod pign.vel hypoth.ſoluat.* Surd. *deciſ.244 num.13.& deciſ.302.num. 2.* Denique fallit quando ius reſiſtit, Maſcard. *de probat.vol.3. concl.1153.num.52. in verb.patientia.*

Præſcriptio quid ſit

Qui tacet conſentit.

Actiones tranſeunt-ne ad hæredes actoris?

Actiones quæ tranſeunt in hæredes & quæ non.

Regulariter actio quæ datur defuncto etiam eius hæredibus datur, *l.hæredes,32. D.de acquir.hæred.* non ſolùm vt poſſint cœptam conteſtatam litem peragere, ſed etiam renouare. Excipiuntur pœnales actiones nondum inchoatæ, quæ non competunt hæredibus eorum qui paſſi ſunt maleficium.

Actiones tranſeuntne in hæredes rei?

Actio quæ data eſt aduerſus defunctum datur etiam aduerſus eius hæredem, *l.vn.C.vt act.ab hæred: & contr.hæred. l.creditores, 7. C de hæred.act.* niſi pœnalis ſit actio, & ex dolo defuncti agatur, *l.pupillum, 11.§.in hæredes, 1.D.de reg.iur: & §: non autem omnes,1.hic.* veluti actio furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni dati. Ratio autem cur actiones pœnales non tranſeunt in hæredes, eſt quia crimina ſequuutur authores, & morte extinguuntur, *l.2. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer.* debet enim pœna ſuos tenere authores, & non alios, *l.ſancimus,22.C.de pœnis.* nec alterius dolus aut culpa alteri nocere debet, *l.de pupillo,5.§.ſi plurium 5. D. de oper. nou. nunci.* Tum etiam quia pœna imponitur vt emendentur homines, ideo definitur pœna noxæ vindicta, *l.131. D.de verb.ſignific.* Niſi lis fuerit conteſtata *l.vn.C.de delict.defunct.* tunc crimina ſequuntur authorum hæredes, *l.poſt litis conteſtat. C.ex delictis.* nam litis conteſtatio efficit vt pœnales actiones tranſmittantur ab vtraque parte, *l.vltim.in fin.D.de fideiuſſ. nt.l.omnes, & l.ſciendũ, ff.de oblig. & act.* Niſi etiam aliquid ad hæredem ex defuncti delicto peruenerit, *l.quod diximus,116.§ fin. D quod met.cauſ. l.15 §.3.D quod vi aut clam. l.vn.C ex delict. defunct.* Ibi autem debet eſſe pœna vbi delictum, Fab *defin.1 C. vbi de crim. agi oport. & l.ſancimus,22.C.de pœnis, Conſt.*Carol. IX. 1566. *art.35.* Pap. *lib. 7.tit.7.art.44.* Debétque pœna commenſurari delicto, ne ſit maior pœna quàm delictum, *d.l.ſancimus, l.omnes peregrini, 10. C.commun.de ſucceſſ.* adeóque vnius delicti vna debet eſſe pœna, nemo ſiquidem pluribus pœnis pro vno delicto eſt afficiendus, Boet. *deciſ.304.num. 7.per gloſſ.in l.item quæritur, 13. §. item l. Iulianus, 4. D. locat.* Alexand *conſ.35.n.7.vol.2.*

Crimina ſequuntur authores.

Pœna.

Vbi delictum ibi pœna.

Vnius delicti vna pœna.

TITVLVS XIII.

DE EXCEPTIONIBVS.

TEXTVS.

SEQVITVR, vt de exceptionibus diſpiciamus. Comparatæ autem ſunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, vt licèt ipſa perſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit: tamen iniqua ſit aduerſus eum, cum quo agitur.

1 § Verbi gratia, ſi metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus, ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non debueras [promittere:] palam eſt, iure ciuili te obligatum eſſe: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax eſt: ſed iniquum eſt te condemnari. Ideóque datur tibi exceptio, quod metus cauſa, aut doli mali, aut in

factum compoſita ad impugnaudam actionem.

2 ¶ Idem juris eſt, ſi quis [quaſi] credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neq; oumerauerit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe eum, certum eſt: dare enim te oportet: quũ ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum, eſt eo nomine te condemnari: placet exceptioue pecuniæ non numeratæ te defendi debere, cuios tempora nos (ſecundùm quod iam ſuperioribus libris ſcriptum eſt) conſtitutione noſtra coarctauimus.

3 ¶ Præterea debitor ſi pactus fuerit cum creditore, ne à ſe pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, quam actor intendit. *Si apparet eum dare oportere.* Sed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

4 ¶ Æquè ſi debitor creditore deferente iurauerit, nihil ſe dare oportere: adhuc obligatus permanet, ſed quia iniquum eſt de periurio quæri: defenditur per exceptionem iuriſiurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè neceſſariæ ſunt exceptiones, veluti ſi petitore deferente poſſeſſor iurauerit eam rem ſuam eſſe, & nihilominus petitor eandem rem vindicet, licèt enim verum ſit, quod intendit, id eſt, rem eius eſſe, iniquum tamen eſt poſſeſſorem condemnari.

5 ¶ Item ſi in iudicio tecum actum fuerit, ſiue in rem, ſiue in perſonam: nihilominus obligatio durat: & ideò ipſo iure de eadem re poſtea aduerſus te agi poteſt, ſed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

6 ¶ Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quàm ex multis variiſque cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt.

7 ¶ Quarum quædam ex legibus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent, vel ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

8 ¶ Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales, & dilatoriæ.

9 ¶ Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur.

10 ¶ Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis eſt pacti conuenti, cùm ita conuenit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium, nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volentibus obiicitur exceptio aut pacti conuenti, aut alia ſimilis: differre debent actionem, & poſt tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur. Alioqui ſi intra tempus egerint, obiectáque ſit exceptio: neque eo iudicio quicquam conſequebantur, propter exceptionem, neque poſt tempus olim agere poterant: cùm temere rem in iudicium deducebant, & conſumebant, qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus, ſed eum, qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre auſus ſit, Zenonianæ conſtitutioni ſubiacere cenſemus, quam ſacratiſſimus legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: vt & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit: in duplum habeant ij, qui talem iniuriam paſſi ſunt: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: vt actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obſeruare.

11 ¶ Præterea etiam ex perſona ſunt dilatoriæ exceptiones, quales ſunt procuratoriæ, veluti ſi per militem aut mulierem agere quis velit. Nam militibus, nec pro patre, vel matre, vel vxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri conceditur: ſuis verò negotiis ſupereſſe ſine offenſa [militaris] diſciplinæ poſſunt. Eas verò exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipſius procuratoris opponebantur: cùm in iudiciis frequentari nullo modo perſpeximus, conquieſcere ſancimus: ne dum de iis altercatur, ipſius negotij diſceptatio proteletur.

Quid eſt exceptio & quomodo appellatur aliàs?

QVoniam fieri poteſt vt contra ius & æquum mota ſit actio, *in princip. hic.* & potiùs temerè quàm legitimè litigandi gratiâ, ideo expoſitis actionibus, agendum ſequitur de exceptionibus, quibus actorum intentiones pulſantur & refutantur: eſt enim exceptio, clypeus & ſcutum quo legitimè ſe tuetur, ſicuti actio ſunt tela & arma actoris, *gloſ. perſequendi, in princ. hic.* Referendus eſt iſte *tit. ad tit. D. de except. præſcript. & præiud. & ad tit.* C. *de except. & præſcript.* Connexio.

Exceptio autem definitur excluſio quæ opponi actori cuiuſque rei ſolet ad Exceptio. eludendum id quod in intentionem condemnationémque deductum eſt, breuiter eſt actionis excluſio, vel eliſio, *in princ. hic. l. 2. ff. de except.* Vel definitur contradictio, quæ modò eximit reũ damnatione, modò minuit damnationem *l. 22. ff. eod.* aliàs appellatur præſcriptio generaliter ſumpta, vt in *tit. de except. præſcript. & præiud. l. qui cum tutoribus*, 9. *D. de tranſact. l. iudicata*, 29. D. *de except. rei iudic.* vel ſpecialiter ſumpta pro exceptione peremptoria tantùm, aliàs appellatur defenſio, Vulrei. & Giphan *ad princ. hic.* quia introducta eſt ad defendẽdum eos, cum quibus agitur, & ad depellendam

atque

atque ſubmouendā actoris intentionem, ideo reus appellatur defenſor, qui excipiendo actoris partibus fungitur, *l.19.C. de probat.*

Exceptio eundem repellit quem de iure & actione tenet actio. Nota obiter exceptionem repellere eundem quem de iure & eutiione tenet actio, *l.vindicantē,17.cum l.ſeq.ff. de except. l.exceptione doli.11.& l.ſiue poſſ ſio,14. C. de euict. Tiraq.de retract.lign.§.1.gloſ.9.n 33. Boer.deciſ.23. Negoſ.de pign. p.5. memb.1. n.53.*

Quænam eſt prima exceptionis diuiſio?

Hæc, vel enim eſt dilatoria, vel declinatoria vel peremptoria, vel anomala, *§. perpetuæ,9.hic.*

Quid eſt dilatoria?

Exceptio dilatoria. Dilatoria eſt quæ opponitur ad differendam ſolutionem ſiue ex pacto noſtro, ſiue ex lege publica, ſiue ex iudicis decreto a nobis competat, ideo temporalis appellatur, eo quod cauſam non extinguat aut perimat, ſed differat ad certum tempus, *§. temporales, 9.hic.* v.g. cùm pactum eſt de non petendo ad tēpus, vel quandiu vſuræ ſoluentur: prout in *deſin. 4. Fab. C.de pact.* vel ſi obligatio ſit in diem,& ſub conditione concepta, & ante diem agatur, vel ante impleram conditionem, *d.§.temporales hic.* Hæc exceptio opponi debet ante litem conteſtatam,& in ipſo limine, *l.ita demum,13.C. de procurat. l. ſi quis aduocatus,12 C.de except.ſeu præſcript.l.penult.& vlt.ff.de except. Gloſ.Bart. & alij, in l.exceptionem, 19. C.de probat.* & hàc non ad cauſam ipſam actionis propoſitæ reſpondetur, ſed lis aliò transfertur.

Dilatoria opponitur ante litē conteſtatam.

Quid eſt declinatoria?

Exceptio declinatoria. Declinatoria eſt quæ opponitur ad declinandum forum, vel etiam perſonam iudicis incompetentis, hàc námque exceptione reus petit ad ſuum iudicem remitti, & ne alibi conueniatur quàm coram ſuo iudice, *l.fin C.de except.* Vnde regula iuris, Actor forum rei ſequitur in actionibus perſonalibus, *l.2.C. de Iuriſdict.omn.iudic.& for.compet.l.vlt. C. vb. in rem actio*, quæ etiam in pœnalibus & criminalib⁹ valet, *l.1.C.vb.de crim. ag. oport. l. in criminali 5. C. de Iuriſdict. omn. iudic.* graue enim eſt litigare coram Iudice ſuſpecto, *l.apertiſſimi,C.de Iudic.* Si tamen conuentum ſit, non nudo pacto, ſed in inſtrumento cum ſolenni ſtipulatione de litigando coram Iudice

Actor ſequitur forum.

Quando eſt coram Iudice ſuſpecto litigare.

aliquo, non erit à conuentione diſcedendum, *l.ſi quis in conſcribendo, C. de pactis.* In actionibus realibus actor ſequitur iudicem loci in quo bona ſita ſunt, aut reperta, *l.fin.C.vbi in rem actio.* Vnde extat regula iuris, quòd extra territoriū ius dicenti non paretur, *l.vlt.ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.cum vnus,12.§ penult.ff.de bō. auth. iud. poſſid.* Vide *ſupr. quib. mod. toll. oblig.& ſupr.quib.mod.re contrah.obl g.quæſt. ſ biam, & in qua moneta reſt. eſt in leb.* Iura ergo iubent ibi peti rem vbi eſt, ſiue perſonali, ſiue reali actione agatur, *l. quod legatur,ff. de iudic. l.ſi rem,cum l.ſeq.ff.de rei vind.* Hæc tamen regula, actor ſequitur forum rei, fallit in multis, vt fusè tradit *Dambou. in prax. c.53.* Exceptio hæc ſemper ante litem conteſtatam opponi debet, *l.fin.C.de except.l.ſi emptoris,2 C. ſent. reſcind. non poſſ.* quia ſtatim atque aliquis in iudicem aut forum conſenſit, ampliùs declinare nequit, *l.apertiſſimi.16. C.de iu d.d.l.fin.C.de except.l.ſed etſi,52 C.de Iudic. Mynſing. 4. obſeru. 27.* nam vbi cœptum iudicium ibi finiri debet, *l.vbi acceptum,30.ff.de iudic.l.nemo, 4. C de Iuriſdict. omn. iud.* De competentia Iudicis, latè *Fab. tot. tit. C. de Iuriſdict. om. iudic. &c.* His tamen non obſtantibus cauſæ in aliquo Parlamento pendentes euocari poſſunt ad Conſilium Principis, vt latè *Iaſon. conſ. 144. n. 1. & 2. ſub finem, ſed præmiſſis non obſtantibus, n.3. & ſeq.vol.3. Couarr.lib.1.pract.quæſt.cap.9.r.3.* nam qui dat Iuriſdictionem poteſt eam tollere, *Nouell.de defen.Ciuit.15.cap.interim,1.§. ſuſtinendum, vlt.in fin.*

Declinatoria ſemper opponitur ante litem conteſtatam.

Vbi cœptū iudicium ibi finiri debet.

Euocatio.

Hic notandum iſtam exceptionem non habere locum in tributis & impoſitionibus, & cùm agitur de pecuniis fiſcalibus, *l.2. verſ. penult. C. vbi quis de Curia. & l.vn.C. in quib.cau.militon l.ic. de Pena.in l.1.C.de callat.fundo fiſcal.lib.11.*

In quibus declinatoria nō habeat locū.

Quid eſt peremptoria?

Exceptio peremptoria. Peremptoria eſt quæ litem, & ius actoris perimit, atque confundit, *§. perpetuæ, 8. hic. l. & tertium, 70.ff. de iud.* impedítque ingreſſum litis, neque actor ampliùs audiendus eſt, *l. cauſas,16.C.de tranſactionibus.Bert.& alij in l.eleganter.23.§.ſi quis,3.ff.de condit. indeb.& not.int.cùm quæreretur, 13.ff. de iudic.ſolu.* proteſtatione nullo modo obſtante, quę poſt litem iam conteſtatam fruſtrà fit, quoniam in iudiciis quaſi contrahitur, *§.illud,in auth.de exhib.reis,l.3. §. idem ſcribit, ff. de pecul.* fitque quædam nouatio,

Proteſtatio.

l. eliom, 29. *ff. de nonat. l. non ſolet*, 86. *ff. de reg. iur.* nec pœnitentiæ locus eſt, *auth. qui ſemel*, C. *quom. & quan. iud.* adde quòd proteſtatio debeat præcedere, non ſequi actum, *l. fin.* §. *item ſi prædixerit*, *ff. naut. caup. ſtab. l. & ſi pupillus*, 11. §. *de quo ff. de inſtit. act.* Peremptoriæ exceptiones ſunt, v. g. exceptio præſcriptionis, rei iudicatæ, §. *item ſi iudicio*, 5. *hic.* ſi idem ſit corpus, eadem quantitas, idem ius, eadem cauſa petẽdi, *l.* 12. *l.* 13. *ff. de except. rei iudic.* tranſactionis, quæ eſt rei dubiæ vel incertæ conuenta compoſitio, *l. cum mota*, 6. *C. de tranſact. l.* 1. §. *conuentionis*, 3 *ff. de pact. l.* 1. *ff. de tranſact.* præeunte compromiſſo, quo patres ſponte ad arbitros litẽ ſuam remittunt, aut pœnâ adiectâ per ſtipulationem, ſi eorum arbitrio paritum non ſit, aut non adiectâ, *l. diem proferre*, 27. §. *fin. ff. de recept. arb.* ita vt à ſententia ab arbitris lata prouocare non liceat quin prius ſoluatur pœna, quæ repeti nequit, licèt ſententia infirmetur, *Expiſt. cap.* 2. *ita iudicatũ refert Grattanopoli, iuxta Cõſt. Lud. XII. an.* 1512. *art.* 34. *Carol. IX.* 1561. quod iuri communi conſentaneum eſt, *l. diẽ proferre*, §. *ſi cui ff. de a. l.* 1. C. *eod.* Itẽ exceptio ſolutionis, iuriſiurandi, §. *atque ſi debitor*, 3. *hic.* pacti conuenti, de non petendo, §. 2. *&* §. *appellantur*, 8. *hic.* exceptio doli & metus, quando dolo inductus fuit reus, & metu ad contrahendum coactus, *l.* 2. §. 1. *ff. de dol. mal. except.* SC. Macedoniani, SC. Velleiani, cùm mulier ex cauſa obligationis pro alio ſuſceptæ conuenitur, *tot. tit. ff. & C. ad Vellei.* nam ſi donauerit, aut alienauerit, aut ſoluerit, non ei ſuccurret SC. ſed tantùm ſi ſe obligauerit, aut interceſſerit pro marito, aut alio, *Fab. defin.* 3. *C. ad SC. Velleian.* Si tamen ſe obligauit pro marito incarcerato, non ex cauſa æris alieni, ſed delicti, aut ſi ſe depoſitariũ cõſtituit eùm iudicari executor in forum deportare volebat ex domo mariti pignora, non iuuabitur SC. Velleian. *Fab. defin.* 17. *C. ad SC. Velleian.* neque iuuabitur ſi negotietur & artem cauponariã exerceat, & incarcerari poterit, *Rebuff. de lit. Oblig. n.* 31. Aliæ ſunt exceptiones peremptoriæ, vt in §. *alioquin*, 6. *hic.* Harum exceptionum peremptoriarum plures ad eundem finem tendentes ſimul proponi poſſunt, *Maſuer. Pract. tit. de except. n.* 11. etiam contrariæ *l. nemo prohibetur*, & *ibi Soc. poſt Bart. ff. de except.* tamen conditionaliter & ſucceſſiuè, *Maſuer.* 16. *n.* 18. Exceptio peremptoria in quocunque ſtatu litis poteſt opponi, nempe & ante, & poſt litem conteſtatam, *l.* 2. *C. de ſent. reſcind. non poſſ. Dd. in l. nam & poſteà*, *ff. de iureiur.* vſque ad ſententiam definitiuam tantùm, poſt eam non item, *l. peremptorias*, 2. *C. ſent. reſcind. non poſſ.* exceptis paucis caſibus, quos ſeptem numero congerit Accurſius ad *l.* 3. *C. ſent. reſcind. non poſſ.* cuiuſmodi eſt exceptio SC. Macedoniani, *l. tamen*, 11. *ff. ad SC. Maced.* & exceptio quatenus quis facere poteſt, *l. ex diuerſo*, 17. §. *ſi in iudicio*, *ff. ſolut. matrim.* Miles tamen, minor, Eccleſia, fiſcus admittuntur ad proponendam exceptionem peremptoriam poſt ſententiam; vt probat *Maſu. Pract. tit. de except. n.* 17.

Variæ exceptiones peremptoriæ. — *Tranſactio.* — *Compromiſſum.* — *SC. Velleianum.* — *Caſus exceptus à SC. Vel.* — *Exceptiones plures opponi poſſunt, etiã contrariæ.* — *Exceptio peremp. in quocunque ſtatu litis poteſt opponi.*

Quid eſt anomala?

Exceptio anomala eſt, quæ non ſequitur normam aliarum, nec ſimpliciter dilatoria, nec ſimpliciter peremptoria eſt, ſed ſecundùm quid eſt vtriuſque particeps, ideo appellatur mixta, cuiuſmodi eſt exceptio ne quis conueniatur niſi in quantum facere poteſt, *l. ſunt qui*, 16. & *l. ſeq. ff. de re iudic.* item exceptio non numeratæ pecuniæ, §. *idem iuris*, *hic.* dotis cauſæ, non numeratæ, non factæ excuſſionis, §. *appellantur*, *hic.* Iſta exceptio opponi poteſt in quacunque litis parte, ante & poſt ſententiam, *gloſ. in* §. *appellantur*, 8. *hoc tit.*

Exceptio anomala.

Quænam eſt ſecunda exceptionum diuiſio?

Hæc, in legitimas ſiue ciuiles, & prætorias. Illæ, ex legibus, vel ex iis quæ legis vicem obtinent: hæ, ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt, § 7. *hic.* legitimæ perpaucæ ſunt, vt exceptio Epiſtolæ diui Hadriani, §. *ſi plures*, 4. *ſupr. de fideiuſſ.* exceptio SC. Macedoniani, & SC. Velleian. Prætoriæ multæ ſunt vt patet ex *princ. hic.*

Exceptiones legitimæ, & Prætoriæ.

Quænam eſt tertia diuiſio?

Diuiduntur adhuc exceptiones in perſonales, quæ perſonæ cohærent, & dantur debitori, qui bonis ceſſit, ſocio, marito, & aliis, vt non teneantur vltra id quod facere poſſunt, §. *prætereà*, 36. *ſupr. de act.* & reales quę rei cohærẽt, & cauſam perimunt, cuiuſmodi ſunt omnes peremptoriæ *l. exceptiones*, 7. *ff. de exception.*

Exceptiones perſonales. — *Exceptiones reales.*

Quæ eſt origo, & quis finis exceptionum?

Ori-

Origo exceptionis. Origo eſt æquitas,ſeu iniquitas actionis,nam actiones omnes & exceptiones ex naturali promanarunt æquitate,contra ſtricti iuris rationem, *l. Marcellus*, 66. *ff. de reg. iur. l.* 1. §. 1. *ff. de dol. mal. except.*

Finis exceptionis. Finis exceptionum, eſt reorum defenſio, exceptionibus enim repelluntur actores,& aduerſus eos ſeſe muniunt, atque tuentur rei.

Quibus & aduerſus quos competunt exceptiones?

Exceptiones iis competunt quib. actiones. Competunt omnibus quibus competunt actiones *l. inuitus*, 198. §. 1. *ff. de reg. iur.* imò cui conceditur actio multò fortiùs, exceptio, *l.* 1. §. *qui ſuperficiem, ff. de ſuperfic. Surd. conſ.* 377. *n.* 45. Dantur aduerſus *Aduerſus omnes dantur.* omnes actores, deinde aduerſus defuncti & authoris ſucceſſores, niſi ex dolo vel delicto authoris exceptio obiiciatur,hæc enim ſucceſſori non obſtabit, *l. apud Celſum*, 4. §. *de authoris*, 27. *ff. de dol. mal. except.*

Quandiu competit exceptio?

Omnis exceptio perpetua eſt,cui nulla temporis præſcriptio obſtat,quamuis ex eadem cauſa agenti obſtaret præ- *Tẽporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.* ſcriptio,vnde Regula,Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, *l.* 5. §. *vlt. ff. de dol. except.*

TITVLVS XIV.

DE REPLICATIONIBVS.

TEXTVS.

INTERDVM euenit, vt exceptio, quæ prima facie iuſta videtur, [tamen] iniquè noceat, quod cùm accidit: alia allegatione opus eſt, adiuuandi actoris gratia,quę replicatio vocatur,quia per eã replicatur, atque reſoluitur ius exceptionis: veluti cùm pactus eſt aliquis cum debitore ſuo,ne ab eo pecuniam petat, deinde poſtea in contrarium pacti ſunt,id eſt, vt creditori petere liceat:ſi creditor agat,& excipiat debitor, vt ita demum condemnetur, ſi non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat:nocet ei exceptio: cõuenit enim ita,nãmque nihilominus hoc verum manet, licèt poſtea in contrarium pacti ſunt, ſed quia iniquum eſt creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto conuento.

1 ¶ Rurſus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iuſta eſt, iniquè noceat, quod cùm accidit,alia allegatione opus eſt, adiuuandi rei gratia,quæ duplicatio vocatur.

2 ¶ Et ſi rurſus ea prima facie iuſta videatur, ſed propter aliquam cauſam actori iniquè noceat: rurſus alia allegatione opus eſt, qua actor adiuuetur:quæ dicitur triplicatio.

3 ¶ Quarum omnium exceptionum vſum interdum vlteriùs,quàm diximus, varietas negotiorum introducit, quas omnes apertiùs ex Digeſtorum latiore volumine facile eſt agnoſcere.

4 ¶ Exceptiones autem,quibus debitor defenditur,plerumque accommodari ſolent etiam fideiuſſoribus eius,& rectè: quia quod ab iis petitur,id ab ipſo debitore peti videtur:quia mandati iudicio redditurus eſt eis, quod [ij] pro eo ſoluerint. Qua ratione, & ſi de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit, placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conuenti illis quoque, qui pro eo obligati ſunt,ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet,ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non ſolent his accommodari. Ecce enim debitor, ſi bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, ſi bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fideiuſſoribus non datur: ideo ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat,hoc maxime proſpicit, vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis,quos pro eo obligauit,ſuum conſequi.

Quid eſt replicatio?

PEr nomen exceptionis aliquando intelligimus replicationem, dupli- *Connexio.* cationem,triplicationem,quadruplicationem, quæ ſunt variæ vices quibus actotis & rei exceptiones exprimuntur: ideo referri debet iſte *tit. ad tit. ff. & C. de except.* Quia ergo interdum euenit, vt exceptio quæ primâ fronte iuſta videtur,tamen iniquè noceat, ideo adiuuãdi actoris gratiâ, aliâ allegatione opus eſt,quæ replicatio appellatur, de qua in hoc *tit. in princ.* Sic dicta, eo quòd te- *Replicatio.* ctam & implicatam exceptionis iniquitatem replicet atque patefaciat. Per eam primæ exceptionis ius reſoluitur, & eſt quaſi exceptionis exceptio, vel depulſio ſiue reſolutio *in princ. huc. l.* 2. §. 1. *ff. de except.* & ſemper in eum finem obiicitur vt exceptionem impugnet, *l.* 2. §. 1. *ff. de except.* quòd autem replicatio ſit etiam exceptionis quædam exceptio à parte agentis, probatur ex *l.* 2. §. *replicationes nihil aliud ſunt quàm exceptiones, ff. de except.* & ex *l. non exceptionibus*, 10 *C. eod.* Contra replicationem vtitur reus du- *Duplicatio.* plicatione, quæ eſt rei allegatio,ad infirmandum replicationem actoris, elidendum aut annihilandum.Contra duplicationem ſi adhuc tueri ſe poſſit actor,vtitur triplicatione: contra tripli- *Triplicatio.* cationem rurſus quadruplicabit reus ſi

poſſit, atque ita deinceps, donèc nihil ampliùs ſuperſit deducendum quod antè deductum non ſit, tamen adhibetur iſtis allegationibus modus, ita vt vltra quadruplicationem raró admittantur vlteriores altercationes niſi facti nouè ab alterutro allegati ſuadeat qualitas, & reo ſemper remanet vltima ac poſtrema reſponſio, *l.2.§.illud, ff. de except.*

Competúntne etiam fideiuſſoribus variæ iſtæ exceptiones?

Fideiuſſorib. an prædictæ exceptiones competant.

Competunt, ſi rei cohærent, *l.7.§.1.ff. de except.§.exceptiones, 4.h.t. l. defenſiones 11.C. de except. l. ſi ſtipulatus, 15. in princ. l. 49. ff. de fideiuſſ.* Niſi allegatio ſit perſonalis quæ perſonæ cohæreat, hæc enim fideiuſſori danda non eſt, *l. exceptiones, in princ. 7. ff. de except.* niſi etiam allegatio ſit de eo in quantum facere poteſt, *gl. 2. in §. fin.* aut ceſſionis bonorum, *§ fin. hic.* aut niſi pro minore 25. annis aliquis fideiuſſerit, *l. 13. ff. de fideiuſſ.* Sunt ergo iſtæ allegationes duplicis generis, vel enim rei cohærent & cauſam perimût, cuiuſmodi ſunt omnes peremptoriæ, vt dictum eſt in ſuperiori titulo, & debitori ac fideiuſſori competunt, poteſt enim fideiuſſor omnibus illis exceptionibus vti quæ principali debitori competunt, *l. 2. ff. qua res pign. oblig. non poſſ. l. omnes, 19. ff. de except.* Vel cohærent tantùm perſonæ, vt allegatio ne quis conueniatur vltra quam facere poteſt, & allegario illius qui ceſſit bonis, eiuſmodi enim exceptiones & allegationes conueniunt debitori, non etiã fideiuſſori, & his tantùm perſona ab obligatione ſubducitur, non etiam extinguitur obligatio *l. fin. ff. de duob. reis, l. in fraudem, 45. § ſi principalis, 11. ff. de iur. fiſc. l. 1. C. de fideiuſſ.* Ratio eſt, quia beneficium perſonæ conceſſum perſonam nõ egreditur, *l. priuilegia, 196. ff. de reg. iur.* Quod exemplis clarius fiet. Rei pactum de non petendo prodeſt fideiuſſori, ita vt creditor neque à debitore, neque à fideiuſſore petere queat, quia tale pactum rei cohæret, *§. exceptiones, 4. verſ. qua ratione, hic.* Exceptio quæ datur illi creditori, qui ceſſit bonis non datur etiam fideiuſſori, *§. eodem. verſ. ecce enim debitor, hic.* Ratio eſt, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè conſiderat, vt cùm facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis quos pro eo obligauit ſuum conſequi, *ibid.*

TITVLVS XV.

DE INTERDICTIS.

TEXTVS.

SEQVITVR, vt diſpiciamus de interdictis ſeu actionibus, quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maximè fiebat, cùm de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

1 ¶ Summa autem diuiſio interdictorum hæc eſt: quòd aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri, veluti vim ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti, quo ei ius erat inferendi: vel in ſacro loco ædificari, vel in flumine publico ripáve eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet, veluti bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet [ex ea hæreditate:] aut cùm iubet ei, qui vi de poſſeſſione fundi deiectus ſit, reſtitui poſſeſſionem. Exhibitoria ſunt, per quæ iubet exhiberi: veluti eum, cuius de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in poteſtate eius ſunt. Sunt tamen, qui putent, propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt, quia interdicere ſit denuntiare & prohibere: reſtitutoria autem & exhibitoria, propriè decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur.

2 ¶ Sequens diuiſio interdictorum hæc eſt, quòd quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

3 ¶ Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum adcommodatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur, *quorum bonorum*, eiúſque vis & poteſtas hæc eſt: vt quod ex his bonis quiſque, quorum poſſeſſio alicui data eſt, pro hærede aut pro poſſeſſore poſſideat: id ei cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere debeat. Pro hærede autem poſſidere videtur, qui putat ſe hæredem eſſe. Pro poſſeſſore is poſſidet, qui nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totam hæreditatem, ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet. Ideo autem adipiſcendæ poſſeſſionis vocatur interdictum: quia ei tantùm vtile eſt, qui nunc primum conatur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaque ſi quis adeptus poſſeſſionem, amiſerit eam: hoc interdictum ei inutile eſt. Interdictum quoque, quod appellatur Saluianum, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt: eóque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet.

4 ¶ Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt interdicta, *vti poſſidetis, & vtrubi?* cùm ab

vtraque

vtraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit: & antè quæratur vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat. Námque niſi antè exploratum fuerit, vtrius eorum poſſeſſio ſit: non poteſt petitoria actio inſtitui: quia & ciuilis, & naturalis ratio facit, vt alius poſſideat, & alius à poſſidente petat. Et quia longè commodius eſt [& potius] poſſidere, quàm petere: ideo plerumque & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione. Commodum autem poſſidendi in eo eſt, quod etiam ſi eius res non ſit, qui poſſidet: ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet [in] ſuo loco poſſeſſio, propter quam cauſam cùm obſcura ſunt vtriuſque iura: contra petitorem iudicari ſolet. Sed interdicto quidem *vti poſſidetis*, de fundi vel ædium poſſeſſione contenditur: *vtrubi* verò interdicto, de rerum mobilium poſſeſſione. Quorum vis ac poteſtas plurimam inter ſe differentiam apud veteres habebat. Nam *vti poſſidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore poſſidebat: ſi modò nec vi, nec clàm, nec precario nactus fuerat ab aduerſario poſſeſſionem: etiam ſi alium vi expulerat, aut clàm arripuerat alienam poſſeſſionem, aut precariò rogauerat aliquem, vt ſibi poſſidere liceret, *vtrubi* verò interdicto is vincebat, qui maiore parte eius anni, nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduerſario poſſidebat. Hodie tamen aliter obſeruatur. Nam vtriuſque interdicti poteſtas (quantum ad poſſeſſionem pertinet) exæquata eſt: vti ille vincat, [&] in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſſionem nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduerſario litis conteſtatæ tempore detinet.

5 ¶ Poſſidere autem videtur quiſque, non ſolùm ſi ipſe poſſideat, ſed & ſi eius nomine aliquis in poſſeſſione ſit, licèt is eius iuri ſubiectus non ſit, qualis eſt colonus & inquilinus. Per eos quoque, apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodauerit, ipſe poſſidere videtur. Et hoc eſt, quod dicitur, retinere poſſeſſionem poſſe aliquem per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſſione. Quinetiam animo quoque ſolo retineri poſſeſſionem placet, id eſt, vt quamuis neque ipſe ſit in poſſeſſione, neque eius nomine alius: tamen ſi non relinquendæ poſſeſſionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit, retinere poſſeſſionem videatur. Adipiſci verò poſſeſſionem per quos aliquis poteſt, ſecundo libro expoſuimus. Nec vlla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſſionem nemo poſſit.

6 ¶ Recuperandæ poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *vnde vi*, per quod is, qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licèt is ab eo, qui vi deiecit, vi vel clàm vel precariò poſſideat. Sed ex conſtitutionibus ſacris (vt ſuprà diximus) ſi quis rem per vim occupauerit, ſiquidem in bonis eius eſt, dominio eius priuatur, ſi aliena, poſt eius reſtitutionem, etiam æſtimationem [rei] dare vim paſſo compellitur. Qui autem aliquẽ de poſſeſſione per vim deiecerit: tenetur lege Iulia de vi priuata aut de vi publica, ſed de vi priuata, ſi ſine armis vim fecerit: ſin autem cum armis eum de poſſeſſione vi expulerit, de vi publica. [tenetur] Armorum autem appellatione non ſolùm ſcuta, & gladios, & galeas, ſed & fuſtes, & lapides ſignificari intelligimus.

7 ¶ Tertia diuiſio interdictorum hæc eſt, quòd aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. Simplicia ſunt, veluti in quibus alter actor, alter reus [eſt]: qualia ſunt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Nã actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui: reus autem is eſt, à quo deſideratur, vt reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti cùm prætor prohibet in loco ſacro, vel in flumine publico ripáve eius aliquid fieri. Nam actor eſt, qui deſiderat, ne quid fiat: reus eſt, qui aliquid facere conatur. Duplicia ſunt, veluti *vti poſſidetis* interdictum, & *vtrubi*. Ideo autem duplicia vocantur, quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipuè reus vel actor intelligitur: ſed vnuſquiſque tam rei, quam actoris partes ſuſtinet.

8 ¶ De ordine & vetere exitu interdictorum ſuperuacuum eſt hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) non eſt neceſſe reddi interdictum: ſed perinde iudicatur ſine interdictis, ac ſi vtilis actio ex cauſa interdicti reddita fuiſſet.

Quid eſt interdictum, & vnde dictum?

QVoniam pro interdictis competunt extraordinariæ actiones, ideo de illis agendum ſequitur, de quibus in *tot. lib. ff. 43. & in tt. 9. priorib. lib.* 8. C. Interdictum vetus, definitur Quædam verborum formula atque conceptio quâ Prætor aut iubebat aut prohibebat aliquid fieri, in *princ. huc.* Interdictum iuris noui & Iuſtinianei, definitur actio perſonalis Prætoria de poſſeſſione ferè vel adipiſcenda vel retinenda, vel recuperanda, *Gipban. ad princ. huc.* appellatum fuit interdictum ab interdicendo, vel interim dicendo, *id eſt*, prohibendo, vel potiùs & meliùs à teipſa & forma interdicendi, quoniam inter duos litigantes de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione dicuntur interdicta, quæ facti ſpeciem non decidunt, ſed quomodo de ea iudicandum ſit Iudicem inſtruunt, vt interim cognoſcat interloquendo dum de proprietate diſceptatur, penes quem remanere debeat poſſeſſio: ita vt duplex ſit actio, ſiue quæſtio, vna poſſeſſionis, de qua vt plurimùm interdictum eſt introductum, altera proprietatis. Poſſeſſio eſt rei corporalis detẽtio, & vſus, vt fundi, ædium, & ſimilium, *l. 3. in princ. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* vide *ſupr. de vſucap. & long. temp. præſcr. quæſt. Ad hoc vt vſucapio procedat quænam requirantur.* Quaſi poſ-

Connexio.

Interdictũ vetus quid.

Interdictũ iuris noui.

Poſſeſſio quid ſit.

Quaſi poſſeſſio. ſeſſio eſt incorporalis rei vſus, incorporalis autẽ res eſt vſusfruct⁹, ſeruitus, & ſi quæ talia ſunt, *l. ſequitur*, 4. §. 27. *ff. de vſucap.* *Poſſeſſio ciuilis. Poſſeſſio naturalis.* Poſſeſſio duplex eſt, ciuilis & naturalis: illa in iure conſiſtit cum domini affectione, hæc in corpore, ſine iure & affectione domini, *l. nemo*, 10. *C. de acquir. vel retin. poſſ.* Cùm igitur inter duos aliquos de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione controuerſia eſt, Prætorem adeunt illi, ac totam rem ipſi exponunt, quoniã in eiuſmodi controuerſiis ſæpè contingit cædes fieri, & vulnera inſligi, & ad manus veniri, eo quòd potior ſit poſſidentis conditio: ille enim releuatur ab onere probandi, & pro eo ſemper præſumitur quòd res ipſius ſit, donec contrarium ab actore probetur: Iudex autẽ de iure poſſeſſionis, aut quaſi poſſeſſionis cognoſcit, vſque dum de petitorio, quod dicitur, aut proprietatis iure cõſtet, & inhibet ne vis vlla poſſidenti inferatur, & hæc cognitio interlocutoria, *Vindiciæ. Recredentia.* appellatur vindiciæ, *l. 2. §. cum placuiſſ. ff. de orig. iur.* & à Pragmaticis Recredentia, *id eſt*, in poſſeſſionem miſſio, causâ ſecundorum fructuum, quaſi rei credentia, quòd res, fructus, & poſſeſſio rei vni potiùs credatur, & adiudicetur quàm alij, *Ioh. Imbert. in Enchirid. in verb. minor. Rebuff. in proœmio Conſtit. gloſ. 5. n. 105.* ei nempe qui meliorem habuerit titulum.

Quid ſunt Saiſina, complainta, & manutenentia?

Præter vocabulum Recredentiæ, ſunt alia vocabula, in Gallia potiſſimùm vſitata, & cognitu neceſſaria in poſſeſſorio negotio, etiamſi non ſatis latina ſint, *Saiſina.* vt Saiſina, complainta, & manutenentia. Saiſina, eſt poſſeſſio vniuſcuiuſque licita, quæ vnicuique ius ſuum poſſeſſionis tribuit, & vnumquemque in ius poſſeſſorium aſſerit, & ſaiſinat, ſiue ſit hæres inſtitutus, ſiue emptor, ſiue aliter rẽ *Cõplainta.* aliquam per annum poſſederit. Complainta, eſt quædam Principis conceſſio alicui data, conquerenti quòd per pacificam vnius anni & ampliùs poſſeſſionem ab aliquo in illa poſſeſſione perturbatus fuerit, vt à Iudice in ſuam poſſeſſionem aſſeratur, & turbatus reſtituatur. *Manutenentia.* Manutenentia, eſt quædam prouiſio, vel quoddam Principis aut Senatus beneficium, quo poſſeſſor retinetur & conſeruatur pacificus in ſua poſſeſſione, & in ea permanere iubetur, donec ſecus iudicatum fuerit, & cognitum ſit quis potiota habeat iura, *Damhond. prax. cap. 34. cum 7. ſeqq.*

In hoc differunt complainta & manutenentia, quòd in illa ſit turbatio præcedens, & actualis, in hac nõ item, *Guid. Coquill. in quæſt. & Reſponſ. 234.*

Quænam eſt prima Interdictorum diuiſio?

In Interdicta exhibitoria, prohibitoria, & reſtitutoria, §. *ſumma autem*, 1. *hic. l. 1. §. interdictorum autem*, 1. *ff. de interdictis.*

Exhibitoria ſunt per quæ Prætor iubet exhiberi, veluti eum de cuius libertate agitur, aut libertum cuius patronus operas indicere velit, aut parenti liberos qui in eius poteſtate ſunt, §. 1. *hic.* Finis huius Interdicti eſt, vt perſona liberа detenta priſtinam recuperet libertatem, *tot. tit. C. de lib. exhib.* vel etiam tabulæ teſtamentariæ illi exhibeantur cuius intereſt, *l. vn. C. de tabul. exhib.* *Interdicta exhibitoria.*

Prohibitoria ſunt quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim poſſidenti ſine vitio, vel mortuum inferenti quò ei ius erat inferendi, vel in ſacro loco ædificari, aut in flumine publico ripáve eius aliquid fieri quò peius nauigetur. *Interdicta prohibitoria.*

Reſtitutoria ſunt, quibus Prætor iubet aliquid reſtitui, veluti bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet ex ea hæreditate, §. 1. *hic.* *Interdicta reſtitutoria.*

Quænam eſt ſecunda Interdictorum diuiſio?

In interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis, retinendæ, & recuperandæ, §. *ſequẽs*, 2. *hic.* quæ diuiſio ſumpta eſt à materia Interdictorum, videlicet poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione acquirenda, conſeruãda, vel amittenda, *l. fin. ff. de legib.* vnde hæc tria interdicta vocantur à Practicis, iudicia poſſeſſoria.

Quomodo differunt hæc tria interdicta?

Sic, adipiſcimur poſſeſſionem quam nunquam habuimus, retinemus quam habemus, & recuperamus quam habuimus, & à qua cecidimus.

Vbi notandum nos amittere non poſſe quod nunquam habuimus, priuatione habitum præſupponente, *l. manumiſſiones*, 4. *ff. de Iuſt. & iur. l. decem*, 116. *ff. de verb. obligat.*

Quid eſt Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis?

Interdictum adipiſcendæ poſſeſſio-

Interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis

nis eſt illud quo poſſeſsionem quá nunquam habuimus, conſequimur, *l.2 §. hæc autem, 3 verſ. adipiſcendæ, ff. de interdict. & §. adipiſcendæ, 3. hic.* quomodo autem acquitatur vel amittatur poſſeſſio, docet Bart. *in l.1. D. de acquir. poſſeſſ.*

Quot ſunt ſpecies interdicti adipiſcendæ poſſeſsionis?

Interdicti adipiſc. poſſ. ſunt ſex ſpecies.

Sex, I. Quorum bonorum. II. Quorum legatorum. III Saluianum interdictum. IV. Ex l. vlt. C de Edicto Diui Adriani tollendo. V. Ex l. 3. C. de pign. VI Ex iudicis officio.

Quodnam eſt interdictum quorum bonorum?

Interdictum quorum bonorum.

Eſt illud quod ei conceditur, cui ex Prætoris Edicto bonorum poſſeſsio data eſt aduerſus poſsidentem pro hærede, vel poſſeſſore, vt ab eo conſequatur poſſeſsionem illorum bonorum quæ teſtatoris, in cuius bonis ſucceſſit, mortis ſuæ tempore fuerunt, *§. adipiſcendæ, 3 hic. & l. 1. D. quor. bonor. l. hæreditatem, 1. C. quor. bonor.* Et eſt nihil aliud quàm petitio totius hæreditatis, quod enim de iure ciuili eſt petitio hæreditatis, illud de iure Prætorio eſt Quorum bonorum. Dicitur autem quorum bonorum, quia Edictum Prætoris his verbis incipit, *Quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſsio data eſt, &c.* Hodie in Gallia, *Le mort ſaiſit le vif*, de quo *Tiraquel. latè.* Hoc autem interdicto agens, probare debet teſtamentum ſolenniter factum fuiſſe, & ſe in illo hæredem fuiſſe inſtitutum, ſe vel adiiſſe, vel bonorum poſſeſsionem petiiſſe, necnon bona fuiſſe à teſtatore tempore mortis poſſeſſa, Fab. *defin. 1. C. quor. bonor.*

Quodnam eſt interdictum quorum legatorum?

Interdictum quorum legatorum.

Eſt, vt quod quis legatorum nomine, non ex voluntate hæredis occupauit, reſtituat hæredi, *l. 1. §. 2. D quorum legatorum* nempe vt adeptâ poſſeſsione ſibi falcidiam ſeruet & deducat per retentionem, *l. vn. C. quorum legator. & ibi gloſ. verb. vt ſ a retentione.* nemo enim ſibi ius dicere debet occupatis legatis, ſed ab hærede petere debet, *d. l. vn.* Hoc interdictum dicitur adipiſcendæ, quia locum habet ſi legatarius occupando præuenit hæredem, qui rei legatæ nunquam habuit poſſeſsionem: ſi ergo legatarius non reſtituit legatum, in id quod intereſt debet condemnari, *l. fin. §. ex hoc interdicto, ff. quor. legat.*

Quodnam eſt interdictum Saluianum?

Interdictum Saluianum.

Interdictum iſtud introduxit Prætor Saluius Iulianus, & eſt illud quod ſuccurrit fundi domino contra colonum & eius hæredem, vt adipiſcatur poſſeſſionem illarum rerum, quæ in fundum locatum illatæ & inuectæ fuerint, idque pro penſione fundi locati præſtanda, *l. 2. ff. in quibus cauſis, pign. vel hypoth. tac. contrah. §. item Seruiana, 7. ſupr. de act. l. 1. in princ. & tot. tit. ff. de Salu. interd.*

Quomodo differt actio Seruiana ab interdicto Saluiano?

Actionis Seruianæ & interdicti Saluiani differentia.

Sic, actio Seruiana in eum ſolum caſum datur, vt ſi quid in prædium conductum illatum ſit ex prædio conductoris, iſtud tanquam pignus locatoris vel à conductore, vel à quouis alio poſſeſſore peti poſsit, *§ item Seruiana, ſupr de action. & ib. gloſ.* Sed ſi quid aliud, quod in bonis conductoris cùm inferretur in prædium non fuit ſed illud tantùm in poſſeſsione ſua habuit, in prædium conductum illatum eſt, illud interdicto Saluiano petere queat locator ſibi tanquam ſuum pignus concedi, *D. de Saluia. interdict.* Deinde actionis Seruianæ iudicium in rem eſt, & ſic petitorium, *l. ſi cum venditor, 66. ff. de evict.* nempe quod aduerſus rerum illararum poſſeſſores competat, *l. 1. C. de prec. & Salu. interd.* interdictum verò Saluianum poſſeſſorium ſit nimirum poſſeſsionis rerum coloni, dominis rei locatæ tacitè obligatarum, *l. 1. & 2. ff. de ſalu. interdict.*

Quodnam eſt intetdictum, *ex l. vltim. C. de edict. Diui Adriani tollendo?*

Interdictum ex l. vlt. C. de Edict. D. Adr. toll.

Illud, vt ſi inſtitutus hæres teſtamentum primâ facie perfectum oſtenderit, nec abolitum aut cancellatum, mittatur in poſſeſsionem earum rerum quæ teſtatoris mortis tempore fuerint ſi nullus ſit contradictor, antiquato. Diui Adriani Edicto, leg. vltim. quo cauebatur, vt ſi paterfamiliàs deceſsiſſet & hæredem ſcripſiſſet daretur hæredi ſcripto jus adipiſcendæ poſſeſsionis intra annum tantùm, & hoc cum diminutione viceſimæ partis applicandæ fiſco, *l. fin. in princip. C. de Edict. Diui Adrian. toll. &c.* inductum autem erat,

Edictum Diui Adriani.

Digitized by Google

vt teſtamenta quam primùm ad exitum perducerentur, Menoc. *remed. adipiſc. poſſ.* 4.*n.*45. Tamen nō quiuis hæres exhibito teſtamento non vitiato in poſſeſſionem mittendus, quidam enim ſunt quibus vt indignis auffertur hæreditas, vt qui teſtatorem teſtari volentem impedierunt, vel qui ad teſtandum in ſui vel alicuius gratiam contra voluntatem impulerunt, *l. eos qui*, 2. & *l. ciuili*, 1. *C. ſi quis aliq. teſt. prohib.* excipitur maritus qui vxorem ad teſtandum impulit, *l. judicium*, 3. *C. eod.* Illi etiam indigni ſunt qui inultam necem teſtatoris relinquunt, & qui falſi teſtamenti accuſationem inſtituunt, *tot. tit. C. de his quib vt indignis.*

Quodnam eſt interdictum *ex l. 3 C. de pign.*?

Interdictum ex l. 3 de pignorib. Et ſi illud quo ex pacto debitoris licet creditori adipiſci poſſeſſionem rei ſui debitoris, *d. l. 3.*

Quodnam eſt interdictum ex officio Iudicis?

Interdictum adipiſc. poſſ. ex offic. Iudicis. Eſt illud quo ſi duo ſint hæredes qui de adipiſcenda poſſeſſione contendant, & vterque non iudicio, ſed armis agere velit, iudex ex officio ſuo prouideat ne ſcandalum aliquod oriatur.

Quid eſt interdictum retinendæ poſſeſſionis?

Interdictum retinendæ poſſeſſionis. Cùm actor de ſuæ poſſeſſionis dominio docere non poteſt, reus conſeruandus eſt in ſua poſſeſſione ne ei moleſtia creetur, ita vt retinere poſſeſſionem nihil ſit aliud quàm iam aſſecutam poſſeſſionem, & apud ſe exiſtentem tueri, atque conſeruare, & ei reſiſtere qui illam poſſeſſionem ſibi atrogat, vel aliter poſſeſſionem turbat. Qui ergo de retinenda poſſeſſione experitur, ſe poſſeſſorem aſſerit, petítque vt retineat quod poſſidet, *l. 1. §. eſt igitur*, 3. *D. vti poſſid.* & ita duo probare debet, nempe poſſeſſionem ex parte ſua, & turbationem ex parte rei conueniti. Fetrar. *in form. libell. pro turb. poſſ. verb. hodie tenent.*

Quando turbatur poſſeſſor. Turbatur autem poſſeſſor qui te ſuâ vti prohibetur, *l. vim facit*, 11. *D. de vi & vi arm.* vel cui moleſtia creatur in poſſeſſione, Menoch. *remed. recup.* 3. *n.* 502. & *ſeqq.* interim ſequetratio fiet rei de cuius poſſeſſione controuertitur.

Quot ſunt ſpecies iſtius interdicti?

Septem, I. Interdictum vti poſſidetis. II. Interdictum vtrubi. III. Interdictum ne vis fiat. IV. Interdictum de ſuperficiebus. V. Interdictum de aqua quotidiana & æſtiua. VI. Interdictum de riuis. VII. Interdictum ex officio Iudicis. Quinq; poſteriores ſpecies ad duas priores reuocari poſſunt, quarum prima eſt de re immobili, ſecunda de mobili, *§. retinendæ*, 4. *verſ. ſed interdicto, hic. l. vn. ff. vtrubi.*

Quid eſt interdictum vti poſſidetis?

Interdictum vti poſſidetis. Eſt, cùm ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit, & antè quæratur, vter ex litigantibus poſſidere, & vter petere debeat, interdicto vti poſſidetis de fundi, vel ædium poſſeſſione contenditur, & Prætor ita dicit, vti poſſidetis ita poſſideatis: non quòd duo in ſolidum eandem rem poſſidere poſſint, *l. 3. §. 5. D. de acquir. poſſeſſ.* ſed vnus verè, alius non. Itaque iſtud interdictum pertinet tantùm ad retinendam rerum immobilium, ſolóque hærentium poſſeſſionem, *§ iure retinendæ*, 4. *hic. l. 1. D. vti poſſid. & l. vn. C. eod.* *Duo in ſolidum eandem rem poſſidere non poſſunt.*

Quodnam eſt interdictum vtrubi?

Interdictum vtrubi. Interdictum vtrubi, vel apud vtrum, eſt, cùm diſceptatur de rerum mobilium poſſeſſione ad quem pertinere debeat, ita vt is retineat poſſeſſionem, qui eam probauerit, *l. vn. ff. vtrub.* Idem eſt hoc interdictum cum præcedenti, Vti poſſidetis, niſi quòd interdictum vtrubi ſit rerū mobilium, & interdictum vti poſſidetis, rerum immobilium. Interdictum vtrubi nomen ſumpſit à ſolennibus verbis olim in hoc Edicto vſitatis, Vtrubi, *id eſt*, vtrum ibi vel ibi fuerit poſſeſſio vel alibi: & hoc interdicto is retinebatur in poſſione qui per maiorem partem anni fuiſſet poſſeſſor, *gloſſ. 1. l. vn. ff. vtrubi.*

Quid eſt interdictum ne vis fiat?

Interdictum ne vis fiat. Eſt, quo conſultum eſt illli poſſidenti qui ſuam poſſeſſionem quam Prætoris authoritate aſſecutus eſt, tueri, Vult. *tot. tit. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. erit.*

Quid eſt interdictum de ſuperficiebus?

Interdictum de ſuperficiebus. Eſt, quod conceditur illi qui turbatur in poſſeſſione ſuperficiei, quam in in alieno ſolo habet, & quâ nec vi, nec clàm, nec precariò finitur, *tot. tit. D. de ſuperficieb. ſi ergo quis bona fide poſſideat, & id probet is*, nec vi, nec clàm

clàm, nec precariò poſsidebit, Menoch. *rem.3. retin.poſſeſſ.num.*600. Vbi per ſuperficiem intelligitur terræ pars ſuperior, faciéſque cuiuſque rei quæ oculis cernitur: vel ſunt ædes in cònducto ſolo poſitæ, quarum proprietas eius eſt cuius & ſolum.

Quid eſt vi, clàm, & precariò poßidere?

Vi poßidere.

Vi poſſidere, eſt nullo iure, vel contra jus & bonos mores expulſo veteri poſſeſſore, & ſic violenter poſſidere, *l.1. §.vi poßidere,* 28. *D. de vi & vi arm.* clàm poſſidere eum dicimus, qui forruitò apprehendit poſſeſsionem, eo ignorante quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne id faceret timebat, *l. clàm poßidere,6. ff. de acquir.vel amitt. poſſ.l. 2.C.de his qui ex publ.ratio.*vel clàm poſsidere, eſt abſente domino & fructuario, excluſo clanculo poſſeſsionem ingredi vt dominum poſſeſsione priuet clàm poſsidens: & clàm facere dicitur, qui ſuſpicatur de inhibitione vel moleſtia, *l.prohibere,3.§.fin.* D.*quod vi aut clam.* Precariò poſsidere dicitur qui poſſeſsionem corporis vel iuris adeptus eſt, hâc ſolummodò causâ, quòd adhibuit preces, & impetrauit vt ſibi poſsidere liceret, *tot.tit.ff.de ſu. erficieb. l.1.& ſeq.ff.de precar.* ſine precibus enim nullum eſt precarium, *l.1.2.3.* D. *de precar.l. vnuſquiſque,* 18. D.*eod.*

Clàm poſſidere.

Precariò poßidere.

Quodnam eſt interdictum de aqua quotidiana & æſtiua?

Interdictum de aq. quot. & æſtiua.

Eſt illud quod conceditur, cùm quis quoad aquam quotidianam & æſtiuam perturbatur; & moleſtiâ afficitur, *tot.tit.* D *de aqu. quot. & aſt.* Eſt aqua quotidiana quæ quotidie ducitur, & qua quis quotidie vti poteſt:

Quid eſt interdictum de riuis?

Interdictum de riuis.

Eſt quo conceditur alicui riuos, ſpecus, & ſepta reficere, atque purgare aquæ ducendæ causâ, *tot.tit.ff.de riuis.* Dùmodò non aliter aquam ducat quàm priore æſtate fluxit, *l.1.in princ. ff.eod.* Riuus eſt locus per longitudinem depreſſus quo aqua decurrit: ſpecus eſt locus à terra ædificatus ex quo ducitur aqua, aut eſt fouea habens vndique locum eminentiorem: ſepta, ſunt inciles foſſæ ad aquam ex flumine deriuandam.

Quid eſt interdictum ex officio iudicis?

Interd. retin.poſſ. ex officio iudicis.

Eſt quando cùm duo contendunt etiam armis de poſſeſsione retinenda, Iudex ſuum interponit officium ſiue lis inchoata ſit, ſiue non.

Quid eſt interdictum recuperandæ poſſeſsionis?

Interdictum recuperandæ poſſeſſ.

Eſt, quo Prætor ſpoliatum & de facto ac violenter deiectum ſuæ reſtituit poſſeſsioni, §.*recuperandæ,6 hic,l.4.C.vnde vi.* Ita vt poſſeſsionem recuperare nihil aliud ſit quàm ſemel poſſeſſam, deinde amiſſam iterum conſequi, & ablatæ poſſeſsionis ſtatum redintegrari, *d.§.recuperandæ.* Qui ergo turbatus eſt & ſpoliatus, ita vt prohibitus ſit re ſua vti, *l.vim facit* D.*de vi & vi arm.* hoc interdicto agere poteſt, & hæc turbatio inducitur quâcunque moleſtiâ & impedimento, §.1. *ſupr.de vſu, & habitat.* Venítque ſpoliatus omninò reſtituendus, etiam ratione fructuum Fab. *defin.*8. C. *de ordin. Iudic.* Practici in Gallia vocant iſtud interdictum vnde vi, Reintegrande, de quo interdicto, Papo *lib.8.tit.5.arr.1.* Docere igitur debet qui agit hoc interdicto quomodo fuerit ſpoliatus, item quòd fuerit ſpoliatus ab eo qui conuenitur, Andr.Geyl.*obſeru.*152.*n.*2.

Reintegrande.

Quænam ſunt ſpecies iſtius interdicti?

Interdictum vnde vi.

Præcipua ſpecies dicta eſt vnde vi, & tunc ſolùm competit, cùm quis vi de poſſeſsione earum rerum quæ ſolo cohærent, deiectus eſt, *tot.tit* C.*vnde vi.*

Quid, & quotuplex eſt vis?

Vis.

Definitur vis, minoris periculi impetus, qui vitari, aut cui reſiſti non poteſt, *l.2. D. de his quæ vi metúſve cauſ. geſt. ſunt.* Diuiditur vis in publicam & priuatam, *l.hoc iure,*194. D. *de reg. iur.* publica, cùm armis fit: priuata, ſine armis, vnde duplex eſt titulus, primus, *ad legem Iuliam de vi publica:* ſecundus, *ad legem Iuliam de vi priuata.*

Vis publica & priuata.

Cui fauet interdictum vnde vi?

Fauet ei qui per vim de poſſeſsione rei immobilis fuit deiectus, aduerſus eum qui vim intulit, ideo variæ leges Digeſtorum & Codicis ad hoc pertinet interdictum, quibus cauetur, vt vi deiectus reſtituatur: cuiuſmodi ſunt *l.indebiti.15.§.eiſi,1. D. de condict. indeb.l.ſed & ei,*

Vi deiectus eſt reſtituendus.

2. D. de condict. tritic. l. ſi & me, & Titium, 32. D. ſi cert. pet. l. extat, 13. D. quod met. cauſ. l. creditores, 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 1. C. ſi per vim, & alio modo abſ. ſit perturb. poſſeſſ. l. inuaſor, 5. C. vnde vi, l. meminerint, 6. C. eod. l. ſi quis in tantam, 7. C. eod. & l. vltim. C. eod. l. ſi coloni, 14. C. de agric. & cenſ. l. conductores, 33. C. locati, l. penult. C. de præt. pign. l. vlt. C. de acquir. poſſ.

Quis dicitur vim inferre?

Vim inferens.

Ille qui non ſinit poſſidentem eo quòd poſſidebat vti arbitrio ſuo, ſiue inſerendo, ſiue fodiendo, ſiue arando, ſiue quid ædificando, ſiue quid omninò faciendo per quod libera poſſeſſio non relinquitur, *l. 11. ff. de vi & vi armatâ.*

Quanam eſt tertia interdicti diuiſio?

Interdictum duplex.

In duplex & ſimplex, *l. 2. C. de interdict. § tertia, hic.* Duplex eſt, cùm vix poteſt dignoſci quis actor ſit, & quis reus, eo quòd vterque poſſeſsionem ambiat, eiuſmodi interdictum eſt vel vti poſsidetis, vel vtrubi, *d. § tertia, l. 1. §. proponitur, D. de ſuperficieb. l. 1. §. ſi inter corriuales, D. de aqua quot. & aſt.* Simplex eſt, cùm apparet quis actor, & quis reus ſit ex varia vtriuſque litigantis conditione & intentione, qualia ſunt omnia alia interdicta præter duo prædicta, *§. tertia diuiſio, 7. hic. l. 2. in princ. D. hoc tit.*

Interdictum ſimplex.

Sunt-ne hodie interdicta in vſu?

Interdicta hodie non ſunt in vſu, ſed actio extraordinaria.

Non, ſed eorum loco datur actio vtilis, ſiue extraordinaria, ſiue in factum, *§. de ordine. 8. & vlt. hic. l. vlt. C. hoc tit.* latè Menoch. *de Interdict.* Hoc patet ex inſcriptione Rubr. D. *de Interdict. ſiue extraordinariis action. quæ pro his competunt.* Per actiones extraordinarias intelligere debemus eas, non in quibus ordo ſolennis, & veteres formulæ obſeruantur: ſed in quibus talis ordo non obſeruatur, verùm abolitis illis formulis, ſtatim & rectà aditur Iudex, & iudicium redditur, Giphan. *ad §. vlt. hic.*

Actiones extraordinariæ.

TITVLVS XVI.

DE POENA TEMERE LItigantium?

TEXTVS.

NVNC admonendi ſumus, magnam curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebant, ne facilè homines ad litigandum procederent: quod & nobis ſtudio eſt. Idque eo maximè fieri poteſt, quòd temeritas tam agentium, quàm eorum, cum quibus agitur, modò pecuniaria pœna, modò juriſiurandi religione, modò infamiæ metu coercetur.

1 ¶ Ecce enim juſiurandum omnibus, qui conueniuntur, ex conſtitutione noſtra defertur. Nam reus non aliter ſuis allegationibus vtitur, niſi priùs jurauerit: quòd putans ſe bona inſtantia vti, ad contradicendum peruenit. At aduerſus inficiantes, ex quibuſdam cauſis dupli [vel tripli] actio conſtituitur, veluti ſi damni iniuria, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris, quàm ſimpli eſt actio: veluti furti manifeſti, quadrupli: nec manifeſti, dupli. Nam ex his & aliis quibuſdam cauſis (ſiue quis neget, ſiue fateatur) pluris, quàm ſimpli eſt actio. Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex noſtra conſtitutione. Vtriuſque etiam partis aduocati juſiurandum ſubeunt: quod alia noſtra conſtitutione comprehenſum eſt. Hæc autem omnia pro veteris calumniæ actione introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores multabat, quod nuſquam factum eſſe inuenimus, ſed pro his introductum eſt [&] præfatum juſiurandum, & vt improbus litigator [&] damnum, & impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

2 ¶ Ex quibuſdam judiciis damnati, ignominioſi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depoſiti, directis, non contrariis actionibus. Item pro ſocio, quæ ab vtraque parte directa eſt: & ob id quilibet ex ſociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non ſolùm damnati notantur ignominia: ſed & pacti, & rectè, plurimum enim intereſt, vtrùm ex delicto aliquis, aut ex contractu debitor ſit.

3 ¶ Omnium autem actionum inſtituendarum principium, ab ea parte edicti proficiſcitur qua prætor edicit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduerſarius in ius vocandus eſt; id eſt, ad eum vocandus, qui ius dicturus ſit. Qua parte prætor parentibus & patronis, item parentibus liberiſque patronorum & patronarum hunc præſtat honorem: vt non aliter liceat liberis libertiſque eos in ius vocare, quàm ſi id ab ipſo prætore poſtulauerint, & impetrauerint. Et ſi quis aliter vocauerit: in eum pœnam ſolidorum quinquaginta conſtituit.

Quinam temerè litigant?

EXpoſitis actionibus & exceptionibus, ſequitur agendum de actoris & rei officio communi. *Connexio.*

Illi temerè, *id eſt*, ſine cauſa litigant, qui nec intentionem ſuam probant, nec allegationum cauſam habent legitimã, ſed malitioſè & per calumniam aut dolum litigant, aliquando enim actores, aliquando rei temerè atque vexandi animo ſine vlla legitima cauſa & ratione, *Temerè litigantes.*

vel

vel litem ſuſcipiunt, vel ſeſe defendunt, atque ita ad litigandum properant malitioſè vel agendo vel defendendo, *in princ. hic.* ideo vt ab eiuſmodi temerariis vexationibus auocentur, introductus eſt iſte titulus, in quo temerè & calumnioſè litigantium pœnæ deſcribuntur, etenim lites quantum fieri poteſt minuendæ ſunt tanquam res Reipublicæ odioſæ, & moleſtæ, *l. 13. in princ.* C. *de iudic.* & *l. 21. D. ſi cert. pet.* & celeri determinatione atque compoſitione ſi poſſibile ſit, debent finiri, *l. properandum, 13. & ibi Dd.* C. *de iudic. l. quidam exiſtimauerunt*, 21 D. *ſi cert. pet.* ne alioqui lites ex litibus naſcantur, quod iura prohibent, *l. 1. l. 4. §. ſi ex conuentione, D. de iudic. l. terminata, 3.* C. *de fruct. & lit. expenſ.* ideo ſi quæſtio aut actio criminalis incidat in ciuilem, vtraque eodem iudicio terminabitur ſi fieri queat, *l. cum ciuili, 3. l. quoniam, vltim.* C. *de ordin. iud.* Cùm ergo lis eſt mouenda, nihil inconſultè tentandum, ſed omnia iudicioſè & prudenter ſunt agenda, iuxta illud

Lites minuendæ ſunt.

Ex litibus lites non debent naſci.

Actio criminalis in ciuilem incidens vtraque eodem iudicio terminanda.

Quidquid agas, prudenter agas & reſpice finem. Adeóque bono vtendum eſt conſilio, & vbi maturiùs conſulueris, opus eſt facto. Iſte titulus reſpondet *titulo D. de his qui not. infam. & tit.* C. *de fruct. & lit. expenſ. tum tit. de iureiur. propter calum. dan.*

Quænam ſunt temerè litigantium pœnæ?

In hoc titul. tres temerè litigantium proponuntur pœnæ. I. Iuriſiurandi calumniæ. II. Pecuniaria. III. Infamiæ, *in princip. hic.* quæ tres pœnæ tria ſunt remedia litium minuendarum.

Temerè litigantium pœnæ.

Quid eſt iuſiurandum calumniæ, & quid calumnia atque calumniari?

Olim omnes litigatores in principio litis ſe iuſta de cauſa duci ad litigandum iurabant iuramento calumniæ, *§. ecce, 1. hic.* Quod eſt, quando actor iurabat ſe non calumniandi animo, *id eſt*, fallendi & fraudandi litem mouere, ſed quòd exiſtimaret ſe iuſtam habere cauſam, & reus etiam iurabat quòd putaret ſe rectè contradicere, *Nou. 49. cap. 3. l. 2. in princ.* C. *de iureiur. propter calumn. dand. l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ, 4.* D. *famil. erciſc.* Inuentum fuit hoc iuramentum, vt timore ſacramenti contentioſi litigantium inſtantia finiretur, *l. 1.* C. *de iureiur. propter calum. dand.* Definitur calumnia, doloſa quædam machinatio quà quis ſciens voléſque iniuſtam cauſam fouet. & ita calumniari dicitur, qui ſcienter falſa crimina intentat, *l. 1. § 1. D. ad S. C. Turpill.* vel qui per fraudes, moras, & fruſtrationes alios litibus vexat, à verbo caluo, *id eſt*, decipio, *l. 233. D. de verb. ſignif.*

Iuramentum calumniæ.

Calumnia.

Calumniæ etymon.

Notandum hic iuriſiurandi calumniam, ſiue calumniæ vſum olim non tantùm fuiſſe eum, vt actor & reus in principio litis iurarent de iuſta cauſa, ſed in multis aliis caſibus fuiſſe receptum, de quibus Cuiac. *ad Nou. 49. c. 3* quorum caſuum iſte de quo in hoc tit. præcipuus eſt: de quo etiam in *tit.* C. *de iureiur. propter calumn. dan.* vt potè introductus pro publica vtilitate, *l. fin. §. ſed quia,* C. *eod. tit.* Hoc iuſiurandum nonnulli credulitatis, non veritatis eſſe dicunt, ſed malè, quia omne iuſiurandum veritate niti debet, *id eſt*, vt ſaltem is qui iurat exiſtimet verum eſſe id quod iurauerit, quamuis aliter fortè in rei veritate ſe habeat, Giphan. *ad l. 2.* C. *de iureiur. propt. calum.*

Quænam fuit pœna pecuniaria?

Secunda pœna temerè litigantium fuit pecuniaria dupli, vel tripli in quibuſdam actionibus, quæ infligebatur, non delinquenti, ſed inficianti *§. ecce autem, 1. ibi & aduerſus inficiantes, hic.* v. g. ſi damni iniuriæ agatur, ex l. Aquilia, aut nomine legatorum locis venerabilibus relictorum, ibid. aut actione depoſiti ex incendio, naufragio, tumultu & ruina facti, *§. rei perſequendæ, 17. verſ. planè ſupr. de act.* Caſus in quibus inficiatio aut negatio rei punitur pœna pecuniariâ, referuntur à Giphan. *ad §. ex quibuſdam tamen, 7. ſupr. de obligat. ex q. contr.*

Pœna pecuniaria temerè litigantium.

Quænam fuit pœna infamiæ?

Tertia pœna fuit infamiæ ſiue ignominiæ, quæ quouis damno pecuniario grauior eſt, *l. ſi in duobus 104. ff. de reg. iur.* & imponebatur ex quibuſdam iudiciis damnatis, vt furti vi bonorum raptorum, iniuriatum, de dolo, item tutelæ, mandati, depoſiti, directis, non contrariis actionibus, & pro ſocio, quæ vtrinque directa eſt, *§. ex quibuſdam, 2. hic.* nec tantùm da-

Pœna infamiæ.

mnatis ex illis iudiciis,ſed etiam de delicto paciſcentibus,*ibid.*

Quid eſt infamia?

Infamia. *Fama.*

Eſt læſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus teprobatus, Bart. *in l.1 C. in quib. cauſ. infam. irrog.* nam infamia eſt priuatio famæ: fama autem eſt illæſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus comprobatus, *l. cognitionum*, 5. §. 1. D. *de extraord. cognit.*

Quinam notantur infamiâ?

Infamiâ notati.

Non ſolùm ex delicto damnati, ſed etiam de delicto paciſcentes, *d. §. ex quibuſdam*, 2. *hic.* Quinam Prætoris edicto infamiâ norentur, latè *in l.1. ff. de his qui not. infam.* & paſſim *in tot. tit. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. D. Pacius. diſput. 24. de infamia, in. 20. & 21.*

Hodie qua pœnâ puniuntur temerè litigantes?

Pœna temerè litigantium hodie.

Puniuntur in expenſis & ſumptibus, *tot. tit.* C. *de funct. & lit. expenſ.* §. *hac autem omnia, hic.* Menoch. 2. *arbitr. iudic.* 177.

Victus victori in expenſas condemnandus.

Victus quippe victori regulariter in expenſas condemnatut, *l. properandum*, 13. §. *ſiue autem*, C. *de iudic cap. calumniam extra, de pœnis*, *l.* 3. & 4. C. *de funct. & lit. expenſ. l. eum quem temerè*, 79. D. *de indic.* Carol. VIII. 1493 *art.* 50. Franciſc. I. 1535. *cap.* 7. *art.* 8. quæ quidem expenſæ taxandæ ſunt ab eodem Iudice qui ſententiam tulit. Henric. III. 1579. *art.* 145. Imbert. *lib.* 1. *cap.* 52. & quidem pro varia victoris conditione, & videndum an ſit nobilis nec ne, an diues vel pauper, an equitauerit nec ne, an ſolus fuerit, vel famulum habuetit, an Baro, Conſiliarius ſiue Senator, Præſes, Marchio, & Eques, Fab. *defin.* 45. C *de funct. & lit. expenſ.* Tamen qui iuſiurandum deciſorium neganti detulit, aut deferenti retulit, nullas debet expenſas, *Dd. in auth. generaliter*, C. *de Epiſc. & Cler.* Si etiam Iudex expreſsè victum non condemnet in expenſas, eum præſumitur abſoluiſſe, Matth. de Afflict. *deciſ.* 42. *numer.* 2. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 89. *num.* 1.

Expenſarum taxatio à quo & quomodo fiat.

Damnorum adiudicatio.

Nota vbi expenſæ adiudicantur ibi etiam adiudicanda eſſe damna, §. *ecce enim*, 1. *in fin. hic.*

Expenſæ ſunt-ne perſonales?

Expenſæ an perſonales.

Practici pro regula obſeruant, litis ſumptus & expenſas eſſe perſonales, Fab. *defin.* 1. *C. de funct. & lit.* ac proinde quot ſunt partes, tot eſſe expenſarum portiones, attamen id non eſt vniuerſaliter verum: nam cùm agitur de expenſis in rem communem collatis, & factis, illæ à ſociis pro rata ſuſtineri debent, *l. ſorori*, 6. §. *ſumptus*, 1. *ff. ſi pars hæred. pet. l. cùm vnius, verſ. vt autem*, *C. de bon. auth. iud. poſſid.* Cùm verò agitur de litis expenſis, tunc portiones ſunt æquales, quia tantùm irrogatur propter eum qui litigat pro vna vncia, quantum propter eum qui litigat pro ſex vnciis; fuit *lex Prætoris*; 5. §. *ſi plures*, 1. D. *de damno infecto.*

Quibus ex cauſis debentur expenſæ?

Cauſæ propter quas expenſæ debentur.

Ex variis, I. Propter victoriam litis, *l. properandum.* 13. §. *ſin autem alterutra*, C. *de iudic.* II. Propter contumaciam partis, *l. ſancimus*, 15. C. *de iudic.* III. Propter culpam aduerſarii, qui cauſæ proceſſum remoratur, *l. non ignoretis*, 4 C. *de funct. & lit. expenſ.* IV. Propter temeritatem eius qui alium ſine actione in ius traxerit, *l. eum quem temerè*, 79. *in princip.* D. *de iudic.* Maſuer. *pract. tit. de expenſ. &c. num.* 9.

Actionum inſtituendarum principium quodnam eſt?

In ius vocatio.

Cuiuſlibet actionis inſtituendæ initium eſt in ius vocatio, §. *omnium*, 3. & *fin. hic.* quâ quis in ius vocatur, & ad Prætorem ſiue eum qui ius dicit iuris experiundi causâ, *l.* 1. *D. de in ius voc.* & aliàs appellatur citatio, de qua vide quæ dicta ſunt, *ſupr. ad tit. de hæred. qual. & differ. quæſt. vnde dictum, quid eſt Inuentarium, & quæ in eo conficiendo requiruntur*: tum *ſupr. eo tit. de action. quæſt. quid eſt actio*: nemo enim venit condemnandus, niſi antè in ius vocatus & auditus fuerit, & hoc eſt quod lege 12. tabul. cautum fuit, ne quis in dictâ causâ damnetur, Giph. *ad §. omnium, fin. hic.*

Liberi & liberti poſſunt-ne ſine venia Iudicis parentes & patronos impunè in ius vocare?

Liberi & liberti parentes & patronos non vocãt in ius ſine venia.

Non, ſub pœna ſolidorum quinquaginta §. *fin. hic.* Vide quæ dicta ſunt *ſupr. de action. quæſt. quænam eſt ſecunda actionis diuiſio.*

TITV-

TITVLVS XVII.

DE OFFICIO IVDICIS.

TEXTVS.

SVPEREST, vt de officio iudicis diſpiciamus. Et quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quàm legibus, aut conſtitutionibus proditum eſt.

1 ¶ Ideóque ſi noxali iudicio aditus eſt, obſeruare debet, vt ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publium Mæuium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.*

2 ¶ Et ſi in rem actum ſit [coram iudice :] ſiue contra petitorem iudicauerit : abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, vt rem ipſam reſtituat cum fructibus. Sed ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit. Et ſi hæreditas petita ſit, eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de ſingularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit: [ſiue illorum,] quos perceperit: in vtraque actione eadem ratio penè habetur, ſi prædo fuerit. Si vero bonæ fidei poſſeſſor fuerit: non habetur ratio [neque] conſumptorum, neque non perceptorum. Poſt inchoatam autem petitionem, etiam illorum [fructuum] ratio habetur, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt.

3 ¶ Si ad exhibendum actum fuerit: non ſufficit, ſi exhibeat rem is, cum quo actum eſt: ſed opus eſt, vt etiam rei cauſam debeat exhibere, id eſt, vt eam cauſam habeat actor quam habiturus eſſet, ſi eùm primùm ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet. Ideóque ſi inter moras [exhibendi] vſucapta ſit res à poſſeſſore: nihilominus condemnabitur. Præterea fructum medij temporis, id eſt, eius quod acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam interceſſerit: rationem habere debet iudex. Quòd ſi neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſa petat, idque ſine fruſtratione poſtulare videatur: dari ei debet, vt tamẽ caueat ſe reſtituturũ, quòd ſi neque ſtatim iuſſu iudicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caueat: condemnandus ſit in id, quod actoris intererat, ſi ab initio res exhibita eſſet.

4 ¶ Si familiæ erciſcundæ [iudicio] actum ſit: ſingulas res ſingulis hæredibus adiudicare debet, & ſi in alterius perſona prægrauare videatur adiudicatio: debet hunc inuicem cohæredi certa pecunia (ſicut iam dictum eſt) condemnare. Eo quoque nomine cohæredi quiſque ſuo condemnandus eſt, quòd ſolus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, aut conſumpſerit. Quæ quidem ſimiliter inter plures quoque, quam duos cohæredes, ſubſequuntur.

5 ¶ Eadem interueniunt, & ſi communi diuidundo de pluribus rebus actum ſit. Quòd ſi de vna re, veluti de fundo: ſiquidem iſte fundus cómodè regionibus diuiſionem recipiat: partes eius ſingulis adiudicare debet, & ſi vnius pars prægrauare videbitur: is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quod ſi commodè diuidi non poſſit, veluti ſi homo forte, aut mulus erit, de quo actum ſit, tunc totus vni adiudicandus eſt, & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus eſt.

6 ¶ Si finium regundorum actum fuerit, diſpicere debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio, quæ ſanè vno caſu neceſſaria eſt, ſi euidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quàm olim fuiſſent diſtincti. Nam tunc neceſſe eſt ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari: quo caſu conueniens eſt, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc iudicio, quòd forte circa fines aliquid malitioſè commiſit: verbi gratia, quia lapides finales furatus eſt, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quiſque eo iudicio condemnatur: veluti ſi quis iubente iudice metiri agros paſſus non fuerit.

7 ¶ Quod autem iſtis iudiciis alicui adiudicatum fuerit: id ſtatim eius fit, cui adiudicatum eſt.

Vnde dictus, quid, & quotuplex eſt Iudex?

IN præcedenti titulo expoſitum fuit officium actori & reo commune: in hoc tit. agitur de Iudicis officio, qui quidem titulus reſpondet *titulo ff. de re iudic. & tit. C. de Iudic.* Iudex à lege diuina habet authoritatem, *Prouerb. 8. Mantic. de conie ct. vlt. volunt. cap. 14. n. 2. & Pſal. 82.* Iudices vocantur Dij. Iudex tertia eſt perſona in Iudicio principaliter requiſita, ita dictus à iure, & dicendo, eo quòd ius dicat populo, vel quòd iure diſceptet. Iudex, vel eſt ordinarius qui ex propria Iuriſdictione iudicandi ius habet: vel extraordinarius, qui delegatus eſt, vel pedaneus, *Cuiac. in lib. 5. recept. Iul. Paul. tit. 28. l. properandum* 11. C. de *iudic.* vulgò hodie cõmiſſarius aut aſſeſſor dicitur, de quo eſt *tit. C. de pedan. iudic.* qui humiliora tantùm negotia, quaſi ipſi à Magiſtratu commiſſa diſceptat, *l. quædam ſunt, C. eod.* Pedaneus appellatur, à pede, quia prout pes eſt infima corporis pars, ita de infimis cauſis cognoſcit. Arbiter impropriè appellatur Iudex, qui totius rei habet arbitrium, & facultatẽ,

Continuatio. *Iudex.* *Iudex ordinarius.* *Iudex extraordinarius aut pedaneus.* *Arbiter.*

cuius ſententia rata firmáque habebitur, ſi ei litigatores aut tacitè aut expreſsè conſenſerint, *Fab. defin.1.C.de arbitr.* & ſi pars quædam ſit grauata, æquè ab ea appellabit ac à ſententia Iudicis ordinarij, *id.ibid.defin. 6. de arbitris. Maſuer. pract. tit.de arbit.* Tamen Iudex eius rei de qua Iudex eſt, arbiter eſſe nequit, *l.ſed ſi,9 §.ſi quis,2.ff.de arb.Guid.Pap.quæſt.* 69. ita refert *Bouuot. tom. 2. verb. arbitri, quæſt.11.iudicatum Diuioni,23.Febr.1579.& 1. Mart.1597.*

Vnde dictum, & quid eſt officium?

Officium. Officium dicitur ab officiendo, aut efficiendo, quia Iudex efficere debet vt nemini officiat: & definitur ius faciendi ea quæ Iudici vt Iudici facienda incumbunt, *Bart.in l.1.n.10.ff.de iuriſdict.* vel eſt ius, ſiue facultas iudicandi ſecundũ Iuriſdictionem conceſſam & attributam: vel poteſtas iure publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi & æquitatis ſtatuendæ, *gloſ.poteſt in l.1.ff.de Iuriſdict.*

Quotuplex eſt Iudicis officium?

Officium Nobile. Duplex, Nobile & mercenarium, *Dd. in l.1.ff.d Iuriſdict.* Nobile per ſe ſtat, & à proprio Iudicis motu & prudentia pẽdet, exercetúrque proprio Iudicis motu non iure actionis ſiue obligationis, nec inſeruit actioni poſtulantis, *arg. l.& puto, ff.fam. erciſc.* v. g. ſi minor petat reſtitutionem in integrum, eam non petet iure obligationis, quia Iudex non fuit obligatus, nec iure actionis, ſed ex miſericordia. Iſtud Iudicis officium imploratur tanquam ſubſidiarium, & extraordinarium, quo petentibus æquitas miniſtratur, & in eo continetur, *arg.l.& puto, ff.fam. erciſc.* Mercenarium actioni in Iudicio propoſitæ inſeruit, & ideo mercenarium dicitur, quòd æquè actioni propoſitæ ſeruiat ac mercenarius dominæ ſuæ, *Innoc. in c.fin.de offic. Iudic.* vel quòd eius ſit qui iuris reddundi causâ ſub certa mercede neceſſariò ſedet, *l.fin. §. iudicandi quoque, 14. ff.de muner.* vt ſi petam à te centum nummos actione mutui, Iudicis officium deſeruiet mihi in hac actione, quia condemnabit te vt mihi illos nummos reſtituas, & ſic tale officium actioni meæ deſeruiet, ideo mercenarium vocabitur.

Officium mercenarium.

Quænam obſeruare debet Iudex cùm iudicat?

Iudicis officium. In primis obſeruare debet Iudex, ne aliter iudicet quàm ſecundùm legum, conſtitutionum Principis, & conſuetudinis, vel morum præſcripta, ad quæ reſpicere debet, vt nauta ad cynoſuram, non ſecundùm exempla, *in princ.hic.l. nemo,13.C.de ſentent.ex interlo.omn.iud.l. rem non nouam, 14. C. de iud.in §.omnis autem Iudex. in auth. de iud.col.6.* Quamuis legibus non exemplis ſit iudicandum, *l. Iudices,9.C.de Iudiciis,l.nemo,13.C.de ſentẽt. Tuſch.tom.3.lit.F.concl. 549.Surd. conſ.34.n. 21* tamen id fallit in exemplis ac præiudiciis quæ à certo Senatu authoritatem ſumunt, *Afflict. deciſ.34. n.8. Menoch. conſil.202.n.37.Cepha.conſ.3.7.n.156.* quòd ſi ius nihil definiat, tunc negotium Iudicis arbitrio eſt relinquendum, *l.1.ff.de iur.delib.l.in venationem, 8.ff.de bon.auth. iud. poſſ d.* Quòd autem Iudices etiam ſupremi iudicare debeant ſecundùm leges, niſi hanc ipſis datam eſſe poteſtatẽ conſtet vt iudicent ſecũdùm quod ipſis æquum aut bonum fuerit, niſi etiam deficiant leges. ſatis oſtendit Imperator dum conqueritur in *princ.Inſtit. & in l.2. C. de vet. iur. enucl.* quòd ante ſuam compoſitionem iuris Iudices pro ſuo arbitrio iudicare eſſent ſoliti.

Iudex ex legib. vel exemplis iudicet.

Iudicandum ſecũdùm allegata & probata. Deinde iudicare debet iudex ſecundùm allegata & probata ſine perſonarũ acceptione, ſi vera ſint illa, *l.illicitas, 6.§. veritas,1.ff.de offic.præſid.l.is apud,2.C. de eden.tot.tit.ff.& C.de probat.& teſt.* hæc enim tria, libellus, probatio, & ſententia, debent ſibi inuicem accuratè correſpõdere, *Iaſ.in l.vinum. 22. n. 3. verſ. hinc dicimus, ff. de reb. credit.* ſed non ſi ſint falſa, tunc enim debet iudicare ſecundùm conſcientiam, & reum quem ſcit innocentem abſoluere, adeóque in dubio potiùs nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare, *l.abſentem,ff. de pœnis.Tuſch.tom.1.lit.A.concl. 41.n 3.* Iudex debet ſubditis Iuſtitiam adminiſtrare, *l.eos qui, 6. §. 1. C. de appell.* nec ad dextram aut ſiniſtram declinare, *gloſ.in l.vbi,22.C.ad l.Cornel.de falſ.* neque etiam debet Iudex vltra petita iudicare, alioqui fatuus reputabitur, inquit Imperator, in *l.vlt.C.de fideicom. libert.* nedum ſupplere quicquam in facto, ita quidem in iure, *Fab.defin.1.C.vt quæ deſ.aduocat. part. iud. ſuppl.* Non debet Iudex ſententiam ferre die feriato, quia nulla erit, *l.2.in fin.C.de feriis.l.1.in fin. ff.eod. Pap. lib. 7. tit. 10. arr. 5.* Quod intelligendum de die feriato in honorem Dei, quo die con-

Non iudicandum vltra petita.

Iudex non ſupplet factum.

Non fert ſententiã Iudex die feriato.

Digitized by Google

conquieſcunt omnes actus ſiue publici ſiue priuati, *l. omnes actus*, 8. *C. de feriis*, non de alio die feriato propter vtilitatem hominis, vtpotè vel meſſium vel vindemiarum causâ, *tot. tit. C. de feriis & l. 1. ff. de feriis*. Eſt autem feria, dies ceſſationis & ab operis, & à forenſibus negotiis, exceptâ neceſſitate, & dicta eſt à feriendis hoſtiis, quia feriato tempore occupati erant Ethnici in Deorum ſuorum ſacrificiis. Citatio in feriis vt reus compareat die non feriato, valet, *Bald. l. fin. C de feriis. Bertachin. in repet. verb. citatio die feriato*. Executio etiam die feriato fieri poteſt in caſu neceſſitatis & eminentis periculi, *Maſuer. Pract. tit. de ſubhaſtat. n. 5.* De feriis & feſtis diebus, eſt *tit. C. & ff. de fer.*

Feria.

Licét-ne ſtudio operam dare diebus feſtiuis?

Non, lucri videlicet, diuitiarum, & honoris gratiâ, ita quidem ſi ſuadeat neceſſitas, vel ad veritatem inueſtigandã, aut propter opus pium, nempe vt miſerabilibus ſuccurratur perſonis, tum etiã vt ille expediatur, qui de longinquo venit, vel ſi ſtudium ſit de materia aliqua ſacra & ſpirituali, ita decidit *Aluarot. in proœm. de feudis, n. 4.*

Quibus exemplis illuſtratur iudicis præceptum iſtud quòd debeat iudicare ſecundùm leges?

Exempla quibus probatur Iudicem debere iudicare ſecundùm leges.

His. I. Si de noxali iudicio agatur, vel dominum condemnabit Iudex vt ſeruũ dedat, vel vt iuſtam præſtet æſtimationem, §. *ideoque ſi noxali. 1. hic. l. ſi ſerui, 2. C. de noxal. act.*

II. Si agatur de rei vindicatione, vel reũ abſoluet Iudex ſi actor ius dominij non probet, vel eum condemnabit vt rẽ cum fructibus reſtituat, §. *& ſi in rem, 2. hic. l. officium, 9. & 4. ll. ſeqq. ff. de rei vindic.* qui quidem fructus veniunt reſtituendi tam in actione ſingulari, cuiuſmodi eſt rei vindicatio, quã in actione vniuerſali, qualis eſt petitio hæreditatis, *l. 1. ff. de rei vindicat.*

III. Si actio ad exhibendum præparatoria moueatur, non tantùm condemnabit Iudex actorem ad rem exhibendum, ſed etiam vt rei cauſam exhibeat, nempe vtilitatem, & conditionem rei, adeóque omne emolumentũm ex re proueniens, §. *ſi ad exhidendum 3. hic.* Eſt autem actio ad exhibendum perſonalis, *ff. ad exhib.* præparatoria, nempe rei vindicationis, cùm qui rem vult ſibi vindicare ratione dominij, poſſit priùs ad exhibendum experiri, *l. ſi dominum, C. ad exhib.*

IV. Si quæſtio ſit de actione familiæ erciſcundæ quæ mixta eſt tam in rem quàm in perſonam, Iudex adiudicabit ſingulas res ſingulis hæredibus, ita tamẽ vt ſi res quædam non poſſit commodè diuidi, vni adiudicetur, ea lege vt certã pecuniæ ſummam reſtituat alteri, & ſic omnia æquâ lance ponderentur, §. *ſi familiæ, 4. & §. eadem interueniunt, 5. hic. l. item Labeo, 22. §. 1. l. officio, 26. l. Maiora, §. pen. & fin. ff fam. erciſc.* Erũt autem iudicis in iudicio familiæ erciſcundæ partes, vt præcisè ſequatur voluntatem teſtatoris, *l. ſi qua fideicommiſſorum, 7. C. fam. erciſc.* & eam quidem nouiſſimam, *l. in ipſius, 5. C. eod.* ſalua tamẽ Falcidia, etiamſi partes à patre factæ non ſint viriles aut æquales.

V. Si agatur de actione finium regundorum, reponet Iudex veteres terminos euulſos, ſi fieri poſſit vel partem ex alterius agro alteri adiudicabit, & eum viciſſim erga alterum in certa pecunia condemnabit, §. *ſi finium, 6. hic.* In hoc iudicio Iudicis officium eſt iuxta probata, per libros antiquos, teſtes ſeniores, & famam fines prædiorum diſterminare. Sanè lex eam facultatem conceſſit Iudici familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum ad componendas diſcordias, quas communiones rerum, & finium quæſtiones mouere ſolent atque excitare, *l. 77. §. 20. ff. de legat. 2.*

Hic non expoſuit Imperator Iudicis officium quod actiones perſonales, quia nimis longum fuiſſet opus illud, nam cùm de obligationibus quæ ex contractu, & quaſi contractu, ex delicto & quaſi delicto actum eſt, ex quibus actiones perſonales naſcuntur, ſatis apparuit quid de illis inter iudicandum ſit ſtatuendum.

Quam pœnam meretur ille qui terminos amouet?

Si quis circa agrorũ fines aliquid malitioſè commiſerit, vtpotè vel lapides finales mouerit, vel arbores finales exciderit, ciuiliter puniatur per iuramentum in litem aduerſario deferendum de omni ſuo intereſſe, *l. 4. §. 1. ff. fin. regund.* tum etiam criminaliter & corporaliter pœnâ extraordinaria, *l. lege agrariâ, 3. in in fin. ff. de termino moto.* Iſta quippe ter-

Pœna eorum qui terminos amouent.

minotum motio & tranſpoſitio non tátùm iure ciuili, ſed etiam diuino prohibita comperitur, *Deut. 19. & 27. Prouerb. 22. & canonico*, *c. tanta 86. diſt. c. in legib. 12. q. 2.*

Adiudicatio transfert-ne dominium?

Adiudicatio trãsfert ius dominij.

In fin. huius tituli ſingulare ius proponitur familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, vel diſtinguendorum, quo iure Iudicis ſententiâ & adiudicatione acquiritur dominium: quod enim iſtis iudiciis adiudicatum fuerit, id ſtatim eius fiet cui adiudicatum erit, §. *quod autem*, 7. *& vlt. hic. l. 29. §. 1. ibi ſecundùm quem ſententia dicta eſt, ff. de ſtat. lib. & l. 3. §. 2. ibi, nam & hic valebit alienatio propter rei iudicata authoritatem, ff. de reb. eorum qui ſub tutel.* Quamuis Iudex ſententiâ ſuâ æquè ac lex ius dominij transferat, non tamen poſſeſſionem quæ facti eſt transfert, *l. poſſeſſionem, 29. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. ff.* Quod hîc dicitur de ſententia, id intelligendum de ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, *Bald. in l. ingenuum in prima lectura, col. 1. ff. de ſtat. hom.* & quæ lata eſt parte citatâ, nam ſententia non nocet non citato, *l. de vnoquoque, 47. ff. de re iudic.* & cõtra abſentem non ſolenniter citatum lata, nulla eſt, *l. & qua, 7. C. quomod. & quand. iud.* latè de Iudicis officio & Iuriſdictione *Maſuer. Pract. tit. de Iudicib. & eorum Iuriſdict.* per totum, *& Damhoud. prax. cap. 2. 3. & 4.*

TITVLVS XVIII.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

TEXTVS.

PVBLICA iudicia neque per actiones ordinantur, neque omuino quicquam ſimile habent [cum] cæteris iudiciis, de quibus locuti ſumus: magnáque diuerſitas eorum eſt & in inſtituendo, & in exercendo.

1 ¶ Publica autem dicta ſunt, quod cuiuis ex populo executio eorum plerumque datur.

2 ¶ Publicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſupplicio afficiunt [homioes], vel [etiam] aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, ſi quam infamiam irrogant, cum damno pecuniario: hæc publica quidem ſunt, non tameo capitalia.

3 ¶ Publica autem iudicia hæc ſunt: lex Iulia maieſtatis, quæ in eos, qui contra imperatorem, vel rempublicã aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit. Cuius pœna animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur.

4 ¶ Item lex Iulia de adulteriis coerceodis, quæ non ſolùm temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, cũ quis ſine vi vel virginem, vel viduam honeſtè viuentem ſtuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus: ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidię bonorum: ſi humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

5 ¶ Item lex Cornelia de ſicariis, quæ homicidas vltore ferro perſequitur, vel eos, qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulaot. Telum autem (vt Caius noſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſcriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, ſed & omne ſignificat, quod manu cuiuſque iacitur: ſequitur ergo, vt lignum, & lapis, & ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo, quod in longinquum mittitur, [à] Græca voce τηλοῦ figuratum. Et [ſic] hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine, nã quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. Admonent nos epigrammata in Xenolopho vbis fauſtiſſimæ ſcripta, καὶ τὰ βέλη ὁμῶς ἐφέρετο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. i. *Et huiuſmodi tela ſimul ab eis ferebantur, lancea, ſpicula, funda plurimi autem & lapides.* Sicarij autem appellantur à ſica, quod ſignificat ferreũ cultrum. Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odioſis, tam venenis, quàm ſuſurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publicè vendiderint.

6 ¶ Alia deinde lex aſperrimum crimen noua pœoa perſequitur, quæ Pompeia de parricidiis vocatur: qua cauetur, vt ſi quis parentis, aut filij, aut omnino adfinitatis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparauerit (ſiue clàm, ſiue palàm id auſus fuerit) [nec non is, cuius dolo malo id factum eſt, vel conſcius criminis exiſtit, licèt extraneus ſit,] pœna parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus, oeque vlli alij ſolemni pœnæ ſubiiciatur, ſed inſutus culleo cum Cane, & Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, (ſecundùm quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur, vt omnium elementorum vſu viuus carere incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, [&] terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel adfinitate perſonas coniunctas necauerit: pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit.

7 ¶ Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumeotum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit, vel ſignũ adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens dolo malo. Eiuſque legis pœna in ſeruos, vltimum ſupplicium eſt (quod etiam in lege de ſicariis & veneficis ſeruatur) in liberos verò deportatio.

8 ¶ Item lex Iulia de vi publica ſeu priuata, aduerſus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel

ſine

Digitized by Google

ſine armis cõmiſerint. Sed ſi quidem armata vis arguatur: deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: ſi verò ſine armis, in tertiam partẽ bonorum [ſuorum] publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterſus fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ii, qui opem [huic] flagitio dederunt, capite puniuntur, ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitionem, ex qua hoc apertiùs poſſibile eſt ſcire.

9 ¶ Item lex Iulia peculatus eos ponit, qui publicam pecuniãm, vel rem ſacram, vel religioſam furati fuerint. Sed ſi quidem ipſi iudices tẽpore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capitali animaduerſione puniuntur: & non ſolùm hi, ſed etiam qui miniſterium eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperint. Alij verò qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis ſubiungentur.

10 ¶ Eſt & inter publica iudicia lex Flauia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex ſacris conſtitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

11 ¶ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarum, & lex Iulia de annona, & lex Iulia de reſiduis, quæ de certis capitulis loquuntur: & animæ quidem amiſſionem non irrogant: aliis autem pœnis eos ſubiiciunt qui præcepta earũ neglexerint. Sed de publicis iudiciis hæc expoſuimus, vt vobis poſſibile ſit ſummo digito, & quaſi per indicem ea retigiſſe: alioqui diligentior eorum ſcientia vobis ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris Deo propitio aduentura eſt.

Quænam dicuntur publica iudicia?

Connexio. DE priuatis Iudiciis circa contractum & quaſi contractum, delictũ & quaſi delictum exercendis actum eſt, de quibus ſolis in iuris Inſtitutionibus ſe acturum pollicetur Imperator, §. *vlt. ſup. de I. ſt. & iur.* & ſic fuit hactenus ius ciuile, conſtituens primam huiuſce ſyſtematis partem: ſequuntur publica iudicia conſtituentia partem ſecundam eiuſdem, de iure criminali, ſiue de criminibus, de quibus agitur in *ff. lib.* 48. *itẽ in C. lib.* 9. *Publicã iudicia cuiuis è populo patent.* quæ publica dicta ſunt, quaſi populica, eo quòd cuiuis è populo pateant, ac proinde cuiuis eorum delatio in commune ſit permiſſa: cuiuſmodi ſunt omnia criminalia Iudicia, quæ maiorem & exactiorem quàm in ciuilibus cauſis prudẽtiam & moderationem deſiderant: quæque publicam habent animaduerſionem, & quorum punitio ex publicis dependet Legibus, §. *publica autem*, 1. *hic.* Publica etiam appellantur, *Accuſatio ne ſemel motã quomodo protendendã.* quia iis læditur Reſpub. & læſio eſt publica. Priuato accuſatori rem familiarem perſequenti, aut iniuriam ſibi illatam vlciſcenti, Procurator Principis, vel Domini alterius Iuriſdictionis ſe adiungit, & capitis aut pœnæ in publicum, fiſcúmve dandæ reum poſtulat, elogium & quæſtio de admiſſi criminis indiciis fit, informationem appellamus; deinde an in ius vocãdus ſit reus vt ipſe reſpondeat vel in carcerem coniiciendus, conſultatio inſtituitur. Aliquando tamen in publicis Iudiciis non eſt conceſſa cuiuis de populo accuſatio, vt in iudicio partus ſuppoſiti, quod publicum eſt, ſed tantùm parentibus, aut iis quorum intereſt, *l. ge Cornelia*, 30. §. 1. *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* *Quando cuiuis non ſit conceſſa accuſatio.* Deinde in crimine adulterij, in quo non omnes admittuntur quamuis publicum ſit Iudicium, *l. quamuis*, 30. C. *ad leg. Iul. de adult.* Neque etiam accuſatis recriminandi facultas conceditur, antequam ſeſe purgarint, & excuſarint, *l. is qui reus*, 5. *ff. de publ. iudic.* *Recriminatio non permiſſa.* *D. Expill. par.* 2. *c.* 71. Ratio eſt, quia iniuriæ retorſio vel recriminatio ex odio potiùs & differendi iudicij causâ proficiſci videtur, quod intelligendũ eſt de pari vel minori crimine, non de maiori, aut grauiori, *l. negandа*, 19. *ff. de his qui accuſ. non poſſ. Fab. defin.* 1. & 3. *C. eod. d. l. is qui reus, ff. de publ. iudic. & ibi Dd. Bounot. tõ.* 2. *verb. recriminatio, quæſt.* 1. Condemnatus quoque ab accuſatione arcẽdus eſt, non tamen ab inchoata ante condemnationem, *Fab. defin* 4. C. *de his qui accuſ. nõ poſſ.* Quædam ſunt etiam delicta in quibus licet cuiuis è populo agere, cuiuſmodi eſt crimen ſuſpecti tutoris, *l.* 1. §. *conſequens eſt*, 6. *ff. de ſuſpect. tut. & curat. &* §. *conſequens eſt*, 3. *ſupr. de ſuſpect. tut.* Item de ſepulchro violato, *l. Prætor ait*, 3. *in princ. ff. de ſepul. violat.* tũ de termino moto, *l. fin. ff. de term. mot. tit. C. de his qui accuſ. non poſſ. & tit.* C. *de accuſ. & inſcript.* De his qui accuſare poſſunt, latè *Papo. lib.* 24. *tit.* 2.

An tranſigi poteſt de criminibus?

De crimine capitali, excepto adulterio, tranſigere vel paciſci non eſt prohibitum: *De crimine capitali poteſt tranſigi.* in aliis autem publicis criminibus quæ ſanguinis pœnam non ingerũt, tranſigere non licet citra falſi accuſationem, *l. tranſigere*, 18. C. *de tranſact. Valla de reb. dubiis tract.* 17. *Imbert. Enchir. in verb. tranſigere.* Quænam crimina ſanguinis pœnam ingerant, vel non ingerant, infrà explicabitur.

In criminalibus debét-ne Iudex incipere à captura perſonæ?

Non, niſi legitimis præcedentibus informationibus & indiciis, *Marſil. in pr. crimin. §. conſtante, n.1. Clar. in pr. crim. q.28. verſ. ſcias autem. Fachin. q. controuerſ. 55. in fi.* Nam cur caperetur aliquis, & in carcerem coniiceretur, niſi de crimine pâtrato eſſet ſuſpectus? Quales autem informationes, & qualia indicia ad capturam & ad torturam ſufficiant, id iudicis arbitrio relinquitur, qui cauſas omnes inſpicere debet, qualitatem criminis, & perſonæ accuſatæ, *l.1. ff. de cuſtodia reorum.*

Poteſt-ne quis ab accuſatione ſemel inſtituta recedere?

Nemo accuſare eſt cogendus. Ab actione inſtituta non licet recedere.

Cùm experiundi facultas in arbitrio actoris conſiſtat, nemo accuſare & criminaliter agere eſt cogendus, *l. vn. C. vt nemo inuit.* ... tamen ab accuſatione ſemel inſtituta non licet recedere, niſi aboleatur crimen, eiúſque memoria deleatur, *l.12. ff. ad SC. Turpill.* quia aut accuſatio vera eſt, & ſic crimina punienda ſunt: aut falſa, & ita accuſator tanquam calumniator venit puniendus, *VVeſemb. in parat. ff. ad SC. Turpill. n.7. l. omnes, 32 §.1. C. de Epiſc. & Cler.* Ratio eſt, quia accuſatore non probante reus abſoluitur, *l. qui accuſare, 4. C. de eden. c. accuſatur, 6. q.5. Fab. defin. 4. C. vt nemo inuit. ag. vel accuſ. cog.*

Accuſatore non probãte reus abſoluitur.

Quòd ſi accuſator intra legitimum tempus non proſequatur, meretur légibus conſtitutam pœnam, mulctatur nẽpe quartâ omnium bonorum, & infamiâ notatur, *l.1. C. vt intra cert. temp. Tiraq. in tract. de pæn. temper. & remiſſ. n.17.* Deinde ſi ſemel deſtiterit ab accuſatione, nõ ampliùs admittitur ad eam, *l. qui deſtiterit, 2. ff. ad SC. Turpill. l. accuſationem, 6. C. de his qui accuſ. non poſſ. Bald. in l. accuſationem, C. qui accuſ. non poſſ.* Tamen in Gallia non habet locum SC. Turpillianum, *Papo, li.23. tit.11. arr.5.* Vide *Imberti Enchiridium, in verb. accuſare.*

Qui ſemel ab accuſatione deſtitit nõ ampliùs ad eam admittitur. SC Turpillianum in Gallia abolitũ.

Quomodo procedendum contra criminis reos?

Impunita maleficia manere non debent, *l. ita vulneratus, 2. §. fi. & ibi gloſſ. ff. ad leg. Aquil.* At præſentis inſtituti non eſt oſtendere quomodo inſtrui debeat criminalis proceſſus, verùm hæc quæſtio Practicis eſt relinquenda, quam tractauit *Maſuer. tit. de quæſtion.* Vbi agit de delinquentis citatione, in carcerem coniectione, ad torturam applicatione, confeſſione, & teſtibus: *& tit. ſeq.* de pœnis, vbi varia pœnarum genera proponuntur, pro variis delictis proponuntur; ſimúlque oſtenditur quomodo Iudex debeat procedere contra eum qui deliquit, inquirere, interrogare, & conſiderare ea omnia quæ minuunt aut aggrauant delictum. Idem præſtat *Imbert. in Praxi ſua Ciu. & Crim. lib.1. & 3.* Item *Petr. Ferrar. tit.52.* vbi traditur forma inquiſitionis, & forma procedendi in reos criminis, nempe accuſatione porrecta, vel inquiſitione formata, citãdum eſſe reũ; & ſi compareat, audiẽdum in exceptionibus ſuis tam declinatoriis quam peremptoriis, interim bona eſſe annotanda ſi ſit contumax, & ſic de cæteris formis obſeruandis in toto proceſſu vſque ad ſententiam.

Quomodo præſcribuntur crimina?

Præſcriptio criminum.

Poſt 20. annos, *Peleus lib.4. act.13. & 14. Expill. ita iudicatum dicit Gratianopoli, 4. Septemb.* 1601. *& 2. Febr* 1604. *Papo, lib.24. tit.11. arr.1. per l. in omnibus, 13 ff. de diuerſ. tempor. præſcript. & l. querela, 12. C. ad leg. Cornel. de falſ.* quia ſanctius impunitum relinquere facinus quàm innocentem damnare, *l. abſentem, ff. de pœnis. Bouuor. tõ. 2. verb. accuſator, quæſt.17.* Excipitur adulterium quod præſcribitur per quinquẽnium, *l. mariti, §. hoc quinquennio, ff. de adult. Boer. deciſ.26. n.12.*

Quomodo diuiduntur publica iudicia?

Crimina capitalia & nõ capitalia.

In capitalia & non capitalia: capitalia vltimo ſupplicio, vel morte, aut naturali aut ciuili homines afficiunt: non capitalia infamiam irrogãt cum damno pecuniario, vel modica in corpus animaduerſione, vt fuſtigatione, *l.2. in fin. ff. de public. iudic. §. publicorum iudiciorum, 2. hic.* Crimina puniri publicè intereſt, & expedit Reipub. ne maneant impunita, *l. ita vulneratus, §. ſi quis verſ. cum neque impunita. ff. ad leg. Aquil. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. Grammat. deciſ.36. Tuſch. tom. 2. lit. D. concl.157.* Pœna capitalis dicebatur, quâ eximebatur caput de ciuitate, ſiue per mortem naturalem ſiue per ciuilem, *l.2. §.1. ff. de publ. iud. l.2. ff. de pœn. l. licèt capitalis, 103. ff. de verb. ſignif.* Erat autem caput duplex, naturale & ciuile: naturalis capitis amiſſio dicitur vltimum ſupplicium quod eſt mors, *l. 29. ff. de pœn.* Aquæ & ignis interdictio fuit ciuilis capitis amiſſio. In locum iſtius interdictionis ſucceſſit deportatio, quæ relegationem, damnationem exilij, pœnam metalli comprehendit. Cæteræ

Pœna capitalis. Naturalis capitis amiſſio. Ciuilis capitis amiſſio.

pœnæ

pœnæ infra ciuilem aut naturalem capitis amiſſionem non ſunt capitales, & illa iudicia quibus ex irrogantur capitalia non ſunt, *l.2.ff. de public. iud. & l. capitalium*, 28. D. *de pœn.* Quando temperari aut remitti debeant pœnæ, docet Tiraq. *in tract. de pœn. temp. aut remitt.*

Crimina ordinaria. Diuiduntur adhuc crimina in ordinaria & extraordinaria: ordinaria ſunt quorum pœnæ ſpecificè & nominatim in iure expreſſæ habentur, quæque ordine iuris ſcripti tractantur, vt crimen læſæ Maieſtatis, &c. *Crimina extraordinaria.* Extraordinaria ſunt, vt incendium, concuſſio, apud Gallos omnia criminalia iudicia appellantur extraordinaria: ciuilia, ordinaria.

Quænam ſunt publicorum iudiciorum ſpecies?

Publicorum iudiciorum ſpecies. In hoc titulo tredecim explicantur publicorum iudiciorum præcipuæ ſpecies, nempe crimen læſæ Maieſtatis, crimen adulterij, crimen homicidij, crimen parricidii, crimen falſi, crimen vis publicæ & priuatæ, crimen peculatus, crimen plagij, crimen ambitus, crimen repetundarum, crimen annonæ, & crimen reſiduorum. Quibus plura alia adiici poſſunt, vt Hæreſis, Apoſtaſia, Furtum, ſuſpecti tutoris poſtulatio, atrox iniuria, expilata hæreditas, terminorum mutatio, præuaricatio, ſeditio, incendiorum crimen, effractio carcerum, ſtellionatus, & Monopolium, quarum ſpecierum ſcientia ex latioribus Digeſtorum libris adeuntura eſt, vt ait Iuſtinianus *in fin. hui. tit.*

Quodnam eſt crimen læſæ Maieſtatis?

Crimen læſæ Maieſtatis. Crimen læſæ ſeu imminutæ Maieſtatis quod omnium grauiſſimum eſt, dicitur illud quod contra populum Romanum eiúſque ſecuritatem à ſubdito committitur, *l.1. in princ. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Vel vt ait Iuſtinianus in §. *publica autem Iudicia.3. hic.* quando quis ſubditus contra Imperatorem, vel Rempublicam & vtriuſque ſecuritatem aliquid hoſtile molitur, arma mouendo, tumultum, aut ſeditionem excitando, *l.1. & 2. ff. ad leg. Iul. Maieſt.* item machinando de non præſtanda Principi obedientia, vt voluit, Bart. *in extrauag. qui ſint rebelles, in gloſſ. in verb. occulte & in verb. machinantur.* Hoc etiam crimen committunt illi qui contra eos qui iuxta latus Principis ſunt, aliquid moliuntur, Boer. *tract. de ſedit.* §.6. *num.* 9. Huius criminis rei appellati ſunt perduellionis rei, nam veteres eos quos nunc hoſtes appellamus, & qui hoſtili animo aduerſus Principem vel Rempublicam animati erant. *l. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* perduelles vocare ſoliti ſunt, *l. quos nos*, 234. *ff. de verb. ſignif.* tamen quando hoc crimen committitur contra Rempublicam, non propriè dicitur perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ Maieſtatis, quod is qui ſubditus non eſt non committit. *Perduellionis rei.*

Vnde dicta, & quotuplex eſt Maieſtas?

Maieſtas dicta eſt à magnitudine, quæ amplitudinem atque dignitatem ſignificat: & eſt duplex, diuina, *l.32.* §. *ſacerdotio*, 4. *D. de arbitr.* & humana, *l.7.* §.1. *de captiu.* Crimen læſæ Maieſtatis diuinæ eſt blaſphemia, de qua latè Boer. *deciſ.* 301. & Pap. *lib.* 1. *tit.*2. *arr.*1. Carol. IX. 1566. *art.*86. Henr. III. *art.*35. & 1585. periurium, incantatio magica, & eiuſmodi infinita alia, de quo crimine hîc non agitur, ſed tantùm de crimine læſæ Maieſtatis humanæ, contra quod ſancita eſt lex Iulia maieſtatis, & de quo in præcedenti quæſtione dictum. *Maieſtatis etymon. Maieſtas diuina & humana.*

Quâ pœnâ puniuntur huius criminis rei?

Gladio perire debent, eorúmque bona fiſco addici, atque memoria eorum poſt mortem delenda eſt, *per tot. tit. C. ad leg. Iul. Mai. & l. quiſquis*, C. *ad l. Iul. ma.* quæ ſatis clarè aperit pœnas corporum & bonorum, tam quoad principales committentes, quàm etiam eorum ſucceſſores & fautores: ita vt ex quo ſceleratiſſimum hoc crimen contraxit, quodammodo ſua mente punitus ſit, & omnium rerum ſuarum adminiſtratione ſit priuatus, *l. fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.* Pœna iſtius criminis locum habet in libetis legitimis & naturalibus ſimul, *d. l. quiſquis.* 5. §. *filij*, 1. C. *ad l. Iul. Maieſt.* ídque propter metum imitationis præcipuè conſideratum in crimine læſæ Maieſtatis, qui metus ceſſat in liberis natis ante patris delictum, & obtinet in illis qui pòſt nati ſunt, *l.* 2. C. *de Libert. & eorum liberti-* *Pœna criminis læſæ maieſtatis.*

In legitimis tantùm liberis, *id eſt*, adoptiuis non habet locum pœna, quia non ſunt ſanguine iuncti, *l. qui in adoptionem*. 23. D. *de adopt. & emancip.* Filii naturales & legitimi priuantur tam ſucceſſione paterna quàm materna & alia quacunque, ſíntque infames, *l. quiſquis*, 5. C. *ad leg. Iul. Maieſt.* ita vt his perpetuâ egeſtate laborantibus, ſit mors ſolatio, & vita ſupplicio, *l. quiſquis*, 5. C. *ad leg. Iul. Maieſtat.* excipiuntur filiæ quibus ob ſexus fragilitatem ex paternis bonis debetur legitima, *d. l. quiſquis*, Reſpectu quorum liberorum locum habeat, *d. l. quiſquis*, oſtendit Boer. *tract. de ſeditioſ.* §. 6. *num.* 23. Non obſtar Lex Diuina, Ezech. 18 Deut. 24. 4 Reg.

Obiect. 14. & 2. Paral. 25. Filius non portabit iniquitatem patris: neque obſtat Lex ciuilis, *l. crimen*, 26. *D. de pœnis.* Pœna impoſita patri non tranſit ad filium, neque ex delicto patris filius venit puniendus: Nam illæ leges veræ ſunt in

Reſp. criminibus vulgaribus, ſed non in atrocibus, cuiuſmodi eſt crimen læſæ Maieſtatis: quod latè confirmat Gregor. Tholoſ. *ſyntag. lib.* 25. *cap.* 1. *num.* 25. *& ſeqq.* Eadem pœnâ punientur illi qui ſciuerunt conſpirationem, eam tamen ſtatim non retulerunt, Ludou. XII. Decemb. 1477. Quo genere mortis puniri debeat iſtud crimen, docet Fab. *defin.* 1. C. *ad leg. Iul. Maieſt.* habitâ ratione nobilium aut ignobilium. Quòd etiam confiſcatio bonorum hîc ſemper irroganda poſſit in mulctam & pœnam pecuniariam Principi applicandam conuerti, tradit idem Fab. *defin.* 2. *C. eod.*

Vnde dicitur, & quid eſt adulterium?

Adulterij etymon. Adulterium dicitur quaſi tranſitus ad alterius thorum, aut ad alterum, 32. *q.* 2. & definitur concubitus illicitus cum ea,

Adulterii quid ſit. quæ eſt alteri nupta, vel cum aliena vxore dolo malo commiſſus, *l. hæc verba*, 12. *D. ad legem Iul. de adult.* In ſponſam enim adulterium committitur, *l. propter*, 7. *ad leg. Iul. de adult.* cùm neque matrimonium qualecunque neque ſpem matrimonii violare conceſſum ſit, &

Sponſa pro vxore habetur. ſponſa pro vxore habeatur, *l. ſi ſponſa*, D. *de iur. dot. l. iuſtam*, *eod.* Deut. 2.

Quomodo probatur adulterium?

Adulterii probatio. Probatur præſumptionibus, & coniecturis veri ſimilibus ac violentis, Bart. *in l. fin. C. de probat. per l. ſi quis adulterium*, *C. de adult.* Bart. *in l.* 2. §. *fin. in fin.* D. *ad leg. Iul. de adult.* Ratio eſt, quia coniecturæ ſufficiunt in iis quæ communiter ſecretò fiunt, Alex. *in l. fi. ff. de quæſtio.* Adulterium præſumptionibus atque coniecturis probari receptiſſimum eſt apud Doctores, *in l. nummis*, 75. D. *de leg.* 3. Rip. *in l.* 2. *quor. bonor.*

Licét-ne marito adulterum occidere?

Licet iure nouiſſimo, poſtquàm ter illi adhibitis teſtibus denunciauerit vt abſtineat à colloquio & conſuetudine ſuæ vxoris, *auth.* vt liceat auiæ & matri, §. *pen.* Nec punitur vt cæteri homicidæ pœnâ legis Corneliæ de ſicariis, vltimo nempe ſupplicio, ſi vxorem in adultario compertam illicò interficiat, ſed tantùm relegatur, *l. patri*, 20. *l. quod ait lex* 23. *l. marito*, 24. *l. ſi adulterium*, 28. §. *Imperator*, 8. D. *de adult.* Ratio eſt, quia iuſtum temperare dolorem eſt difficile, *d.* §. *Imperator.* Quinimò maritus non perdit quòd ſibi per legem quæſitum eſt, Peleus, *lib.* 6. *act.* 1. Carond. *lib.* 7. *Reſponſ.* 134. Licet marito adulterum occidere.

Quâ pœnâ punitur adulterium?

Iure diuino puniebatur adulterium pœnâ mortis, & quidem lapidatione, vt Leuit. *cap.* 20. & Deut. *cap.* 22. Iure Digeſtorum puniebatur pœna deportationis, *l.* 5. *ff de quæſt. Iul. Clar. in pract. in* §. *adulterium, verſ. ſed quæro.* Iure Codicis adulterium vltimo puniebatur ſupplicio, *l. quamuis*, 2. C. *ad leg Iul. de adult.* Iure authenticorum fœmina virgis cædebatur, & in Monaſterium detrudebatur, *auth. ſed hodie*, C. *ad leg. Iul. de adult.* niſi maritus intra biennium reciperet, *l. conſenſu*, 9. §. *quod ſi verò*, *C. de repud.* Iure Canonico punitur adulterium excommunicatione, *c. intelleximus*, *de adult.* Hodie pœna eſt arbitraria, Menoch. *de arbitr. caſ* 394. Fachin. *contr. iur. lib* 9. *c.* 101. Imbert. *in pract. ciu. & crim. lib* 3. *c.* 22. *in addit.* Ioh. de Cruce, *in q.* 178. *Guid. Pap.* Ita tamen vt inter pœnam & delictum ſeruetur proportio, *l. ſancimus*, 22. *C. de pœn.* Ideo puniendum eſt adulterium, quia cum iuſtis nuptiis pugnat, *l.* 27. *C. ad leg. Iul. de adult. coerc.* Appellantur enim adulteri alienarum nuptiarum temeratores, §. 4 *hic.* Eadem eſt pœna lenocinii quæ adulterii, *l. auxilium*, *ff. de mino.* De pœnis adulterii latè Boer. *deciſ.* 297. *n* 12. 13. *&* 16. Pap. *lib.* 22. *tit.* 9. *arr.* 5. Et Moſni. *lit.* A. *cap.* 6. Pœna varia adulterij. Adulteriū cum iuſtis nuptiis pugnat. Lenocinij pœna.

Vnde

Vnde dictum, quid, quotuplex eſt ſtuprum, & quæ eius pœna?

Quia lex Iulia de adulteriis etiam de crimine ſtupri, & inceſti loquitur, ideo de vtroque hîc agendum eſt. *Stupri etymon.* Stuprum dicitur quaſi turpis ſtupor, eo quòd ſummâ morum & ingenij ſtupiditate, & vt ſtupidum brutum ſtuprator ad libidinem proruat. *Stuprum quid ſit.* Definitur ſtuprum coitus illicitus, in virginem viduámque honeſtè viuentem perpetratus ſine vi, §. *item lex Iulia de adulteriis*, 4. *hic. l. inter liberas*, 6. §. 1. *D. ad leg. Iul. de adult.* & *l. inter ſtuprum*, 101. D. *de verb. ſignif.* Et ſic ſtuprum differt ab adulterio, quòd ſtuprum *Stuprum differt ab adulterio.* in virginem & viduam honeſtè viuentem committatur, adulterium verò in nuptam *d. l. inter liberas*, 6. §. 1. D. *ad l. Iul. de adult.*

Stuprum voluntarium. Stuprum duplex eſt, voluntarium & violentum. *l. fœdiſſimam*, 20. C. *ad leg. Iul. de adult.* Voluntarium eſt, quod volente & conſentiente virgine aut vidua fit, & eius pœna eſt publicatio dimidiæ partis bonorum in ſtupratore honeſto: in humili verò, coercitio corporis cum relegatione, §. *item lex Iulia, hic.* quam pœnam euitabit ſtuprator ſi matrimonium cum virgine corrupta contrahat, *cap. 1. & 2. extr. de adult.* *Stuprum violentum.* Violentum eſt, quando virgines aut viduæ, per vim opprimuntur vel abducuntur & dicitur raptus, cuius pœna eſt capitalis, vt *tot. tit. de rapt. virg. ſeu vidu.* propter vim quæ committitur in raptione *l. raptores*, C. *de Epiſcop. & Cler.* Hoc duplex ſtuprum valdè eſt inter ſe repugnans; quia vis & metus liberæ voluntati repugnant, *l. nihil conſenſui*, 116. D. *de reg. iur.* Tamen ducens in vxorem raptam, pœnam euitat, Sanchez *tom. 2. de matrim. lib. 7. diſput. 12. quæſt. 3. n. 28. & quæſt. vlt. n. 41. & ſeqq.*

Quid eſt inceſtus; & quæ eius pœna?

Inceſtus. Inceſtus; eſt conſanguineorum aut aſcendentium, & deſcendentium, vel collateralium proximorum abuſus, *c. lex illa*, 36. *q.* 1. Leuit. 18. & 20. §. *non omnes, ſupr. de nupt.* fitque cum ſanguinis aut affinitatis vel religionis contumelia, *l. ſi adulterium*, 38. *in princ. ff. ad leg. Iul. de adult.* *Inceſtus pœna.* Eius pœna eſt capitalis, ſi nempe inceſtus cum adulterio ſit coniunctus, vt infertur, *ex l. tranſigere*, 18. C. *de tranſact. l. ſi adulterium*, 38. & *ibi gloſſ. D. ad leg. Iul. de adult.* Vide Boer. *deciſ.* 318. & Fab. *defin. 3. D. de inceſt. & inutil. nupt.* Vel quando coniunctus eſt cum ſtupro, Fab. *defin. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. & ſtupr.*

Aliud eſt abominandæ, turpiſſimæ; ac fœdiſſimæ libidinis crimen, vt ſi quis cum bruto coierit, huius pœna mors erit, Leuit. *cap. 20. l. cùm vir*, C. *de adult. & in authent. vt non luxu homo contra na. col. 6. Nou.* 77. Ad terrorem criminis debet brutum cum homine ſimul vltimo ſupplicio affici, *c. mulier*, 16. *qu.* 1. Pap. *lib. 22. tit. 7. art.* 1. Ad hoc crimen reuocatur actus venereus duarum mulierum ſe corrumpentium, & inter ſe libidinem ſuam exercentium. quæ vltimo ſupplicio veniunt puniendæ, Boer. *deciſ.* 316. *num.* 14. Pap. *lib. 22. tit. 7. art.* 2.

Vnde dictum & quid eſt homicidium?

Dicitur homicidium propriè, cùm homo cæditur, id eſt occiditur, à cæde enim deriuatur, & à cædendo quaſi hominis cædium, *l. ita vulneratus*, 51. D. *ad leg. Aquil. in princip.* *Homicidium.* Definitur homicidium humani corporis exanimatio violenter ab homine facta, vel veneno, vel arte magicâ, vel gladio vel fuſte, vel alio telo, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit, vel calce petiit, vel qualiter qualiter, ita vt anima à corpore ſeparata ſit, *l. qua actione*, 7. §. 1. D. *ad leg. Aquil.* Homicidæ aliàs appellantur ſicarii, qui cædem quocunque telo committunt, à ſica Romanis frequente per quam omne telorum genus ſignificatur, *Sicarii. Sica.* tamen breuis & incuruatus gladiolus propriè ſica eſt, Perſico acinaci ſiue Turcico ſimilis, teſte Suida & Ioſippo *libr. 20. antiqu. iudic. cap. 1. libr. 2. de bello iud. cap.* 12. Iſidorus *lib.* 8. *Etym. cap.* 16. vt refert Giphan. *ad §. item lex Cornelia*, 5. *hic.*

Quinam homicidij rei ſunt?

Homines homicidij rei ſunt. Homines, nam ſi fera, aut alia beſtia occiderit, propriè non erit homicidium, ſed pauperies *tot. tit. Inſtit. & D. ſi quadrup. pauper. feciſ. dic.* & quidem omnes qui cuiuſcunque

Aggreſſores.

ætatis ſexus, & conditionis hominem occiderint, *l.1. §. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* aggreſſores nempe, *text. expreſſ. in l. is qui cum telo, 7 C. ad leg. Cornel. de ſicar.* & præparantes ſe ad inſultandum, Hyppolit. *ſingul.* 538. Tamen credendum erit occiſori iuranti ſe ab occiſo aggreſſum, ſi contrariis indiciis non vrgeatur, Fab. *defin. 2. C. de confeſſ.* Deinde aſſacinatores, qui pecuniam dederunt, & aſſacini, qui talem pecuniam acceperunt ad alium interficiendum, Chaſſan. *in conſuet. Burg. de iuſt. & iuriſdict.* §. 5 *verſ. ad arbitrium iudicis, num.* 10. 11. & 12 De aſſacinis fusè tractant *Od. in auth. ſed nouo iure, C. de ſec. fugit. & extrà, de homicid. c. pro humani, lib. 6.* Item venefici, *§. item lex Cornelia, hic,* 5. *l. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 7. §. ſi dicamus, D. de iniuriis.* quorum pœna eſt ignis, & qui criminis Læſæ Maieſtatis diuinæ rei ſunt, Cl. Brun. *proceſſ. crim. lib. 1. de crim. l. aſſ. Mai. a. 1. 5* Pap. *lib. 22. tit.* 3. Tum etiam qui ſibi manus cruentas attulerunt, & mortem ſibi conſciuerunt quod crimen præ cæteris eſt ſceleſtiſſimum, tanquam cum deſperatione coniunctum: eorum enim corpora ad locum ſupplicii iumentis trahuntur, & vel ad furcam attolluntur, vel propè furcam ſepeliuntur. De iure canonico ſepultura Eccleſiaſtis illis denegatur, *can. placuit, 23. q. 5.* Ius ciuile vtitur diſtinctione vel enim quis ob crimen capitale accuſatus ſe interficit, ideo pro conuicto habetur, & eius bona confiſcantur, *l. 3 §. 1. D. de bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſcin.* Vel quis perire volens vitæ tædio aut deſperatione ſibi cruentas attulit manus, & tunc nulla eſt bonorum confiſcatio, *d. l. 3. §. ſi quis autem, l. ſi quis filio, §. eius qui, D. de iniuſt. rupt. l. 122. teſtam.* Guid. Coquill *quæſt.* 16. Robert. *rer iudic. lib. 1. cap* 12. Pariſiis iudicatum dicit 3. Febr. 1588. quòd nulla habita confiſcationis ratione bona eius qui ſibi mortem conſciuit hæredibus relinquerentur.

Aſſacinatores & aſſacini.

Venefici.

Cruentas manus, ſibi aſſerentes.

Quænam eſt pœna homicidij.

Pœna homicidij.

Pœna ordinaria eſt capitalis, iure Diuino, Geneſ 9. Exod. 21. *num.* 35. Deut. 19. Leuit. 24. Matth. 26. Item iure ciuili, *§ item lex Cornelia de ſicariis, 5. hic. l. 3. § fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. penult. C. eod. l. 3. verſ. patiatur, C. de Epiſc. aud. l. 1. verſ. merito C. de rapt. virgin.* Guid. Pap. *quæſt.* 121. Boer. *deciſ.* 83. Iul. Clar. *ſentent. lib.* 15. §. *homicidium. verſ. ſed quæro quæ ſit pœna.*

An illi omnes qui homicidium commiſerunt æqualiter ſunt puniendi?

Homicida, non æquæ iter puniendi.

Non, furioſus enim qui aliquem in furore occidit, capite non eſt puniendus, ſed carceribus continendus, Fab. *defin. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Impubes, doli capax & pubertati proximus, ſi aliquem occiderit, punietur pœnâ ordinariâ, tamen poterit gratiâ à Principe impetrare, Fab. *defin. 2. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Deinde qui rixa, vel laſciuiâ, vel vino, *id eſt,* non dolo malo hominem occidit, leuiùs punietur: eſt enim hæc communis ſententia ſcribentium quod homicidium ſine dolo commiſſum mitiùs punitur quàm illud quod dolo committitur, vt ait Cæpol. *conſil. crimin.* 37. *col. prima.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 325. *num.* 12. & *caſ.* 224. Clar. §. *homicidium, verſ. ita etiam eſt, circa fin. lib. 5. ſentent* eſt quippe homicidium dolo commiſſum, & deliberato animo, quod animo occidendi, & ex propoſito fit, quando nempe quis aggreditur alium præuia animi deliberatione, ex interuallo præcedente, & illum trucidat, Clar §. *homicid. verſic. ex propoſito.* Treutler. *conſil.* 94. *num.* 3. & 4.

Occidens aggreſſorem ſe defendendo non tenetur.

Id omnium criminum eſt commune, vt dolū malum ſubeſſe neceſſe ſit ad pœnam legitimam, Giphan. *ad §. item lex Cornelia,* 5. *hic.* Occidens enim aggreſſorem ſe defendendo, non tenetur de occiſo, Clarus, §. *homicidium, p.* 34. Veſembec. *conſil.* 19. *n.* 72. Ratio eſt quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur *l. ſi vt alleges. C. ad l. Cornel. de ſicar.*

Conatus venit-ne puniendus in homicidio?

Conatus in delictis eſt puniendus.

In §. *item lex Cornelia,* 5. *hic.* dicit Imperator eadem pœnâ affici homicidam, & eum qui cum telo ambulat, *id eſt,* qui propoſitum habet hominis occidendi, text. eſt expreſſ. *in l. is qui cum telo, 7. ad leg. Corn. de ſic.* Non tantū in homicidio, ſed etiam in aliis criminibus hoc obtinet vt conatus ſit puniendus in delictis etſi non ſequatur exitus, *text. in l. ſi quis non*

dicam

Digitized by Google

Prælegatum non venit in reſtitutionem fideicommiſſi ibid.
Prælegatum non retinet repudians hereditatem ibid.
Prælegatum non ſubmittitur oneribus hæreditariis ibid.
Prælegatum non ſubiicitur actionibus 165
Præſcribi quæ non poſſint 91
Præſcriptio quomodo differat ab vſucapione 87
Præſcriptio eſt rerum immobilium ibid.
Præſcriptio interrupta nulla eſt 89
Præſcriptio quomodo interrumpatur 89.90
Præſcriptio ſeruitutis quando nulla eſt 90
Præſcriptio quid ſit 304
Præſcriptio longi temporis quæ 90.305
Præſcriptio longiſſimi temporis contra quem opponatur 90
Præſcriptio longiſſimi temporis & præſumptum, & iuſtum titulum directúmque dominium inducit, pro veritate habetur & ſecuritatem parit ibid.
Præſcriptio immemorialis quæ ibid.
Præſcriptio immemorialis vim priuilegij habet, tituli legitimi, & legis ibid.
Præſcriptio immemorialis eſt maior centenariâ ibid.
Præſcriptio centum annorum quæ ibid.
Præſcriptio centum annorum contra quid & quos opponatur ibid.
Præſcriptio decem dierum ibid.
Præſcriptio 30. & 60. dierum ibid.
Præſcriptio ſex menſium ibid.
Præſcriptio annalis ibid.
Præſcriptio biennalis ibid.
Præſcriptio quatuor annorum ibid.
Præſcriptio quinque annorum ibid.
Præſcriptio non currit non valenti agere 304
Præſcriptio quare introducta 90.91
Præſcriptiones variæ 304
Præſcriptum non vlterius niſi quantum poſſeſſum 87
Præſentes qui dicantur ibid.
Præſtat non ſoluiſſe quàm ſolutum repetere 230
Præteritio rumpit teſtamentum 117
Præteritio eſt magis odioſa quàm exhæredatio 1.8
Præteritio quomodo differat ab exhæredatione ibid.
Præteritio liberorum tacita eſt exhæredatio 120
Præteritio nepotis infirmat teſtamentum 119
Præteritio matris aut aui materni inducit exhæredationem 120
Præteritus quis dicatur 118
Prætextæ 26
Prætor vrbanus 12
Prætor peregrinus ibid.
Prætor ſequitur naturalem æquitatem 231
Prætores vnde dicti 12
Prætorum edicta 8.12
Præuaricatio quid 333
Præuaricatores qui ibid.
Præuaricatorum pœna ibid.
Pragmatica ſanctio 12
Precarium non eſt iuris, ſed facti 82
Precarium non tranſit ad hæredem niſi velit conſtituens 83
Precarium ciuilem transfert poſſeſſionem 289
Precariò poſſidere 315
Pretium vnde dictum 225
Pretium quid ſit ibid.
Pretium debet eſſe certum ibid.
Pretium debet eſſe iuſtum ibid.
Pretium debet eſſe nummarium 226
Pretium conferri poteſt in arbitrium tertij ibid.
Pretium eſt emptionis ſubſtantia 224
Pretium eſt de ſubſtantia venditionis, aut fides habita de pretio ibid.
Pretium non poteſt conferri in alterius contrahentium voluntatem 226
Princeps dicitur fons iuſtitiæ 3
Princeps ratione litis non poteſt hæres inſtitui 136
Princeps an ſit legibus ſolutus ibid.
Principis placitum quid ſit 11
Principis placitum legis habet vigorem 8.11
Principes tantùm leges condunt 3
Principale trahit ad ſe acceſſorium 72
Prior in gradu an ſit potior in iure ſuccedendi 181
Prior tempore potior iure 209.288
Priuatum vnde dictum 65
Priuigna 28
Priuilegia perſonalia & realia 12
Probatio quid ſit 276
Probatio ſemiplena 290
Probandi neceſſitas incumbit agenti 152
Proceſſus criminalis 324
Procincti quinam ſint 106
Procurator nobis acquirit 104
Procurator an retinere poſſit acta litis pro ſumptibus 243
Procurator quando citari poſſit 301
Procurator ad negotia & ad lites ibid.
Procuratoris officium eſt virile ibid.
Procuratores qui poſſint eſſe vel non ibid.
Procuratorum vſus ibid.
Prodigus quis dicatur 109
Prodigus quando ſit quis cenſendus 115
Prodigi curatela quando finiatur 54
Prodigi non poſſunt mutuum contrahere 198
Prodigi interdicti teſtari non poſſunt 114
Prohibitio in vno capite facta cenſetur repetita in ſequentibus 166
Proles quomodo patrem ſequitur 16
Propoſitio erroris 11
Proprium alicuius eius ampliùs non ſit 218
Prorogatione termini liberatur fideiuſſor 219

Proteſtatio quando valeat 307
Prudentes qui 12
Puberi non datur tutor 51
Puberes poſſunt curatores ſuſpectos accuſare 60
Pubertas qualis ſit 26
Pubertas plena ibid.
Pubertas hodie quando contingat 51
Pubertas plena qua 53
Pubertati proximus 260
Pubertatem quomodo olim æſtimarint veteres 51
Publica iudicia quare ita dicta 323
Publicorum iudiciorum ſpecies 325
Publicani qui dicantur 66
Pupillus non poteſt ſe obligare ſine tutoris authoritate 49
Pupillus quando contrahere, & quando non poteſt ſine tutoris authoritate ibid
Pupillus ſine tutoris authoritate poteſt conditionem facere meliorem, non deteriorem 50.100
Pupillus quomodo obligatur 50
Pupillus pubertati proximus ibid.
Pupillus regulariter non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ibid.
Pupillus quando à tutela liberatur 51
Pupillus quomodo agat ſi pecunias ſine tutoris authoritate alieni dederit 101
Pupillus quando credatur locupletior factus ibid.
Pupillus an poſſit alij ſoluere ſine tutoris authoritate ibid.
Pupillus non poteſt res ſuas alienare ſine tutoris authoritate 100
Pupillus aliquando alienare non poteſt ſine iudicis decreto ibid.
Pupillus quando pecuniam acceptam reſtituere cogatur vel non ibid.
Pupillus non poteſt alij ſoluere ſine tutoris authoritate 101
Pupilli immobilia non poſſunt alienare ſine iudicis decreto 49
Pupillo dantur etiam curatores aliquando 54
Pupillo ſoluens an liberetur 101
Pupilli non poſſunt mutuum contrahere 198
Pupilli aliquando curatores accipiunt 52
Pupilli non poſſunt hereditatem adire, aut bonorum poſſeſſionem petere, aut hereditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere ſine tutoris authoritate 49.50
Purpura cedit veſti. 72

Q

Quadrans 123
Quadrupes 299
Quarta Trebellianica qua 165
Quarta quot modis debeatur 167
Quartam quis habere debet vt de inofficioſo non agat 139
Querela inofficioſitatis quid ſit 137
Querela inofficioſi teſtamenti quibus competat 138
Querela non competit ſi aliquid ſit relictum ibid.
Querelam quinam liberi mouere queant ibid.
Querelam an mouere poſſint ſpurij & naturales ibid.
Querelam non habet qui agnouit teſtamentum 139
Querela quid ſit 138
Quincunx 123
Qui per alium facit per ſe facere videtur 294
Quirites à Quirino 8

R

Rapina quid ſit 161
Rapina differt à furto 261.262
Rapina quomodo punienda 262
Raptus quis 300
Raptus pœna 30
Ratam rem habere quid ſit 303
Ratihabitio quomodo per minorem & maiorem fiat 242
Ratio eſt legis anima 6
Rationes debent reddi in domo pupilli 246
Rationum redditio duo complectitur 48
Rationum redditio requirit confectionem inuentarij ibid.
Rationum redditio vbi fieri debeat ibid.
Rationum redditio quomodo fiat 246
Recredentia 312
Recriminatio an permiſſa 322
Redemptores 231
Regalia qua 66
Regundorum vocabulum vnde deductum 283
Reintegranda 315
Religioſum locum vnuſquiſque pro arbitrio facit 67
Remuneratio non eſt propriè donatio 96
Remum occiſum quòd muros tranſcendere voluerit 68
Repetundarum crimen quid 332
Repetundarum crimen quomodo puniatur 332
Replicatio quid ſit 309
Reſcindens quid 286
Reſciſſorium quid ibid.
Reſciſſorium & reſcindens an cumulari queant ibid.
Reſciſio contractuum ex quibus cauſis fiat 226
Res pro derelicto habita 77
Res ſua nemini ſeruit 79.85
Res quando periiſſe dicatur 254
Res inter alios acta & iudicata tertio non nocet 244
Reſpublica ſine legibus eſſe nequit 2
Reſpublica comparatur pupillo 50
Reſpublica non capit præiudicium ex facto anteceſſorum ibid.
Rei vocabulum quid comprehendat 65
Rei vindicatio vnde dicta, & quid ſit. 278
Rei vindicatio qua requirat 279
Reivindicatio contra quem detur ibid.
Res in patrimonio exiſtentes 65
Res extra patrimonium exiſtentes ibid.
Res priuata qua ibid.
Res communes ibid.
Res publica 66.
Res publica quomodo à communibus differant ibid
Res vniuerſitatis ibid.
Res nullius 67
Res ſacra qua ibid.
Res ſacra non poſſunt alienari ibid.
Res religioſa ibid.
Res ſancta ibid.
Res incorporales propriè non traduntur 76
Res corporales qua 77
Res incorporales 78
Res incorporales quaſi poſſidentur, non propriè 89
Res ſacra, ſancta, religioſa, & publica non ſunt in commercio ibid.
Res eccleſiaſtica an alienari poſſint 227
Res eccleſiaſtica que præſcribantur 91
Res extincta non poſſunt vindicari, ita quidem condici 100
Rerum publicarum vſus cuius ſit 66
Reſiduorum crimen quid 332
Reſiduorum criminis pœna ibid.
Reſponſa prudentum qua 8.12.13
Reſponſa prudentum habuerunt legis vigorem 13
Reſtitutio in integrum competit minori intra quadriennium

nium, contra omiſſam inuentarij confectionem 100
Retractus conuentionalis 218
Retractus ſanguinis ibid.
Reus unde dictus 209
Reus promittendi 210
Reus ſtipulandi 209
Riparum proprietas ad quem pertineat 66
Riuus quid 315
Rogati quinam poſſunt reſtituere 166
Rubrica unde dicta 4

S

SAgmina 67
Saiſina 312
Salarium promiſſum debetur 24
Sanctum quid ſit 67
Satio 74
Satiſdatio quid ſit, & quotuplex 302.303
Satiſdare quinam cogatur 303
Satiſdatio quid ſit 55
Satum ſolo cedit 74
Scienti non fit iniuria 73
Sciſcere & ſcitum quid ſit 11
Scriptura an chartæ cedat 74
Scriptura non eſt de ſubſtantia emptionis 216
Seditio unde dicta, quid ſit, & quæ eius pœna 333.334
Semis 123
Senatus quid ſit 11
Senatuſconſultum quid ſit 8.11
Senatuſconſultum Velleianum unde dictum, & quid ſit 41.108
Senatuſconſultum Velleianum quando non prodeſt mulieribus ibid.
SC. Trebellianum 164
SC. Pegaſianum ibid.
SC. Sabinianum 174
SC. Tertyllianum 178
SC. Macedonianum, & eius origo atque exceptiones 296.297
SC. Velleianum 308
SC. Orphitianum 178.179
SC. Turpillianum non habet locum in Gallia 324
SC. Claudianum 184
Senectus 53
Senectutis magnus honor 58
Sententia 277
Sententia non nocet non citato 322
Sententiæ executio quando fieri debeat 277
Septa 315
Septunx 123
Sequeſtrum unde dictum, & quid ſequeſtratio 202
Sequeſtratio unde pendeat ibid.
Sequeſtratio quatuor requirit ibid.
Sequeſtri munus eſt ciuile ibid.
Serui res ſua uement 79.85
Seruitus quid ſit 14.15
Seruitus ex iure diuino orta quæ vel honeſta, vel turpis 15
Seruitus ex iure Gentium orta 15
Seruitus perſonalis 78
Seruitus realis ibid.
Seruitus mixta ibid.
Seruitus prædialis 78.79
Seruitus lignandi in ſylua 78
Seruitus habetur in re alterius 79
Seruitus in quo conſiſtat ibid.
Seruitus prædialis duplex ibid.
Seruitus tigni immittendi 82
Seruitus ſtillicidium auertendi ibid.
Seruitus altius tollendi, vel non tollendi ibid.
Seruitus protecti, & prorectus ibid.
Seruitus continua & diſcontinua 81.82
Seruitus prædiorum ruſticorum 79
Seruitutes quare prædiales dictæ ibid.
Seruitutes urbanorum prædiorum 81
Seruitutes quomodo conſtituantur ibid.
Seruitutum amittendarum modi ibid.
Serui unde dicti, & quis ſit 14.15
Seruus an tutor eſſe poſſit 42
Seruus mortuo comparatur 44
Seruus quare olim neceſſarius hæres 140
Seruus pro domino non conuenitur 196
Seruus obligatur ex delictis 215
Seruus cui acquirat ... dando 22
Serui aut naſcuntur, aut fiunt 14.15
Serui quomodo dominis acquirant 103
Serui quomodo liberantur à dominica poteſtate 35
Serui proprij & alieni 103
Seruorum conditio an ſit diuerſa 14.16
Seruorum diſtinctio 15
Seruorum varia officia, ſed idem ſtatus ibid.
Sex ans 123
Sexus diſcrimen hodie non obſeruatur in inſtitutionibus 119
Sica quid ſit 317
Sicarius quis ibid.
Sigilli appoſitio ſcripturam facit indubitatam 107
Simonia 332
Simoniæ pœna ibid.
Societas quid ſit 237
Societas prohibita eſt de rebus turpibus & malis ibid.
Societas impropria quæ 237
Societas omnium bonorum aut quorundam ibid.
Societas fratrum ibid.
Societas in perpetuum, ad tempus, & ſub conditione 238
Societas leonina ibid.
Societas quomodo finitur 239
Societas non tranſit ad hæredes ibid.
Societas eſt velut quædam fraternitas 291
Societatis modi quatuor 237
Societatis ius eſt fraternum 238
Societatis periculum 239
Societate uniuerſali communicantur dotes, ſed tantùm fructus dotium 237
Socij æqualiter lucrum & damnum ſentiunt 238
Socrus 28
Solemnitas quid ſit 107
Solidum quando peti poſſit, & non poſſit 291
Solidum in qua actione veniat, & non veniat ibid.
Solutio eſt facti 251
Solutio quando præſumatur ibid.
Solutio vt legitimè fiat, quæ obſeruanda ibid.
Solutio una plures obligationes tollit 252
Solutio & liberatio quomodo ſe habeant ibid.
Solutio in quam cauſam cenſeatur facta ibid.
Solutio priùs in vſuras quàm in ſortem cenſetur facta ibid.
Solutio in dubio cenſetur facta proprio nomine ibid.
Solutio partis an fieri poſſit 250
Solutio quando ſoluentem liberet ibid.
Solui non poteſt aliud pro alio ibid.
Sortis quis vſus, & an licita vel illicita ſors 125
Spadones qui 34

Speciale plus viget quàm vniverſale 203
Species apud iuriſconſultos qualis 145
Specificatio quid ſit 71
Specificatio ad quem pertineat ibid.
Specificatum vt ſpecificatum fiat tria requiruntur 72
Specus quid ſit 315
Sponſalia vnde dicta, & quid ſint 30
Sponſalia quomodo à nuptiis differant ibid.
Sponſalia de praeſenti ibid.
Sponſalia de futuro ibid.
Sponſalia aliquando ſumpta pro arrhis 31
Sponſalia quinam contrahere poßint ibid.
Spurij qui dicantur 190
Spurij an ſuccedant 189
Spurij non ſunt de parentela ibid.
Spurij non habent agnationem ibid.
Spurij dicuntur vulgò quaſiti 190
Status quotuplex 44
Stellionatus vnde dictus, & quid ſit 334
Stillicidium vnde dicatur 81
Stirps quid ſit 188
Stipulandi forma olim & hodie quae 207
Stipulari nequit qui fari non poteſt 215
Stipulatio vnde dicta 206
Stipulatio Aquiliana 153
Stipulatio quid ſit 207
Stipulatio quomodo fiat ibid.
Stipulatio eſt ſtricti iuris, & à iure ciuili introducta ibid.
Stipulatio ibid.
Stipulatio in diem 208
Stipulatio ſub conditione ibid.
Stipulatio in annos differt à legato ibid.
Stipulatio ad certum locum ibid.
Stipulatio quarum ſit rerum 209
Stipulatio ſeruorum 210
Stipulatio iudicialis, praetoria, conuentionalis, & communis 211.212
Stipulationes in dando & faciendo conſiſtunt 212
Stipulationes diuiduae & indiuiduae ibid.
Stipulationes certae & incertae ibid.
Stipulationes purae, conditionales, & in diem ibid.
Stipulationes inutiles dicuntur quinque modis 214
Stipulationes inutiles ratione materiae ibid.
Stipulationes inutiles ratione formae ibid.
Stipulationes inutiles ratione finis ibid.
Stipulationes inutiles ratione cauſae efficientis 215
Stipulationes inutiles ratione conditionis adiectae ibid.
Stipulationum ſeruilium forma 211
Stirps quid ſit 191
Studere an liceat diebus feſtinis 321
Stuprum vnde dictum, quid, & quotuplex 327
Subhaſtatio omnem euictionem, omnémque actionem excludit 89
Subiecto negato negatur adiunctum 19
Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatum eſt, exceptis quibuſdam caſibus 126
Subſtitutio vnde dicta, & quid ſit ibid.
Subſtitutio communis eſt inſtitutio, non contrà ibid.
Subſtitutio quotuplex ibid.
Subſtitutio directa, & indirecta ibid.
Subſtitutio directa quotuplex ibid.
Subſtitutio compendioſa 116.127
Subſtitutio vulgaris vnde dicta, & quid ſit 127
Subſtitutio vulgaris quibus modis fiat 128
Subſtitutio vulgaris quomodo euaneſcit 127
Subſtitutio ad vnum caſum facta an ad alium poßit extendi 128
Subſtitutio vulgaris quotuplex ibid.
Subſtitutio vulgaris expreſſa & tacita ibid.
Subſtitutio vulgaris expreſſa fortior eſt tacitâ, ibid.
Subſtitutio facta ſub pluribus conditionibus quando valeat 128.129
Subſtitutio reciproca quid ſit, & vnde dicta 129
Subſtitutio reciproca malè breuiloqua dicitur ibid.
Subſtitutio reſiproca quando expiret ibid.
Subſtitutio pupillaris vnde dicta, & quid ſit 130
Subſtitutio pupillaris vnde pendeat 133
Subſtitutio pupillaris quomodo à vulgari differat 130
Subſtitutio pupillaris vel expreſſa vel tacita ibid.
Subſtitutio pupillaris expreſſa quatuor fit modis ibid.
Subſtitutio pupillaris tacita quomodo fiat 130.131
Subſtitutio pupillaris expreſſa an excludat matrem 131
Subſtitutio pupillaris tacita non excludit matrem ibid.
Subſtitutio pupillaris vltra pubertatem porrecta valet ibid.
Subſtitutio pupillaris poteſt ſecretò fieri 132
Subſtitutio pupillaris an valebit ſi pater eam incluſerit intra arctius tempus 131.132
Subſtitutio pupillaris quomodo finiatur 133
Subſtitutio exemplaris quid ſit 132
Subſtitutio exemplaris à quo fiat ibid.
Subſtitutio exemplaris facta in vnum caſum extenditur ad alium ibid.
Subſtitutio ex coniecturis & ex mente teſtatoris aeſtimanda 163
Subſtitutionis vulgaris forma 127.
Subſtitutionis pupillaris forma 130
Subſtitutionis pupillaris requiſita ibid.
Subſtitutionis pupillaris vnum tantùm eſt teſtamentum 132
Subſtitutiones quo vſque valeant in Gallia 126
Subſtitutionum gradus quomodo computandi ibid.
Subſtitutionum introducendarum origo ibid.
Subſtitutionum diuerſitas vnde naſcatur 127
Subſtituere non poſſunt pupillariter liberi parentibus 132
Subſtitui poteſt pupillariter exhaeredatis 133
Subſtitui poteſt poſthumis ibid.
Subſtitui quomodo poßit impuberi ibid.
Subſtitui non poteſt pupillariter aut directò extraneo vel puberi 134
Subſtitui poteſt exemplariter muto, ſurdo, prodigo aquè ac furioſo 132
Subſtitutus ſecundo loco non detrahit Trebellianicam 165
Subſtitutus vulgariter an eum inſtitutio admittatur 118
Succedere in capita quid ſit 190
Succedere in ſtirpes quid ſit ibid.
Succeßio quid ſignificet, & quid ſit 173
Succeßio quae ex pacto defertur an prohibita ibid.
Succeßio agnatorum 176
Succeſſio liberorum 183
Succeßio legitima lege datur 188
Succeſſio deſcendentium 189
Succeßio coniugum 192
Succeßio fiſci ibid.
Succeſſionis variae ſpecies 193
Succeßionum gradus de iure veteri & nouo 174
Succeßionum ab inteſtato tres gradus 188
Succeſſorium edictum 177
Sui ab haereditate ſe abſtinent 127
Sui haeredes 174
Suitas quid ſit 140
Superficies quid ſit 315
Supplicatio ciuilis 11
Surdus per accidens miles poteſt teſtamentum militare facere 113
Surdus naturaliter nemo eſt qui non ſit mutus naturaliter, & qua-

& quare 115
Surdus ſe pro harede gerit 146
Surdi teſtari nequeunt 115
Suſceptores ſuſceptis non ſuccedunt 188
Suſceptores cum ſuſceptis cognatione ſpirituali iunguntur ibid.
Suus quis dicatur 142
Suus poſthumus quis 118

T

TAcens conſentire videtur 305
Tacitum quid ſit 120
Talio quid 267
Talionis pœna qua ibid.
Temerè litigans quis 316
Temerè litigantium pœna pecuniaria 317
Temerè litigantium pœna fuit infamia ibid.
Temerè litigantium pœna hodie 318
Temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum 221.304
Tempus pro veritate eſt 89
Tempus breuius conceditur tam præſentibus quàm abſentibus ibid.
Temporis continuitas re neceſſaria in præſcriptione ibid.
Terminus quid ſit 182
Terminorum motor quomodo puniatur 321.333
Terminorum mutatio quid 333
Tertius poſſeſſor non poteſt conueniri vſquedum creditor excuſſerit ſpecialem hypothecam 204
Teſtamentum vnde dictum 104
Teſtamentum quid ſit 105
Teſtamentum non debet pendere ex alieno arbitrio, ſuggeſtione, aut interrogatione ibid.
Teſtamentum & eſt iuris ciuilis, & iuris gentium 106
Teſtamentum in procinctu factum ibid.
Teſtamentum per æs & libram 107
Teſtamentum prætorium ibid.
Teſtamentum paganicum ibid.
Teſtamentum ſolenne quid ſit ibid.
Teſtamentum eſt actus indiuiduus ibid.
Teſtamentum in ſcriptis quomodo fiat ibid.
Teſtamentum olographum ibid.
Teſtamentum in piam cauſam factum 108
Teſtamentum tempore peſtis factum ibid.
Teſtamentum inter liberos valet cum duob. teſtibus ibid.
Teſtamentum inter liberos nullam publicationem deſiderat ibid.
Teſtamentum in omni materia poteſt conſcribi 110
Teſtamentum nuncupatiuum 110
Teſtamentum nuncupatiuum quomodo differat à ſolenni 110 111
Teſtamentum nuncupatiuum quomodo diuidatur 111
Teſtamentum militare quid ſit 112
Teſtamentum militare quomodo probetur 112.113
Teſtamentum militis non iure factum ante militiam in expeditione poteſt confirmari 113
Teſtamentum militis poſteà arrogati valet ibid.
Teſtamentum militis eſt iuris gentium ibid.
Teſtamentum vt valeat quid conſiderandum 114
Teſtamentum eſt iuris publici non priuati 114.135
Teſtamentum nullum ſine hæredis inſtitutione 117
Teſtamentum ſolenne duobus rumpitur modis 135
Teſtamentum poſterius rumpit prius ibid.
Teſtamentum militis per poſterius non rumpitur ibid.
Teſtamentum mutuum an à ſuperſtite reuocetur ibid.
Teſtamentum poſterius non facit reconualeſcere prius etiamſi poſterius non valeat 135
Teſtamentum quomodo irritum fiat 136
Teſtamentum imperfectum quando valeat ibid.
Teſtamentum imperfectum quoduam ſit ibid.
Teſtamentum an vitiet raſura, litura, aut cancellatio 136.137
Teſtamentum patris aut matris non valet contra conuentiones matrimoniales liberorum 137
Teſtamentum inofficioſum quid ſit il id.
Teſtamentum ſemel approbatum non poteſt improbari 139
Teſtamentum morte confirmatur 106
Teſtamenti plura fieri poſſunt exempla 110
Teſtamenti fundamentum & anima eſt hæredis inſtitutio 117
Teſtamenti inofficioſi querela vnde pendeat 137
Teſtamenti ſolennis publicatio quomodo fiat 110
Teſtamenta in diem non fiunt, vt contractus 208
Teſtamenta quare in ſcriptis, & ſecretò fiant 110
Teſtamentorum varia genera 104.106
Teſtamentorum ſolennitates quæ 107
Teſtandi facultas ex iure æſtimanda 114
Teſtari poſſunt omnes à lege non prohibiti ibid.
Teſtari nemo eſt prohibendus, vel cogendus 106
Teſtator & hæres pro vna eadémque perſona habentur 151
Teſtator poteſt confectionem inuentarij hæredi remittere 145
Tiſtator non poteſt prohibere hæredi ne cum inuentario adeat ibid.
Teſtator poteſt hæredi ſub hac conditione ſubſtituere ſi inuentarium conficere velit, & hæredem inſtituere ſub hac conditione ſi inuentarium non fecerit 145.146
Teſtator non poteſt ſibi hanc legem imponere vt prius teſtamentum rumpere non poſſit, & ab eo recedere 157
Teſtator poteſt prohibere, ne hæres detrahat quartam 166
Teſtatoris voluntas potiſſimùm eſt attendenda 105.125
Teſtatoris voluntas debet eſſe libera, non metu coacta 105
Teſtatoris libertas quomodo impediatur ibid.
Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem 106. 135.137
Teſtimonium domeſticum eſt reprobatum 109
Teſtimonium non valet in cauſa propria 110
Teſtis vnus teſtis nullus 108
Teſtis non eſt filius in teſtamento patris, vel contrà 109
Teſtes debent eſſe rogati in teſtamento 107
Teſtes ſeptem in teſtamento, & quare 107.108
Teſtes in teſtamento debent videre teſtatores 107
Teſtes in vnoquoque negotio ſufficiunt niſi ſpeciali iure aliter definitum ſit 108
Teſtes ſingulares non probant, & quare ibid.
Teſtes ſeptem non ſemper adhibendi in teſtamento ibid.
Teſtes teſtamentarij quinam eſſe poſſint, & non eſſe ibid.
Teſtes plures vnius familiæ in teſtamento 109
Thalia qui 34
Theſaurus quid ſit 75
Theſaurus inuentus cuius fiat ibid.
Thlibia qui 34
Tignum immittere 81
Tigna vnde dicta 73.81
Titulus præſumitur ex temporis diuturnitate 90
Titulus iuſtus requiritur in vſucapione 88
Tituli vocabulum quid ſignificet ibid.
Tituli librorum quare ita dicti 4
Tradens debet eſſe rei traditæ dominus 76
Tradens debet eſſe perſona habilis ad tradendum ibid.
Traditio vnde dicta 76
Traditio quid ſit ibid.

Traditio quotuplex ibid.
Traditio ſola eſſe non debet, ſed quædam requirit ibid.
Traditio transfert dominium ibid.
Traditionem operatur rei præſentia ibid.
Traditionem debet præcedere iuſta cauſa ibid.
Traditione clauium transfertur rei dominium & poſſeſſio 76
Tranſactio 308
Tranſactione transfertur dominium 76
Tranſigi an poſſit de criminibus 323
Trebellianica ſemel tantùm detrahitur 165
Trebellianica ſubiacet oneribus pro rata ibid.
Trebellianica & falcidia æquiparantur 166
Tributarij 231
Triens 123
Triremium pœna 35
Tutela quid ſit 38.39
Tutela triplex 39
Tutela teſtamentaria quid ſit ibid.
Tutela legitima quid ſit 42
Tutela legitima agnatorum ibid.
Tutela legitima patronorum 45
Tutela ad ſucceſſionem plerumque pertinet ibid.
Tutela legitima parentum ibid.
Tutela parentum & legitima eſt, & naturalis 46
Tutela fiduciaria ibid.
Tutela datiua quæ 47
Tutela datiua quorſum introducta 48
Tutela quando finiatur & quomodo 51
Tutelæ officium non finitur vſquedum reddita ſint rationes ibid.
Tutelæ teſtamentariæ tria requiſita 39
Tutor quaſi tuitor & defenſor dictus ibid.
Tutor honorarius ibid.
Tutor notitiæ cauſâ datus ibid.
Tutor teſtamentarius à Iudice confirmatur 40
Tutor cui detur 41
Tutor Attilianus 46.47
Tutor datiuus quando habeat locum 47
Tutor debet conficere inuentarium, & illud exhibere cùm rationem reddit 48
Tutor & curator in quibus conueniant & differant 52.53
Tutor non poteſt alienare bona pupilli ſine decreto 53
Tutor principaliter datur perſonis, deinde rebus ibid.
Tutor teſtamentarius non ſatiſdat 54.55
Tutor datiuus non ſatiſdat ibid.
Tutor legitimus ſatiſdat 55
Tutor per quem remoueatur 60
Tutor quam ob cauſam à tutela remouendus 61
Tutor debet pupillo alimenta adminiſtrare ibid.
Tutor ob paupertatem non remouendus ibid.
Tutor non poteſt pro pupillo conueniri 196
Tutoris authoritas in quibuſdam neceſſaria, & in aliis non 48.49
Tutoris bona ſunt omnia pupillo tacitè obligata 246
Tutoris ſuſpecti accuſatio eſt publica 60
Tutoris authoritas quid 49
Tutoris præcipuum officium 39
Tutoris ſuſpecti crimen vnde pendeat 59.60
Tutorem habenti non datur tutor 54
Tutorem quinam petant 47
Tutores teſtamentarij quinam eſſe poſſint 40
Tutores cogi poſſunt ibid.
Tutores quomodo efficiantur 41
Tutores vbi petantur 47
Tutores ad quid obligentur 48
Tutores finito officio non tenentur ibid.
Tutores non tenentur pecunias pupilli fœnori dare ibid.
Tutores hodie omnes ſatiſdant 55
Tutores plures ſemel dati an ſatiſdent ibid.
Tutores quinam ſuſpecti fiant 59.60
Tutores omnes à tutela poſſunt remoueri 60
Tutores non ſuccedunt pupillis 188
Tutorum excuſationes 56.57.58
Tutorum officia 49

V

V*Adimonium* 277
Valet plus quod in veritate quàm quod in opinione 153
Varicari quid ſit 333
Varus quis dicatur 118
Vectigal quid ſit 139
Venatio vnde dicta 69
Venatio an ſit licita 70
Vendere cogendus qui vendere promiſit 124
Vendere poteſt quis à Principe aut Magiſtratu cogi ibid.
Venditio bonorum debitoris quomodo olim fiebat 188
Venditio purè, in diem, & ſub conditione facta 217
Venditione transfertur dominium 76
Venditiones excedentes 100. libras Turonenſes non poſſunt probari per teſtes 277
Vendi quænam res poſſint & non poſſint ibid.
Venditor quomodo ad euictionem obligetur 229
Venefici qui 328
Verbum omne in ore duorum firmum 108
Verba precaria 163
Veritas dicta fuit temporis filia 89
Veritas an præferatur opinioni 155
Veritas præualet ſcripturæ 224
Veritas potius reſpicienda in contractu quàm ſcriptura 226
Verna quis 156
Verum de vno æquiparatorum eſt etiam de altero verum 166
Via vnde dicta, & quid ſit 79
Via iter & actum continet ibid.
Viæ latitudo 80
Viam debens non poteſt ædificare in præiudicium eius cui debetur ibid.
Viam nemo debet deteriorem facere ibid.
Victus victori in expenſas eſt condemnandus 318
Vindiciæ 312
Virilitas 43
Vis quid ſit 330
Vis quotuplex 15
Vis publica & priuata 330
Vim vi repellere licet 268
Vim inferre quis dicatur 325
Vim inferentium pœna 330
Vi poſſidere quid 315
Vitricus poteſt eſſe tutor 42
Viuentis nulla hæreditas 140
Viuere quilibet præſumitur 123
Vncia vnde dicta ibid.
Vnciæ diuiſio ibid.
Vni aliquando fides habetur 108
Vocari in ius quinam poſſint 208
Vocatio in ius quid ſit 276 318
Voluntas vſque ad mortem mutabilis & ambulatoria eſt 93
Voluntas ſpectatur in maleficiis, non exitus 329
Voluntas captatoria non ſemper damnatur 106
Vſuarius vtitur, ſed non fruitur 84
Vſucapio magis facti quàm iuris 36
Vſucapio vnde dicta 87

Vſu-

Digitized by Google

Vſucapio quid ſit ibid.
Vſucapio quas cauſas habeat ibid.
Vſucapio quomodo differat à præſcriptione ibid.
Vſucapio eſt rerum mobilium & immobilium ibid.
Vſucapio pendet à iure ciuili ibid.
Vſucapio rerum furtiuarum & vi poſſeſſarum prohibita 88
Vſucapio quænam requirat ibid.
Vſucapio non procedit ſine poſſeſſione ibid.
Vſucapi qui poſſint & non poſſint ibid.
Vſufructuarius quomodo fiat fructuum dominus 74
Vſufructuarius nemo eſt rei ſuæ 82
Vſufructuarius differt ab hærede grauato ibid.
Vſufructuarius differt ab emphyteuta ibid.
Vſufructuarius non ſibi, ſed domino poſſidet 83
Vſufructuarius ſatiſdare cogitur ibid.
Vſufructuarius ita uti frui debet ne proprietas fiat deterior ibid.
Vſufructuarius debet habere laudimia ibid.
Vſufructus quid ſit 82
Vſufructus à proprietate poteſt ſeparari 83
Vſufructus extinctus ad proprietatem redit ibid.
Vſufructus quomodo conſtituatur ibid.
Vſufructus quomodo finiatur ibid.
Vſufructus non tranſit in hæredes ibid.
Vſufructus quomodo conſolidetur cum proprietate 84
Vſufructus verus, & quaſi verus ibid.
Vſufructus tollitur ſi corpus cui inhæret tollatur 82
Vſura differt à fructu 75
Vſura pecuniæ fructus dicitur ibid.
Vſus quid ſit 233
Vſura ſortem non debet excidere ibid.
Vſura vſuræ non debetur ibid.
Vſurarum menſura & moderatio ibid.
Vſura quid ſit 84
Vſus conſtituitur ſine dominio à quo differt ibid.
Vſus & vſufructus eodem ferè modo conſtituuntur, & finiuntur ibid.
Vſus & vſufructus quomodo differant ibid.
Vſus quibus caſibus in alium transferri poſſit 85
Vſus ædium qualis ſit ibid.
Vſus ſerui vel iumenti ibid.
Vſus pecorum ibid.
Vſus ouium ibid.
Vſus quomodo differat ab habitatione ibid.
Vſus ædium eſt iuris ciuilis ibid.
Vſus capitis diminutione amittitur ibid.
Vſus eſt ſeruitus ſine qualitate prædij perſonæ ſeruiens 87
Vulnerans de quibus teneatur 264
Vulneratus per interuallum ſi deceſſerit an ex vulneribus præſumitur homicidium 319
Vxor per captiuitatem amiſſa poſtliminio non reſtituitur 35
Vxor eſt domina bonorum paraphernalium 59
Vxor an poſſit teſtari ſine conſenſu mariti 106

ERRATA GRAVIORA PRIMÆ PARTIS ſic emendanda.

Fol.8.col.2 lege, ciuili eſſe. fol.10.col.2.leg.ius quo.
Fol.14,col 2.10 ſi leg ex fine fol.15 col 1 leg.& mox continentes.
Fol.16.col.1 leg.libertini fol. 21, col.1, leg. Perſonæ quomodo adhuc & tolle liberatum fol.23,col 1 leg.l.vlt.in fi.
Fol. 23, col. 1, leg. filio etiam inuito fol.24. col.2. in 1.linea leg. Bouno.
Fol.24.col.2 leg.adhibentur fol.25.col.1,leg.ſi vox contractus.
Fol. 28. col. 2, leg. de interd.matrim. fol.29,col.2,leg. de bon. quæ liber. Fol.35.col.2.leg.lui iuris efficiantur. fol.39.col.1. leg.quæ eius ſio fol.39.col.2 leg.ſi poſt a. ū. Fol.40,col.2, leg. & C.de teſtamen aria tutela fol.41,col. ,leg. qui dat.tut.
Fol.43 col.1,leg. per ſexum muliebrem. fol.42,col.1,leg.l.vlt.ff. de.Conſt. fol.42.col.2.in princ.leg. de condict.indeb. fol.43.col.2.in fi. tit. 5,leg.D. in l.1, ff. de iuſt. & iur. Bart.in Nouell. fol.47,col.1,leg.competente dato. fol.47,col.2,leg. pupillo vtrique. fol.48 col.1.leg.l.quidquid.C.arbitr.tut.
fol.48,col.1,leg. a quo fratre decreſ. fol.49.col.1.leg. omnibus ſunt commonita. fol. 52. col. 2, leg. quando tut.vel cur.
Fol.52,col.2,leg.in hoc tit.referendo. fol.5.col.1.in fi.leg.ab eiſdem magiſtratibus detur. fol.55 col.2.leg & tutor datiuus,non fuerint. fol. 57, col. 1, leg. ff. de excuſ.tut. Fol.57. col.1,leg. non adoptanti. fol.58 col.2. leg. Antonino Pio. fol.59,col.2, leg. verum interueniente læſione in integrum.
Fol.65. col. 2,leg. aqua profluens.
Fol. 66,col.1,leg.l.acceſſorium. fol.78,col.1,leg.prædia,&c. non tamen. fol.80,col.1.leg.ad irrigandum. fol.87.col.1.leg. vel libertatum conſecuandarum cauſâ addictione. fol.90.col.2.leg. C.de Sacroſanct. fol. 93, col. 2, in fi.leg.non,quia non. fol.95. col.2.in princ.leg.Bonnor.tom.2,Fol. 96, col.1. leg. Iudicibus munera. fol. 100. col.2,leg.à die vigeſimi quinti anni. fol.101. col. 1,leg. creditores dimiſit. fol.108,col.2,in princ.leg. eſſentialiter inſtit. fol.123,col.1 leg.leg.tot.tit.ſi pars hæred. petat.
Fol.128,col.1.in princ.leg.in eam cauſam. fol. 129.col. 1.leg. ſubſtituuntur. fol. 131, col.1. leg. C. de inſti. & ſubſtit. fol.138, col.1,leg.liberis exhæredatis. fol.142,col.2,leg.ſuus hæres dicebatur. fol.143,col.2,leg.tit.10,art.2. fol. 143.col.2, in fi. leg. hæredem cum beneficio fol.144.col.1.leg. tempore citationis.
Fol.145.col.2,leg.alij contrarium ſuſtinent. fol,149,col.2,leg.& 4. ſeqq. fol.151,col.2,leg.l.2.C.de legat. fol.155,col. 2. leg. puſillum patrimonium. fol.156 col.1,ſtatim in princ.l. §. legati autem,24. fol.157,col. 2,leg. ab alio in alium, 157, fol.161,col.1, leg.quæ tamen lex varias recipit. fol.164, col, 1. leg. populo gratum. fol.165,col.2,leg.refert Expill. fol. 169. col.1. leg. in eo verſatus. fol.177.col,1,leg.proximo repudiante. fol.174, leg.10 9.prioribus & paulò poſt, in 10,titulo. fol.191,col.2, leg. cum patruo. fol.196,leg.contrahendam. fol,200.col.2, leg, omnem,latam. fol. 202,col.1,leg.cuſtodiri poſſe fol.205,col.2, leg. & non tantam quantam. fol.209.col.1, leg.ædificare ſpõdes. fol.216.col.1,leg.maioris creditoris. fol.219 col.1,leg.de mendacio conuincatur. fol.233.col. 1.leg.conſequendum mercedem. fol.234,col.2,leg.inſerere. fol.235,col.2. leg. ſi peccatoris. fol.267.col.2,leg. Rhadamantæum. fol.266,leg.calumniatoris. fol.278,col.1,leg.quod metus cauſâ. fol. 289, col. 1, leg.nudo pacto. fol.292, col.1.leg.petitionis hæreditatis. fol. 295,col.1,leg.qui præpoſuit. fol. 308. col. 2, leg. dotis cauſæ.
Fol 314.col.2,leg.nec precariò fruitur. fol 321,col.2, leg.quoad actiones. fol.330.col.2,leg.arbitrio iudicis.

Alia errata quæ irrepſerunt in hoc volumine ipſe lector reſtituat & emendet.

PARS SECVNDA,

QVÆ EST

SYSTEMA IVRIS CANONICI

TITVLVS I.

De Iure Canonico in genere.

Vnde dictum, & quid eſt Ius Canonicum?

IVs Canonicum à Canone dictum eſt. Canon autem dicitur à græco vocabulo κανὼν quod ſignificat regulam, 3. *di. can.* & omnem Eccleſiaſticam Conſtitutionem Panorm. *in c. 1. n. 1 de conſtit.* quæ rectè ducat & regat, rectámque viuendi normam præbeat, & quod diſtortum atque prauum eſt, corrigat: ita vt ius Canonicum ſit ius regulare, *gloſ. canonicam, in l. placet, 5 C. de Sac. ſanct. Eccleſ.* vel Eccleſiaſticum de perſonis & rebus Eccleſiaſticis, aut ad Eccleſiam pertinentibus diſponens. vel ſtatutum Eccleſiaſticum pendens à Pontificali authoritate, ſiue conciliorum generalium aut Prouincialium determinatione *de conſecrat. c. 1.* vt homo Pontificius in bonum dirigatur commune, Chriſtianè viuat & ad fœlicitatem, vitam & actiones referat Canon.

Quomodo ſe habent inter ſe Ius Canonicum & Ius Ciuile?

Inter Ius Canonicum & ciuile non eſt inducenda diſcordia, vbi expreſsè non reperitur inducta, *c. cum expectat, de elect. in 6.* quod etiam dicit Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni num.* 10. *verſ. fin. D. de iuriſd. omn. iudic.* Et Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 33. n. 21.* dicit Ius Canonicum non intelligi à iure Ciuili diſcrepare in eo caſu quo non agitur de peccato, niſi expreſsè corrigatur: poteſt ſiquidem ius Ciuile à Canonico corrigi, vt lex prior à poſteriori, *l. 1. D. ad l. Aquil.* & conſtitutio tempore poſterior potior eſt ea quæ ipſam præceſſit, *l. fin. C. de conſtit. Prin.* facit *gloſſ. cadat; in auth. ad hac. C. de vſur.* *Habitudo inter ius ciuile & canonicum.*

Quomodo diuiditur Ius Canonicum?

Generaliter diuiditur in commune & priuatum, ſiue ſcriptum & non ſcriptum *cap. 2. 3. 4. 5. diſtinct. 1. tit. 10. de conſuet. cap. 5. Eccleſiaſticarum, diſt. 11.* Commune & ſcriptum continetur in tribus Iuris Canonici tomis: priuatum ſiue non ſcriptum ſunt Statuta, & Conſuetudines Capitulorum, & Collegiorum regularium.

Commune ſubdiuiditur in Decretum & Decretales Epiſtolas. Alberic. Gentil. *in Diſput. de lib. iur. Canonic. cap. 1.*

Digitized by Google

TITVLVS II.

De Decreto.

Quid ſignificat Decretum?

Decreti ſignificata.

DECRETVM ſecundùm Spec. dicitur multis modis, vt in *tit. de primo & ſecundo decreto.* §. 1. aliquãdo ſignificat ſententiã quã Princeps pro Tribunali ſedens, causâ cognitâ, & vtraque parte audita pronuntiauit, *l. 1. §. 1. ibi, cognoſcens decreuit, ff. de* Conſtit. *Princip. l. 3.* D. *de his quæ in teſtam. delent. l. vlt.* D. *de hæred. inſtit. & l. vlt.* C. *de legib.* §. 6. *ibi, vel cognoſcens decreuit, inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* Vult. *ad d.* §. aliquando ſignificat iuſſum, authoritatem, & conſenſum, *not. in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* aliquando definitiuam ſententiam, *l. nec quicquam, 9. §. vbi decretum, l. & ibi gloſſ. ff. de off. procon.* aliquando Edictum citatorium, vt in *l. decrete, 48. & ibi gloſ.* D. *de re iudic.* Aliquando ſignificat permiſsionem vel diſpoſitionem iudicis quæ abſolutionem aut diſpoſitionem non continet. Hic verò ſignificat volumen Conſtitutionum, definitionum, ac deciſionum à Synodis & Pontificibus de conſilio Cardinalium editarum, nemine inſtante, quæ totidem Canones fuerunt, & regulæ. Reſpondet autem Decretum Iuri Digeſtorum, Stuck. in *part. 1. Introduct. iur. Iuſtin. theſ. 9. in pr. n.*

Quis compilauit Decreti volumen?

Decreti compilator.

Cùm Conſtitutiones Synodales & Pontificiæ pro varia rerum temporum, perſonarum, & locorum diuerſitate variæ eſſent in variis diſperſæ voluminibus, adeóque interdum inter ſe pugnarent, vt vix conſtaret quænam tanquam certæ regulæ eſſent ſequendæ, Gratianus Benedictinus Decretum compilauit, & in vnum volumen omnes illas conſtitutiones redegit, diſtinxit, & conciliauit, Eugenii Papæ tempore, qui tale opus authoritate ſuâ confirmauit, vt dicunt nonnulli, & publicè in Academiis doceri iuſſit, Petr. Gregor. Tholoſan. *part. iur. canon. lib. 1. tit. 1. cap. 1. num.* 15. Idque factum fuit, anno 1193. Fuit autem Gratianus Monachus, & Theologiæ magiſter, vt teſtatur Archiepiſcop. Florent. *in 3. part. ſuæ Chro. tit. 17. cap. 6.*

Quomodo diſtribuitur totum Decreti opus?

Decreti diſtributio.

Diſtribuitur in tres partes, quarum prima continet diſtinctiones centum & vnam, & earum quælibet habet vnum vel plures canones, & vlteriùs ſubdiuiduntur in paragraphos & verſiculos. In illis diſtinctionibus agitur.

Diſtinctiones decreti.

I. De Iuris diuini & humani origine adeóque de differentia vtriuſque ad inuicem.

II. De officiis Eccleſiaſticis, eorúmque origine, appellatione, & differentia, & quomodo examinandi ſint illi qui ad talia officia promouendi ſunt, tum quid ad vnum quodque officium pertineat, oſtenditur.

III. De origine & officio Epiſcopali ſpecialiter, & de requiſitis in Epiſcopo, vbi inſeritur aliquid de continentia Clericorum. Dicitur Epiſcopus, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ, quod eſt ſuprà, & σκοπεῖν, quod eſt intendere, ita vt Epiſcopus ſit ſuperintendens ſupra omnes laicos & clericos ſibi commiſſos, VIII. *q. 1. qui Epiſcopatum 21. diſtinct. cleros.*

Epiſcopi etymon.

IV. De lapſu in hæreſin, impediente promouendum, & iam promotum deiiciente, tum de eius reparatione, & de aliis ordinandorũ impedimentis nempe de bigamis ſeruis publicè pœnitentibus: filiis presbyterorum corpore viriatis, & nonnullis aliis ordinandos impedientibus.

V. De gradibus à quibus & ad quos promouendi ſunt Clerici, quia ipſorum promotio per Canonicam fit electionem tum de electione, & variis eligendi modis, poſtmodum de ordinatione & conſecratione, quæ electionem ſequuntur: oſtenditúrque à quibus ordinationes & conſecrationes fiant, quomodo, & quo tempore. Clerici generaliter dicuntur omnes qui in Eccleſia deſeruiunt, dicti ἀπὸ τοῦ κλήρου, quod eſt ſors, vel hæreditas latinè, quia de ſorte domini ſunt, vel quia domini partem habent, *c. ſtatuimus, diſt. 4. c. duo ſunt, 12. q. 1.* Abb. Panorm. *in rubr. de vit. & honeſt. cler.* Alciat. *lib. 5. Par. cap. 22.* Veniunt etiam Clerici appellatione Religioſorum latè, non ſtrictè ſumpto religioſorum vocabulo, *gloſſ. in cap. præſens. in verb. religioſis, 1. quæſt. 1.* Viu. *in tract. de iur. patron. part. 2. lib. 6. cap. 6. num. 68.*

Clerici etymon.

VI. Bre-

VI. Breuiter repetuntur ea quæ de qualitatibus Epiſcopi dicta ſunt, poſteà agitur de negligentium prælatorum pœna, de viduarum & orphanorum ſuſtentatione, & oſtenditur Clericos non debere eſſe mercatores, vni perſonæ non eſſe committendas duas dignitates, vel duo officia, & Clericos non debere eſſe litigioſos.

VII Agitur de obedientia quam præſtare debent minores maioribus ratione ordinis & adminiſtrationis.

Cauſæ Decreti. Secunda pars Decreti eſt de cauſis, quæ triginta ſex numero ſunt, per modum poſitionis formatæ, & è quibus quæſtiones, vnde diſputatio de rebus inſtituitur, depromuntur & emergunt: vnaquæque cauſa in ſuas diſtincta eſt quæſtiones, quæ quidem quæſtiones ſunt centum ſeptuaginta duæ, & ferè vnaquæque quæſtio in certa diſtribuitur capitula, & ſic iſta pars eſt de rebus, materia, vel ſubiecto Iuris Canonici.

In primis ſex cauſis, agitur de negotiis criminalibus, & de condemnatione ac depoſitione Epiſcopi ratione criminis alicuius.

In ſeptima cauſa varii referuntur caſus, quibus alius Epiſcopus poteſt, condemnato ac depoſito adhuc viuente, ſuperordinari, & quibus poteſt Epiſcopus vel Clericus mutari, tum cuius authoritate.

In octaua oſtenditur nulli de iure communi eſſe licitum, ſibi ſucceſſorem eligere, quando fieri debeat Epiſcopalis electio, & quòd qui præeſt dignitate, etiam vitâ & moribus præeſſe debeat.

In nona, agitur de ordinatione, quis nempe debeat ordinari, & à quo, deinde oſtenditur quòd Metropolitanus aut Primas non poteſt diſponere vel ordinare in ſuffraganei ſui parrochia.

In decima, declaratur poteſtas quam habent Epiſcopi in Epiſcopatus ſui Eccleſiis, ſimúlque oſtenditur quid poſſint Cathedratici nomine à ſingulis petere & exigere.

In vndecima, agitur de poteſtate quam habent Epiſcopi in propriis Clericorum rebus: tum de modo excommunicationis, & reconciliationis, adeóque de Clericorum correctione.

In duodecima, oſtenditur an Clerici aliquid proprium habere poſſint; vel omnia inter ſe communia, & an res Eccleſiaſticæ alienari queant.

In decima tertia, declaratur vnde viuere debeant; nempe de decimis, & oblationibus, & hac data occaſione declaratur vbi debeant dari decimæ, vbi quis ſepeliendus, quomodo puniendi qui oblationes Eccleſiæ, detinent, & quæ officia mortuis præſtanda.

In decima quarta, introducuntur Clerici litigantes de temporalibus Eccleſiaſticis, & declaratur quomodo ſua reperere poſſint Clericis, ſuorum teſtimonio iuuari queant turpem quæſtum vitare debeant, & elæmoſynas de malè quæſitis non eſſe faciendas.

In decima quinta, præmiſſâ quæſtione de pueris & furioſis, Aduocatis, & iudicibus, an quæ ab eis fiunt, ſint eis imputanda, de Clericorum incontinentia agitur, cuiúſque pœna.

In decima ſexta, decima ſeptima, decima octaua, decima nona, & vigeſima, agitur de ſtatu Monachorum, & Monaſteriorum, de officio videlicet Monachorum, de probatione & approbatione Monachi, Monaſterium ingredi volentis, de libertate Monachorum, & Monaſteriorum immunitate, de tranſitu ad religionem Monachorum vel Canonicorum regularium, ita vt tranſeuntes non poſſint paternâ hæreditate priuari, denique de tranſitu impuberum in Monaſterium, & an teneantur in eo manere nec-ne: vbi adiungitur quo tempore virgines velari vel non velari debeant.

In vigeſima prima, exponitur an aliquis poſſit habere duas Eccleſias nec-ne, & quâ pœnâ puniendi ſint illi qui Eccleſiâ ſua relictâ ad aliam propriâ authoritate tranſeunt, & proprium Epiſcopum relinquentes atque contemnentes ad iudicem conuolant ſecularem.

In vigeſima ſecunda, agitur de mendacio, & mendacii variis generibus.

In vigeſima tertia, oſtenditur, quòd ad bonum poteſt quis cogi, & quòd debemus iniuriam à proximo propulſare.

In vigeſima quarta, agitur de poteſtate ligandi & ſoluendi competente Eccleſiæ Romanæ.

In vigeſima quinta, proponitur pote-

ſtas diſponendi do rebus ad Eccleſiam pertinentibus,& poteſtas priuilegiorum concedendorum, & canonum condendorum.

In vigeſima ſexta, tractatur de Sortilegiis, de excommunicatorum reconciliatione, & de morientium pœnitentia.

In vigeſima ſeptima, & ſequentibus omnibus agitur de impedimentis matrimonij, & quidem in hac de voto & ſponſalibus.

In vigeſima octaua, de infidelitate diſpari coniugio, & bigamia atque bigamis.

In vigeſima nona, de errore perſonæ & conditionis.

In trigeſima, de cognatione ſpirituali & legali, tum de clandeſtina deſponſatione, clandeſtiniſque nuptiis.

In trigeſima prima, de eo qui duxit in matrimonium eam quam polluit per adulterium, de repulſione, & deſponſatione impuberum.

In trigeſima ſecunda, de conſortio meretricis, de ſterilitate, & vxore adultera marito viuente.

In trigeſima tertia, de frigidis & maleficiatis, & vxoricidis, & de pœnitentibus.

In trigeſima quarta, de captiuis, an eorum coniuges contrahere poſſint.

In trigeſima quinta, de conſanguinitate & affinitate.

In trigeſima ſexta & vltima, de raptu, & raptorum pœna.

Tertia pars Decreti eſt de actione, Eccleſiæ conſecratione, pœnitentia, miniſterij Eccleſiaſtici iuribus, ritibus, & ordinationibus: denominatur tamen de conſecratione, à potiori parte denominatione ſumptâ, adeò vt hæc pars ſit de actionibus & iudiciis iuris Canonici, habeátque ſub ſe V. diſtinct. cum canonibus vel capitulis, paragraphis vel verſiculis.

TITVLVS III.

De Decretalibus Epiſtolis.

Quænam ſunt decretales Epiſtolæ?

Decretales Epiſtolæ. SVNT Conſtitutiones Pontificum, quas ipſi ſoli, vel cum Cardinalium conſilio ad conſultationem alicuius ediderunt, vt *de reſcript. cap. 1. & gloſ. 3.* §. *omnes hæ ſpecies, diſtinct. 3.*

Quis compilauit Decretalium volumen?

Decretalium compilator. Gregorius IX. Pontifex, Reymundi Barcinonenſis Capellani; & pœnitentiarii operâ, compilauit Decretalium volumen ex variis prædeceſſorum ſuorum Conſtitutionibus, adiectis iis quæ ab ipſo editæ fuerunt, vt videre eſt in *proœm. Decret. verſ. ſanè & verſ. adiicientes*, & illud volumen ita compilatum confirmauit, & quidem anno 1231.

Quomodo diſtribuitur Decretalium opus?

Decretalium diſtributio. In tres partes, quarum prima ſpecialiter Decretalium nomine deſignatur, & reſpondet Codici nouo repetitæ prælectionis, vt ait Stuck. in *part. 1. introduct. iur. Iuſtin. theſ. 9. in princip.* & vulgò appellatur Extrà, eo quòd extra decreta ſit edita. Hæc pars quinque libros continet & vnuſquiſque liber titulis diſtinguitur, qui omnes tituli ſunt 186. diſtincti capitulis 1971.

Liber ſextus. Secunda pars Decretalium appellatur liber ſextus, qui prædictis libris quinque ſubiectus, rectè ſextus dicitur, & libros etiam quinque comprehendit, titulis 77. diſtinctos, qui quidem tituli 446. capitulis diſtinguuntur: Additæ ſunt 88. Regulæ iuris. Bonifacius VIII. eſt author iſtius ſexti libri Decretalium, continentis id quod Gregorii ſucceſſores vſque ad Bonifacii tempora fecerunt, & quod in libris Gregorianis deficiebat, ita vt ſextus iſte liber ſe habeat ad Gregorianos illos quinque vt Iuſtiniani Nouellæ ad Codicem. Cùm autem capitulum aliquod horum quinque librorum ſexti libri citatur, non tantùm adiicitur titulus, in quo capitulum illud habetur, ſed etiam vox Sexti, ad differentiam quinque librorum Decretalium præcedentium, vt annotat VVeſembec. *in Oecon. iur. Canon. pag. 318.*

Clementinæ. Tertia pars Decretalium continet Conſtitutiones à Clemente V. Pontifice, & à Iohanne XXII. factas, quarum duæ ſunt partes, prior comprehendit Clementinas, à Clemente authore ſic dictas, quinque libros, duodecim titul. & 106. capita continentes,

pro-

promulgatas anno 1316. vt refert. *Ioan. Andr.* Et quando citantur, non Canonum aut capitulorum, ſed Clementinarum nomine deſignantur,& ſic ſeribendo notantur, Cl. vel Clement. adiecto titulo, in quo citata Clementina continetur. Poſterior pars continet Conſtitutiones prędicti Iohannis XXII. quæ Extrauagantium nomen ſortitæ ſunt,titulis diſtinctas 14. & capitulis 20, Dicuntur Extrauagantes, eo quòd extra librorum iuris Canonici textum quaſi vagentur, & editæ ſint, non ſecùs ac nonnullæ Imperatorum Conſtitutiones feudalibus conſuetudinibus adiectæ ſunt. Deſignantur autem iſtæ Extrauagantes nomine Capituli in volumine cum præpoſitione extra, & titulos continent 49.capitula 93.

Extrauagantes.

Nulla ne extant Iuris Canonici Inſtitutiones?

Extant, & quidem à Ioh. Paulo Lancelloto IC. Peruſiano, authoritate & mandato Pauli IV. Pontificis compoſitæ, & iuſſu Gregorii XIII. corpori Iuris Canonici adiectæ. Quatuor autem libris, vt Inſtitutiones Iuris ciuilis comprehunduntur, quorum primus titulos 30. ſecundus, titulos 28. tertius, titulos 18. & quartus titulos 15. continet: ita vt in ſumma ſint tituli 91. paragraphis diſtincti.

Inſtitutiones Iuris canonici.

Idealis & vmbratilis titulorum Decretalium expoſitio.

LIBRI PRIMI.

TITVLVS I.

De Summa Trinitate, & fide Catholica.

PRÆMITTITVR iſte titulus, quia Iuſtitia à ſumma & in æternum benedicta Trinitate ducit originem: dicitur Trinitas quaſi trium vnitas,eo quòd ſit ſubſtantia quædam diuina,tribus perſonis conſtans, Deo patre, Deo filio, Deo Spiritu Sancto, vno quidem Deo, ſed perſonis tribus, iuxta Apoſtolicam & Euangelicam fidem atque doctrinam, quo fidei fundamento deficiente omnia deficiunt. Eſt autem fides eorum quæ ſperantur, fundamentum, & eorum quæ non videntur indicium: ſic dicta, quia fiet quod dicitur; futurum eſt quod ſperatur. Dicitur Catholica, *id eſt*, vniuerſalis, quòd eam veri omnes Chriſtiani ſequantur.

Iuſtitia à SS. Trinitate ducit originem.

Fide deficiente omnia deficiunt.

Tit. II. *De Conſtitutionibus.*

Conſtitutiones legis habent vigorem, & radicantur in iure naturali, quòd ſi ei contradicant, validæ eſſe non poterunt,vt ait Nicolaus Cuſan. *de Concord. Cathol.lib.2. cap.14.per.9 diſt. cùm ergo,& c. Conſtitutiones.* ad hoc vt conſtitutiones valeant, & ligent, debet earum firmitas ex acceptatione pendere, *id ibid.* Conſtitutiones ſunt iura ſcripta, *diſt.1. §. cùm itaque*: vel communia quædam ſtatuta Papæ & Cardinalium,vel Prælati & Canonicorum ſuorum, *de ſent.exc* vel Synodi Prouincialis aut Epiſcopalis,vel Principis eiúſque procerum,ita vt Papa cum ſuis Cardinalibus,& cæteri Prælati cum capitulis & Canonicis ſuis, deinde legatus,Synodus, Princeps cum Proceribus,Præfectus Prætorio, Collegium approbatum,& Capitulum conſtitutiones condere queant,Gof. *in ſum.diſt.1. §.namque Papa.*

Conſtitutiones.

Tit III. *De Reſcriptis.*

Generaliter Reſcriptum dicitur id omne quod à Pontifice ſeu Prin-

Reſcriptum.

cipe reſcribitur ad conſultationem, relationem, ſeu intimationem alterius, aliquid alicui indulgendo, Hoſtienſ. *de Reſcript.tt. 10. de reſcript.* & ſic comprehendit omnia priuilegia & beneficia conceſſa, tum etiam ea omnia quæ ad iuris obſeruationem pertinent. Specialiter verò reſcriptum dicit id tantùm quod Princeps ad iuris obſeruationem reſcribit, Panorm. *in c.1. de reſcript.num.2.* & variis modis à priuilegio differt, de quibus latè Rebuff. *prax.benefic. part.1.tit.differ. inter priuil. reſcr.& mandat.* Cauſa impulſiua reſcripti ſunt preces ſupplicantis libello oblato comprehenſæ, Cuiac. *in pa at. C. de precib. Imper. offer.* & veritate nitentes, *c. beatus, cauſ. 22. quæſt. 2.* Nam ſi verum taceetur eſt ſurreptio: ſi falſum exponitur, eſt obreptio, & vtrumque eſt mendacium.

Tit. IV. *De Conſuetudine.*

Conſuetudo

ita vt comprehendat & teſtimonium & perſonam: vel ſtrictè pro illa ſcriptura quæ fit ad probationem alicuius rei in futurum faciendam, vel ad futuram memoriam, quæ quidem ſcriptura debet eſſe publica, & appellatur originale, authenticum, vel Exemplar, ideo quia publica eſt, ei fides habetur; nam ſcriptura priuata non probat niſi contra ſcribentem, & ſi negetur, per teſtes probabitur, aut per comparationem literarum, *l. inſtrumento. C. de probat.*

Tit. XXI. *de Præſumptionibus.*

Præſūptio quid. Præſumptio eſt coniectura ſeu diuinatio in rebus dubiis, collecta ex argumentis vel indiciis per rerum circumſtantias frequenter euenientibus: Vel eſt cognitio veritatis ex circumſtantiis reſultans. *Maſc. de probat. quæſt.* 10. *n.* 8.

Præſūptio triplex. Præſumptio triplicis eſt generis, vel enim eſt ferris & violenta, iuris & de iure, de qua *Maſc. de probat. quæſt.* 10. *n.* 48. & pro veritate habetur, veréque probat, vt eſt in dote mulieris ſtipulata, vel ſemiplenè tantùm probat, vt potè ex aliquibus exſurgens. ſuſpicionibus, & ci ſtandum eſt donec contrarium probetur, *c. ſuper hoc de renunc. c. præſentia*, 7. *quæſt.* 1. *Treutl. conſ.* 58. *n.* 157. vt ſi res ſit patris, præſumitur hæredis eſſe. Vel probationem adiuuat quippe valde leuis, & per ſe nihil probans, vt probatio per priuatum Inſtrumentum *l. Inſtrumenta, C. de probat.*

Tit. XXII. *de Iureiurando.*

Iuſiurandum. Iuſiurandum eſt affirmatio vel negatio adhibita religione, & locum habet tam inter Eccleſiaſticos quàm ſeculares: Prælati enim ad Eccleſias accedentes iurant ſe ipſarum Eccleſiarum ſtatuta inuiolabiliter obſeruaturos, dummodò ſint licita & poſſibilia, & non obuiantia libertati Eccleſiaſticæ. *Tit. de Iureiur. in* 6. Seculares etiam in defectum probationum iurant ad expediendas lites, & veritatem detegendam, *l.* 1. *ff. de iureiur.*

Tit. XXIII. *De Exceptionibus.*

Propoſita actione & edito libello, reus conatur actorem excludere, & talis excluſio appellatur exceptio, quæ vel eſt dilatoria, vel declinatoria, vel peremptoria, *tot. tit. ff. de except.*

Tit. XXIV. *De Præſcriptionibus.*

Præſcriptio. Præſcriptio eſt exceptio peremptoria, quæ ex tranſlato iure efficaci à priore Domino in vſucapionem, ipſi domino reliquias ſuperioris authoritatis intendenti, eius depellendi gratiâ proponitur. *Ioh. Rucec. in Inſt. de Vſucap.* Variæ ſunt præſcriptiones quas longum eſſet perſequi: pro præſentis inſtituti ratione ſatis fuerit dixiſſe centenariam præſcriptionem obtinere quoad Eccleſiam Romanam, & quadragenariam quoad alias Eccleſias, *auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Tit. XXV. *De ſententiis & re iudicata.*

Sententia finem imponit liti, & ſi ab illa non appelletur, dicetur res iudicata. Eſt autem duplex, vel interlocutoria, vel definitiua: *Sententia interlocutoria.* illa præparat litem, & fertur inter principium & finem cauſæ ſuperemergentibus negotiis: *Sententia definitiua.* hæc verò finem controuerſiæ pronunciatione iudicis imponit, vel condemnat, vel abſoluit.

Tit. XXVI. De *appellationibus, recuſationibus, & relationibus.*

Appellatio. Appellatio ſuſpendit ſententiam, & rei iudicatæ effectum impedit, eſtque ſententiæ à minori iudice latæ per inuocationem maioris Iudicis, prætextu iniquitatis, primæ ſententiæ reſciſſio; *l. præf. ēt, ff. de minor. l.* 1. §. *vlt. ff. ad Turp. de appell.* latè *c.* 2. *q.* 6. *per tot.* *Relatio.* Relatio eſt remiſſio cauſæ ad ſuperiorem facta. De recuſatione eſt *gloſſ. in c. quoties* 2. *q.* 6.

Tit. XXVII. *De Peregrinantibus*

Peregrinātes Clerici. Peregrinantes hic intelliguntur illi qui accedunt aut iter arripiunt ad ſedem Apoſtolicam qui ſunt ſub protectione Apoſtolica ſecuri, & multis gaudent priuilegiis, *lib.* 2. *decre. c. dilecti.*

Tit. XXVIII. De *Confirmatione vtili vel inutili.*

Hic agitur de confirmatione, ratificatione nimirum aut corroboratione per ſuperiorem facta ſententiæ proceſſus alicuius iudicialis, de cuius validitate & inualiditate quæritur.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI TERTII

TITVLVS I. *De vita, & honeſtate Clericorum.*

Vita Clericorum. Hic per vitam intelliguntur ea quæ ad Clericorum victum neceſſaria ſunt, ad cibum nempe, potum, & cultum corporis, *l. verbo victus, 43 ff. de verb. ſig nif.* Et per honeſtatem intelliguntur mores. *Honeſtas Clericorũ.* Quales debeant eſſe Clerici & quoad vitam & quoad honeſtatem, latè oſtenditur, *diſt. 40 41. 42. & 43.*

Tit. II. *De cohabitatione Clericorum & mulierum.*

Ne in aliquam fornicationis ſuſpicionem veniat Clericorum vita, hic de ipſorum conſortus & cohabitationibus cum mulieribus agitur, oſtenditúrque qualis habitatio illis ſit permiſſa, vel non. *Nota egregium Hieroni mi dictũ.* Ad hanc rem facit egregium Hieronimi dictum 32. *d. t. c. hoſpitalium* à Doctoribus Iuris Canonici relatum, Non ſum fortior Samplone: ſapientior Salomone, ſanctior Dauide qui per mulieres decepti fuerunt: Sampſon per Dalilam, Dauid per Berſabeam, Salomon per mulieres alienigenas, Sidoneas, Moabitas, & Amonitas, Facit etiam 81. *diſt. c. volumus, & c. 3. q. 4. Salomon.*

Tit. III. *De Clericis coniugatis.*

Clerici coniugati. In hoc tit. præcipuè oſtenditur an Clerici coniugati beneficia tenere queant, nec ne: an Clericali gaudeant priuilegio, an tonſuram vel veſtes deferant clericales: deinde ex occaſione agitur de validitate matrimonii. Idem habetur in *tit. de Clericis coniugatis, in 6.* Vide 32. *diſt. ſi vero.* Notandum hic ſi Presbyter ducat vxorem in loco in quo neſcitur an ſit Presbyter, & ex illo matrimonio ſuſcipiantur liberi, tales liberos fore legitimos propter alterius coniugum ignorantiam, per text. in cap. ex tenore, qui filii ſint legitimi, Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. de manumort. §. 2. verſ. in loco, n. 2.*

Tit. IV. *De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel præbenda.*

Hic declaratur an Clerici percipiant beneficia niſi reſideant, Idem in *c. 21. q. 1. & in tit. eod. in 6.* Notandum hîc quamuis Clericus non dicatur verè beneficii dominus, tamen eſſe vſufructuarium per totam vitam, *gloſ. in cap. fi. in verb. reſeruari de offic. ordin. in 6. & Abb. in cap. cum eſſ s, num. 24. de teſtament.* ita vt de illis fructibus ad ſui & ſuorum commodum decenter diſponere queat; *text. in cap. in his, vbi Panorm. de Eccleſ. ædific. cap. de multa, in fin. de præbend. cap. Eccleſias, 13. q. 1.*

Tit. V. *De præbendis & dignitatibus.*

Præbenda denominationem ſumit à præbeo, eo quòd præbeat reditus ad congruam ſuſtentationem: *Præbenda vnde dicta.* & definitur ius percipiendi fructus vel prouentus Eccleſiaſticos, competentes ex inſtitutione & officio cui præbendarus deſeruit, *c. fi. de reſcriptis, lib. 6. gloſſ. in verb. recepe unt, cap. cùm Mar. de conſtitutionibus.* *Præbenda quid ſit.* Nam qui facit officium debet percipere beneficium. Dignitas. eſt quædam præeminentia rerúmque Eccleſiaſticarum adminiſtratio cum Iuriſdictione: ita vt differat à perſonatu qui eſt ſine Iuriſdictione & adminiſtratione: rum ab officio quod eſt ſine Iuriſdictione & præeminentia: ſic *Dd. per alteram gloſſ. in cap. 3. in verb. dignitates extr. de Cleric. non reſident.* Anton. Fabric. Bleyn. *de benefic. cum dignit. perſon. vel offic. numer. 1.*

Tit. VI. De *Clerico ægrotante, vel debilitato.*

Clerici ægrotantes & debilitati non debent Eccleſiæ & beneficiorum prouentibus priuari, ne afflictis addatur afflictio, *c.7.q.1.c.cùm percuſsio.* ſed coadiutores dari ad officium exequendum, *tit. eod. in 6.*

Tit. VII. De *Inſtitutionibus.*

Inſtitutio. Inſtitutio eſt iuris in Eccleſia, vel Eccleſiaſtici attributio ab Epiſcopo facta, vel beneficii collatio, & dicitur aliàs inueſtitura, *c.ad hæc, de offic. Archid.*

Tit. VIII. *De Conceſsione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis.*

Aliquando promittuntur præbendæ & dignitates etiamſi nondum vacent, ideo hîc agitur de prouiſionibus earum, tum etiam de collatione vacantium.

Tit. IX. *Ne ſede vacante aliquid innouetur.*

Sede vacante nihil innouandum in ſedis detrimentum, niſi iure id fuerit expreſsè cautum.

Tit. X. De *his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli.*

Sine conſenſu Capituli nihil debet agere Prælatus. Sine conſenſu Capituli nec inſtituere, nec deſtituere, nec alia Eccleſiæ negotia tractare poteſt, vt potè bona Eccleſiaſtica alienare. quia ita eſt cum Capitulo iunctus vt vnum tantùm ſit corpus: ſunt enim Epiſcopi & Presbyteri filii & patres, ita vt communiter & concorditer omnia agere & celebrare debeant, *96.diſt.c.eſto.*

Tit. XI. De *his quæ fiunt à maiore parte Capituli.*

Si in quibuſdam Capitulum diſcordet, determinatio maioris partis non debet impediri per oppoſitionem minoris partis: Vide tamen *diſtinct.* Henr. Bouhic. *in lib. 1.decret. tit. de conſtit. cùm omnes.*

Tit. XII. *Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.*

Nulla eſt in hoc tit. difficultas, quia tantùm innuitur beneficia Eccleſiaſtica ſine vlla diminutione eſſe conferenda, ita tamen vt beneficium non percipiat is qui negligit officium, *cap. diuerſis fallaciis, de cleric. coniug.* *Beneficia quomodo conferenda.*

Tit. XIII. De *rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.*

Hîc declaratur idem quod in *auth. de non alien. Eccleſ. re. col. 2. & extra, de re Eccleſ. non alien. & c. 12. qu. 2. c. ſine exceptione*, nempe quænam res ad Eccleſiam pertinentes alienari, aut permutari, aut oppignorari poſſint.

Tit. XIV. *De Precariis.*

Precarium dicitur quod tandiu vtendum conceditur precibus petenti, quandiu concedens patitur; qui enim precariò aliquid conceſsit non abſolutè donauit: v. g. ſi me precariò rogaueris vt tibi per meum fundum ire liceat, potero cùm libuerit talem conceſsionem & liberalitatem reuocare. *Precariū.*

Tit. XV. De *Commodato.*

Qui commodat non facit rem accipientis, ſed tantùm vſum permittit vſquedum venerit tempus ad quod fuit conceſſus ille vſus. *Commodatum tantùm conſiſtit in vſu.*

Tit. XVI. De *Depoſito.*

Depoſitum tantùm fit in gratiam deponentis, & ad cuſtodiam rei controuerſæ pertinet, vt lite decisâ reddatur ei qui vicit. *Depoſitū.*

Tit. XVII. De *emptione & venditione.*

Nemo rem ſuam vendere compellitur antequam eam venalem expoſuerit, *l. inuiti*, C. *de contrah. empt.* at ſi eam expoſuerit venalem, poterit compelli vt iuſto pretio vendat, ita *Dd. in hoc tit.* *An aliquis rem ſuam vendere ſit compellendus.*

Tit. XVIII. De *locato & conducto.*

Priuatus poteſt rem propriam in Emphyteuſim perpetuam dare, & quælibet pacta apponere, *l.1.C. de iur. Emphyteuſ.* An Eccleſia idem poſsit, dubitatur: ſed reſpondetur quòd ſi res ſit ruinoſa, poterit perpetuò in Emphyteuſin dari *Res Eccleſiaſtica an poſsit in emphyteuſin dari.*

dari quandiu ſoluetur penſio. *auth. de alienat. & emphyteuſ.* §. *ſi verò quidam*, C. *de ſacroſanct. Eccleſ.* Si verò non ſit ruinoſa, aliquando dabitur ad vitam ſuſcipientis, aut duorum ſucceſſorum, nec valebit pactum de renouatione contractus, & aliquando in perpetuum dabitur quandiu ſol etur penſio, & valebit pactum de renouatione contractus, ſic Henric. Bouhic. *ſupr. decret. de loc. & cond. c. potuit.*

Tit. XIX. *De rerum permutatione.*

Permutatio. Quoniam permutari poſſunt res omnes quæ ab hominibus poſſidentur, ideo nullum ſpeciale nomen habet permutatio, plura enim ſunt negotia quam vocabula, *l. natura*, 4. *ff. de præſcript. verb.* contrahitur permutatio quando conueniunt permutantes vt vna ſpecies pro cetera detur, vnde oritur duplex actio, nempe actio præſcriptis verbis, & conditio ob cauſam. *Actio in permutatione.* An beneficia cum penſionibus permutari queant, & cum aliis quantumlibet affinibus, tradit Anton. Fabr. Bleyn. *de penſ. beneſic. num.* 21. *& de beneſic. propr. & impropr. dict. num.* 10.

Tit. XX. *De Feudis.*

Infeudatio. Infeudatio eſt quidam alienandi modus, quia per eam transfertur vtile dominium in Vaſſallum dominio directo apud Dominum infeudantem remanente. Ne principi vlla incommoda detractoria dominorum in futurum excreſcente poteſtate officiarorum exoritentur, feudalia introducta ſunt ſtatuta, *Feudalia ſtatuta.* & de fide ſeruanda ſtrictiſſima iuramenta, per quæ vnumquemque vaſſallorum inſtituendorum præſtari, & ſub pœna perditionis feudi inuiolabiliter ſeruari deberent, quæ ſunt verba Nicol. Cuſani *de concord. Cathol. lib.* 3. *cap.* 28.

Tit. XXI. *De pignoribus & aliis cautionibus.*

An pignus conſiſtere poſſit in rebus ſacris, vt potè vaſis, veſtibus, & donariis, Anton Fabric. Bleyn. *de Eccleſ. & ſacroſanct. reb. ear. n.* 16. *cum ſign.* F. & G.

Tit. XXII. *De fideiuſſoribus.*

Fideiuſſores. Fideiuſſores ita appellantur, quia fide ſua iubent aliis credi, vt creditori melius ſit cautum, ... *de fideiuſ.* & vt creditor a fideiuſſore conſequatur & exigat quod à debitore conſequi non potuit §. *fi. Inſt. de* ... *& l.* ... *ff.* ... *b. t.* *An Clerici fideiubere poſſint.* Clerici ſine maioris partis Capituli & Abbatis ſui licentia pro aliquo, ſeu in aliquo fideiubere non poſſunt, Henric. Bouhic. *ad hanc rub. c. Clericus.*

Tit. XXIII. *De Solutionibus.*

Solutio. Solutione debiti tollitur obligatio ſiue principalis ſiue acceſſoria, ſiue à principali debitore, ſiue ab alio inuito etiam creditore fiat ſolutio, *in princip. Inſt. quib. mod. toll. obligat.* non ſatis eſt ad hoc vt debitor probet ſe ſoluiſſe, ſi oſtendat Inſtrumentum penes ſe conſtitutum, niſi ſimul probet ſibi redditum à creditore, *not. Accurſ. in l. ſi ſe poſſeſſione*, C. *de probat.*

Tit. XXIV. *De Donationibus.*

Donatio. Donatio eſt liberalitas quædam nullo iure cogente in alium collata, *l. donare, D. de reg. iur.* Prælatus rem immobilem Eccleſiaſticam quantumlibet minimam, aut rem mobilem quæ eſt de theſauro Eccleſiæ, aut nimis pretioſam donare nequit ſine capituli vel conuentus conſenſu, *An prælatus donare poſſit.* ita quidem rem mobilem modicam, vel pauperi, vel egenti nobili verecundo, vel puellæ vt nubere queat, ſic Henric. Bouhic. *ad hanc rubr. c. cæterum.*

Tit. XXV. *De Peculio Clericorum.*

Peculium. Peculium dicitur quaſi parua pecunia: hic peculium ſumitur pro patrimonio quod habere poſſunt Clerici, vel ex ſucceſsione parentum, aut aliter, dummodò non de bonis, vel intuitu Eccleſiæ, de quo ſine dubio vel per teſtamentum, vel per donationem diſponere poſſunt, vt *Dd. ad hanc Rubr.* Peculium patrimonium appellatur, *l. cogi, ff. ad Trebell.*

Tit. XXVI. De *Teſtamentis & vltimis voluntatibus.*

Clerici an teſtari queant.

Quædam ſunt vltimæ voluntates quæ non ſunt teſtamenta, vt codicillus & donatio causâ mortis, in quibus nulla eſt hæredis inſtitutio vt in teſtamentis. Clerici ſeculares teſtari poſſunt, ſed non regulares, Ant. Fabr. Bleyn. *de patrim. Eccleſ. n. 23. & ibi annot. tum de ſecular. & regul. benef. in ſign.* T.

Tit. XXVII. *De ſucceſſione ab inteſtato.*

Succeſſiones ab inteſtato.

Vel deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus, vel aſcendentes deſcendentibus, vel collaterales collateralibus.

Tit. XXVIII. De *ſepulturis.*

Sepultura.

Sepultura eſt locus concauatus, quo Eccleſiaſtico cœmiterio corpus requieſcit, aliquando ſumitur pro ipſa terra quæ ad vſum ſepulturæ eſt deputata. Quandoque dicitur officium quod impenditur ſepeliendis. Antiquitùs cœmiteria extra vrbem fuerunt conſtituta, vt in vrbibus munditics ſeruaretur, & Chriſtiani admonerentur defunctos exiuiſſe è mundo, & hanc ciuitatem reliquiſſe, atque in cœlis ciues factos eſſe: ſucceſſu temporis intra vrbes conſtituta ſunt cœmiteria.

Tit. XXIX De *Parochiis & alienis parochianis.*

Parochia.

Definitur Parochia locus in quo degit populus alicui Eccleſiæ deputatus, certis limitibus determinatus, & dicitur quaſi partitio curæ: nam populi cura fuit partita inter Eccleſias Parochiales, *gloſſ. in c. licet canon. in verb. Parochialibus de elect. in 6.* vnde Curati dicti ſunt: *Curati à cura dicti.* vel potiùs dicitur à verbo Græco *παροικεῖν*, quod eſt iuxta habitare, eo quòd ſit plurium vicinorum, & habitantium congregatio.

Tit. XXX. *De decimis, primitiis, & oblationibus.*

Decima. *Primitia.*

Dicuntur decimæ à decima parte Clericis ob ſacrum miniſterium danda: primitiæ quaſi primæ portiones nouarum frugum Deo offerendæ, Goff. in *ſumma tit. de* Decim. *quæſt.* 17. & oblationes quæ hodie à Laicis fiunt Clericis. Decima eſt omnium bonorum mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo data diuina conſtitutione debita, Hoſtienſ. *in ſum. de deci.* §. 1. Primitiæ ſunt primæ partes fructuum Deo offerendæ.

Tit. XXXI. *De regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.*

Regulares.

Regulares à regula dicuntur, vel rectitudine viuendi, & illi ſunt qui profitentur paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, de quibus *infr. c. cùm ad Monaſterium d. ſtat. Monach. & canon. regul.* Hic religionis vocabulum eos tantùm reſpicit qui per profeſsionem ſeſe Abbatis imperio ſubiecerunt, vt dicit *Io. An.*

Tit. XXXII. *De conuerſione coniugatorum.*

Hic oſtenditur an vxoratus conuerti, & Monaſterium ingredi queat, facit *c.* 33 *q.* 5. *& c.* 37. *q.* 2.

Tit. XXXIII. *De conuerſione infidelium.*

In hoc titulo agitur de conuerſione infidelium ad fidem.

Tit. XXXIV. *De voto & voti redemptione.*

Tractatur hîc de voto in genere & de liberatione à voto. Votum eſt alicuius boni cum deliberatione facta promiſſio, vel Deo facta pollicitatio, 27. *q.* 1. *de viduis ſecundo.*

Tit. XXXV. De *Statu Monachorum & Canonicorum regularium.*

Hic agitur de ſtatu, vita nimirum, & habitu eorum, qui ad religionem ſunt conuerſi, qui vt plurimùm Monachi, vel Canonici regulares fiunt. Dicitur Canonicus à *κανὼν* regula, & *ἰκὸς* cuſtos, quia debet ſemper ſub regula eſſe, ideo regularis dicitur.

Tit. XXXVI. De *religioſis domibus.*

In hoc tit. agitur de regularium Clericorum domibus & Eccleſiis, ſimúlque oſtenditur quibus ſubiiciantur.

Tit.

Tit. XXXVII. *De Capellis Monachorum & aliorum religioſorum.*

De variis Capellæ deriuationibus & ſignificatis latè Ant. Fabric. Bleyn. *de Capellis capell. alt. & ead.*

Tit. XXXVIII. *De Iure patronatus.*

Ius patronatus. Ius patronatus eſt honorificum, oneroſum, & vtile, competens ei qui Eccleſiam conſtruxit, dotauit, aut fundauit, vel ei qui ab eo cauſam habuit, Panor. *in rubr. de iur. patro.* Cuttius *in tract. iuris patro. in princ.* ciúſque ſucceſſoribus, *c. nobis, de iure patro. c. filiis, & c. pia mentis*, 16. *q.* 7. Ius iſtud Rex in omnibus ferè regni ſui Eccleſiis habere præſumitur, Chop. *lib.* 3. *de Doman. tit.* 28. Bleyn. *de relig. ſtipul. Eccleſ. & variar. app. ſtipul. num.* 31.

Tit. XXXIX. *De cenſibus & exactionibus & procurationibus.*

Cenſus. Cenſus eſt tributi præſtatio vel penſio annua quæ de prouentibus rerum immobilium Eccleſiæ debetur Epiſcopo *no.* 1. *quæſt.* 3. *Exactio.* Exactio eſt quoddam tributum, vel penſio quæ extra ordinem exigitur, *c. innouamus, hoc tit.* *Procuratio.* Procuratio hic ſignificat ſolutionem expenſarum pro viſitatione factarum, debet enim Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Eccleſiam ſibi ſubditam viſitare & procurationem exinde recipere, ſeu curatiuum ſubſidium petere, & leuare, *not. cap. cum Apoſtolus, hoc tit.*

Tit. XL. *De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.*

Eccleſia. Eccleſia exponitur cœtus, concilium, concio, & congregatio: ἀπὸ τοῦ ἐκκαλεῖν, quia eſt quædam euocatio ſacra, & ſancta, Dei miniſterio conſecrata: hic *Conſecrare.* ſumitur pro æde ſacra, & Deo data. Conſecrare enim dicit Ioh. de Pariſ. *in tract. de poteſt. reg. &* Pap. *cap.* 19. eſſe Deo date: & pro loco rebus ſacris deſtinato, vel in quo Diuinum miniſterium celebratur. Ante conſecrationem appellatur *Baſilica.* Baſilica, quaſi Regium habitaculum. Altare dicitur quaſi alta res, vel alta ara, vbi Sacerdos incenſum adolebat, vel quia ibi Sacrificia ardebant: *de conſecr. d.* 1. *de fabrica, & ibi arch.* Quæ ſit forma conſecrandæ Eccleſiæ tradit Petr. Rebuff. *in ſua prax. part.* 1. *tit. de form. Vicar. Archiepiſc. & c. n.* 33. *& ſeqq.*

Tit. XLI. *De celebratione Miſſarum, & ſacramento Euchariſtiæ, & diuinis officiis.*

In hoc tit. multas quæſtiones mouet & determinat, *Henric. Bouhic.* de Miſſa, quæ appellatur à Bellarmin. *tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. ſacrificium quo Chriſtus Deo patri hoſtia pro peccatis offertur incruento modo & ſub ſpeciebus panis & vini immolatur.

Tit. XLII. *De Baptiſmo, & eius effectu.*

Baptiſmus ritè factus & celebratus non poteſt reiterari, *gloſ. in l.* 2. C. *de vindicta liberta. cap.* 1. *quæſt.* 1. *ſacramenta.* *Baptiſmus non poteſt reiterari.*

Tit. XLIII. *De Presbytero non baptizato.*

Ad hunc tit. Doctores examinant hanc quæſtionem, an non baptizatus poſſit ad ſacros ordines promoueri.

Tit. XLIV. *De cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum ſacramentorum.*

De conſecratione Euchariſtiæ, vt & de Chriſmatum celebratione ſuprà actum eſt, hic de cuſtodia vtriuſque, & aliorum ſacramentorum agitur. Chriſma componitur ex duplici liquore, oleo nimirum, puritatem mentis, & conſcientiæ nitorem ſignificante, & ex balſamo, famæ odorem figurante, vt eſt *text. in cap. vn. de ſacra vnctione.*

Tit. XLV. *De Reliquiis, & veneratione ſanctorum.*

Hìc oſtenditur quomodò ſancti ſint venerandi, & eorum reliquiæ.

Tit. XLVI. *De obſeruatione ieiuniorum.*

Ieiunium eſt abſtinentia à cibis, vel votum aut deuotio hominum ad Deum pro ſalute Principis, vel propter eius ægritudinem, vel quia in hoſtes proficiſcitur, vel alias ob cauſas, *gloſ. vota in l. ſi caluitur*, §. 1. *ff. de verb. ſignif.* *Ieiunium.*

Tit. XLVII. *De purificatione poſt partum.*

Mulieres ante purificatio nem non ingrediebantur Eccleſiam

Secundùm legem Moſaicam illud fuit obſeruatum, vt mulieres non ſtatim ingrederentur Eccleſiam poſt partum, ſed expectarent purificationem, aut purgationem ſuam, idque ob Eccleſiæ reuerentiam: de eiuſmodi purificatione aliquid dicitur in hoc *tit. & 5. diſt. c. ad eius.*

Tit. XLVIII. *De Eccleſiis ædificandis vel reparandis.*

Neceſſe eſt vt Eccleſiæ vel de nouo fundentur, & ædificentur, vel reparentur cùm opus eſt: de illa ædificatione vel reparatione hic agitur.

Tit. XLIX. *De Immunitate Eccleſiæ.*

Eccleſiæ immunitas.

Per immunitatem Eccleſiæ intelligere debemus libertatem ab omni munere, vel officio. An teneantur Eccleſiaſtici ad vigilias & cuſtodiam ciuitatis, angarias, & perangarias, tractat Henr. Bouhic. *ad c. peruenit, & ſeq. h. tit.*

Tit. L. *Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.*

Tripliciter dicitur negotium ſeculare, primò actu quolibet rerum ſecularium, vt pro officiis & commerciis quæ fiunt pro rebus ſecularibus acquirendis, a quibus ſi illicita ſint & turpia, debent abſtinere Clerici, non ab honeſtis, *c. multa, in verb. nec tamen juſte, in hoc tit.* Secundò pro iudicio de rebus ſecularibus quod tractare poſſunt omnes Clerici inter ſe, non aliter, *11. q. 1. §. ex his omnibus.* Tertiò pro eo quod fit inter ſeculares homines, à quo abſtinere debent Clerici, niſi tale negotium ad iudicium Eccleſiæ pertineat, cuiuſmodi eſt negotium decimarum, iuris patronatus, & ſimilium, *de iud. c. quanto pro hoc glo. c. ſummæ, 21. quæſt. 3.*

Seculare negotium.

LIBRI QVARTI

TITVLVS I. *De Sponſalibus & Matrimoniis.*

Sponſalia.

Matrimonium.

SPONSALIA à ſpondendo dicta ſunt, & ſunt mentio ac repromiſſio futurarum nuptiarum. Matrimonium à matre dictum, quia mulier nubit vt mater fiat, eſt coniunctio maris & fœminæ indiuiduam vitæ conſuetudinem continens. De materia matrimonii latè Io. & Archi. *27. q. 1. in ſum.* Matrimonialium cauſarum cognitio pertinet ad Epiſcopos, *c. ex literis, de in integr. reſtit. c. 1. de conſanguin. & affin. c. accedentibus, de exceſſib. prælat.* Et ſic eas committere atque delegare Epiſcopi ſuis officialibus & vicariis poterunt. *c. cauſam matrimony, de offic. deleg.* Bettach. *in tract. de Epiſcopo in 7. part. 4. libri, quæſt. 20.*

Tit. II. *De deſponſatione impuberum.*

Ætas ad ſponſalia habilis.

De ætate ad ſponſalia contrahenda habili hic agitur, quæ eſt 14. annorum in maſculis, & 12. in puellis, *§. 1. inſtit. de nuptiis, & c. puberes, in h. tit.*

Tit. III. *De clandeſtina deſponſatione.*

Matrimonium clandeſtinum dicitur ſex modis.

Sex modis clandeſtinum dicitur matrimonium, hoc tit. 1. Si omittantur ſolennitates de honeſtate requiſitæ, v. g. benedicto in facie Eccleſiæ. 2. quando nulli vocantur teſtes. 3. quando non interuenit licentia Epiſcopi. 4. Si deficiat pubertas. 5. Si Eccleſiæ expreſſum interdictum ſit. 6. Si omiſſio ſit bannorum.

Tit. IV. *De ſponſa duorum.*

In hoc tit. oſtenditur quæ ſponſalia præualeant, ſi fortè contingat vt

quis

quis bina ſponſalia cum duabus mulieribus, vel mulier cum diuerſis viris contrahat.

Tit. V. *De Conditionibus appoſitis in deſponſatione & matrimonio, vel in aliis contractibus.*

Conditionis effectus.

Cùm apponitur conditio in deſponſatione, matrimonio, aut aliis contractibus, illa ſuſpendit quod actum eſt vſquedum impleta ſit, vel reſoluit.

Tit. VI. *Qui Clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.*

Clerici in minoribus matrimonium contrahere, non in ſacris.

Hic dicitur quòd Clerici in minoribus ordinibus conſtituti poſſunt matrimonium contrahere, non autem in ſacris conſtituti. Et ſanè qui primam rarium habuerit tonſuram, poterit coniugari, *cap. ſi quis eorum, 32 diſt. cap. 1. de clericis coniug. Hoſt. qui cler. vel vouum. n. 1. Didac. Conar. lib. 4. Decret. p. 2. c. 6 §. 3. n. 3. VVeſembec. conſil. 319. n. 112.*

Tit. VII. *De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.*

Nō poteſt quis in vxorem ducere quam polluit per adulterium.

Hic adducitur impedimentum matrimonij, de quo in 31 cau. nempe ſi quis eam in matrimonium ducat, quam polluit per adulterium.

Tit. VIII. *De coniugio leproſorum.*

Lepra non diſſoluit matrimonium & ſponſalia.

Si lepra ſuperueniat, diſſoluet ſponſalia de futuro, ſed non matrimonium, nec matrimonij effectum.

Tit. IX. *De coniugio ſeruorum.*

Error conditionis ſeruilis impedit matrimonium.

Error conditionis ſeruilis impedit matrimonium, cauſ. 29.

Tit. X. *De natis ex libero ventre.*

Natus ex libera matre liber eſt.

Ex ventre libero, libera nempe matre, liber eſt, quia partus ventrem ſequitur, & quidem fauore libertatis, §. 1. *Inſt. de iur. gent.*

Tit. XI. *De cognatione ſpirituali.*

Cognatio ſpiritualis impedit matrimonium.

Cognatio ſpiritualis eſt vinculum ſiue propinquitas, proueniens ex Sacramenti baptiſmi datione & celebratione. Eius tres ſunt ſpecies quæ matrimonium dirimunt & impediunt, Prima compaternitas dicitur, quæ attenditur & conſideratur inter patrem ſpiritualem pueri & carnalem, nam vnus compatrum ſemper eſt ſpiritualis, pater pueri, & alter carnalis. Secunda, appellatur paternitas, quæ conſideratur inter baptizantem, & baptizatum, ſiue inter ſuſcipientem & ſuſceptum, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina. Tertia vocatur fraternitas, quæ eſt inter filium tuum ſpiritualem & filios tuos carnales, *gloſ. c. vnic. eod. tit.*

Compaternitas. Paternitas. Fraternitas.

Tit. XII. *De cognatione legali.*

Cognatio legalis.

Cognatio legalis eſt quædam proximitas ex adoptione proueniens per quā quis efficitur filius, vel nepos, vel affinis, qui ex natura non eſt.

Tit. XIII. *De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.*

Cognatio affinitatis.

Cognatio affinitatis oritur ex eo quòd quis cognouit vxoris ſuæ conſanguineam quæ matrimonium prius contractum non dirimit, ſed ſponſalia de futuro ſoluit, & impedit matrimonium contrahentium.

Tit. XIV. *De conſanguinitate & affinitate.*

Conſanguinitas. Affinitas.

Conſanguinitas eſt quædam fraternitas ſpeciem agnationis conſtituens, eſt enim tantùm inter fratres, *gl. ff. vulgo Inſt. de ſucceſſ. cognat.* Affinitas eſt regularitas perſonarum ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela, ſcilicet ſanguinis, *gloſſ. affinitatis, in §. affinitatis, Inſt. de nuptiis.* In gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito non debet contrahi matrimonium, *tit. eod. in Clement.*

Tit. XV. *De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.*

Frigidi. Maleficiati. Impotentes.

Frigidi ſunt qui deficiente calore naturali coire nequeunt. Maleficiati qui per maleficias artes & incantationes à coitu retardantur, & inhabiles ad congreſſum redduntur. Impotentes verò ſunt qui ob defectum ætatis, vel quia ſecti, vel quia caſtrati, & virilibus carent non poſſunt alteri carnaliter commiſceri. Tali frigiditate, maleficio & impotentia impeditur matrimonium vel in perpetuum, vel ad tempus, & di-

timitur jam contractum, *Hoſtienſ. in ſumma tit. de frigid. & maleficiat.*

Tit. XVI. *De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.*

Interdictū non impedit matrimonium. Interdictum Eccleſiæ ſine cauſa non impedit matrimonium contractum, quia ſemper conſideranda eſt cauſa, interdictum cum cauſa temporali, vt ne contrahatur propter ferias, impedit matrimonium, tamen contractum non rūpit, interdictum cum cauſa perpetua & vera impedit & rumpit matrimonium etiam contractum, vnde diuortium, *gloſſ. in c. de muliere, h. tit.*

Tit. XVII. *Qui filij ſunt legitimi.*

Filij legitimi. Filij legitimi dicuntur qui ex iuſtis ac legitimis nuptiis ſunt procreati, & non contra præſcripta & impedimenta legum atque Eccleſiæ, ideo ſuccedere poſſunt ab inteſtato. An filij nati ex matrimonio contracto contra impedimenta Eccleſiæ poſſint aliquo modo eſſe legitimi, explicatur, in *c. tanta, h. tit. & in auth. quib. mod. n at. eff. ſui. coll. 7.*

Tit. XVIII. *Qui matrimonium accuſare poſſunt, & contra illud teſtificari.*

Accuſatores contra matrimonium. Quando agitur de ſeparatione thori, ſoli coniuges accuſatores ſunt idonei: quando verò agitur de ſeparatione vinculi coniugalis, omnes idonei ſunt accuſatores, *gloſſ. ad Rubr. hic.* Contra matrimonium omnes ad accuſandum admittuntur teſtes, *ita Inn.*

Tit. XIX. *De diuortiis.*

Diuortium propriè eſt coniugum qui matrimonio iuncti ſeparantur, & in diuerſas partes eunt. *Diuor.* Olim multas ob cauſas fiebat diuortium, de quibus in *l. conſenſu, C. de repud.* Hodie paucæ ſunt, vt in *auth. vt lic. mat. & auiæ, §. quia verò plurimas, coll. 8.* De Iure Canonico non fit diuortium, niſi ex cauſa conſanguinitatis, & adhuc non rumpitur matrimonium, ſed nullum pronunciatur, niſi etiam propter adulterium, & neque tunc fit diuortium, quia adulter aliam accipere non poteſt licèt debitum reddere non teneatur, *gloſſ. in l. diuortio, ff. de nego. geſt.* An vir vxorem adulterantem poſſit propriâ authoritate dimittere, videatur *gloſſ. in c. ſuper eo, h. tit.*

Tit. XX. *De donationibus inter virum & vxorem, & dote poſt diuortium reſtituenda.*

Prohibitæ ſunt donationes inter virum & vxorem conſtante matrimonio, *l. 2. C. de inutilib. ſtipulat.* An dos reſtituenda ſit poſt diuortium, tradunt *DD. in tit. ff. ſolut. matrim quem. dos petat.* *Donationes inter virum & vxorem prohibitæ.*

Tit. XXI. *De ſecundis Nuptiis.*

Secundæ nuptiæ. Pœna ſecundò nubentium. Secundæ nuptiæ dicuntur vlteriores poſt primas. Puniuntur ſecundò nubentes propter duo, primum eſt, nimia feſtinatio quæ in mulieribus tantùm punitur nubentibus infra annum luctus, *l. genero, ff. de his qui not. infam.* Cogitur enim vxor virum lugere, non contrà, *l. vxores, ff. eod.* Secundum eſt, non ſeruata affectio filiis, quæ pœna viro & mulieri communis eſt, *l. hac edict. C. de ſecun. nupt.*

LIBRI QVINTI

Titvlvs I. *De accuſationibus & inquiſitionibus & denunciationibus.*

Accuſatio. Accvsatio eſt rei ob crimen delatio, vt criminis commiſſi, & propter quod introducta eſt accuſatio veritas detegi poſſit, *Inquiſitio.* inquiſitio fit contra accuſatum, qui ſi confeſſus ſit, inquiſitor feret ſententiam non vlterius inquirendo, fruſtrà enim inquiritur cum de crimine conſtat, *tit. eo. & ib. gloſſ. in 6.* De denunciatione quomodo fiat, & quotuplex ſit, latè *ſup. gloſſ. fin. in tit. de Iudiciis, lib. 2.*

lib.2.Decret.ſupr.

Tit. II. *De Calumniatoribus.*

Calūniator. Qui non probat crimen quod intendit, is calumniari præſumitur, & calumniæ pœnâ punitur: tamen contingit vt quis poſſit ſine pœna calumniæ accuſare aut denunciare, vt ſi maritus iuſto dolore vxorem de adulterio accuſet, tū ſi mater de morte filij accuſet, & filius de morte patris. Tutor vel Curator accuſans nomine pupilli aut minoris. *gl. ſſ. in c.cum dilectus, h.tit.*

Tit. III. *De Simonia.*

Simonia. Simonia eſt voluntas ſtudioſa, vel cupiditas emendi aut vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum: & eſt crimen maximum, ratione committentium, quia a Clericis & Eccleſiarum Prælatis ſæpe committitur, ratione loci, quia in Eccleſia patratur, ratione rerum in quibus committitur, quæ ſpirituales ſunt & Eccleſiaſticæ, *cauſ.1.q.7.c.ſi.* Dicta fuit Simonia à Simone mago qui fuit primus author huius ſceleris in Nouo Teſtamēto: ipſe enim voluit emere gratiam Spiritus Sancti à Diuo Petro: ita Giezi in Veteri Teſtamento. Quibus modis committatur Simonia, tradit *Petr. Rebuff. in ſua Prax. part.1. tit. quot.mod.benefic.acq.n.4.& ſeqq.*

Tit. IV. *Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.*

Hic adducitur Simoniæ ſpecies verbis negatiuis quæ per ſe ſatis clara eſt.

Tit. V. *De Magiſtris, & ne quid exigatur pro licentia docendi.*

Magiſter. Magiſter ille dicitur qui ſcholam tenet, & ibi legit ac docet, talis autem neque à Clericis eiuſdem Eccleſiæ, neque à pauperibus quicquam exigere debet, ſed omnia gratis facere, quia habet competens beneficium ab Eccleſia cōſtitutum, nihilominus tamen poteſt à diuitibus aliquid exigere nempe collectam, ſi nullo gaudeat priuilegio, *gloſſ. in c.quia nonnulli, h.tit.*

Tit. VI. *De Iudæis, & Saracenis, & eorum ſeruis.*

Iudæi. A Iuda dicti ſunt Iudæi, quia tribus illa cæteris erat præſtantior, & bellicoſior, & in bellis primam aciem, & regni vel regis priuilegium obtinebat. Saraceni à Sara vxore Abrahæ dicti ſunt. *Saraceni.* Serui dicuntur, qui libertate carent. *Serui.*

Tit. VII. *De Hæreticis.*

Dicitur hæreſis ab αἱρῶ, quod eſt opto, ſeu eligo, Ita vt hæretici ſint illi qui *Hæreſis vnde.* cōtra manifeſtam verbi Diuini doctri- *Hæretici.* nam & veritatem, & contra fidei articulos impia dogmata eligunt, fouent, & in vulgus ſpargunt, atque pertinaciter defendunt. Illi dum Deum defendere nituntur, offendunt, vt ait *Vener. Vercel. in lib. de vnit. Eccleſ. pag. 34.* quales ſunt Manichæi, Arriani, Eutichiani, Samaritani, Ophitæ, Donatiſtæ, & Priſcillianiſtæ.

Tit. VIII. *De Schiſmaticis.*

Schiſmata inde dicuntur, quòd diuiſa ſint corda, idem *Vener.ib.in princ.* vel *Schiſmata.* ab animorum ſciſſura, eo quòd ſchiſmatici diſſidio delectentur. Eſt ergo ſchiſma, illicitus ab vnitate Eccleſiæ diſceſſus. Schiſma grauius eſt ſcel⁹ quàm ido- *Schiſma grauius eſt ſcelus quàm idololatria.* lolatria, ideo, vt legere eſt in Veteri Teſtamento, idololatria gladio punita eſt, & ſchiſma hiatu terræ, vt in Dathan & Abiram *id.ibid.* Schiſmaticus ipſo quoque iure beneficium amittit, *c.nos conſuetudinem, 12. diſtinct.& capitul. quia diligentia, de election.* quia dicitur Hæreticus eùm nullum ſchiſma ſit quod non ſibi configat aliquam hæreſim, vt rectè ab Eccleſia reſciſſiſſe videatur, *c.inter, 24.q.3.*

Tit. IX. *De Apoſtatis, & reiterantibus baptiſmum.*

Apoſtatæ ſunt illi qui à vero lumine *Apoſtata.* recedunt, à vera & Chriſtiana fide deficiunt, & ab illa religione quam profeſſi ſunt, recedunt, *Goff.& Hoſt.in ſummis ſuis, eod. tit.* de ſtatu ſuo optimo, vt ille apoſtata Angelus, per ſuperbiam, cadentes, ἀποςασία vel ἀπόςημι eſt deficio, *l.ſi. C.de apoſtatis.* inde ἀποςάτης defector, qui ſcilicet à fide Chriſtiana ad Paganiſmum, vel Iudaiſmum deficit & deſciſcit, *In 1. Epiſt.Ioh. cap. 2.* vocantur apoſtatæ antichriſti, & de illis ita loquitur Iohannes, Si fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Eorum pœna ponitur, in *l.1.2.& 3.& in l.apoſtatarum, & in c.* *Apoſtatarū pœna.*

pen.& fi.extra.eod.tit.

Tit. X. De *his qui filios occiderunt.*

Homicidium. Hoc crimen ad homicidium & parricidium refertur, apud priſcos dicebatur quoties homo hominem occidiſſet, *hoc eſt*, par parem, ideo extat Lex Numæ Pompilij. *Si quis liberum hominem morti ſciens duit, parricida eſto*: deinde cùm ita cœpiſſet eſſe vulgare, vt homo occideret hominem, parricidij vox ad ſummæ impietatis ſignificationem deflexa eſt, *id eſt*, ad eos qui parentes, filios, fratres, & alios ſanguine iunctos occidiſſent. *Parricida.*

Tit. XI. De *infantibus & languidis expoſitis.*

Infantum expoſitio Exponunt infantes & languidos, qui eos eiiciunt, & quaſi occidunt, & tunc liberi expoſiti liberi & ſui iuris efficiũtur, etiamſi aliquis eos ſub conditione, vt ſui ſerui fierent recollegerit, *gl. paterno.* in *l. nemini, 19. C. de Epiſc. aud* *ent.* neque expoſitum colligens ei ab inteſtato morienti ſuccedit, *gl. 1. in l. 9. C. commun. de ſucceſſ.*

Tit. XII. De *Homicidio voluntario, vel caſuali.*

Homicidium voluntariũ. Voluntarium homicidium, eſt quod conſultò, dolo malo, & deliberato animo commiſſum eſt, *l. 1. in princ. §. 1. & 3. l. in l. 7. l. diuus, 14. & l. qui cadẽ, 16. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. 1. & ſeqq. C. eod.* Caſuale eſt, quod præter interficientis ſcopum & voluntatem, culpâ aut citra culpam, committitur, *l. 1. & l. eum qui, 5. C. ad l. Cornel. de ſicar. can. conſuluiſti, 18 cauſ. 2 q. 5.* *Homicidium caſuale.*

Tit. XIII. De *Torneamentis.*

Torneamenta. Torneamenta dicuntur à torqueo, vel à toruo, quia vadunt circumeundo, ſeu percutiunt ſe circumeuntes. Sunt autem torneamenta quædam nundinæ ſiue feriæ in quibus milites ex edicto conuenire ſolent, & ad oſtenſionem virium ſuarum & audaciæ temere congregari vel congredi, *vt cap. 1. de Tornea.*

Tit. XIV. *De Clericis pugnantibus in duello.*

Duellum. Quando duo tantùm de libero aſſenſu pugnant, dicitur duellum, quod prohibitum eſt: ita dictum quaſi duorum bellum factum ad probarionem veritatis. Quomodo autem ſit licitum vel non, *not. gloſ. in l. qua actione, §. ſi quis, ff. ad leg. Aquil.*

Tit. XV. *De Sagitariis.*

Sagitarij ſunt qui ſagittis vtuntur. *Sagittarij.*

Tit. XVI. *De adulteriis, & ſtupro.*

Adulterium eſt quaſi radix aliorum criminum, vt violentiæ, iniuriæ, homicidij, periurij. & falſi teſtimonij, ita vt de pœna adulterij non poſſit tranſigi, *l. tranſigere, C. de tranſact.* Crimen adulterij & ſtupri eſt enormius aliis criminibus, cum omne aliud ſit commiſſum extra committentis corpus, hoc vero in proprium corpus. *Adulterium.* *De pœna adulterij non poteſt tranſigi.*

Tit. XVII. *De raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Eccleſiarum.*

An raptor Eccleſiaſtica careat ſepultura, eſt *c. cum et eo, verſ. ita tamen, h. tit.* Incendiarij ſunt qui ob inimicitiam, aut prædæ gratiâ, ædes, arbores, ſiue ſegetes incendunt, *l. capitalium, §. incendiarij, ff. de pœn.* Quâ pœna puniantur incendiarij, eſt *c. conqueſti, infr. tit. de ſentent. excommun.*

Tit. XVIII. *De furtis.*

Furtum eſt contrectatio violenta rei alienæ inuito domino, lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, vel poſſeſſionis ſuę, quod lege Diuina & humana prohibitum eſt committere; *l. 1. ff. de furtis, & §. furtum ff. de oblig. quæ ex delict.* *Furtum.*

Tit. XIX. *de Vſuris.*

Vſura nomen habet ab vſu rei, quia datur ob rei, *id eſt*, pecuniæ vſum, & definitur acceſſio ciuilis ad ſortẽ ſiue quantitatem, quæ pro vſu ipſius pecuniæ, ex mutuo vel alia quacunque cauſa debitę, à debitore exigitur. Duæ ſunt vſuræ ſpecies quarum vna nomen generis retinet, altera fœnus appellatur, quod terreſtre vel nauticum eſt. Vſuræ deberi incipiunt ex pacto in bonæ fidei iudiciis, *l. Lucius Titius, §. fin. ff. depoſ.* ex mora, *l. mora, ff. de vſur.* & ex ſtipulatione, *l. Titius, ff. de vſuris.* Vſuræ prohibitæ ſunt iure Canonico, quacunque tandem ſpecie de his pacta fiant, *c. 1. c. plerique, & paſſim 14. q. 1. tot. tit. de Vſur. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. n. 70. Molin. de vſur. in princ. n. 9. 10.* *Vſura vnde.* *Vſura quid.* *Fœnus.* *Vſura quando deberi incipiãt.* *Vſura iure canonico prohibita.*

Tit.

Tit. XX. *De Crimine falſi.*

Falſum. De hoc crimine agitur in *diſt.19.c. in memoria.* Falſum eſt veritatis immutatio, vt in *auth. de iuſtru. caut. in pri. coll. 6.*

Tit. XXI. *De Sortilegiis.*

Sortilegia Sortilegia ſunt diuinationes creaturarum quæ fiunt ad furtum inueniendum, & prohibitæ ſunt, Species enumerantur 26. *quæſt. ius, c. igitur. & eodem, can. quæſt. 5. Epiſcop. &c. nec mirum.* quâ autem *Sortilegiorum pœna.* pœnâ puniantur de iure Ciuili, habetur in *l. nemo, C. de malefic.* & de iure canonico. *c. ſuper eo. h. tit.*

Tit. XXII. *De Colluſione detegenda.*

Colluſio. Colluſio eſt ſiniſtra, ſubdola, & fraudulenta machinatio quâ aliquid ſimulatur quod in veritate non eſt.

Tit. XXIII. *De Delictis puerorum.*

Puer an de delicto teneatur. Puer doli incapax etiamſi peccet, tamen non tenetur ipſo iure, *l. quod infans, ff. de rei vind. l. qui iuraſſe ff. de iureiur. c. pueris, h. tit.*

Tit. XXIV. De *Clerico venatore.*

Clericis venatio eſt prohibita. Clericis prohibita eſt venatio, *tit. Decr. ſupr. ne cler. vel Mona. c. 1. §. fi. ver. canes. & in h. tit.* Ratio eſt ne à diuino cultu ad hanc voluptatem deficiant.

Tit. XXV. *De Clerico percuſſore.*

De percuſſione & eius pœna ad *c. ſi quis in aliquo, h. tit.* Clerici non debent percutere, neque ad iram debent eſſe accenſi, 45. *diſt. c. ſequitur. & ibi gloſſ.*

Tit. XXVI. *De Maledictis.*

Quot ſint maledicorum ſeu blaſphemantium genera, & qualiter quodlibet genus puniatur, tradit *gloſſ. in cap. ſtatutmus h. tit.* Maledicus dicitur qui de homine obloquitur detrahendo ei, & eum obloquiis deprimendo, vt *c. 1. de Cleri. maledi.*

Tit. XXVII. *De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.*

Vnde inducatur Clerici depoſitio, habetur 11. *q. 3. c. placuit, & c. de illis & 50. diſt. c. accedens.*

Tit. XXVIII. *De Clerico non ordinato miniſtrante.*

Si Clericus non ordinatus miniſtret, deponetur, nec ampliùs ordinabitur. *Per ſaltū promotus.*

Tit. XXIX. *De Clerico per ſaltum promoto.*

Per ſaltum promouetur ille qui non gradatim ad ordines accedit, ſed præpoſterè, quibuſdam ordinibus intermediis omiſſis.

Tit. XXX. *De eo qui furtiuè ordines recepit.*

Ille furtiuè ordines recipit qui non ordinatus, & ſine præuio examine, ac ſine conſenſu ſuperioris ſeſe ingerit. *Furtiuè ordines recipiens.*

Tit. XXXI. *De Exceſſibus prælatorum.*

In hoc tit. oſtenditur in quibus excedant Prælati, & quomodo excedentes puniantur.

Tit. XXXII. *De Noui operis nuntiatione.*

Aliquando cùm nouum fit opus, & antequam perfectum ſit, per legitimam denunciationem inhibetur, Vnde Edictum, *ff. de noui oper. nunciat.* Quas ob cauſas ſiat talis denunciatio, oſtenditur in *l. 1. §. nunciatio ſit, ff. eod.* *Noui operis nūtiatio.*

Tit. XXXIII. *De Priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum.*

Illi quibus priuilegium aliquod fuit conceſſum excedere poſſunt priuilegiorum ſuorum fines. Priuilegium eſt ſingulare aliquod ius contra commune indultum, & ita appellatur quia priuatam aliquam legem tribuit. Priuilegium vel eſt generale, vel ſpeciale: illud corpori alicui vel collegio conceditur: hoc verò perſonæ conceditur, & cum ea extinguitur, *l. priuilegia, ff. de reg. iur.* *Priuilegium.*

Tit. XXXIV. *De Purgatione canonica.*

Seſe purgat canonicè qui innocentiam canonibus conſtitutam, aut inuentam manifeſtat, & fit per iuramentum. *Canonicè ſe purgās.*

Tit. XXXV. *De purgatione vulgari.*

Iſtam innocentiæ manifeſtationem

adinuenit vulgus,& non eſt in vſu, quia Deus tentatur, & ſæpe condemnatur innocens. Fiebat autem per ferrum candens,per duellum,per aquam frigidam ſiue bullientem.

Tit. XXXVI. *De Iniuriis & damno dato.*

De Iniuria & actione iniuriarum, tum de damno dato & illato agitur in hoc *tit.tum in ff.& C.*

Tit. XXXVII. *De Pœnis.*

Pœna. Definitur pœna delictorum ſatisfactio quæ lege,vel proprio Iudicis motu imponitur: Et pro ratione delicti, aliquando eſt grauis,aliquando leuis, aliquando capitalis,aliquando non.

Tit. XXXVIII. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*

Pœnitentia. Pœnitentia eſt virtus cum emendationis propoſito, quâ præterita mala plangimus & odimus, & iterum committere nolumus. Per remiſſionem intelligitur hîc indulgentia: aliquando cauſæ commiſſæ ad competentem facta miſſio.

Tit. XXXIX. *De ſententia excommunicationis.*

Definitur excommunicatio, à licita communione, vel licito actu ſeparatio, ita vt excommunicatus priuetur & Sacramentis & coetu hominum ſimul,vel ſacramētis tantùm. In *c.dilectis filiis,vbi gloſſ. & Dd.de appella.* excommunicatus habetur pro mortuo. *Excommunicatio.*

Tit. XL. *De verborum ſignificatione.*

Quia ſæpe dubitatur de verbis quo ſenſu ſumi debeant, ideò hic agitur de verborum ſignificatione, variiſque eorum ſignificatis.

Tit. XLI. *De regulis iuris.*

Vt in iure Ciuili Digeſtorum, ita in iure Canonico traduntur certæ regulæ quæ breuiter rem enarrant, *l.1.ff.de reg.iur.*& modum rectè iudicandi præbent, *3.diſt.c.regula.* Vide optimam *gl.eod.tit.lib.6.ſuper rubr.*

Superiores Rubricæ, etſi non omnes, in ſexto,& Clementinis repetuntur,& in aliquibus emendantur.

Finis huius Syſtematis Canonici.

INDEX
TITVLORVM ET QVÆſtionum Iuris Canonici in genere: item Librorum & Titulorum Decretalium:

NEC NON

INDEX RERVM ET VERBORVM
Secundæ Partis.

Titulus I. *De Iure Canonico in genere.*

VNDE dictum & quid eſt Ius Canonicum? 1
Quomodo ſe habet inter ſe ius Canonicum & ius ciuile? *ibid.*
Quomodo diuiditur ius Canonicum? *ibid.*

Titulus II. *De Decreto.*

Quid ſignificat Decretum? 2
Quis compilauit Decreti volumen? *ibid.*
Quomodo diuiditur totum Decreti ius? *ibid.*

Titulus III. *De Decretalibus Epiſtolis.*

Quænam ſunt Decretales Epiſtolæ? 4
Quis compilauit Decretalium volumen? *ibid.*
Quomodo diſtribuitur Decretalium opus? *ibid.*
Nullæne extant Iuris Canonici inſtitutiones? *ibid.*

Libri I. Decretalium.

Tit. 1. De ſumma Trinitate,& fide Catholica 5
Tit. 2. De Conſtitutionibus *ibid.*
Tit. 3. De Reſcriptis *ibid.*
Tit. 4. De Conſuetudine 6
Tit. 5. De poſtulatione Prælatorum *ibid.*
Tit. 6. De Electione & Electi poteſtate *ibid.*
Tit. 7. De Tranſlatione Epiſcopi, vel Electi *ibid.*
Tit. 8. De authoritate & vſu pallii *ibid.*
Tit. 9. De renunciatione *ibid.*
Tit. 10. De ſupplenda negligentia Prælatorum *ibid.*
Tit. 11. De temporibus ordinationum,& qualitate ordinandorum *ibid.*
Tit. 12. De ſcrutinio in ordine faciendo *ibid.*
Tit. 13. De ordinatis ab Epiſcopo qui Epiſcopatui renuntiauit,vel excommunicato 7
Tit. 14. De ætate,qualitate,& ordine præficiendorum *ibid.*
Tit. 15. De ſacra vnctione *ibid.*
Tit. 16. De ſacramentis non iterandis *ibid.*
Tit. 17. De filiis presbyterum ordinandis vel non *ibid.*
Tit. 18. De ſeruis non ordinandis,& eorum manumiſſione *ibid.*
Tit. 19. De obligatis ad ratiocinia ordinandis,vel non *ibid.*
Tit. 20. De corpore vitiatis *ibid.*
Tit. 21. De bigamis non ordinandis *ibid.*
Tit. 22. De Clericis peregrinis *ibid.*
Tit. 23. De officio Archidiaconi 8
Tit. 24. De officio primicerii *ibid.*

Tit. 26.	De officio Sacriſtæ	ibid.
Tit. 27.	De officio cuſtodis	ibid.
Tit. 28.	De officio Vicarii	ibid.
Tit. 29.	De officio & poteſtate Iudicis delegati	ibid.
Tit. 30.	De officio legati	ibid.
Tit. 31.	De officio ordinarii	ibid.
Tit. 32.	De officio Iudicis	ibid.
Tit. 33.	De maioritate & obedientia	ibid.
Tit. 34.	De Treoga & pace	ibid.
Tit. 35.	De pactis	ibid.
Tit. 36.	De tranſactionibus	9
Tit. 37.	De poſtulando	ibid.
Tit. 38.	De Procuratoribus	ibid.
Tit. 39.	De Syndico	ibid.
Tit. 40.	De his quæ vi metúſve cauſâ fiunt	ibid.
Tit. 41.	De reſtitutione in integrum	ibid.
Tit. 41.	De alienatione mutandi iudicij cauſâ facta	ibid.
Tit. 43.	De arbitris	ibid.
	LIBRI SECVNDI.	
Tit. 1.	De Iudiciis	9
Tit. 2.	De foro competenti	10
Tit. 3.	De libelli oblatione	ibid.
Tit. 4.	De mutuis petitionibus	ibid.
Tit. 5.	De liteconteſtatione	ibid.
Tit. 6.	Vt lite non conteſtata non procedatur ad receptionem teſtium, neque ad definitiuam ſententiam	ibid.
Tit. 7.	De iuramento calumniæ	ibid.
Tit. 8.	De dilationibus	ibid.
Tit. 9.	De feriis	ibid.
Tit. 10.	De ordine cognitionum	ibid.
Tit. 11.	De cauſa poſſeſſionis & proprietatis	ibid.
Tit. 12.	De reſtitutione ſpoliatorum	ibid.
Tit. 13.	De dolo & contumacia	11
Tit. 14.	De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſâ rei ſeruandæ	ibid.
Tit. 15.	De ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum	ibid.
Tit. 16.	De confeſſis	ibid.
Tit. 17.	De probationibus	ibid.
Tit. 18.	De teſtibus & approbationibus	ibid.
Tit. 19.	De teſtibus cogendis	ibid.
Tit. 20.	De fide inſtrumentorum	ibid.
Tit. 21.	De præſumptionibus	12
Tit. 22.	De iureiurando	ibid.
Tit. 23.	De exceptionibus	ibid.
Tit. 24.	De præſcriptionibus	ibid.
Tit. 25.	De ſententia & re iudicata	ibid.
Tit. 26.	De appellationibus, recuſationibus & relationibus	ibid.
Til. 27.	De peregrinantibus	ibid.
Tit. 28.	De confirmatione vtili vel inutili	ibid.
	LIBRI TERTII.	
Tit. 1.	De vita, & honeſtate Clericorum	13
Tit. 2.	De cohabitatione Clericorum & mulierum	ibid.
Tit. 3.	De Clericis coniugatis	ibid.
Tit. 4.	De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel præbenda	ibid.
Tit. 5.	De præbendis, & dignitatibus	ibid.
Tit. 6.	De Clerico ægrotante, vel debilitato	14
Tit. 7.	De Inſtitutionibus	ibid.
Tit. 8.	De conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis	ibid.
Tit. 9.	Ne ſede vacante aliquid innouetur	ibid.
Tit. 10.	De his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli	ibid.
Tit. 11.	De his quæ fiunt à maiore parte capituli	ibid.
Tit. 12.	Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur	ibid.
Tit. 13.	De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non	ibid.
Tit. 14.	De precariis	ibid.
Tit. 15.	De commodato	ibid.
Tit. 16.	De depoſito	ibid.
Tit. 17.	De emptione & venditione	ibid.
Tit. 18.	De locato & conducto	ibid.
Tit. 19.	De rerum permutatione	15

Tit. 20.

Tit. 20. De feudis ibid.
Tit. 21. De pignoribus, & aliis cautionibus ibid.
Tit. 22. De fideiuſſoribus ibid.
Tit. 23. De ſolutionibus ibid.
Tit. 24. De donationibus ibid.
Tit. 25. De peculio Clericorum ibid.
Tit. 26. De teſtamentis & vltimis voluntatibus 16
Til. 27. De ſucceſſione ab inteſtato ibid.
Tit. 28. De ſepulturis ibid.
Tit. 29. De parochiis & alienis parochianis ibid.
Tit. 30. De decimis, primitiis, & oblationibus ibid.
Tit. 31. De regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem ibid.
Tit. 32. De conuerſione coniugatorum ibid.
Tit. 33. De conuerſione infidelium ibid.
Tit. 34. De voto & voti redemptione ibid.
Tit. 35. De ſtatu Monachorum & Canonicorum regularium ibid.
Tit. 36. De religioſis domibus ibid.
Tit. 37. De Capellis Monachorum, & aliorum religioſorum 17
Tit. 38. De iure patronatus ibid.
Tit. 39. De cenſibus, & exactionibus, & procurationibus ibid.
Tit. 40. De conſecratione Eccleſiæ, vel altaris ibid.
Tit. 41. De celebratione miſſarum, & ſacramento Euchariſtiæ, & diuinis officiis ibid.
Tit. 41. De Baptiſmo, & eius effectu ibid.
Tit. 43. De presbytero non baptizato ibid.
Tit. 44. De cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum ſacramentorum ibid.
Tit. 45. De reliquiis, & veneratione ſanctorum ibid.
Tit. 46. De obſeruatione ieiuniorum ibid.
Tit. 47. De purificatione poſt partum 18
Tit. 48. De Eccleſiis ædificandis, vel reparandis ibid.
Tit. 49. De immunitate Eccleſiæ ibid.
Tit. 50. Ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant ibid.

LIBRI QVARTI.

Tit. 1. De Sponſalibus & matrimoniis ibid.
Tit. 2. De deſponſatione impuberum ibid.
Tit. 3. De clandeſtina deſponſatione ibid.
Tit. 4. De ſponſa duorum ibid.
Tit. 5. De conditionibus appoſitis in deſponſatione & matrimonio, vel in aliis contractibus 19
Tit. 6. Qui Clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt ibid.
Tit. 7. De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium ibid.
Tit. 8. De coniugio leproſorum ibid.
Tit. 9. De coniugio ſeruorum ibid.
Tit. 10. De natis ex libero ventre ibid.
Tit. 11. De cognatione ſpirituali ibid.
Tit. 12. De cognatione legali ibid.
Tit. 13. De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ ibid.
Tit. 14. De conſanguinitate & affinitate ibid.
Tit. 15. De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi ibid.
Tit. 16. De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ 20
Tit. 17. Qui filii ſunt legitimi ibid.
Tit. 18. Qui matrimonium accuſare poſſunt, & contra illud teſtificari ibid.
Tit. 19. De diuortiis ibid.
Tit. 20. De donationibus inter virum & vxorem, & dote poſt diuortium reſtituenda ibid.
Tit. 21. De ſecundis nuptiis. ibid.

LIBRI QVINTI.

Tit. 1. De accuſationibus, & inquiſitionibus & denuntiationibus ibid.
Tit. 2. De calumniatoribus 21
Tit. 3. De Simonia ibid.
Tit. 4. Ne prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant ibid.
Tit. 5. De Magiſtris & ne quid exigatur pro licentia docendi ibid.
Tit. 6. De Iudæis, & Saracenis, & eorum ſeruis ibid.
Tit. 7. De Hæreticis ibid.
Tit. 8. De Schiſmaticis ibid.

Tit. 9.	De Apoſtatis, & reiterantibus baptiſmum.	ibid.
Tit. 10.	De his qui filios occiderunt	22
Tit. 11.	De infantibus, & languidis expoſitis.	ibid.
Tit. 12.	De homicidio voluntario, vel caſuali	ibid.
Tit. 13.	De Torneamentis.,	ibid.
Tit. 14.	De Clericis pugnantibus in duello.	ibid.
Tit. 15	De Sagittariis	ibid.
Tit. 16.	De Adulteriis, & ſtupro.	ibid.
Tit. 17.	De raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Eccleſiarum	ibid.
Tit. 18.	De furtis	ibid.
Tit. 19.	De vſuris	ibid.
Tit. 20.	De crimine falſi	23
Tit. 21.	De ſacrilegiis	ibid.
Tit. 22.	De colluſione detegenda	ibid.
Tit. 23.	De delictis puerorum	ibid.
Tit. 24.	De Clerico venatore	ibid.
Tit. 25.	De Clerico percuſſore	ibid.
Tit. 26.	De maledicis	ibid.
Tit. 27.	De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante	ibid.
Tit. 28.	De Clerico non ordinato miniſtrante	ibid.
Tit. 29.	De Clerico per ſaltum promoto	ibid.
Tit. 30.	De eo qui furtiuè ordines recepit	ibid.
Tit. 31.	De exceſſibus prælatorum	ibid.
Tit. 32.	De noui operis nuntiatione	ibid.
Tit. 33.	De priuilegiis, & exceſſibus priuilegiatorum	ibid.
Tit. 34.	De purgatione Canonica	ibid.
Tit. 35.	De exceptione vulgari	ibid.
Tit. 36.	De iniuriis, & damno dato	24
Tit. 37.	De pœnis	ibid.
Tit. 38.	De pœnitentiis & remiſſionibus	ibid.
Tit. 39.	De ſententia excommunicationis	ibid.
Tit. 40.	De verborum ſignificatione	ibid.
Tit. 41.	De regulis Iuris	ibid.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Secundæ Partis

A

ACCVSATIO *quid ſit* 20
Accuſatores contra matrimonium ibid.
Actio in permutatione 15
Actor mittendus in poſſeſſionem ſi reus non comparuerit 21
Adulterium 22
Adulterij pœna poteſt in tranſactionem venire ibid.
Ætas ad ſponſalia habilis 18
Affinitas quid ſit 19
Alienatio mutandi iudicij cauſâ facta 9
Altare vnde dictum, & quid ſit 17
Apoſtata qui, & vnde dicti 21
Apoſtatarum pœna ibid.
Appellatio quid ſit 12
Arbiter qui 9
Arbitrium quid ibid
Archidiaconus quis 8

B

BAptiſmus non poteſt reiterari 17
Baſilica quid ſit ibid.
Beneficium non percipit qui negligit officium 14
Beneficia quomodo conferenda ibid.
Beneficia an permutari queant. 15
Bigamus vnde, & quis 7
Bonifacius VIII. eſt author ſexti libri Decretalium 4

C

Calumniator 21
Canonicus vnde dicatur 16
Capella 17
Capitulum ſi diſcordet quid agendum 14
Capituli maior pars vincit minorem ibid.
Capitulum duo facere poſſunt 6
Cauſa diſtinguitur in 172. quæſtiones 3
Cauſæ decreti 36. ſunt ibid.
Cauſarum omnium Decreti argumenta & ſubiecta 3.4
Cenſus quid 17
Chriſma vnde componatur ibid.
Chriſmare quid ſit 7
Clementina vnde ſic dicta 4.5
Clericus vſufructuarius eſt per totam vitam, ita vt de fructibus ad ſuos & ſuorum commodum diſponere queat 13
Clerici qui dicantur 2
Clerici non debent eſſe mercatores 3
Clerici non debent eſſe litigioſi ibid.
Clerici vnde viuere debeant ibid.
Clerici peregrini quinam ſint 7
Clerici peregrinantes qui 12
Clerici coniugati 13
Clerici ægrotantes non debent prouentibus priuari 14
Clerici an fideiubere poſſint 15
Clerici an poſſint habere peculium ibid.
Clerici an teſtari queant 16
Clerici quinam matrimonium contrahere poſſunt, & qui non 19
Clerici non debent percutere, aut iraſci 25
Clericorum depoſitio vnde inducatur ibid.
Clericorum vita 13
Clericorum honeſtas ibid.
Clericorum cohabitatio cum mulieribus quæ permiſſa 15
Clericis prohibita venatio 23
Cœmiteria quare extra vrbem olim 16
Cognatio ſpiritualis quid ſit 19
Cognatio ſpiritualis tres habet ſpecies ibid.
Cognatio ſpiritualis dirimit matrimonium ibid.
Cognatio affinitatis ibid.
Cognatio legalis ibid.
Colluſio 23
Commodatum tantùm conſiſtit in vſu 14
Compaternitas quid ſit 19
Conditionis effectus in deſponſatione ibid.
Confeſſio quid operetur 21
Confeſſus pro iudicato habetur ibid.
Conſanguinitas quid 19
Conſecrare quid ſit 17
Conſtitutio tempore poſterior potior eſt ea quæ ipſam præceſſit 2
Conſtitutiones quid ſint 5
Conſtitutiones legis habent vigorem ibid.
Conſuetudo quid ſit 6
Conſuetudo vt vim habeat requiritur vſus decem annorum 6
Contumacia quid ſit 11
Corpore vitiati qui 7
Curati vnde dicti 16
Cuſtodis officium 8

O

DEcimæ quid ſint 16
Decretum multis modis dicitur 2
Decretum reſpondet iuri Digeſtorum ibid.
Decreti compilator ibid.
Decreti diſtributio in tres partes ibid.
Decreti diſtinctiones ibid.
Decreti cauſa 3
Decretales epiſtolæ quid ſint 4

Index Rerum & Verborum.

Decretalium compilator ibid.
Decretalium diſtributio ibid.
Delegatus quis 8
Denuntiatio 20
Depoſitum quare fiat 14
Dignitas quid 13
Dignitas differt à perſonatu & ab officio ibid.
Dilationes 10
Diuortium quid ſit 20
Diuortij cauſa ibid.
Dolus quid 11
Donatio quid ſit 15
Donationes inter virum & vxorem prohibitæ 10
Duellum 22

E

ECcleſia quid ſit 17
Eccleſia an poſſit in emphyteuſin dare 24
Eccleſia immunitas 18
Eccleſia vel ædificari de nouo, vel reparari debent ibid.
Eccleſiaſtica res alienari, permutari, aut oppignorari non poſſunt 14
Eleemoſyna de malè quaſitis non facienda 3
Electio quid ſit 6
Electio à duobus fieri poteſt ibid.
Epiſcopus vnde dictus 2
Exactio quid ſit 17
Exceptio quid & quotuplex 12
Excommunicatio 24
Extrà vnde 4
Extrauagantes 5

F

FAlſum 23
Feria quare introducta, & indicta 10
Feudalia ſtatuta 15
Fideiuſſores quare ita dicti ibid.
Fides quid ſit, & vnde dicta 5
Fides quare dicatur catholica ibid.
Filij legitimi qui 20
Forum quid 10
Forum ſeculare an Clericis ſit incompetens ibid.
Forum eccleſiaſticum an laicis ſit incompetens ibid.
Fraternitas 19
Frigidi qui ibid.
Furtum quid ſit 22

G

Gratianus quis fuerit 2

H

HÆreſis vnde dicta 21
Hæretici qui ibid.
Homicidium 22
Homicidium voluntarium ibid.
Homicidium caſuale ibid.

I

IEiunium 17
Impotentes qui 19
Incendiarij qui 22
Infantum expoſitio ibid.
Infeudatio quid ſit 15
Iniuſtitio 20
Inſtitutio quid ſit 14
Inſtitutio dicitur inueſtitura ibid.
Inſtitutiones Iuris Canonici 5
Inſtrumentum quomodo ſumatur 11
Interdictum Eccleſiæ an rumpat Matrimonium 19
Iudæi vnde dicti 21
Iudicium quid 9
Iudicij perſona ibid.
Iudicis officium 8
Iuramentum calumniæ 10
Ius canonicum vnde dictum 1
Ius canonicum quomodo ſe habeat ad ciuile ibid.
Ius ciuile à canonico corrigi poteſt ibid.
Ius canonicum commune diuiditur in decretum & decretales epiſtolas ibid.
Ius patronatus 17
Iuris canonici diuiſio in commune & priuatum, ſcriptum & non ſcriptum 1
Iuſiurandum quid, & inter quos locum habeat 21
Iuſtitia vnde ducat originem 5

L

LEgatus quis 8
Libellus quid ſit 10
Litiscontestatio ibid.

M

MAgiſter quis dicatur 21
Maledicus quis 23
Maleficiati qui 19
Matrimonium vnde dictum, & quid ſit 18
Matrimonium clandeſtinum ſex modis dictum ibid.
Matrimonium an lepra diſſoluat 19
Matrimonium impedit error conditionis ſeruilis ibid.
Matrimonium impedit cognatio ſpiritualis ibid.
Matrimonium quænam impediant ibid.
Matrimonialium cauſarum cognitio ad quos pertineat 18
Metropolitanus non poteſt ordinare in ſuffraganeis ſuis parrochia 3
Metus 9
Miſſa quid ſit 17
Mulieres ante purificationem non ingrediebantur Eccleſiam 18

N

NAtus ex libero ventre liber eſt 19
Negotium ſeculare 18
Noui operis nuntiatio 23
Nuptiæ ſecundæ quæ 20
Nuptiæ ſecundæ quare puniantur ibid.

O

OBreptio quid 6
Oeconomus quis 9
Ordines furtiuè recipiens 23

P

PActa ſunt ſeruanda 8.9
Pallium quid ſit 6

Pallij

Pallij vſus quid ibid.
Parochia quid ſit 16
Parricidium 22
Partus ventrem ſequitur 19
Paternitas ibid.
Peculium vnde dictum, & quid ſit 15
Permutatio quando contrahatur ibid.
Pignus an conſiſtere poſſit in rebus ſacris ibid.
Pœna quid ſit 24
Pœnitentia ibid.
Poſtulatio quid ſit 6
Præbenda vnde dicta, & quid ſit 13
Prælatus nihil debet agere ſine conſenſu capituli 14
Prælatus an donare poſſit 15
Prælati tranſigere poſſunt 9
Prælati excedentes 23
Præſcriptio quid ſit 12
Præſcriptio centenaria & quadragenaria quæ ibid.
Præſumptio quid ſit ibid.
Præſumptio triplicis eſt generis ibid.
Precarium quid 14
Presbyter quis dicatur 7
Presbyterorum filij quinam intelligendi ibid.
Primicerius quis 8
Primitia quid ſint 16
Priuilegium quid ſit, & quotuplex 23
Probatio quid 11
Probatio quomodo fieri debeat ibid.
Procuratio quid ſit 17
Procurator 9
Promotus per ſaltum 23
Puer an de delicto teneatur ibid.
Purgatio canonica ibid.
Purgatio vulgaris ibid.

R

Raptor an eccleſiaſtica ſepultura priuari poſſit 22
Ratiocinia 7
Reconuentio quando locum habeat 10
Regula iuris 24
Regulares quinam ſint 16
Relatio quid ſit 12
Renunciatio 6
Reſcriptum quid ſit 5.6
Reſtitutio in integrum 9
Rex præſumitur habere ius patronatus in omnibus ſuis Eccleſiis 17

S

Sacriſta quis 8
Sagittarij qui 22
Sanctorum veneratio 17
Saraceni vnde dicti 21
Schiſma grauius eſt ſcelus quàm idololatria ibid.
Schiſmata ibid.
Schiſmaticus beneficium amittit ibid.
Scriptura priuata an probet 12
Scrutinium 7
Secundæ nuptiæ quæ 20
Secundicerius 8
Sede vacante nihil innouandum 14
Sententia interlocutoria 12
Sententia definitiua ibid.
Sepultura quid ſit 16
Sequeſter 11
Sequeſtratio ibid.
Seruus non eſt ordinandus ante manumiſſionem 7
Seruus qui 21
Simonia quid, & vnde dicta ibid.
Solutio non tantum probatur per ſolam exhibitionem inſtrumenti, ſed per redditionem eius 15
Sortilegia quid ſint & eorum pœna 23
Spoliatus debet reſtitui, & ſpoliator reſtituere eſt cogendus 10
Sponſalia vnde dicta, & quid ſint 18
Sponſalium bonorum quanam præualeant 18.19
Succeſſiones ab inteſtato 16
Surreptio quid ſit 6
Syndicus quis 9

T

Teſtes non recipiendi ante litem conteſtatam 10
Teſtes quales eſſe debeant 11
Teſtes poſſunt eſſe regulares æquè ac ſeculares ibid.
Teſtes non debent à partibus audiri cùm deponunt, ita quidem cùm iurant ibid.
Teſtes cogendi ſunt, quia eorum officium eſt publicum ibid.
Terneamenta 22
Tranſactio vnde dicta, & quid ſit 9
Tranſlatio quid ſit 8
Treuga quid 8
Trinitas vnde dicta, & quid ſit 5

V

Vendere nemo rem ſuam compellitur antequam eam venalem expoſuerit 14
Verborum ſignificatio 24
Vicarius quis 8
Vir an vxorem adulterantem dimittere queat 20
Vis 9
Vnctiones variæ 7
Voluntates vltimæ variæ ſunt 16
Votum quid ſit ibid.
Vſura quid, & vnde 22
Vſuræ ſpecies duæ ibid.
Vſuræ quando incipiunt deberi ibid.
Vſura an prohibita ibid.
Vxorem is cum ducere non poteſt quam polluit per adulterium 19

PARS TERTIA,
QVÆ EST
SYSTEMA IVRIS FEVDALIS,
LXXXIV. Quæſtionibus præſtantioribus & frequentioribus abſolutum.

QVÆSTIO I.

Vnde dictum eſt Feudum?

NE QVIS heſitet in lectione huius Syſtematis feudalis, præmittenda venit in limine feudi definitio nominalis, & etymologia.

Feudi etymon. Putant nonnulli feudum dici à fœdere, vt Zaſ. *ſcribit in epito. feud. part. 1. de origine feudi, num. 1.* ſed meliùs dicitur feudum à fide, quâ accipiens ſeſe obſtringit erga concedentem, totum enim ſe dominus vaſallo committit, eiúſq; fidê ſequitur, vnde feudatarius dicitur fidelis *in tit. de content. inter domin. & fidel. in vſib. feud.* & dominum pro viribus tueri debet, *c. 1. de non. for. fidel.* Vel à iuramento fidelitatis ab vtroque præſtando, Roſenth. *de feudis, cap. 1. quæſt. 6. num.* 3 Iul. Clar. *in §. feudum, quæſt. 5.* *Feudum nullum ſine fidelitate.* cùm nullum omninò ſit feudum in quo fidelitas non ſit præſtanda, Borch. *c. 1. de feud. num. 20.* Rol. à Valle, *conſil. 50. numer. 8. vol. 3.* Mantic. *de tac. & ambig. lib. 23. tit. 1. nu. 13.* nec inueſtitura vlla ei fieri debet qui fidelitatem iurare recuſat, *Fidelitatem recuſans non ...* niſi aliter conuentum ſit, vt in *tit. per quos fiat inueſt. & per quos recip. §. 5.* Fidelitas iſta aliàs appellatur homagium vel vaſallagium, *Fidelitas eſt homagium aut vaſallagium* quia feudatarius promittit ſe eſſe hominem alicuius domini, Chaſſan. *de feud. rubr. 3. §. 3. verſ. & homagij, num. 1.* & eſt fidelitas innexa iuri in re conſtituto, adeóque forma feudi per quam feudum eſt id quod eſt, & à cæteris cognatorum iurium ac negotiorum ſpeciebus potiſſimùm diſcernitur, Roſenth. *de feud. cap. 2 quæſt. 57.* Molin. *in Conſuet. Pariſ. tit. 1. in princ. n. 114.*

II. *Feudum vnde habuit originem?*

Feudorum origo. Olim cùm Principes & Magnates contra alios bellum gerere cœperunt, & eorum intereſſet ſuos & multos habere milites, quorundam patrimoniorum ſuorum vſumfructum vicinis ſuis conceſſerunt, quos ſibi præſto in bello, vel in priuatis iurgiis haberent, & qui tali beneficio deuincti à debito concedentibus officio non auocarentur, cuiuſmodi conceſsiones feuda fuerunt dicta, Guid. Coquill. *quæſt. 267.* Antbn. Fabric. Bleyn. *benefic. part. 2. prælud. num. 15. c. 1. §. vltim. de pac. tenen. & c. 1. de capit. corra.* ita vt feuda ex militaribus conceſsionibus, & ſtipendiis traxerint originem, Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 1. numer. 27.* & quidem in Longobardia & Saxonia, Duaren.

Digitized by Google

de feud.cap. 3. *n.* 4. adeóque à Principe omnia. Fab. *defin.*37.*n.*6.C. *de iuriſdict.omn. iud.* nam iuri Romano incognita fuerunt feuda. De feudorum origine latè Mantic. *d.tit.*1.

Iuri Romano feuda incognita.

III. *Quid eſt feudum?*

Feudum quid ſit.

Nonnulli feudo beneficii definitionẽ adaptant, quæ habetur in *c.vn.§.in primis, in quibus cauſis feudum amit.* ſed meliùs definitur feudum, beneficium gratis à Principe alicui conceſſum, vt in perpetuum rei immobilis, aut æquipollentis vſumfructum ſub conditione fidei & ſeruitiorum honeſtorum habeat, ita vt proprietas penes dantem remaneat, & vtilitas tantùm penes accipientem, hæredéſq; ſuos maſculos & fœminas, ſi de his nominatim dictũ ſit, transferatur. Hæc definitio colligitur ex *c.*1.*§.fi.in quib.cau. feud.amit.in vſib.feud.lib.*2.*tit.*23.*feud.* Mantic. *de tac.& ambig.lib.*22. 4.*n.*4. Feudum eſt *beneficium*, nihil quippe ſignificat feudum, vetere Longobardorum linguâ, quàm beneficium propter maiorem accipientis quàm dantis vtilitatem, Fab. *defi.*51.*n.*2 C. *de iur.emph.* ideo feudũ donationi ſimile eſt, Clar. *de feu. quæſt.*17.*n.*9. & 20. cùm eodem genere beneficii cõprehendatur. *d.§.fi.* quia gratiâ & liberalitate, non pretio conceditur, non pecuniæ prætextu, ſed amore & honore domini datur. Guid.Pap. *quæſt.*155. *de feu. da.mi.vaſſal.ca.vn.* & *de feu. da. in vi. leg. cõm.c.*1. ideo pecuniam nõ admittit feudum, de iure feudali, Borch. *de feud.c.*4. *n.*26. Molin. *in conſil.Pariſ.*§. 30.*n.*100. Intrigl. *de feud.quæſt.*38. *n* 4. nam ſi pecunia fuit data, vel emptum ſit feudum, propriè feudum non erit, nec beneficium, *c.*1.*§.in primis, in quib.cauſ.feud.amitt.* Ranchin. *in d.quæſt.*155. *Guid.Pap.*

Feudum eſt beneficium.

Feudum donationi ſimile.

Feudum à Principe derivatur.

Feudum *à Principe conceditur*, feuda enim omnia à Principe tanquam à fonte promanaſſe creduntur, Fab. *def.*17.*n* 6.C. *de iuriſdict.omn.iudic.* Olim ſtipẽdii loco, non dignitatis conferendæ causâ militibus de Republ. clarè meritis à Romanis conceſſa fuerunt bona feudalia. In Gallia nemo feudum tenere poteſt niſi ſit nobilis, Chaſſan. *in conſuet. Burgun. de ſucceſ. Baſtard.§.*5.*in conſ. n.*67. quod intelligendũ eſt de feudo ſuperiori, vt Marchiæ, non de inferiori, quod cuiuis pecunias habenti, dari poteſt in Gallia, vbi feuda inſtar patrimoniorum ſunt.

In Gallia feudatarius omnis eſt nobilis.

Feudum cuius rei ſit.

Feudum eſt rei immobilis, & æquipollentis, quæ eius loco habeatur, *de feu. cognit.§.fi.lib.*2.*feud.* Ferar *in form. libell.ad renoc.feud.n.*2. ita vt in pecunia, vt parte re mobili fingi nequeat, *gloſſ.& Dd.cap.vn.ſi de feud.vaſal.ab aliquo interp.d.§.fi.de feud. cogn.* In hoc emphyteuſis cum feudo cõgruit, quòd in rebus mobilibus conſtitui non poſſit *c.*1.*in fi.* & *ibi* Afflict. *in §.ſciendum,n.*3.*de feud.cogn.*

Feudum tantùm vſumfructũ transmittit.

In feudo, *tantum vſusfructus & vtile dominium conceditur retenta proprietate*, Weſembec. *conſ.*321.*n.*15. Aruar. *c.vn.n.*6. *ſi de feud.vaſal.ab. aliquo interp.c.*1.*§ fi.de inueſt. de re alien.fact.in tit.*23 *in fi.verſ.huius,lib.*2. *feud.* Vulc. *lib.*2 *de feud.*

Feudum non eſt ſine fide & iuramento.

Feudum conceditur *ſub conditione fidei, & iuramento præſtito*, de fide enim, & fidelitate ſeruanda ſtrictiſsimum interponitúr iuramentum, ſub pœna perditionis feudi, niſi aliter conuentum ſit, vt dictũ ſuprà, *c.*1. *in fi.& ib.gloſſ. tit.per quos fiat inueſt.lib.*2.*feud.* ita vt feudatarius genibus flexis manus ſuas inter manus domini teneat, & dominus ipſum in ſignum mutuæ fidelitatis deoſculetur, Chaſſan. in *conſuet.Burg.de feud.§.*4.*verſ. vaſallus tenetur,n.*4 Eſt multarum gentium inſtitutũ, vt vaſallus fidelitatem iurans, cingulum deponet, & domini manum oſculetur eíque ſe in fidem & clientelam commendet, Hotom. *quæſt.illuſtr.lib.qu.*35.

Forma inſeudandi.

Requiſita ad fidelitatem præſtandam habentur *in tit.* 6. *de forma fidelitatis lib.* 2. *feud.* & *in tit.* 7. qualiter iuramentum fidelitatis etiam præſtetur, in *tit.*5. *qualiter iurare debeat vaſallus domini fidelitatem, lib.*2.*feud.* declaratur, *Specul.tit. de feud.§. quoniam, in penult. in fin.collat.*

Feudum eſt quadam ſeruitus.

Seruitiorum conditio in feudi conceſſione requiritur, nam feudum quædam eſt ſeruitus, Iaſ. *in l.ſi priùs.*15.*num.*40. *ff.de oper.nou.nunt.* ideo feudum vaſallum reddit ſubditum, & appellatione ſubditi venit vaſallus, Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.*1.*n.*4.*verb.* & *ſurdos habens num.*4. adeóque dominus feudi in vaſallum ordinariam habet Iuriſdictionem. *per c.caterum,*5.*vbi not.gloſſ. de iudic.* Tenetur autem ſeruire vaſallus quando eſt à domino requiſitus, aliàs non.

Dominus feudi habet in vaſallum iuriſdictionem.

IV. *Quotuplex eſt feudum?*

Feudi diuiſiones variæ.

Diuiditur feudum diuiſionibus ſumptis vel à perſonis feudum dantibus, vel à perſonis feudum accipientibus, vel à modis & formis inſeudandi, vel à qualitate interna contractuum feudalium.

Quoad

Quoad perſonas infeudantes, diuiditur feudum in regale, & non regale, vel enim rex infeudat, vel alius: in Eccleſiaſticum, & ſeculare, quia aut Eccleſiaſticus infeudat, aut ſecularis; in nobile, & ignobile, ſumpta diuiſione ab illis qui ſunt infra Regem. vt à Duce, Marchione, Comite, aut minoribus vaſallis, vel valuaſoribus.

Quoad perſonas feudum accipientes, diuiditur feudum in maſculinum & fœmininum, vtpotè, maſculis aut fœminis conceſſum: maſculinum ſubdiuiditur in paternum, vetus, & hæreditarium, patri eiuſque liberis maſculis datum: & nouum, ſiue non hæreditarium, ſolis filiis conceſſum.

Quoad diuerſas infeudandi formas, diuiditur in francum & liberum, perpetuũ & temporale, ſimplex & conditionatum, in illud quod datur cum iuramẽto, vel ſine iuramento, in ligium, & non ligium. Reſpectu qualitatis internæ contractuũ feudalium, diuiditur feudum in diuiſibile & indiuiſibile. Plures aliæ ſunt feudi diuiſiones in *declar. feud. Petr. Rebuff.* ſed iſtæ ſunt præcipuæ.

V. *Quid eſt feudum regale, & quid non regale?*

Feudum regale.

Regale eſt quod à Rege proficiſcitur, aut recognoſcitur, *c.* 10. *li.* 2. *feu.* cuiuſmodi eſt feudũ Marchiæ, Ducatus, vel alterius regalis dignitatis, quod non præſumitur conceſſum, niſi expreſsè eius in inueſtitura facta ſit mentio, Grauet. *conſ.* 128. *n.* 7. Panormit. *in c. verum, n.* 25. *poſt Innocent. de for. compet.*

Feudum non regale.

Non Regale eſt quod ab inferioribus à Principe recognoſcitur, 2. *feud.* 10. *verſ. qui vero à Capitaneis.*

VI. *Quid eſt feudum Eccleſiaſticum, & quid non Eccleſiaſticum?*

Feudum Eccleſiaſticum.

Feudum Eccleſiaſticũ dicitur quod in re Eccleſiaſtica etiam à ſeculari conſtitutum eſt, 1. *feud.* 1. *in princ.* 2. *feud.* 25. Et eſt triplex. I. quod Eccleſia à domino territorii recognoſcit & ſuſcipit. II. quod Eccleſia dat. III. quod datur vel ſuſcipipitur à perſona Eccleſiaſtica, non ab Eccleſia, *c. vn. de Cler. qui inueſt. accepit, §. fin. de ea. Conrad. c.* 1. *qui feud. dar. poſſ.* Rebuff. *in* 1. *diuiſ. feud. ſub. lit. B.*

Feudum ſeculare.

Seculare, eſt quod à ſeculari Principe ſiue domino recipitur, §. *Marchio, qui feudum da. poſſ.* vel etiã dicitur ſeculare quod à ſecularibus, aliis ſecularibus conceditur, Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 23. *tit.* 3. *n.* 83. Clericus tamen poteſt dare feudum ſeculare, ſi nempe de propriis bonis aliquem inueſtiat, 2. *feud.* 35. *&* 2 *feud.* 32. *in princ.* tum etiam accipere, Gail. *obſeru.* 30. *nu.* 4. 5. *&* 6.

VII. *Quid eſt feudum Nobile, & quod ignobile?*

Feudum nobile.

Feudum nobile dicitur quod conceditur ab eo qui habet poteſtatem nobilitandi, ideo datum vt nobilitetur cui conceditur, cuiuſmodi ſunt feuda Ducatus, Marchionatus, Comitatus, quia afficiunt perſonam, Ferrar. *in form. libell. ad renouat. feud. n.* 9. Rebuff. *declar. feud. diuiſ.* 3. Clar. §. *feudum.* 9. 10. *&* 11. Bald. *in c. inter dilectos, num.* 10. *de fid. inſtrum. & in prælud. feud. num.* 55.

Feudum ignobile.

Feudum ignobile eſt quod à minimis valuaſoribus aut plebe, priuatis conceditur, & aliàs Burgenſe appellatur, 1. *feud.* 1. *in fi.* 2. *feud.* 10. *verſ. qui autem.*

VIII. *Quid eſt feudum maſculinum, & quid fœmininum?*

Feudum maſculinum.

Maſculinum eſt quod à maribus originem ducit, & ad maſculos tantùm tranſit, quale omne feudum in dubio cenſetur, 1. *feud.* 1. §. 1.

Feudum fœmininum.

Fœmininum eſt quod fœminæ conceſſum eſt, tranſitque ad fœminas, & tunc ſuccedit fœmina ſi non extat maſculus, 2. *feud.* 30. 2. *feud.* 50 quò referri poteſt mixtum iugalibus conceſſum, 2. *feud.* 104. §. 2.

IX. *Quid eſt feudum vetus, & quid nouum?*

Feudum nouum.

Nouum eſt quod de nouo acquiritur, Aluarot *c.* 1. §. 1. *&* 2. *de grad. ſucced. c.* 1. *de duob. fratrib.* & quod feudatarii pater ac aſcendentes nunquã habuerunt, ſed ipſe primus quæſiit de cuius ſucceſſione agitur. Molin. *in conſuet. Pariſ.* Ergo nouus feudatarius non habet cauſam feudi ſui ab alio niſi à ſeipſo, aut à domino concedente, 2. *feud.* 32. 2. *feud.* 12. Subdiuiditur feudum iſtud nouum in illud quod gratis conceditur, & ne vni quidem ex filiis in aliorum filiorum detrimentum teſtamento à patre dari poteſt: & illud quod non gratis, ſed ex re, vel pecunia patris acquiritur, quod pater vaſallus alicui ex filiis in aliorum præiudicium concedere poteſt. Tiraq. *de retract. gentilit.* §. 11. *gl.* 6. *n.* 25. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater. part.* 3. *num.* 98.

Feudi noui ſubdiuiſio.

Feudum vetus.

Vetus dicitur quod ſupra annum à maioribus acquiſitum eſt, Bald. Aluar. Affl. Iaſ. & alii *in prælud. & diuiſ. feud. gloſſ. ſupr.* 5. *inueſtitura, de ſucceſſ. feud.*

X. *Quid eſt feudum hæreditarium, & non hæreditarium?*

Feudum hæreditarium.

Hæreditarium eſt quod conceditur alicui pro ſe& hæredibus quibuſcunque, & ad omnes hæredes extenditur, ſiue ſint de familia, ſiue extranei, Bald. *communiter approbat. in, l. cum virum, poſt n.21. C. de fideic. & c. Imperialem in princ. n.9. de prohib. feud. alie. per Fred.* Iul. Clar. *de feud. q.9. verſ. hoc præmiſſo, in fi. Dd. c.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* Rebuff. *in declar. rubr. feud. in 5. diuiſ. n.33. in fi.* Fachin. *lib.7. contrau. iur. cap.* 6. Valaſc. *de iur. emphyt. q.43. n.1.* Vincent. de Franch. *deciſ.1. n.22. & 23.* ad quaſcunque autem manus perueniet feudum, remanebit de retrofeudo, Fab. *defin.4 4. n.3. C. de iur. emph.*

Feudum non hæreditarium.

Non hæreditarium conceditur ſine facta mentione ſuorum hæredum, ad quos proinde nun extenditur.

XI. *Quid eſt feudum francum, & quid non francum?*

Feudum francum.

Francum ſignificat liberum, vnde Galli franci appellati ſunt, quia liberi, & quòd ſeſe Imperatori ſubmittere noluerint, nec ei tributa ſoluere, Chaſſ. *in conſuet. Burg. tit. de mainmort. §.5. verſ. homo francus, n.2. & 3.*

Galli quare franci dicti.

Ergo Feudum francum dicitur quod à ſeruitiis liberum eſt, & francum eſſe dictum fuit, non enim intelligitur feudum francum niſi dictum ſit, Afflict. *in cap.1. num.8. de feud. non hab. prop. nat. feud.* tamen non eſt allodiale, quia debetur laudimiũ domino directo pro inueſtirura. Qui putat & aſſerit ſe aliquid allodialiter poſſidere, illud prubare debet, aut titulis, aut poſſeſsione immemoriali, nam regulariter nulla terra præſumitur poſſeſſa ſine domino, *id eſt,* ſine aliquo onere, vtporè vel cenſu, vel penſione, vel aliquo reditu, ſiue impoſitione feudali, in ſuperioritatis, vel directi dominii recognitionem, Guid. Coquill. *quæſt.67.*

Nulla terra ſine domino.

Vaſallus non teſtatur de feudo franco.

De feudo franco vaſallus teſtari nequit, Molin. *in con. Pariſ. tit.1. de materia feudali, §.41. n.31.*

Feudum non francum.

Feudum non francum, eſt quando dominus concedens retinet aliquod ſeruitium, quod fieri poteſt, vt in *cap. fi. de capit. qui cur. vend.*

XII. *Quid eſt feudum perpetuum, & quid temporale?*

Feudum perpetuũ. Feudum temporale.

Perpetuum eſt illud quod datur in perpetuum: temporale verò quod datur ad vitam, vt *de feu. Mar. in princ. de alien. feu. in fin. & de feu. guar. & caſtal.* & in vſufructu & ſeruitutibus conſtitui poteſt.

XIII. *Quid eſt feudum ſimplex, & quid conditionale?*

Feudum ſimplex datur abſque conditione, & aliàs appellatur rectum, propriam habens naturam, de quo in *lib.2. feud. tit.48*

Feudum conditionale & degenerans.

Feudum conditionale, eſt illud quod aliàs appellatur degenerás, & impropriũ quod ſub certa conditione conceditur, etiam contra alterum ex requiſitis in feudo. Hæc diuiſio deſumpta eſt ex *tit. quib. cauſ. amitta. feudum tã f. & tit. quid ſit inueſt. §. penult. & fi. & tit. ſi de feu. contro. feu. ca. vaſallus.*

XIV. *Quid eſt feudum cum iuramento, & quid ſine iuramento conceſſum?*

Feudum cum iuramento. Feudum ſine iuramento.

Feudum cum iuramento conceſſum, eſt illud ad quod obtinendum debet feudatarius fidelitatem iurare: cùm cõtrà feudum ſine iuramento non adſtringat feudatarium ad fidelitatem iurandam, *tit. per quos fiat inueſtitura, cap. aliàs eſt, §. fi. & de capitulis Conra. in princ. & qualiter dominus à proprietate. ca. vn. in fi.* attamen quamuis fidelitatis iuramentum pacto remittatur, nihilominus ex natura contractus præſtari debet, vt in *ca. de forma. 22. q.5.*

XV. *Quid eſt feudum ligium, & quid non ligium?*

Feudum ligium.

Ligium dicitur, vel à liga indiſſolubili, vel à legalitate, vel à ligando, quia qui illud habet arctiore fidelitate domino ſuo obligatus & obſtrictus eſt aduerſus omnes homines, Duaren. *de feud. c.4. n.3.* ſpectátque ad principem, Maſuer. *de feudis, n.24. de feudo ligio, in 2. feud.99.* & de eius ſolennitatibus, Camer. *cent.1. oper. ſubciſ. cap.6*

Ligeitas quid.

Talis Ligeitas nihil eſt aliud quàm fidelitas ſuprema, ſiue homagium ſupremum contra omnem hominem nullo excepto, *gloſſ. in clem. paſtoralis.*

Feudum non ligiũ.

Non ligium eſt, de quo fides debetur, ſeniori domino ſemper excepto, *2. feud. 7. in princ. 2. feud. 28. in fin.*

XVI. *Quid eſt feudum diuiſibile, & quid indiuiſibile?*

Feudum diuiſibile, & indiuiſibile.

Quamuis diuidi ſoleat feudum in diuiſibile & indiuiſibile, tamen regulariter feudum omne diuiſibile eſt, vt ſi de feu. *feu. contro. ca. omnes, & de natura ſucci. feu cap. vn.* Niſi fortè in Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baronia, & eiuſmodi aliis dignitatem importantibus. *ca. imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. alie. feu. per Fred.*

XVII.

XVII. *Feudum éſtne contractus bonæ fidei, an ſtricti iuris?*

Nonnulli putant feudum eſſe contractũ bonæ fidei, eo quòd fides in feudis exuberare debeat, in qua opinione, vt refert Mant. *de tac. & amb. g. lib. 23. tit. 1. n. 19.* fuit And. de Iſer. *in c. 1. §. quod autem, n. 18. ſi de feu. fu. contro. inueſt.* Præualet opinio eorum qui dicunt eſſe cõtractum ſtricti iuris, vt tradit Mantic. *ibid. n. 20. & ſeqq.* Weſembec. *conſ. 270. num. 12.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 23. n. 14.*

Feudum eſt contractus ſtricti iuris.

XVIII. *Quibus modis quæritur feudum?*

Multis, nempe pactis, patientia, ſucceſſione, & præſcriptione: pactis, *c. quis quo tempore mil. t. & c. 1. qui mo. feu. conſtit. po. c. vn. per quos fiat inueſtio.* Patientiâ, *c. 1. vbi gloſ. ſuper verb. illius notabili, de coniunc. reg. feu.* Succeſſione. *c. vn. in fi. de c. gni. feu. & c. vn. de grad. ſucce. in feu.* Præſcriptione, *c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fu. contro.*

Feudum quomodo quæratur.

XIX. *In quibus rebus conſtituitur feudum?*

In rebus ſoli, veluti rebus immobilibus, aut ſolo cohærentibus aut in iis quæ inter immobilia numerantur, vt in c. vnico, §. item feudum, de cogn. feud. de no. feu. c. vn co, in princip. & quæ ſunt regalia, c. vnico, vbi numerantur res ſoli, ſolo cohærentes, & quæ inter res immobiles computantur.

Feudum in quibus reb. conſtituitur.

XX. *Quinam in feudum concedere, & feudum accipere poſſint?*

Omnes qui iure non prohibentur poſſunt in feudum concedere, Hoſtienſ. *in ſumma de feud. §. quis poſſit*, & qui legitimam ac liberam bonorum ſuorum adminiſtrationẽ habent, *c. 1. §. noui per quos fiat inueſt.* Petr. Ferr. *form. libell. quo agit. ad reuoc. feud. tit. 34. gloſſ. 3. n. 15* De his qui feudum dare poſſunt extat *tit. 1. lib. 1. feud.* vbi etiam oſtenditur quinam feudum accipere queant. Datur quippe feudum patri, *c. 1. de ſucc. feu. §. filia, ibi, feudo paterno, ſi ſtis, c. 1. § ſed cum hoc tare, qui feu da. po.* nepotibus ex filiis, *c. 1. §. cùm verò Conradus, qui feu. dar. po.* item fratribus.

Feudum dantes qui.

Feudum accipientes.

Præterea poteſt feudum concedi & accipi per Procuratorem, *tit. 3. § 3. ſiue vtrùm ipſe vel alius inueſtituram faciat, lib. 2. feud* Vid. Pap *lib. 3. tit. 1 art. 19.* Feudum accipit quælibet perſona, ſiue ſeruilis, ſiue libera, dummodò ſit cognita, *c. 1. ver. perſonam, in tit. per quos fiat inueſti.*

Feudum poteſt dari & accipi per procuratorem.

XXI *Inueſtitura éſtne in feudis neceſſaria?*

Non conſtituitur feudum ſine inueſtitura, Treutl. *vol. 23. n. 87. & con 63. n. 15. ex qua omnis lex feudi conſtituitur, c. 1. in fin. & ibi* Bald. *de duob. frat. à cap. inueſt.* éſtque inueſtitura tanquam ſpecifica forma quæ dat feudo eſſe, Iaſ. *in præl. ad. feud. n. 12.* Afflict. *deciſ. 129. n. 3.*

Inueſtitura dat eſſe feudo.

XXII. *Quid eſt inueſtitura?*

Propriè dicitur inueſtitura poſſeſſio, & rei ſiue poſſeſſionis traditio, *Dd. in c. 1. de coniunct. rect. feud.* adeóque ſolennis feudi ceſſio, *2. feud. 2. in princ.*

Inueſtitura quid ſit.

XXIII. *Quomodo fit inueſtitura?*

Fit inueſtitura, ſi dominus feudatariũ in rem inducat & ſe eã ipſi in feudũ dare corã Iudice dicat: vel etiam ſi his verbis vtatur, vade in poſſeſſionẽ iſtius rei; & eã feudi nomine tibi habe, & tene, *tit. de coniunct. rect. feud. in prin.* Talis inueſtitura non poteſt fieri ſine titulo & poſſeſſione, Afflict. *c. 1. in princ. n. 13. quid ſit inueſtitura.* Ergo omnes vaſalli tenentur recognoſcere feudũ, & inueſtituram aut reuocationem eius petere intra annum & diem, *c. 1. quo temp. mil. c. 1 de cap. Corr. c. 1. in fi. quæ fuit prima cauſa benef. omit. §. vlt. ſi de inueſt. int. dom.* Guid. Pap. *quæſt. 164.*

Inueſtitura quomodo fiat.

XXIV. *Per quos fit inueſtitura?*

Per eos omnes qui infeudare poſſunt, *c. vn. per quos fiat inueſti.* tum per ſe, & per procuratorem; *c. vn. de not. feu. §. item inueſtitura.* Pap. *lib. 13 tit. 1. art. 19.*

Inueſtitura per quos fiat.

XXV. *Quæ forma obſeruetur in inueſtitura?*

Varius eſt notariorum ſtylus, varia quoque locorum conſuetudo, frequenter tamen ita fit. Titius dat Seio pro ſe & ſuis deſcend maſc. naturalibus & legitimis talem fundum, in tali loco ſitum, ita deliminatum, cum clauſula cõſtituti; & titulo precarii, cum iuramento fidelitatis, & eum inueſtit, ſéque deueſtit, cum clauſulis in contractu apponi ſolitis, de quibus in *co. de form. 22. q. vit. & in ca. vn. de noua fidel. forma.*

Inueſtituræ forma.

XXVI: *Debentúrne laudimia pro re feudali empta?*

Si illa res ſit allodialis, nõ debetur laudimium, illud clarũ eſt, nã res allodialis nemini ſubiicitur, *de allod. ca. 1. in vſ. b. feudor.* Quod intelligendũ quoad proſperitatẽ, non quoad iuriſdictionẽ quæ ſẽper

Rei allodialis nullum laudimium.

penes Principem remanet, Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. de iuſt.* § 8. *verſ. dominus altæ Iuſtitiæ, n.* 2. Si verò non ſit res allodialis, debetur id quod in originaria illius rei feudalis conceſſione fuit conuentum, & nihil aliud, niſi aliter loci conſuetudo & ſtatutum diſponat, Pap. *lib.* 13. *tit.* 1. *arr.* 3. Guid. Pap. *& ibi annot.* Matth. *quæſt.* 415. Boer. *deciſ.* 263. *n.* 2.

Rei non allodialis quid debetur, eſt laudimium.

XXVII. *Ius laudandi vel inueſtiendi de re feudali aut emphyteuticaria pertinétne ad proprietarium, vel vſufructuarium?*

Ius laudandi ad quem pertineat.

Ad proprietarium: tamen ad vſufructuarium pertinent laudimia, banna, pœnæ, præſcriptiones, condemnationes, ſigillationes, & alia emolumenta, quæ hæc omnia ſunt de iuriſdictionis fructibus, Ranch. *in quæſt.* 477. *Guid. Pap.*

XXVIII. *Ad quid tenetur Vaſallus domino?*

Vaſallus ad quid teneatur.

Ad multa. nempe ad reuerentiam & & cultum, ad auxilium contra eius inimicos, tam in pace quàm in bello, *l. ſi quis in grau.* §. *ſi cùm omnes, ff. ad Sill.* ad alimēta præſtanda ſi egeat, & ſi conſtet dominum pro Vaſallo bona ſua cōſumpſiſſe, ſi etiā ita cōuentū ſit, cùm fuit feudū cōceſſum, Aluar. *de not. feud. n.* 2. Deinde ad ſeruitia illa pro quibus tenet feudū, ſiue perſonalia ſiue realia præſtanda, & ad eiuſmodi alia, de quibus Chaſſā. *de feud.* §. 4. *verb. vaſallꝰ tenetur.* Quilibet enim Vaſallus ex natura feudi ſeruitia præſtare tenetur, *text. in c.* 1. *ibi, reſtat vt in ſex prædictis de form. fidelit. & c.* 1. *ibi, eā recuperare, & ibi etſi ſcinero, de non form. fideli.* & quidem ſtatim atque Vaſallus eſſe incipit, etiam intra tempus illud, quod ad petendam inueſtituræ renouationem conceditur, Treutl. *conſ.* 84. *n.* 17.

XXIX. *Ad quid tenetur dominus Vaſallo?*

Dominus ad quid tenetur Vaſallo.

Ad hæc: dominus debet fidelitatis ſuæ Vaſallo reddere, *cap. vn. de form. fidel.* §. *fin.* cùm facta eſt inueſtitura, debet Vaſallum in vacuam poſſeſſionem mittere atque inducere, & ſi recuſet, ad intereſſe tenebitur, & compelli poterit ad poſſeſſionem tradendum, vt in *cap. ſi facta, ſi de feu. defunct. controuerſ. fue.*

XXX. *Quænam pro feudo competunt actiones & Vaſallo & domino?*

Vaſallo contra dominum competit actio ex ſtipulatu, ſi feudum ſit tantùm promiſſum, nondum tamen conceſſum & conſtitutum, Roſenthal. *in Synopſ. feu. cap.* 12. *concl.* 1. 2. *feud.* 26. *verſ. ſi facta, arg. l.* 8. § 6. *ff. de verb. oblig.* Vel condictio ex moribus, ſi feudum per abuſiuam inueſtituram conſtitutum ſit, & non traditum, Vult. *lib.* 2. *de feud. c.* 1. *num.* 12. Vel rei vindicatio, 2. *feud.* 8. *verſ.* 2. rei contra dominum. *arg.* 2. *feud.* 22. *in fin.* & tertium poſſeſſorem, *arg. l.* 9. *ff. de rei vindic.* Menoch. *recup. poſſeſſ. remed.* 1. *n.* 90.

Actio competens Vaſallo.

Domino contra Vaſallum competit condictio causâ datâ, causâ non ſecutâ, ad repetendum feudum ſi non fideliter ſeruiat, 1. *feud.* 21. *in princ.* vel condictio ex moribus, vt eo per ſententiam priuetur propter feloniam 2. *feud.* 47. Quòd ſi ipſo iure commiſſum ſit feudum, tunc ſufficiet rei vindicatio, Vult. *lib.* 2. *feud. c.* 1. *n.* 19. Guid. Pap. *quæſt.* 454. *n.* 6. Quatuor autem requiruntur vt quis agere poſſit ad commiſſum. 1. actor probare debet feudum. 2. debet conſtare de iniuria, negligentia, aut ingratitudine Vaſalli. 3. Vaſallus debet eſſe 13. annis maior. 4. Vaſallus debet ſcire rem eſſe feudalem, *d. qu. n.* 1. 2. 3. 4. *&* 5.

Actio competens domino.

Quatuor requiſita vt quis agat ad commiſſū.

XXXI. *Poteſt-ne feudum amitti aut committi, & ad proprietarium, vel vſufructuarium reuerti.*

Cauſa ob quas feudum amittitur.

Nonnulli putant feudum non amitti niſi ex crimine læſæ Maieſtatis, Afflict. *deciſ.* 385. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 164. *n.* 32. Tamen aliæ ſunt cauſæ, ſi nēpe Vaſallus abneget dominū, ſi conuictus fuit: & capite minutus ſit, qui enim famam perdit, feudum amittit. Menoch. *de remed. ret. poſſ. remed.* 3. *n.* 679. ſi iuſto tēpore inueſtiturā non acceperit: ſi euocatus à domino ad expeditionem ſeruitium præſtare recuſarit, aut temere ſuperſederit, neq; enim feudum perdit Vaſallꝰ ſi ad ſeruiēdum nō fuerit vocatus, Blanc. *c.* 1. §. *licet, ſi de feud. defunct.* Treutl. *conſ.* 84. *n.* 3. item ſi ſi voluntariè aliquid fecerit vnde domino damnum accidat, & propter alias cauſas, de quibus *in tit.* 24. *quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, in tit.* 37. *&* 38. *lib.* 2. *feudor.* Præcipua & generalis cauſa ob quam cōmittitur feudum eſt ingratitudo, *c.* 1. *de illa, verſ. non enim in quib. cauſ. feu. amitt.* non ſecùs ac exhæredationis & reuocandæ donationis cauſa, eſt ingrati animi vitium, ita vt ex eiſdem cauſis poſſit Vaſallus feudo priuari, ex quibus poteſt filius exhæredari, vt dicit Iaſ. in *auth. non licet, numer.* 6. *C. de liber.*

præter

Feudum commiſſū ad quem pertineat.

præter. poſt Bald. in l. ſolo, C. de lib. cau. Feudum commiſſum ad proprietarium, non ad vſufructuarium pertinet, quia vtile dominium à Vaſallo amiſſum iure conſolidationis, ad proprietarium reuertitur, directóque domino accedit, arg. §. finitur, & § ſe ſ. inſt. de vſufruct. & Gutd. Pap. queſt. 477 Pendente tamen vſufructu æquum eſt vt vſufructuarius dum viuit tali feudo commiſſo gaudeat quod poſt eius obitum ad proprietarium reuerti debet, ita Rauch. ... queſt. Dominus autem qui feudum reuocare voluerit, dolum vaſalli probare debebit, Mulin. in conſ. Praeſ. tit. 1. de mat. feud. §. 13. gloſ. 5. n. 6. nec poterit dominus feudum reuocare ſine cauſa & culpa vaſalli, c. 1. de feud. ſine culpa non amitt. vbi hæ adducuntur cauſæ, vt ſi vaſſallus domino ſe deſeruire noluerit: ſi cum vxore domini ſui concubuerit domino adhuc viuente, ſi in pugna dominum ſuum dimiſerit, & cum eo non laborauerit, ſi potuerit.

XXXII. *Quo remedio vitari poteſt feudi commiſſum?*

Vaſallus quomodo vitet cō miſſum.

Vaſallus vendens feudum irrequiſito domino, vitabit commiſſum ſi in contractu venditionis hæc verba curet apponi, ſaluo iure domini, & non aliàs, nec alio modo, ſic vendendo & trádendo non cadet a iure feud. & dominus non contemnetur, fraudiſque omnis & doli excutietur ſuſpicio, Gutd. Pap. queſt. 143. vbi alium caſum & conditionem adiicit, nempe, ſi poteſt hoc facere de iure ſine amiſſione iuris, vel pretij: vel ſi reſeruetur domini beneplacitum.

XXXIII. *Vaſallus poteſt-ne feudo aliquam imponere ſeruitutem, ruſticam aut vrbanam?*

Vaſallus an feudo ſeruitutē imponat.

Poteſt, quandiu feudum poſſidet, Clar. q. 37 quòd ſi feudum ad dominum reuertatur, extinguetur ſeruitus, tit. de inueſt. de re alie. fac. c. 1. § quid ergo.

XXXIV. *Poteſt-ne Dominus ius feudi Vaſalla ſuo remittere?*

Dominus poteſt vaſallum à ſeruitiis liberare.

Nullum eſt dubium quin dominus poſſit Vaſallum liberare à ſeruitiis, tributis, & aliis obſequiis ad quæ ipſe vaſallus tenebatur, prout patronus libertis ius patronatus remittit, l. ſi. C. de bō. liber. liberum etiā eſt vnicuique iuri ſuo renuntiare, l. 41 ff. de minor. non tamen hac liberatione videtur dominus remiſiſſe imperium & Iuriſdictionem, Bier. ſect. 263. ..

XXXV. *Poteſt-ne Vaſallus ſubinfeudare?*

Subinfeudatio quid ſit, & an ſit permiſſa.

Subinfeudario eſt quando vaſallus feudum alij concedit, ita vt à ſeſe moueatur, nec ille cui conceditur aliquod ſeruitium ſuperiori domino præſtare cogatur, ſed hoc in ſe recipiat: nam dominus à ſuo Vaſallo petit & accipit ſeruitia, non à ſubuaſallo, cui res eſt ſubinfeudata, vt diſputat pulchrè Iacob. in tract. feud. verb. ita etiam, n. 6. cum ſeq. referente VVeſembec. conſ. 73. n. 32. Talis ſubinfeudatio fieri poteſt etiā ſine domini conſenſu, tribus concurrentibus, Zaſ. de feud. part. 6. n. 15. de feud. Chaſſin. in conſ. Burg. tit. de feud. §. 8. verb. in alienatione, n. 26. 27. Primo vt fiat ſine fraude, c. 1. per quos fiat inueſt. Secundò, vt fiat in parem vel maiorem, non minorem, Myſing. obſeru 62. cent. 1. Tertiò, vt iiſdem pactis, & conditionibus ſub quibus prior feudum tenebat, Myſing. ibid. glo. in c. 1. § prate et de cap. Corr. Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de f ud. §. 8. in verb. in alienatione, n. 27. VVeſembec. conſ. 325. n. 4.

XXXVI. *Vaſallus mei Vaſalli eſt-ne meus Vaſallus?*

Vaſallus non eſt vaſalli mei meus.

Sicuti ſocij mei ſocius, meus ſocius non eſt, l. nam ſocius, ff. pro ſocio, ita Vaſallus vaſalli mei nō eſt meus Vaſallus, gloſ. in l. Claudius fœlix, 16. verb. ſed ſine præiudicio, in fi. ff. qui pot. in pign. hab. & glaſ. in l. de acceſſionib. 14. verb. debet, ff. de diuerſ. temp. præſcript. & gl. in l. Modeſtinus, 105. ff. de verb. ſignif. ac proinde illi ius non dico quādiu Vaſallus meus iuſtitiam non denegat, cuius iuriſdictionem impedire nō poſſum, VVeſembec. conſ. 30. n. 15. Quāuis plauſibiliorē dicant nonnulli contrariam ſententiam, vt refert Matth. annot. in queſt. 551. Gutd. Pap. tamen Treutl. conſ. 84. n. 64. diſſentientes ſomnolentos appellat more feudiſtarum. Quòd ſi ſubditi vaſallorum ſuperioris domini ſubditi non ſint, non poterit ſuperior dominus vaſalli ſui ſubditis collectas imponere, aut onera, neque iis aliquid præcipere. Gutd. Pap. queſt. 551. incip. de hoc anno, nedū Iuriſdictionem in illos exer-

cere, *Cagnol. in l. conſilij, §. ſocij. n. 3. & 4.*

XXXVII. *Qui nihil in terra tenet poteſt-ne dici domini Vaſallus?*

Vaſallus non eſt qui nihil tenet in terra.

Non, Lucas de penna, *l. cùm ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib.* 11. Ratio eſt, quia ſeruitium pro feudo eſt onus reale, etiamſi perſonaliter in bello ſeruiatur. *Afflict. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. § ſed nec alia, n. 4. 44.*

XXXVIII. *Tenetúr-ne Vaſallus ſuis expenſis domino in bello ſeruire?*

Vaſallus an ſeruiat in bello ſuis expenſis.

Hanc quæſtionem tractat Aluarotus *de f. ud. §. 1. n. 7. de non. form. fidel.* & ita diſtinguit, aut conſtat ex forma inueſtituræ, quid agendum ſit, & tunc illud debet obſeruari: aut eſt dubium, & tũc, aut Vaſalli feudũ eſt ſufficiẽs, & bonum ad tales expenſas exponendas, & hoc caſu Vaſallus illas ſuſtinere debet: ſi feudum non ſuffieiat, ſeruiet expenſis domini. *Boerius in deciſ. 303. n. 9.* decidit Vaſallum teneri ſuis expenſis dominum ſequi triginta dierum ſpatio: poſteà ergo ſoluet dominus pro tribus menſibus per theſaurarios, prout fieri conſueuit, & quidèm in oſtenſionibus, quę vulgari ſermone, *monſtres*, vocantur, ſic *Rebuff. in feud. declarat.*

XXXIX. *Qui infeudat tenetúrne Vaſallo de euictione?*

Dominus tenetur Vaſallo de euictione.

Tenetur, ſi in contractu per ſtipulationem expreſſam Vaſallo cautum ſit de euictione, non ſecùs, prout hodie prouidetur de euictione in omnibus contractibus, *Sichard. rubr. num. 9. C. de euict.*

XL. *Feudum poteſt-ne alienari ſine domini conſenſu?*

Vaſallus de iure feudali non poteſt feudum alienare.

De iure feudali tam veteri quàm nouo Vaſallus ſine domini conſenſu neque de feudo teſtari, neque feudum legare, vel in alium transferre, nec in totum, nec in partem, quocunque titulo, ſiue pignoris, ſiue venditionis, ſiue alio diſtractionis genere, alienare poteſt, *tit. 55. de prohibita feu. alien. per Fridericum, lib. 2. feudor. tit. 52. de prohibita feudi. alien. per Lotharium, lib. 2. feud.* Et etiamſi dotis cauſa ſit valde fauorabilis, *l. 1. ſolut. matrim.* ſine conſenſu domini, non poteſt feudum alienari, neque in aliquam cauſam, *Fab. defin. 35. n. 1. & 2. C. de iur. emphyteutico.* Ratio eſt, quia per eiuſmodi alienationes ſeruitia non poſſent præſtari, in maximum Principum & Rerumpublicarum detrimentum. Quòd ſi præſente domino, & non contradicente vaſallus feudum alienauit, dominus conſentire videtur, firmáque erit alienatio, *gl. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lotharium. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 5. n. 27.*

Feudum poteſt alienari in Gallia.

Attamen de generali conſuetudine alienari poteſt feudum, etiam in cauſam dotis ſine domini conſenſu, *Fab. defin. 34. C. de iur. emphy. Guid. Pap. quæſt. 297. n. 2.* præcipuè apud Gallos, vbi feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorũ, vt poſt *Guid. Pap. aſſerunt Ferrar. & Ranchin. in quæſt. 59.* quoad ius ſuccedendi, alienandi, & vendendi, vt dictum eſt ſuprà. Quod ad feudum merè hæreditarium attinet, de quo ſecundùm ius feudale, libera diſponendi facultas permiſſa eſt vaſallo, certum eſt poſſe illud Vaſallum cui volet pacto ſucceſſorio dare, *per text. in tit. 48. de feudo non habente propriam feudi naturam, lib. 2. feudor.*

Feuda redacta ſunt in Gallia ad inſtar patrimoniorum.

XLI. *Poteſt-ne dominus feudum ſemel conceſſum in alium transferre?*

Dominus & Vaſallus reciprocè obligantur.

Obligatio feudalis Vaſalli ad dominum & domini ad vaſallum eſt reciproca, vt patet ex ſuperioribus *Zaſ. in ep. tom. feudal. in 7. parte, col. 11.* dominus enim & vaſallus ſunt duo correlatiua, & depoſitum in vno locum habet in altero, *Aluar. c. 1 §. præterea in 2. notab. quid ſit inueſtitura.* addens rationem, quia æquiparantur, *c. 1. de non. form. fid.* Ergo non poteſt dominus in alium ſine ipſius Vaſalli voluntate feudum transferre, etiãſi directus ſit dominus, *tit. 22. §. ſi quis & tit. 27. §. 1. lib. 1. feud. item tit. 34. §. 1. & tit. 55. §. præterea ducatur, tit. 2. feud.*

XLII. *Feudum debétne probari?*

Feudum non præſumitur.

Feudum non præſumitur ex fidelitate, vel homagio, & fidelitatis iuramento præſtitis, *Tuſch. tom. 3. verb. feudum, concl. 180. n. 29. & ſeq. Menoch. conſ. 191. n. 31. verſ. & propterea fidelitatis, & ſeq. Rol. à Vall. conſ. 1. n. 55. ſub fin. verſ. non igitur valet, & n. 56. vol. 4.* Ratio, quia eſt ſeruitus, *in l. ſi vſusfructus legatus, in verbo oportere, ff. de vſufr.* ſed probari debet, *Maſc. concl. 766. n. 1.* alioqui manet allodiale, *Alex.*

Feudum eſt ſeruitus.

Feudum debet probari.

cons,

conſ. 129. n. 1. vol. 1. & quidem probari debet tale eſſe, l. non ignorat, C. qui accuſ. Boer. deciſ. 10. indubitatis indiciis, Malin. in conſ. Pariſ. tit. de feud. §. 13. gl. 5. n. 6. quinque ad minimum teſtibus, cap. vn. quot teſtes ſunt neceſſ. ad proband. feud ingrat. Zaſ. in Epitom. feud. part. 10. n. 108. Qualitas enim requiſita ad obtinendum intentionem debet ſpecificè probari. c. 1. in fi. de grad. ſucceſſ. l. 2. §. docere, ff. de vi bonor. rapt. l. 1. §. ait Prætor, vbi Bart. ff. nè quid in flum. publ. Mynſing. cent. 4. obſeru. 80. Et feudatarius tenetur oſtendere inſtrumentum feudi domino, gloſ. in l. 2. verb. iurata. C. quand. & qui. quar. pars debet. Chaſſan. ſuper conſuet. Burg. in Rub. 3. §. 4. ibi, poſtquam dictum homagium, n. 20. verſ. de hac autem materia. Quomodo probetur feudum latè Maſc. concl. 768. & ſeq. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 5. & Boer. deciſ. 211. n. 24. Si non probetur bona eſſe feudalia, & ſic ſerua, ſeruitiiſque obnoxia, præſumentur eſſe libera, ac proinde allodialia, vt dictum eſt, VVeſembec. conſ. 4. n. 2. Ergo feudi qualitas debet probari quam ſiue actor, ſiue reus in feudum aſſerit reperiri, d. c. in fi. de gradib ſucceſſ. in feud.

XLIII. *Feudum præſcribitúrne?*

Feudum præſcribitur.

Feudum concurrente titulo & bona fide præſcribitur, vt docet Bald. l. 2 C. de vſucap. pro empt. & quidem 30 annorum ſpatio, vt res immobiles allodiales, c. vn. §. ſi quis per 30. annos, ſi de feud. defunct. contentio, &c. tit. 26. lib. 2. feud. Maſc. concl. 768. n. 2. Quod intelligendum de priuato contra priuatum, § ſi quis per 30. ſi de feud. def. alioqui doctorum calculis id receptum eſt, vt feudum non niſi 40. annorum præſcriptione acquiratur, auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. Nou. 111. & Nou. 131. c. 6. Mynſing. cent. 4. obſeru. 29. Henric. à Roſenth. in ſynopſi iur. feud. c. 6. concl. 144. & tract. cap. 7. concl. 78. n. 7. c. de quarta. c. illud. & c. ad aures, de præſcript. Tamen vaſallus nunquam præſcribit ſeruitia, ne per 300. vel 1000 annos, eo quòd ſemper præſumatur paratus ad ea præſtanda, & dominus quaſi in continua poſſeſſione, niſi interpellatus ſeruire denegarit, Alex. conſ. 136. n 19. lib. 2. Schrad. part. 6. c. 6. n 62. & n. 83. text. in §. licet vaſallus ſi de feud. defuncti. Afflict. in c. 1. §. licet vaſallus, n. 122.

Vaſallus non præſcribit ſeruitia.

XLIV. *Feudum patitúrne aliquam ſeparationem*

Feudum an diuidi poſſit.

Quamuis feudum per ſe & naturâ ſuâ ſit indiuiduum vt vſusfructus, & ſeruitutes, tamen vtilitatis gratiâ receptum eſt vt diuidi queat, niſi ſit regale, text. apert. in tit. 55. de probib. feud. alienat. §. præterea ducatus, lib. 2. feud. Latè Andr. Gail. obſeru. 153. lib. 2.

XLV. *Feudum & Emphyteuſis quomodo differunt, & conueniunt?*

Feudũ & emphyteuſis differunt.

Sic præcipuè differunt, illud gratis conceditur, hæc mediante cenſu aut penſione, c. 2. de feu. da. in vic. leg. commiſſ. l. 2 C. de iur. emphyt. illud non requirit perſonalia ſeruitia annuatim, ſed tantùm cùm occaſio poſtulat: hæc annuam præſtationem requirit. Vaſallus non ſeruit niſi interpelletur, in emphyteuſi aliter ſe res habet. Ita potiſſimùm conueniunt, vtrumque eſt rerum immobilium, in vtroque tranſit vtile dominium, Petr. Ferrar. form. libell. quo agit. ad reuoc. feud. tit. 34. gloſ. 1. n. 5.

Feudum & emphyteuſis conueniunt.

XLVI. *Quænam feudo contrariantur?*

Feudi cõtraria.

Feudo contrariatur eius finis, propter rei interitum contingens, arg. §. fin. Inſtit. de vſufr. l. pen. C. eod. propter mortem alterius, l. 8. § 2. ff. de peric. & commod. rei vendit. & contrariam conuentionem, 2. feud. 38. in fi. & 39. in princ. Contrariatur etiam eius priuatio, quæ accidit propter feloniam.

XLVII. *Quid eſt felonia, vnde deſcendit, & quomodo probatur?*

Felonia quid ſit.

Felonia eſt vox barbara ſumpta pro delicto, noxa, & perfidia vaſalli erga dominum, Matth. in quæſt. 180. Guid. Pap. Deſcendit ex contractu, vel delicto: ex cõtractu, vt ſi vaſallus ſine domini conſenſu totũ alienet feudũ, 1. feud. 13. verſ. Mediolanenſes, 2. feud. 18. & 48. in princ. vel eius partem, 2. feud. 55. in princ. illúdque in dotem, 2. feud. 9. § 1. in princ. vel in emphyteuſim det, l. fin. C. de reb. al. non alien. pignoret, 2. feud. 8. in fi. 2. feud. 55. in princ. Ex delicto, vt ſi vaſallus dominum tantùm vulneratum deſerat, 1. feud. 5. in princ. in ius vocatus non veniat, 2. feud. 24. §. 2. verſ. illud. Si erga dominum vaſallus ſit iniurioſus, vel verbis, vel ſcripto, vel minis, quemadmodum enim nõ ſolis verbis committitur crimen Læſæ Maieſtatis ad bonorum priuationem, ita nec felonia, VVeſembec. conſ. 305. n. 89.

Felonia vnde deſcẽdat.

poſt Crauet. cõſ.6. Bald. Salicet. & Dd. in l. vn. C. ſi quis impub. maledix. Probatur felonia vaſalli contra dominum per quinque teſtes omni exceptione maiores, *Guid. Pap. & annot. Math. quæſt.* 180.

Felonia quomodo probetur.

XLVIII. *Feudo per generationem finito quis debet inueſtiri?*

Feudo finito quis inueſtiatur.

Finito per generationem feudo Principi feudum aperitur, qui poteſt potiùs inueſtire conſanguineos defuncti quàm alium extraneum, hoc enim ſuadet æquitas, *Bart. per text. ſing. in l.1. §. ceramitiiis ff. de aqua quot. & æſt. Tiraq. in lib. de retract. munici. in præfat. n. 4. & 42 Panorm. in c. bonæ, 2 n.28. de poſt. præl. Math. de Afflict. deciſ.* 258.

XLIX. *Quid ſunt homagium, & vaſallagium, & vnde vaſallus dicitur?*

Homagiũ & vaſallagiũ.

Hæc duo vocabula idem ſignificant, illo vtuntur Galli, & hoc Itali, vtrumque eſt fidelitas quam homo aliquis pro temporalibus domino alicui ſuperiori præſtat, ſubiectionem præter naturam importans. Hæc definitio colligi poteſt ex *Chaſſan. in Conſuet. Burg. de feud. rubr. 3. §. 3. verb. & homagij.* Aliàs homagium dicitur cùm quis promittit ſe futurum hominem alicuius domini, habitaturum vbi voluerit dominus, & ſic facit homagium, *id eſt*, promittit quòd velit eſſe homo ſuus. Vaſallus deriuatur à nomine vas vadis, quod eſt obſes, inde vadimonium, *id eſt*, ſponſio.

Vaſalli etymon.

L. *Feuda recurruntne ad aſcendentes?*

Feudum ad quos recurrat.

Illa eſt propria feudorum natura vt ad aſcendentes non recurrant, ſed ſemper ad deſcendentes deuoluantur, ita *Ant. Fab. defin. 17. n. 1. C. de inoffic. teſtam.* & quidem ad maſculos, niſi de filiabus earúmque filiis ſpecialiter dictum fuerit, *§. hoc autem, tit. 1. feud. de his qui feud. dar. poſſ. & tit. 8. §. filia verò, 2. de ſucceſſ. feud. lib.* 1.

LI. *Fœmina ſuccedúntne in feudo ſicut maſculi?*

Olim fœminæ non ſuccedebant in feudo.

Olim feuda fuerunt perſonalia & maſculina, conceſſa nempe illis qui in bello ſeruire ipſimet apti erãt, ac proinde fœminæ ad feudum aſpirare non poterant, *tit. 7. de ſucceſſ. feud. in princ. lib. 1. feud. & tit. 11. de ſucceſſione fratrum, § 1. verſ. ad filias verò, lib. 2. feud.* niſi eo inueſtituræ pacto datum ſit vt fœminæ cum maſculis ſuccedant, *tit. 1 § hoc autem notandum, & tit. 8 §. filia, lib. 1. feud. tit. 50. de natura ſucceſſionis feudi, lib. 2. feud. & per text. in l. vlt. ibi, vtrum Titium vnà cum filiis ſuis, C. de impub. & aliis ſubſtit. Roſenb. tract. feud. cap. 7. concl. 41. n. 2. in addit. ſub lit. B.* Rationes fortè cur fœminæ à feudis fuerint remotæ, quinque extiterunt, nempe militiæ vſus, honeſtas publica, fragilitas cõſilij, lubricitas voti, & ſecreti periculum: verùm nulla harum eſt admittenda, nam præualet voluntas domini feudum concedentis & poteſtas feudum ſeruiendi, non tantùm naturale ſeruitiũ præſtando, ſed & ea exhibendo quæ fidelitatis formâ continentur, *ſub tit. 5. 6 & 7. lib. 2. feud. ita Boerius in tract. de feudis, cap. 3. quæſt.* 2.

Fœminæ quare olim à feudis remotæ.

De Conſuetudine verò, & potiſſimùm Galliæ, fœminæ cum maribus ad ſucceſſionem feudi æqualiter admittũtur, *Chaſſan. in Conſuet. Burgund. tit. de feud. §. 5. Boer. in Conſuet. Bit. de feud. §. 7. Guid. Pap. deciſ. 97. Intrigl. de feud. q. 28. n. 51. cent. 1.* Ratio eſt, quia in tota Gallia feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum & cõmunium contractuũ, quoad ius diſponendi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. *Fab. Inſtit. de contrah. empt. in princ. & in auth. ingreſſi. verſic. quid ſi vaſallus, C. de Sacroſanct. Eccl.* ita vt tantùm inſpiciatur an dans habeat quod dare poſſit, vendere, permutare, vel infeudare, & accipiens habeat vnde ſoluere queat. Hæc conſuetudo non tantùm in iure ſuccedendi, ſed etiam in legando, donando in cauſam dotis, & in alienando locum habet, *Guid. Pap. d. quæſt. & quæſt.* 297. In feudis autem conſuetudo loci, in quo ſita ſunt, eſt attendenda, *c. 1. §. hoc quoque, de his qui feud. dar. poſſ. Chaſſan. de feud. in princ. n. 17.* quod etiam confirmat *Guid. Pap. deciſ. 59. n. 2 & deciſ.* 297. Ideo Iura feudorum quamuis in ſcriptis redacta ſint, conſuetudines appellantur, *Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib 2. §. 13. n. 6.*

Fœminæ hodie præcipuè in Gallia ſuccedũt in feudis; & quare.

In feudis conſuetudo loci eſt attenda.

Feudorũ iura vocantur conſuetudines.

LII. *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium poſſúntne ſuccedere in feudum?*

Filij legitimati ſuccedũt.

Poſſunt, vel ſoli vel cum aliis, *Dd. vt Aluar. §. naturales, n. 15. ſi de feud. fuer. contr.* quia cùm iuris feudorum diſpoſitione non reiiciantur, recurrendum eſt ad ius commune, quod diſponit

Digitized by Google

ponit vt legitimati in omnibus , & per omnia perinde habeantur, ac ſi ex iuſto, vero & legitimo matrimonio nati eſſent , §. *fin. Inſtit. de nuptiis. l. 1. §. 1. ff. de nat. reſtit. Auth. quibus mod. natural. effic. ſui , cap. 9.* præſumitur enim ſubſequens matrimonium ſtatim ab initio fuiſſe contractum *l. cùm quis verſ. neque enim. C. de natur. liber.* & legitimatio talis tollit omne vitiú cóiugij præcedés. Huic opinioni reſiſtere videtur *textus in tit. 26. §. naturales, lib. 2. feudor.* vbi dicitur quòd filij, licèt poſteà ſint legitimi , ad ſucceſſioné feudi nec ſoli, nec cú aliis admittútur: verùm ibi nó agitur de legitimatis per ſubſequens matrimoniú, quia loquitur ille textus de ſucceſſione in feudum vaſalli iam mortui , qui matrimonium ampliùs contrahere nequit, & poſt mortem patris, non poſſunt ampliùs naturales fieri & legitimi per ſubſequés matrimonium : quod ſi intelligendus eſſet textus in caſu quo pater adhuc viuit, dictum fuiſſet , *admittentur* , non , *admittantur.*

LIII. *Potéſt-ne vaſallus teſtari de feudo nouo & franco in filiorum ſuorum præiudicium?*

Vaſallus non poteſt teſtari in præiudicium filiorum ſuorum de iure feudali.

Valde agitata eſt hæc inter feudiſtas quæſtio , tamen omiſſis variis varioru opinionibus dicendum breuiter vaſallum , vel conſentiente , vel ignorante patre , non poſſe teſtari in præiudicium filiorum ſuorum de ſuo nouo & franco feudo , *text. in tit. 8. de ſucceſſ. feud. in princ.* vbi hæc verba extant , [Si quis deceſſerit filiis & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantùm filij æqualiter , vel nepotes ex filio loco ſui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente , vel valente.] Per ordinationem , nullum eſt dubium quin intelligatur vltima voluntaris ordinatio atque diſpoſitio, vt denotant ſucceſſionis, deceſſus , & defuncti vocabula. Menoch. *conſ. 161. num. 17.* aſſerit hunc textum de feudo etiam nouo eſſe intelligendum , Deinde cùm textus ſit generalis , nec diſtinguat inter feudum antiquum & nouum , francum & non francum, neque nos diſtinguere debemus , iuxta *l. 3. in fi. ff. de offic. Præſid. & l. 1. §. 3. verſ. & eſt relatum , ff. de aleatorib.* vbi cùm generaliter aliquid dicitur , id non eſt diſtinguendum. Ergo concludendum pro negatiua quæſtionis parte, prout concludit Menoch. *d. conſ. n. 15.* poſt multas Dd. citatas authoritates.

LIV. *Potéſt-ne Vaſallus exhæredando vnum, aut alterum filium, aliis feudum teſtamento relinquere?*

Vaſallus non poteſt per exhæredationem filiū ſuū feudo priuare.

Non , quia in *tit. 8. in princ. lib. 1. feud. de ſucceſſ.* feudi , generaliter loquitur feudiſta Iuriſconſultus, & dicit nullam ordinationé in feudo valere , vnde colligendum patrem vaſallum nullum poſſe afferre filiis per exhæredationem præiudicium , quia filij omnes ſunt legitimi feudi ſucceſſores, quia etiam exhæredatio tantùm reſpicit exhæredantis bona quorum alienandorum poteſtatem habet , *l. Papinianus , 8. ſi quis mortis , ff. de inoffic. teſtam.* non etiam ea quæ alienare nequit , *l. filiusfamilias, 114. §. cum pater, & ſeq. ff. de leg 1.*

L V. *Filij emancipati ſuccedúntne in feudum?*

Filij emácipati in feudum ſuccedút.

Succedunt , quia nullibi in iure feudali excluduntur, ius verò ciuile & Iuſtinianeum eos ad ſucceſſionem bonorum patris emancipantis admittit , §. *emancipati, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. vlt. §. 1. & auth. ceſſante , in fi. C. de legit. hæred.* éſtque ſublata hodie differentia inter filios emancipatos , & non emancipatos quoad ſucceſſionem , *auth. de hæred. ab inteſt §. 1.* Strenuus autem Iuriſperitus , ſicubi caſus emerſerit , qui conſuetudine feud. non ſit comprehenſus , abſque calumnia vti poterit lege ſcripta , *text. in tit. 1. ſtrenuus , lib. 2. feud.* Hanc ſententiam tanquam veriſſimam tenet *Vultei. lib. 1. de feud. cap. 9. n. 89. Henric. à Roſenthal. tract. feud. cap. 7. concl. 16. n. 1. ſub lit. A*

LVI. *Clerici ſuccedúntne in feudum?*

Hæc quæſtio valdè eſt controuerſa: nonnulli dicunt Clericum à iure ſuccedendi in feudum regulariter eſſe remouendum , eo quod in feudum paternum non ſuccedat , *tit. 30. de feuda fœmina , §. ex hoc lib. 2. feud.* quòd factus Clericus feudum ſuum amittat , *d. tit. 30. §. ex hoc , verſ. hi enim , tit. 26. §. 4. ibi , qui Clericus , lib. 2. feud.* quòd ſeruitia domino in bello præſtare non poſſit, *tit. 21. in fi. lib. 2 feud.* nedum eſſe aduo-

catus , aut Procurator , *tot. tit. extr. de poſtuland.* & quoad feudum ſimilis ſit muto , ſurdo , & fœminæ , *tit. 36. lib. 2. feud. Mynſing. cent. 5. obſeruat. 48. n. 8.* adde quòd ſi in feudum ſuccederet Clericus, abſtraheretur à diuinis , & ſacris , quibus alligatus eſſe debet. Tamen ſi alicubi ad feudi ſucceſſionẽ Clericos admittat conſuetudo , vt in Gallia , & quibuſdam in locis Germaniæ eſt receptum , ſuccedere poterunt in feudum, *Roſenthal dict. on. capite concluſ. 30. n. 25.* Deinde quòd Clerici poſſint habere feudum, patet , quia in arbitrio domini poſitum eſt prædia ſua cuique volet perſonæ in feudum dare, *tit 3. per quos fiat inueſtitura, §. perſonam verò, lib. 2. feud.* quia etiam Clericus per ſubſtitutum ſeruitia præſtare poteſt domino , poteſt enim vaſallus ſeruitium præſtare per ſubſtitutum . *cap. 1 §. ſi quis deceſſerit, ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. in cap. imperialem , §. firmiter , de prohibit. feud. alien. per Freder. Copic. deciſ. 31. Nonarius deciſ. 70. n. 8.* Ergo concludendum Clericum feudum habere & retinere poſſe ſi per ſubſtitutum ſeruitia domino paratus ſit præſtare , *Schurff conſ. 68. n. 14. cent. 1.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem , *VVeſembec. conſ. 319. n. 46. gl. ſſ tit. 30. verb. ſuccedere, de feud. fæmin. lib. 2. feud.*

Clerici ſuccedere poſſunt in feudum.

LVII. *Pater ſuccedit-ne filio in feudum, & auus nepoti?*

Non regulariter , *text. in tit. 50. de notur. ſucceſſ. feud. in princ. lib. 2. feud.* Excipiuntur quidam caſus, vt ſi in inueſtitura cautum ſit vt parens ſuccedat , & filij feudum ad eum reuertatur, *tit. 84 lib. 2. feud.* ſi propter patris benemerita de nouo feudo inueſtitus fuiſſe filius probetur , *ita Borcholt. de feud. cap. 7. n. 9.* deinde ſi loci ſtatutum vel conſuetudo permittat vt pater filio, vel auus nepoti in nouum feudum ſuccedat , *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9. n. 101.* Tum , ſi feudum ſit hæreditarium & ad omnes hæredes tranſitorium , *Roſenthal. tract. feudal. cap. 2. concl. 35. n. 4.*

Pater an ſuccedat filio in feudum, & auus nepoti.

LVIII. *Pater ſucceditne filio in eius feudum maternum?*

Non regulariter de iure feudali , quia generalis regula quæ habetur in *tit. 50. in princ. lib. 2. feud.* generaliter excludit patres à ſucceſſione liberorum in feudis, cùm aliàs de iure Romano , & in illis locis in quibus feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum , pater ſuccedat filio , & etiam mater , *auth. defuncto, C. ad SC. Tertyll.*

Pater an ſuccedat filio in feudo materno.

LIX. *Frater ſucceditne in feudum cum patre?*

Quia certis caſibus pater ſuccedit in feudum filij, ideo meritò quæritur an etiam fratres cum patre in illud feudũ ſuccedant ? & reſpondetur quòd ſic, *Roſenthal. tract. feudal. cap. 7. conc. 14. n. 23.* quia cùm hac de re ius feudale nihil determinet, recurrendum eſt ad ius ciuile quod vtrumque ad feudi ſucceſſionem admittit , *auth. defunctô , C. ad SC. Tertyll. Nouell. 118. cap. 2.*

Frater ſuccedit cum patre in feudis.

LX. *Frater ſucceditne fratri in feudum nouum?*

Certum eſt fratrem fratri ſuccedere, ſi feudum ſit paternum vel antiquum, at non ſi ſit nouum , niſi quatuor iſtis concurrentibus , nempe ſi acquiſitum ſit ex pecunia communi , ſi vtriuſque fratris nomine ſit acquiſitum , ſi duo illi fratres ſimul morentur, & ſi nominatim in contractu inueſtituræ dictum ſit vt frater ad feudi fratris mortui ſine legitimis deſcendentibus ſucceſſionem vocetur, *tit. 1. §. cùm verò, verſ. ſin autem, lib. 1. feud. & tit. 8. §. vlt. ibi , niſi fuerit hoc dictum expreſſim.*

Frater ſuccedit fratri in feudum nouum.

LXI. *Filius repudiata hæreditate paterno poteſtne feudum retinere?*

Non, vt eſt textus in *tit 45. lib. 2. feud. & tit. 51. §. filius, lib. 2. feud.* Nam nemo defuncti hæreditatem poteſt ex parte adire, & ex parte repudiare , *l. 1. & 2. ff de acquir. vel omitt. hæred.* Ergo ſi velit habere feudum, tenebitur hæreditatem adire, & æs alienum exſoluere , *Gotl. lib. 2. pract. obſeru. obſeru. 154.*

Filius feudũ nõ retinet repudiata hæreditate.

LXII. *Feudum imputatúrne liberis in legitimam?*

Non , quia pater vaſallus debet feudum filiis relinquere liberum , *tit. 8. de ſucceſſione feudi , in princ. lib. 1. feudor.* qui textus generaliter loquitur de omni feudo tam nouo quàm antiquo , tam ex pacto & prouidentia, quàm hæreditario.

Feudũ nõ imputatur in legitimam, de iure feudali.

Dein-

Deinde feudum non eſt de patris ſubſtantia, *tit.45. an agnatus vel filius, lib.2. feud.* Ergo non imputatur liberis in legitimam, quod probatur, *per l.quoniam, 29. l. ſcimus, in princ. verſ. repetitionem*, C. *de offic.teſtamen.* vbi ea tantùm imputantur liberis in legitimam quæ ex propria patris ſubſtantia, aut patrimonio deriuantur. Denique filius capit feudum etiam nouum, non vt rem patris, ſed vt ſuam propriam, ergo non imputatur in legitimam. Aliter in Gallia ſe res habet, vbi feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum, ac proinde ad quoſcunque hæredes tranſeunt.

Feudum in Gallia imputatur in legitimam.

LXIII *Feudum nobilitátne feudatarium?*

Quamuis Guid.Pap. *quæſt.* 385. ſuſtineat affirmatiuam, poſt Andr.de Iſernia *in lib.feudor. in tit. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, circa princip. ibi, item propter dignitatem, &c.* Tamen hodie, in Gallia negatiua verior eſt, per ordinationē Regiam Henr III. *art* 258. determinantem quòd plebeii acquiſitione feudorū cuiuſcunque valoris, & redditus illa ſint, non nobilitantur, Matthæus *annot. in d.quæſt.* reddit rationem, quia, inquit, perſona ſumit honorem, & conditionem à re: oportet ergo vt ille nobilis declaretur à Rege, qui ſolus in Gallia nobilitat.

Feudum nobilitat in Gallia.

Solus Rex in Gallia nobilitat.

LXIV. *Cauſæ feudalis cognitio & deciſio ad quem pertinet?*

Non pertinet ad dominum, ne quis propriæ cauſæ iudex ſit, *l.qui iuriſdictioni*, D.*de iuriſdictione & l.vn .C. ne quis in ſua cauſ.iud.* ſed ad illā Curiam à qua feuda dependent ac mouentur, & ſub cuius iuriſdictione ſita ſunt, Weſembec. *conſil.* 201.*n.*59.*& conſ.*41. *n.*39. *& ſeqq.* Mynſing. *cent.*1.*num.*32. Aliquando dantur extraordinarii iudices feudales, qui arbitri compromiſſarii ſunt, 2.*feud.*15. *&* 2.*feud.* 34 Ratio cur feudalis cauſæ cognitio ad Curiam domini feudi pertineat, eſt, quia vaſallus, ſi non aliàs, ſaltem ratione feudi domino ſuo ſubditus eſt. Roſenth. *cap* 10. *de feud. concl* 35. *numer.* 84. *& cap.* 11. *concl.*14.*num.*2.Geyl. *lib* 2.*de pac.public.cap.* 13. *num.*20. & ibi cauſæ feudales agitari debent vbi feudum exiſtit, Afflict. *in c.* 1.§.*prætereà inter duos, num.*44.*de prohibit. feud.alienat.*

Cauſa feudalis cognitio non pertinet ad dominum, ſed ad Curiā domini.

LXV. *Quando liberatur quis ab homagio ſeu vaſallagio?*

Liberatur quis & fit liber ſi rem deſerat, vel rei renūtiet ob quam debet homagium, adeóque ſi relicto loco habitationis aliò ſe transferat, Chaſſ. *in Conſuet. Burgund.tit.de manumortuis,*§.9.*n.*1.

Liberatio vaſalli à vaſallagio.

LXVI. *Poteſtne vaſallus inuito domino feudum deſerere, & domino reddere?*

Quoniam libertas & perſonarum & rerum eſt fauorabilis, ideo dicendum vaſallum poſſe feudum pro arbitrio deſerere, Giphan. *ad l.*2 *n.ſi* .C *de iur.emphyt.* ſi nempe ſit ſterile, & pauci valoris.

Vaſallus poteſt feudum deſerere.

LXVII *Vaſallus maiorem quàm dominus dignitatem adeptus poteſtne ab eius vaſallagio liberari?*

Quamuis id à ratione alienum eſſe videatur vt maior in minoris clientela ſit, & huic obſequium præſtet, tamen illa dignitas ad quam promotus eſt vaſallus nihil de domini iure detrahere poteſt, nam vaſallo permiſſum eſt aliquem in ſui locum ſubſtituere ſi ipſe obſequium præſtare nolit, *lib.2.tit.* 8.§. *vlt.& tit.*34.§.3. *& tit.* 55.§.*prætereà*, prout ſuprà dictum fuit.

Dignitas vaſalli nō præiudicat domino.

LXVIII. *Vaſallus vnius Principis poteſtne alteri Principi præſtare homagium?*

Poteſt, nempe propter prædia quæ in ipſius finibus poſſidet, cuiuſmodi homagium reale eſt, vt potè præſtitum ratione prædii, & agnoſcendi beneficii à domino accepti causâ. Huius rei multa exempla adducit Hotomannus. *quæſt.illuſtr. libr. quæſt.*35. Etiam Regum Regi homagium reale præſtantium, propter prædia in illius confinio exiſtentia. Aliter fortè res ſe haberet de homagio perſonali, quo homo domini ſui caput, fortunas, & exiſtimationem (hæc ſunt verba Hotomanni.ibid.) ſeſe modis omnibus conſeruaturum iurat.

Vaſallus vnius principis poteſt alteri principi præſtare homagiū.

LXIX. *Si dominium feudale inter plures cohæredes diuidatur, cui eorum debet vaſallus ſeruitia præſtare?*

Hoc caſu non aſtringitur vaſallus erga omnes cohæredes, alioqui eius qui defuncto obligatus erat ex ſuperuenientia plurium hæredum, conditio fieret

deterior, contra *l. 2. §. ex his, ff. de verb. ob'ig. l. prætoria, §. incertam, D. de p ator. ſtipul.* ſed ſatis eſt ſi agnoſcat eum ad quem iudicio familiæ erciſcundæ peruenit caſtrum, ex quo feudum moueri dicitur: nam vulgò qui dominus eſt caſtri, etiam feudorum ex eo mouentium dominus cenſetur, vt poſt Bart. *Decium, & Socinum ſcripſit.* Guid. Coquil. *quæſt.* 20.

Dominus caſtri eſt dominus feudorum.

LXX. *Vaſallus quid iuris habet in re ſibi in feudum data?*

Vaſalli ius in re feudali.

Vaſallus fit dominus vtilis, & habet actionem reiuindicationis contra occupantem feudum, & exceptionem aduerſus occupare volentem: habétque omnia incrementa, omnéſque meliorationes.

LXXI. *Si feudi dominus feudum condicat, tenebiturne ratum habe e quod fecit vaſallus quoad feudi adminiſtrationem?*

Dominus tenetur adminiſtrationem vaſalli approbare.

Tenebitur, quia vaſallus erat veluti proprietarius factus ex propria domini feudalis voluntate: ita ſi maritus alicui locauerit fundum vxoris in quinquennio, vt Romæ olim, & diuortium interuenerit, locationi factæ per virum vxor ſtare tenetur, *l. ſi filiofamilias,* 25. §. *ſi vir,* 4. *ff. ſolut. matrim.* nam vaſallus omnia vtiliter, & vt bonus paterfamiliàs geſſiſſe dicendus, & videtur, tanquam dominus vtilis, à lege conſtitutus, quaſi procurator domini directi ad ea omnia expedienda, quæ ad conſeruationem iurium domini directi pertinent, *l. videamus, §. item proſpice, ff. locati, l. 1. in fin. cum l. ſeq. D. vſufruct quemadm. caueat:* Ergo vaſalli adminiſtrationem ratam debet habere dominus, & locationibus omnibus ab ipſo factis ſtare, quia bona fide adminiſtrauit, *l. ſi non expedierit, §. ſi pupillus, D. de bonis authar. iud. poſſid. & l. quoties, D. de acquir. hæred.*

LXXII. *Poteſtne vaſallus aliquando à ſeruitio excuſari?*

Quinam vaſalli à ſeruitio ſe ſe excuſare poſſunt.

Vaſallus ex iuramento fidelitatis ſeruitia præſtare debet domino, à quibus aliquando ſe excuſare poteſt, vt ſi bellum ſit illegitimum & iniuſtum notoriè: ſi dominus ſit deportatus, ſi vaſallus ſit impubes, vſquedum pubes factus ſit, *ca. ſi quis deceſſerit, ſi de feud. defuncti,* nec tenebitur pendente tenera illa ætate per ſubſtitutum ſeruire, *cap. ſi minori, ſi de feud. defuncti:* nam ſi pupillaris ætas impuberem à iuramento fidelitatis excuſet, eum etiam excuſabit à ſeruitiis perſonalibus, quæ in fidelitatem incidunt. Quæ excuſatio intelligenda eſt hoc caſu, ſi impubetis pater deceſſerit in iuſto bello. ſeruitia domino præſtando, & ſic intelligendum eſt. *cap. ſi minori:* quòd ſi deceſſerit in domo ſua citra belli conſiderationem, tunc pupillus per ſubſtitutum ſeruire cogetur, nec veniet excuſandus, *cap. ſi quis deceſſerit, ſi de feud. defuncti.*

LXXIII. *Feudales cauſæ vbinam debent agitari?*

Locus in quo cauſa feudalis debet agitari.

Agitari debent in terra, vel loco, vbi feudum exiſtit, Bald. *in 1. §. ſi qua controu. 2. de pact. Conſtant. not. Dd. in c. 1. §. præterea inter duos. & ibi* Afflict. *num.* 44. *de prohibit. feud. alien.* Et ſi vaſallus feuda teneat in diuerſis Prouinciis, tunc ratione cuiuſlibet feudi, in Curià, ſub qua feudum eſt ſitum, erit conueniendus, Weſembec. *conſ.* 41. *n.* 48. *vol.* 1.

LXXIV. *Feudum nobile tenens ſoluitne taleas?*

An feudatarius taleas ſoluat.

Diſtinguendum, vel enim quis feudum nobile tenens, ex nobili familia ac progenie ortum habuit, patrem, auúmque & gentiles eiens, nobilitet vixit, & de feudo nobili fuit inueſtitus à domino, ei homagiú & fidelitaté præſtando, hoc caſu taleas non ſoluet: vel quis feudum nobile tenens eſt plebeius, aut ignobilis, à Principe nobilis nullo modo creatus & ex genere paterno per documenta nobilitatem non probans, & is taleas ac ſubſidia ſoluet, Guid. Pap. *quæſt.* 385. 386. 387. Boet. *deciſ.* 247. *num.* 5. Ratio eſt, quia vt probatum fuit ſuprà *quæſt.* 63. Feudum non nobilitat feudatarium, *Conſtit.* Henric. III. *art.* 258. contra opinionem Andr. de Iſern. in *cap.* 1. *Quis dicatur Dux, March. Com.* Non ſufficit ergo ad hoc vt quis taleas ſoluere non poſſit cogi, ſi feudum nobile poſſideat, ſed oportet vt nobilis ſit, & nobiliter viuat, quæ duo copulatiuè requiruntur. Guid. Pap. *quæſt.* 386. nam nobilem aliquem eſſe, niſi nobiliter viuat, parum eſt, Guid. Pap. *quæſt.* 391. Fab. *defin.* 18. *num.* 1. C. *de dign. & vtili.* Notandum hîc in Gallia neminem feudum tenere poſſe qui non ſit nobilis, Chaſſan. *in conſuet. Burgund.*

Feudum non nobilitat feudatarium.

In Gallia feudum tenens debet eſſe nobilis.

Burgund. rubr. 8. §. 5. *n.* 67. inde fit vt in Gallia feuda franca ſint, eo quòd non niſi à nobilibus, qui dicuntur franci, poſſideri debeant, *Matthæ. annot. in quæſt.* 313. *Guid. Pap.* Quod tamen non obſeruatur in Gallia Narbonenſi in qua talleæ reales ſunt, ab omnibus poſſeſſoribus plebeiis, Eccleſiaſticis, & nobilibus, ſolui ſolitæ, *Philipp. art.* 22.

LXXV. *Quando venditur feudum, diminuitúrne retrofeudum?*

Retrofeudum non minuitur per feudi venditionem. Feudum ſemper manet de retrofeudo.

Certum eſt retrofeudum, quod ad Principem pertinet non diminui per feudi venditionem, ſed tantùm vaſalli aut domini vtilis perſonam mutari, & ſic feudum ad quaſcunque perueniat manus, remanere ſemper de retrofeudo, *Fab. defin.* 44. *n.* 3. C. *de iur. emphyt.*

LXXVI. *Cùm Princeps ſubfeudum acquirit, extinguitúrne ius feudi?*

Subuaſalli alienatio non nocet vaſallo.

Subuaſallus ſubfeudũ vendidit Principi, aut donauit, quod poſteà Princeps alicui nobili vendidit, non propterea cenſendum eſt feudum ad primam ſuã naturam reuerſum, nec talis alienatio impedit quo minus primus feudatarius laudimia petere poſſit, ſubuaſalli enim facto non potuit inſcij vaſalli conditio reddi deterior, *Fab. defin.* 43. *n.* 1. 2. *& vlt.* C. *de iur. emphyt.*

LXXVII. *Prædia plebeia deſinúntne eſſe taleis obnoxia poſtquam in viri nobilis poteſtatem inciderunt?*

Prædia plebeia deſinunt eſſe taleis obnoxia ſi in viri nobilis manus inciderint.

Deſinunt, vt in terminis *Fab. defin.* 3. C. *de mun. patr.* Ratio eſt, quia conuenientius eſt rerum conditionem ex perſona quàm perſonæ ex rebus immutari vt *Fab. vrd. defin. n.* 3.

LXXVIII. *Feudum duobus fratribus conceſſum poteſt-ne ab illis inſolidum poſſideri?*

Duo non poſſunt vnam rẽ in ſolidũ ſimul poſſidere

Certum eſt duos non poſſe vnam eandémque rem in ſolidum poſſidere, *l. ſi vt certo*, §. *ſi duobus vehiculum, ff. commod.* *hæreditate*, §. *pater*, *ff. de caſtren. pecul.* ergo ſi duobus fratribus feudum infeudatum ſit vt illud quandiu vixerint poſſideant, non poterit illud ab his inſolidum ſimul poſſideri, & quidem ſucceſſiuè, *Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 35. *n.* 30.

LXXIX. *Feudum venit-ne in reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis?*

Feudum, venit in reſtitutionem fideicõmiſſi.

Venit, ſi ad hæredes etiam extraneos tranſire debeat, videlicèt ex regionis ſtatuto, aut inueſtituræ forma; vt quia infeudatio facta pro feudatario, & hæredibus quibuſcunque, vel cum facultate alienandi: at non venit, ſi hæreditarium prorſus non ſit, ſed tantùm liberorum facta ſit mentio, cuiuſmodi eſt feudum ex pacto & prouidentia, hæc diſtinctio eſt *Peregrini*, *de fideicomm. art.* 6. *n.* 18.

LXXX. *Quis debet banna & ſubanna præſtare, vſufructuarius, an proprietarius?*

Vſufructuarius præſtat banna & ſubanna.

Præſtare debet banna & ſubanna vſufructuarius, ita *Molin. in Conſuet. Pariſ.* §. 37. *gloſſ.* 6. *Bacq. cap.* 9. *n.* 6. *de franc. feud. Charond. in ſuis obſeruat. in verb. vſus.*

LXXXI. *Plebeius poteſt-ne feudum nobile poſſidere?*

Plebeius, an feudũ nobile poſſideat.

Multis in locis, plebeius non poteſt feudum nobile acquirere, vt in Comitatu Burgundiæ, ſicuti ait Griuellus. In Gallia aliter res ſe habet, vbi feuda ad inſtar patrimoniorum ſunt redacta, & vendi, permutari, ac alienari poſſunt, æquè ac alia bona, ac proinde omnia etiam nobilia à plebeio acquiri poſſunt, dummodo à Rege diſpenſetur, & ſoluat id quod appellatur, *franc fief*, vel *nouueau acqueſt*, *Guid. Coquil. in ſuis Inſtit. de feudis Chop. in* Conſuet. *Andeg. cap.* 38. *Greg. Tholoſ. Syntag. iur. vniu. part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 4.

LXXXII. *Feudum & Iuriſdictio habéntne aliquid commune?*

Feudũ & Iuſtitia nihil cõmune habeant.

Non, poteſt enim eſſe feudum ſine iuriſdictione, & res quam poſſideo, poteſt eſſe in Titij Iuriſdictione, quamuis eam à Titio in feudum non teneam *Maſuer.* § *item ſequitur*, de feud. *Bacquet. tit. de iur. Iuſt. cap.* 4. *Molin. tit. de feud. art.* 1. *gl.* 5.

LXXXIII. *Feudum emptum éſtne propriè feudum?*

Feudum emptũ nõ eſt propriè feudum.

Certum eſt feudum pro certa pecuniæ quantitate emptum non eſſe pro-

priè feudum quod dicitur beneficium, & ſic eius definitio non eſt beneuola actio gaudium tribuens capienti, *c.1.§.in primis.in quib. cau. feud. amitt. & eſt text. clar.in cap.1.ad fin. de feud. dat. in vic.l. commiſ. reprob.* Eſt ergo feudum emptum non propriè feudum, ſed contractus emptionis & vendit. *Bald. in l.qui ſe patris, col.7.verſ.& ſcias, C.vnde liberi.* Vide *quæſt.3.ſupr.*

LXXXIV. *Si vaſallus feudum melioravit, & in eo ædificauit, repetétne meliorationes, & ædificia?*

Si vaſallus in re feudali meliorationes fecit, ei debent refundi, vt tradit *Albert. Brun. in conſ.105.n.7. & in conſ.106. n.* 2. verbi gratiâ, ſi plantauit vineas, & multas vites, & magnos ſumptus in perpetuã rerum feudalium vtilitatẽ fecit, & in areis caſtri ædificia conſtruxit, horum omnium ratio habebitur, *not. in c.1. §. 1. & §. ſi vaſallus in tit. hîc finitur lex.* neque enim ædificia facta à vaſallo ſuper re feudali ſunt feudalia, *§.ſi vaſallus, ſi de feu. fue. contro. Bald. in §.ſi quis de manſo.n.1.& 5.de contro.inueſti.* *Vaſallus repetet meliorationes & ædificia.*

Finis Syſtematis Iuris Feudalis.

INDEX QVÆSTIONVM

Tertiæ Partis.

NEC NON

INDEX RERVM ET VERBORVM ejuſdem.

QVÆST. I. Vnde dictum eſt feudum? 1
2 Feudum vnde habet originem? ibid.
3 Quid eſt feudum? 2
4 Quotuplex eſt feudum? ibid.
5 Quid eſt feudum regale,& quid noo regale? 3
6 Quid eſt feudum Eccleſiaſticum,& quid non Eccleſiaſticum? ibid.
7 Quid eſt feudum nobile,& quid ignobile? ibid.
8 Quid eſt feudum maſculinum,& quid fœmininum? ibid.
9 Quid eſt feudum vetus,& quid nouum? ibid.
10 Quid eſt feudum hæreditarium, & non hæreditarium? ibid.
11 Quid eſt feudum francum,& quid non francum? 4
12 Quid eſt feudum perpetuum,& quid temporale? ibid.
13 Quid eſt feudum ſimplex, & quid coodiiionale? ibid.
14 Quid eſt feudum cum iuramcoto,& quid ſine iuramento conceſſum? ibid.
15 Quid eſt feudum ligium,& quid non ligium? ibid.
16 Quid eſt feudum diuiſibile, & quid indiuiſibile? ibid.
17 Feudum éſtne cootractus bonæ fidei,an ſtricti iuris? 5
18 Quibus modis quæritur feudum ibid.
19 In quibus rebus conſtituitur feudum? ibid.
20 Quinam in feudum concedere,& feudum accipere poſſunt? ibid.
21 Inueſtitura éſtne io feudis neceſſaria ibid.
22 Quid eſt ioueſtitura? ibid.
23 Quomodo fit inueſtitura? ibid.
24 Per quos fit inueſtitura? ibid.
25 Quæ forma obſeruatur in inueſtitora? ibid.
26 Debentúrne laudimia pro re feudali empta? ibid.
27 Ius laudandi vel inueſtiendi de re feudali aut emphyteuticaria, pertinétne ad proprietarium, vel vſufructuarium? 6
28 Ad quid tenetur dominus vaſallo? ibid.
29 Ad quid tenetor vaſallus domino? ibid.
30 Quænam pro feudo competunt actiones & vaſallo & domino ibid.
31 Potéſtne feudum amitti aut committi,& ad proprietarium, vel vſufructuarium reuerti? ibid.
32 Quo remedio vitari poteſt feudi commiſſum? 7
33 Vaſallus potéſtne feudo aliquam imponere ſeruitutem,ruſticam aut vrbaoam? ibid.
34 Potéſtne dominus ius feudi vaſallo ſuo remittere? ibid.
35 Potéſtne vaſallus ſubinfeudare? ibid.
36 Vaſallus mei vaſalli éſtne meus vaſallus? ibid.
37 Qui nihil in terra tenet potéſtne dici domini vaſallus? 8
38 Tenetúrne vaſallus ſuis expenſis domino in bello ſeruire? ibid.
39 Qui infeudat tenetúrne vaſallo de euictione? ibid.
40 Feudum potéſtne alienari ſine domini conſenſu? ibid.
41 Potéſtne dominus feudum ſemel conceſſum in alium transferre? ibid.
42 Feudum debétne probari? ibid.
43 Feudum præſcribitúrne? 9
44 Feudum patitúrne aliquam ſeparationem? ibid.

Index Quæſtionum tertiæ Partis.

45 Feudum & emphyteuſis quomodo differunt & conueniuot? *ibid.*
46 Quænam feudo cootrariantur? *ibid.*
47 Quid eſt felonia, vnde deſcendit, & quomodo probatur? *ibid.*
48 Feudo per generationem finito quis debet inueſtiri? 10
49 Quid ſunt homagium, & vaſallagium, & vnde vaſallus dicitor? *ibid.*
50 Feuda recurrúntne ad aſcendentes? *ibid.*
51 Fœminæ ſuccedúntne in feudo ſicut maſculi? *ibid.*
52 Filii legitimati per ſubſequeos matrimooium poſſúntne ſuccedere in feudum? *ibid.*
53 Potéſtne vaſallus teſtari de feudo nouo & franco in filiorum ſuorum præiudicium? 11
54 Potéſtne vaſallus vnum aut alterum filium exhæredando, aliis feudum teſtamento relinquere? *ibid.*
55 Filii emancipati ſuccedúntne in feudum? *ibid.*
56 Clerici ſuccedúntne in feudum? *ibid.*
57 Pater ſuccedítne filio in feudum, & auus nepoti? 12
58 Pater ſuccedítne filio in eius feudum maternum? *ibid.*
59 Frater ſuccedítne io feudum cum patre? *ibid.*
60 Frater ſuccedítne fratri in feudum nouum? *ibid.*
61 Filius repudiata hæreditate paterna potéſtne feudum retinere? *ibid.*
62 Feudum imputatúrne liberis in legitimam? *ibid.*
63 Feudum nobilitátne feudatarium? 13
64 Cauſæ feudalis cognitio & deciſio ad quem pertinet? *ibid.*
65 Quando liberatur quis ab homagio ſeu vaſallagio? *ibid.*
66 Potéſtne vaſallus inuito domino feudum deſerere, & domino reddere? *ibid.*
67 Vaſallus maiorem quàm dominus dignitatem adeptus potéſtne ab eius vaſallagio liberari? *ibid.*
68 Vaſallus vnius Principis potéſtne alteri Principi præſtare homagium? *ibid.*
69 Si dominium feudale inter plures cohæredes diuidatur, cui eorum debet vaſallus ſeruitia præſtare? *ibid.*
70 Vaſallus quid ioris habet in re ſibi in feudum data? 14
71 Si feudi dominus feudum condicat, tenebitúrne ratum habere quod fecit Vaſallus quoad feudi adminiſtrationem? *ibid.*
72 Potéſtne Vaſallus aliquando à ſeruitio excuſari? *ibid.*
73 Feudales cauſæ vbinam debent agitari? *ibid.*
74 Feudum oobile tenens ſoluítne taleas? *ibid.*
75 Quando venditur feudum diminuitúrne retrofeudum? 15
76 Cùm Princeps ſubfeudum acquirit, extinguitúrne ius feudi? *ibid.*
77 Prædia plebeia deſinúntne eſſe taleis obooxia poſtquam in viri nobilis poteſtatem inciderunt? *ibid.*
78 Feudum duobus fratribus cooceſſum potéſtne ab illis io ſolidum poſſideri? *ibid.*
79 Feudum venítne in reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis? *ibid.*
80 Quis debet banna, & ſobanoa præſtare, vſufructuarius an proprietarius? *ibid.*
81 Plebeius potéſtne feudum nobile poſſidere? *ibid.*
82 Feudum & Iuriſdictio habéntne aliquid commune? *ibid.*
83 Feudum emptum éſtne propriè feudum? *ibid.*
84 Si vaſallus feudum meliorauit, & in eo ædificauit, repetétne meliorationes, & ædificia? 16

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM
Tertiæ Partis.

A

AVVS an nepoti in feudum ſuccedat 12

C

CLericus poteſt feudum ſeculare dare & accipere 3
Clerici an ſuccedant in feudum 11.12
Commiſſum quot requirat 6

D

DOminus ad quid teneatur Vaſallo 6
Dominus poteſt Vaſallum à ſeruitute liberare 7
Dominus à ſuo Vaſallo petit & accipit ſeruitia; non à ſubuaſallo ibid.
Dominus tenetur Vaſallo de euictionè 8
Dominus & Vaſallus reciprocè obligantur ibid.
Dominus caſtri eſt dominus feudorum 14
Dominus tenetur vaſalli adminiſtrationem approbare ibid.
Domini actiones contra Vaſallum 6
Duo non poſſunt vnam rem ſimul in ſolidum poßidere 15

F

FElonia unde deſcendat 9
Felonia quid ſit ibid.
Felonia quomodo probetur 10
Feudum vnde dictum 1
Feudum omne fidelitatem requirit ibid.
Feudum vnde habuerit originem ibid.
Feudum quid ſit 2
Feudum eſt beneficium ibid.
Feudum donationi eſt ſimile ibid.
Feudum non pretio aut pecunia, ſed amore & honore datur ibid.
Feudum à Principe deriuatur ibid.
Feudum cuius rei ſit ibid.
Feudum non eſt ſine fide & iuramento ibid.
Feudum eſt quædam ſeruitus ibid.
Feudum Vaſallum reddit ſubditum ibid.
Feudum regale, & non regale 3
Feudum Eccleſiaſticum; & non Eccleſiaſticum ſiue ſeculare ibid.
Feudum nobile & ignobile ibid.
Feudum maſculinum & fœmininum ibid.
Feudum vetus & nouum ibid.
Feudum hereditarium, & non hereditarium 3.4
Feudum francum & non francum 4
Feudum perpetuum & temporale ibid.
Feudum ſimplex & conditionale ibid.
Feudum cum iuramento & ſine iuramento conceſſum ibid.
Feudum ligium & non ligium ibid.
Feudum diuiſibile & indiuiſibile ibid.
Feudum omne diuiſibile eſt ibid.
Feudum eſt contractus ſtricti iuris 5
Feudum quomodo quæratur ibid.
Feudum in quibus rebus conſtitutum ibid.
Feudum poteſt dari & accipi per procuratorem ibid.
Feudum quam ob cauſam amittitur & committitur 6
Feudum commiſſum ad quem pertineat 7
Feudum non præſumitur, ſed probari debet 8.9
Feudum præſcribitur 9
Feudum an diuidi poſſit ibid.
Feudum & emphyteuſis differunt & conueniunt ibid.
Feudum ad quos recurrat 10
Feudum tantum vſumfructum tranſmittit 2
Feudum determinatur ſecundum loci conſuetudinem ibid.
Feudum an imputetur in legitimam 12.13
Feudum an nobilitet feudatarium 13.14
Feudum ſemper manet de retrofeudo 15
Feudum an veniat in reſtitutionem fideicommißi ibid.
Feudum & iuſtitia nihil commune habent ibid.
Feum emptum non eſt propriè feudum ibid.
Feudum an alienari poßit 8
Feudi Dominus in Vaſallũ ordinariã habet Iuriſdictionẽ 2
Feudi diuiſiones vnde petantur ibid.
Feudi diuiſiones quæ 3
Feudi contraria 9
Feudum ſuperius nemo tenet in Gallia qui nõ ſit nobilis 2.14
Feudum quinam dent & accipiant 5
Feudo finito quis inueſtiatur 10
Feuda iuri Romano incognita 2
Feuda in Gallia redacta ſunt ad inſtar patrimoniorũ 8.10
Feudorum iura vocantur conſuetudines 16
Feudalis cauſæ cognitio ad quem pertineat 13
Feudalis cauſa vbinam debet agitari 14
Feudatarius dicitur fidelis 1
Feudatarius dominum pro viribus tueri debet ibid.
Feudatarius an taleas ſoluat 14
Fidelitas quid ſit 1
Fidelitas aliàs appellatur homagium, vel Vaſallagiũ ibid.
Fidelitas quæ requirat 2
Filij emancipati in feudum ſuccedunt 11
Filij legitimati ſuccedunt 10
Filius feudum non retinet repudiata hæreditatè 12
Fœminæ an ſuccedant in feudo 10
Fœminæ an ſuccedant in feudum cum patre 12
Frater an ſuccedat fratri in feudum nouum ibid.

G

Galli quare Franci dicti 4

H

Homagium quid ſit 10

I

INfeudationis forma 2
Inueſtiri non debet ille qui fidelitatem recuſat 1
Inueſtitura quid ſit 5
Inueſtitura quomodo fiat ibid.
Inueſtitura eſt feudi forma ibid.
Inueſtitura in feudis eſt neceſſaria ibid.
Inueſtitura forma & ſtylus ibid.

L

Laudandi ius ad quem pertineat 6
Laudimium nullum rei allodialis 5
Laudimium eſt rei non allodialis 6
Legitimati perinde habentur ac ſi ex legitimis nuptiis nati eſſent 11
Liberatio Vaſalli à Vaſallagio 13
Ligeitas quid ſit 4
Ligium vnde dicatur ibid.

N

NEmo defuncti hæreditatem poteſt ex parte adire, & ex parte repudiare 12

Index Rerum & Verborum Tertiæ Partis.

O

OStenſio quid 8

P

PAter an filio in feudum ſuccedat 12
Pater an ſuccedat filio in feudo, materno ibid.
Pater vaſallus debet feudum filiis relinquere liberum ibid.
Plebeius an feudum nobile poſsideat 15
Prædia plebeia deſinunt eſſe taleis obnexia ſi in viri nobilis manus inciderint 15

R

REtrofeudum non minuitur per feudi venditionem 15
Rex ſolus in Gallia nobilitat 13

S

SOcius ſocij mei non eſt meus ſocius 7
Subditi appellatione venit vaſallus 2
Subinfeudatio quid ſit 7
Subinfeudatio an fieri poſsit ibid.
Subuaſalli alienatio non nocet vaſallo 15

T

TErra nulla ſine domino 4

V

VAſallagium quid, & vnde dictum 10
Vaſallus non tenetur de feudo franco 4
Vaſallus ad quid teneatur 6
Vaſallus ex natura feudi ſeruitia præſtare tenetur ibid.
Vaſallus quomodo vitet commiſſum 7
Vaſallus an feudo ſeruitutem imponat ibid.
Vaſallus mei vaſalli an ſit meus vaſallus ibid.
Vaſallus non eſt qui nihil tenet in terra 8
Vaſallus an ſeruiat in bello ſuis expenſis ibid.
Vaſallus an poſsit feudum alienare ibid.
Vaſallus an præſcribat ſeruitia 9
Vaſallus non poteſt teſtari in præiudicium filiorum ſuorum de iure feudali 11
Vaſallus non poteſt per exhæredationem filium ſuum feudo priuare ibid.
Vaſallus poteſt ſeruitia præſtare per ſubſtitutum 12
Vaſallus poteſt feudum deſerere 13
Vaſallus vnius Principis poteſt alteri Principi præſtare homagium ibid.
Vaſallus repetet meliorationes & ædificia 15
Vaſalli ius in re feudali 14
Vaſalli dignitas non præiudicat domino 13
Vaſalli actiones contra dominum 6
Vaſallo ad quid teneatur dominus 6
Vaſalli intra quod tempus tenentur recognoſcere feudum, & inueſtituram petere 5
Vaſalli quinam à ſeruitio ſeſe excuſare poſſunt 14
Vſufructuarius habet laudimia, banna, pœnas, præſcriptiones, condemnationes, ſigillationes, & alia emolumenta 6
Vſufructuarius præſtat banna & ſubanna 13

PARTIS QVARTAE
TRECENTÆ ET TRIGINTA
QVÆSTIONES DE SVBSTITVTIONIBVS
omnibus, directis & fideicommiſſariis, Conditionibus, Quartis, Detractionibus, Imputationibus, & Prohibitionibus, inſigniores.

DE SVBSTITVTIONE IN GENERE.

QVÆSTIO I.

Vnde dicitur Subſtitutio?

TANTA eſt materiæ ſubſtitutionum ſubtilitas, difficultas, & ſublimitas, vt vix explicatione vlla exhauriri queat: tamen in re ardua aliquã collocaſſe operã, & in magna aliquid voluiſſe pro tyronum introductione, non pigebit, ocioſis, & non neceſſariis ſubtilitatibus relictis, atque reiectis.

Subſtitutionis varia ſignificata.

Subſtitutionis vocabulum eſt homonymum, ſumitúrque vel generaliter, vel ſpecialiter: generaliter, prout comprehendit arborum, vinearum demortuarum vel pecudum ſubſtitutionem, *l.1. § 10. verſic. nam ſi in locum*, D. *ſi is, qui teſtamento liber eſſe iuſſ. erit, &c.* procuratorum ſubſtitutionem, *l. 23. de Procurator.* legatorum & fideicommiſſorum ſubſtitutionem. *l.30. in pr. ff. de leg.1.* Iudicis aut tutoris in locum alterius ſubſtitutionem ſiue ſublocationem, *l. penultim. in fin.* D. *iudicatum ſolui*, *l. Tutores, 39. §. in eum, D. de administr. & peric. tut.* Specialiter ſumitur quatenus ſignificat hæredis ſubſtitutionem, quia ſubſtituere eſt ſub altero ponere, & loco alterius ſtatuere, vel ſubmittere, aut ſubtus inſtituere, ita vt ſubſtitutio ſit ſecundaria & qualiſcunq; poſt primam inſtitutio, *l.1. in princip. & ibi gloſſ. atque Dd. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Vel ſecundi hæredis inſtitutio, *l. ex facto, 43 §. Lucius, ff. eod. tit.* Illa pars teſtamenti in qua inſtituitur hæres, appellatur prima Cera ab Horatio, Satyr 5. lib 2. Serm.

Subſtituere quid ſit.

Subſtitutio quid ſit.

Prima Cera.

Sic tamen vt limis raptas, quid prima ſecundo
Cera notet verſu ſolus, multiſ que cohæres?
Veloci percurre oculo: plerunque recoctus
Scriba & Quinqueviro coruum deludet hiantem.

Pars verò illa in qua ſecundi hæredes, vel legatarii deſcribuntur, ima Cera dicitur, quia ſub priore collocatur, ideo ſubſtitutio quaſi ſubtus facta hæredis inſtitutio.

Ima cera.

II. *Quo iure, & quare introducta eſt ſubſtitutio?*

Quoad eſſentiam & inuentionem iure Gentium, vſu, & moribus introducta eſt ſubſtitutio, Intrigl. *cent.1. quæst 4. n.1.*

Subſtitutio vnde pendeat.

fauore hæredum, *l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſub. 11.* Quoad ſolennitates, atque varias formulas, iure ciuili ac prætorio eſt introducta ad conſeruationem, & perpetutionem familiarum, quas Reipublicæ intereſt integras conſeruari, *l. 1. §. ſed etſi 13. ff. de inſpic. ven. &c.* & vt defunctorum voluntates faciliùs effectum ſortirentur, fulcirentúrque & muniretur teſtamentum, ne hærede priori loco inſtituto, hæreditatem repudiante, vel ante hæreditatem mortuo, teſtamentum irritum fieret & ne nobis exiſteret hæres quem nollemus, ſi humano aliquo caſu primus inſtitutus hæres eſſe definerет. aut quia non poſſet, aut quia nollet eſſe hæres, Imperator in *l. vnica ad prim. C. de cad. tollend.*

V. Quid eſt ſubſtitutio?

Subſtitutionis definitio.

Variæ à variis allatæ ſunt ſubſtitutionis definitiones, quibus relictis, ſic vulgò definiri ſolet, Subſtitutio eſt conditionalis inſtitutio hæredis in ſecundo vel vlteriori gradu facta, *l. 1. & ibi gloſſ. atque Dd. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* ita vt ſit appendix inſtitutionis vel conditionalis inſtitutio, *gloſſ. & omnes in Rubr. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Nonnulli eam definiunt ſimpliciter per ſecundam inſtitutionem, per quam intelligitur qualiſcunque poſt primam inſtitutio, ſicut ſecundæ nuptiæ, & ſecundus torus quotuſcunque, ſiue tertius, ſiue quartus, *l. 8. §. 3. C. de ſecund. nupt.*

Rectè per inſtitutionem definitur Subſtitutio, quia ſubſtitutio eſt inſtitutionis generaliter ſumptæ ſpecies, *l. 1. & 2. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Inſtitutionis vocabulo Iuriſconſulti vtuntur vbi de ſubſtitutione ſermo eſt, *l. mulier, 20. §. vlt. ff. de condit. inſtit.* vbi verbum *inſtitutus* poſitum in conditione intelligitur etiam de ſubſtituto Facit, *text. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed ſi mandaui, in verſ. idemque, ff. de acquir. hæred. per quem text. not. ibi. Bald.*

Inſtitutionis & ſubſtitutionis differentia.

quòd inſtitutio & ſubſtitutio non differunt eſſentialiter, ſed quoad gradum tantùm. Quòd ſi inſtitutio ſtrictè ſumatur, vt ſuprà, erit ſpecies à ſubſtitutione diuerſa, prout ſe res habet de adoptione quæ genus eſt & ſpecies ſui ipſius, *l. 1. & 2. ff. de adopt.* Ergo inſtitutio aliàs genus eſt & ſubſtitutionem comprehendit, aliàs verò ſpecies, & ſubſtitutioni opponitur.

Cùm ſubſtitutio definitur inſtitutio in ſecundo, vel vlteriori gradu facta, ſignificatur plures hæredum gradus teſtatorem facere poſſe, vt ſi primo gradu inſtituti hæredes eſſe nolint, aut nõ poſſint, ſint inſtituti ſecundo: ſi nec hi quidem, tertio, & ſic deinceps quouſque teſtatori viſum fuerit, ne moriatur inteſtatus, *l. vn. C. de cad. toll.* Gradus hi non ex numero perſonarum quæ inſtitutæ ſunt, ſed ex ordine ſucceſſionis numerandi ſunt, vt quandiu ex primo gradu hæredes eſſe poſſint, reliquis locus non ſit, *l. quandiu inſtitutus, D. de acquir. hæred.* ſicut in gradibus non poteſt ad ſecundum perueniri niſi per primum, nec ad tertium, niſi per primum & ſecundum. Prima & ſecunda inſtitutio hoc modo ſiunt, *Titius mihi hæres eſto*, iſta dicitur inſtitutio, quaſi prima hæredis factio: inſtitutio ſecunda, quæ ſubſtitutio eſt, hoc modo ſit, *si Titius mihi hæres non erit, Seius hæres eſto: ſi Seius hæres non erit, Sempronius hæres eſto*, & ſic conſequenter.

Quamuis prædicta ſubſtitutionis definitio vulgò ſit recepta hæc fortè magis arriſerit, Subſtitutio eſt noſtræ voluntatis iuſta diſpoſitio de eo quod quis poſt mortem ſuam de hæreditate ſua fieri velit in defectum inſtituti, vel per ipſum inſtitutum, aut quaſi inſtitutum. Hæc vltima clauſula adiicitur propter venientes ab inteſtato qui poſſunt fideicommiſſo grauari, qui quaſi inſtituti dicuntur, *l. ſi quis cùm nullum, & l. conficiuntur, §. 1. ff. de iur. codic.*

IV. Subſtitutio præſumiturne?

Non, ſed qui aſſerit ſe fuiſſe ſubſtitutum, id probare debet, tenetur enim vnuſquiſque intentionis ſuæ probare fundamentum, & qui in teſtamento ſe fundat, talem fuiſſe teſtatoris voluntatem probare debet, *l. Titia, 34. § Caius Seius, 3. ff. de legat 2.* Nec ſufficit aſſerere teſtatorem de aliqua ſubſtitutione facienda cogitaſſe, niſi de diſpoſitione conſtet, *tex. in l. quidam cum filium familias, 46. ff. de hæred. inſtit.* ſaltem coniecturis ſufficientibus ex verbis teſtamenti collatis, Maſc. concl. 1348.

Subſtitutio debet probari.

V. Subſtitutio debétne in teſtamento fieri?

Debet, *l. poſt, 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in princ. inſt. de vulg. ſubſtit.*

Subſtitutio in teſtamento fit.

VI. Subſtitutio poteſtne fieri codicillis?

Non

Subſtitutio non fit codicillis. Non, ſi directis verbis facta ſit, *l. Scæuola, 76. D. ad SC. Trebellian.* poteſt quidem codicillis fideicommiſſum rectè relinqui, *§. codicillis, 2. verſ. directo au[tem] inſtit. de codicillis.* Si tamen in codicillis directis verbis fiat, cùm iure directo valere non poſſit, ſaltem in vim fideicommiſſi valebit & ſuſtinebitur, Mynſing. *in princip. inſtit. de vulg. ſubſtit. num.* 8. & Schneiderinus *in idem princ. num.* 15. *arg. l. vlt. C. de codicillis.*

VII. *Si appoſita ſit hæc clauſula in teſtamento vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, habeatne ſubſtitutus optionem ſuccedendi ex qua ſubſtitutione voluerit?*

Clauſula quæ quotidie à notariis in teſtamentis apponi ſolet, vt quis ſubſtituatur vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, hoc operatur vt ſubſtitutus eligere poſſit à principio ex qua ſubſtitutione ſuccedere velit, Bart. *in l. centurio, num.* 38. D. *de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Peregr. *de fideicomm. art.* 2. *n.* 67.

VIII. *Subſtitutio prima ſi efficiatur caduca eſtne locus ſequenti ſubſtitutioni?*

Quamuis prima ſubſtitutio efficiatur quaſi caduca poſt mortem ſubſtituti qui moritur, vel efficitur non capax, *l. vn. §. pro ſecundo, C. de cadu. toll.* Locus eſt tamen ſequenti gradui ſubſtitutionis, vt *not* Bart. *in l. centurio, D. de vulg. & pup. ſubſt. fact.* 27. *in l.* 41. *in princ. ff. de vulg. &c. §. ſed ſi,* 3. *inſtit. de vulg. ſubſtit.* Ratio eſt, quia ſubſtitutus ſubſtituti eſt inſtituti ſubſtitutus, *l. cohæredi, §. cùm filiæ, D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* *Subſtitutus ſubſtituti eſt inſtituti ſubſtitutus.*

IX. *Fitne ſubſtitutio caduca graduum interruptione?*

Titius duos filios ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, & alterum alteri ſubſtituit, & ſi ambo moriantur ſine liberis, Caium eis ſubſtituit, & ſi Caius moriatur ſine liberis, Sempronium ſubſtituit: contingit vt poſt mortem Titii teſtatoris, & adita hæreditate Caius moriatur ſine liberis, & poſt eum duo hæredes primò inſtituti ſine liberis moriantur: Sempronius petit hæreditatem, Quæritur an Sempronius hæredes ab inteſtato excludat, qui dicunt Sempronium Caio eſſe ſubſtitutum in eius perſona ſubſtitutio non ſuit purificata? Reſponderur valere ſubſtitutionem, & hæredes ab inteſtato excludi, quia non intereſt an prior ſubſtitutus poſt inſtitutum, an antè decedat, *l. cohæredi, in princ.* D. *de vulg. ar. & pupill. ſubſt.* Guid Pap. *quæſt.* 150. Pap. *lib* 20. *tit.* 3. *art.* 2. Fab. *defin.* 13. C. *de impub. & al. ſubſt.* Qui tamen Fab. *defin.* 16. C. *eod.* varios refert caſus in quibus tam vulgaris quàm fideicommiſſaria ſubſtitutio ex graduum interruptione vitiatur. *Subſtitutio non fit caduca graduum interruptione.*

X. *Omnis ſubſtitutio ſitne ſub conditione?*

Fit, duæ autem ſunt eiuſmodi conditiones, nempe ſi ille hæres non erit, vel ſi ille moriatur, *gloſ in l. ſubſtitutio, 42. D. de acquir. her. dom.* ante aduentum illarum conditionum ſubſtitutio eſt extra bona ſubſtituti, *d. l. ſubſtitutio* *Subſtitutio omnis fit ſub conditione.*

XI. *Inſtitutio debètne præcedere ſubſtitutionem?*

Debet, *l. 1. §. 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* ſaltem ficta, *l. cohæredi, 41. §. non video, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* vbi etiamſi expreſſa non ſit inſtitutio, tamen facta videtur, vt declarat *gloſſ. ibid. in verb. partemue.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 20. tractat hanc quæſtionem, & decidit ſubſtitutionem fieri non poſſe niſi inſtitutio præcedat tacita vel expreſſa, & poſt multos Doctores hanc dicit eſſe communem opinionem, at expreſſam requiri inſtitutionem quando adeſt perſona neceſſariò inſtituenda, vt filius in poteſtate, & tacitam, quando talis perſona non eſt in medio. In contrarium videtur eſſe *lex ex facto etiam, D. de hæred. inſtit.* vbi eſt ſubſtitutio ſine inſtitutione: verùm in illa lege non eſt ſubſtitutio, nam Sempronius non ſuccedit vt ſubſtitutus, ſed vt principaliter inſtitutus, vt ait *gloſſ. marg. in d. l.* Quoad ordinem ſcripturæ, ille non eſt exactè ſeruandus, ſatis eſt ſi ſuccedendi ordo conſideretur & ſeruetur. Eſt tamen caſus ſatis ſingularis, *in l. 3. §. fin. ff. de lib. & poſth. hæred. &c.* vbi teſtamentum poteſt incipere à gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſi præcedens gradus ſubſtitutionis ſit nullus. Eſt & alius caſus ſpecialis, *in l. idem eſt, 13. §. ſi cum ſer. ff. de militi. teſta.* vbi valet ſubſtitutio fideicom- *Inſtitutio præcedit ſubſtitutionem.* *Obiect.* *Reſp.* *Caſus ſpeciales in quibus ſubſtitutio præcedit inſtitutionem.*

miſſaria etiamſi non valeat inſtitutio.

XII. *Quinam poſſunt ſubſtituere & ſubſtitui?*

Eadem poſſunt ſubſtituere & ſubſtitui.

Eadem facultas perſonarum eſt in ſubſtitutionibus quę in inſtitutionibus *l. ſtis qui, D. de vulg. & pup. ſubſtit.* eædem ſolennitates in his & illis ſeruantur, plures poſſunt ſubſtitutionum gradus fieri, & & plures hæredes inſtitui: ergo iidem poſſunt ſubſtiruere & ſubſtitui, qui inſtituere & inſtitui.

XIII. *Subſtitutio poteſtne ab vna perſona ad aliam, ab vno caſu ad alium & ab vno tempore ad aliud extendi?*

Teſtatoris voluntas enixa eſt ſeruanda.

Subſtitutio non extenditur.

Spectanda eſt teſtatoris voluntas, quę ſi certa ſit & enixa, omnino erit ſeruanda, *l. Titius, §. Lucius*, D. *de lib. & poſth.* Iul. Clar. *de teſtam. quæſt. 7. num.* 10. ſed ſi non ſit certa, caſus vnus expreſſus ad alium non extendetur, *l. commodiſſime, D. de lib. & poſth.* & eſt communis regula. *Pariſ. conſil.* 87. *num.* 50. *lib.* 2. Ita enim ſubſtitutiones ſtricte accipiendæ ſunt, vt de vna perſona ad aliam, ſiue de vno caſu expreſſo ad alium non expreſſum extendi non poſſint, ſicut reſpondit Decian. *reſponſ.* 2. *num.* 61. *lib.* 2. Crauet. *conſil.* 98. *numer.* 5. Corn. *conſ.* 119. *col.* 6. *in lit. O. vol.* 2. & *conſil.* 276. *col.* 3. *in lit. F. vol.* 3. *referente* Treutl. *conſ.* 115. *num.* 121. Neque poſſunt extendi ab vno tempore certo ad aliud, *l. ſi quis, ita*, D. *de vulgar. & pupillar. ſubſtit. l. commodiſſimè, D. de lib. & poſthum.* latè Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 76.

XIV. *Poteſtne fieri ſubſtitutio in contractibus*

In Gallia inſtitutiones & ſubſtitutiones fiũt per contractum.

De iure ciuili, in *l. pactum quod dotali, C. de pactis*, non poteſt valere pactum etiam dotale de ſucceſſione viuentis: ſed prudentia Gallica contrarium tenet: nam in Gallia inſtitutiones & ſubſtitutiones per contractum factæ inter viuos, propter nuptias, aut aliter non reuocantur, Molin. *conſ.* 15. *nu.* 26. Pactum de hæreditate in contractu matrimonii relicta conſuetudini ferè vbique gentium receptæ conſentaneum eſſe dicit, Fab. *defin.* 6. *n.* 4. *C. de pact. conuent.*

XV. *Subſtitutus contingente caſu ſubſtitutionis ſucceditne hæredi defuncto, an primo teſtatori?*

Subſtitutus ſuccedit teſtatori.

Succedit primo teſtatori *text. in l. cohæredi, §. cum filia*, D. *de vulg. & pupill. ſubſtit. in princ. inſtit. de pupill. ſubſtit. Dd.* quos refert & ſequitur Danth. *de ſubſtit. num.* 186. *p.* 893. *verſ. quartus effectus.*

XVI. *Poteſtne ſubſtitui legatariis, donatariis cauſâ mortis, & donatariis inter viuos*

Subſtituitur legatariis & donatariis.

In *l. vt hæredibus.* 50. *ff. de leg.* 2. Marcel. dicit vt hæredibus ita etiam legatariis ſubſtitui poſſe, necnon illis quibus donatur cauſâ mortis, *l. ſi legata*, *& ibi* Iaſ. *num.* 1. C. *de legatis.* Idem dicitur *in l. quoties.* C *de donatio. quæ ſub modo*, quoad donatarium inter viuos.

XVII. *Si ſubſtitutus moriatur antequam caſus ſubſtitutionis euenerit, expirabitne ſubſtitutio, an ad hæredes tranſmittetur?*

Subſtitutio ad hæredes non tranſit.

Quælibet ſubſtitutio dicitur conditionalis, vt dictum eſt ſuprà, *l. cohæredi, § cohæres, D. de vulgar & pupill. ſubſtit.* & ius condirionale ad hæredes non tranſit, *l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, D. de legat.* 1. Ergo ſi ſubſtitutus moriatur antequam euenerit ſubſtitutionis caſus, tunc expirabit ſubſtitutio, nec ad hæredes tranſmittetur, *l. toties*, D. *de acquir. hæred. l. qui liberti, §. hæc verba*, D. *de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* Sic Alexand. *conſil.* 49 *viſo themate, col. fin. vol.* 6. *conſil.* 26. & *conſil.* 252. *vol.* 6. Decian. *conſil.* 435. Et hoc etiam procedit ſi teſtator ſubſtituiſſet filios & hæredes, & eorum præmortuorum liberos, quia nec admittentur filii hæredis præmortui donec ſuperſit aliquis ex filiis ſubſtitutis, *per not. in l. hæredes mei, §. fi. D. ad Trebell* Hoc quoque etſi ſubſtitutus ſit de deſcendentibus teſtatoris Alexand. *in l. cùm ex filio*, D. *de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Quæ omnia intelligenda ſunt, niſi aliud appareat ex coniecturata mente teſtatoris, Curt. Iun. *conſil.* 3. *numer.* 25. & niſi ius ſubſtitutionis eſſet coniunctum cum iure accreſcendi vt tranſmitteretur ad hæredes ſuos, ſicut tranſmittitur ipſum ius accreſcendi, *l. qui ex duabus*, D. *de acquir. hæred. l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit.* Deniq; niſi ſubſtitutio facta ſit purè, aut in diem quæ venit, vel ſub conditione quæ extitit

Ius accreſcendi tranſmittitur.

extitit antequam ſubſtitutus moreretur. Petr Ferrar. *form. lib. quo agr. ex ſubſtit. tit.* 50. *gloſſ.* 10. Aliter ſe res habet in ſtipulatione quàm in hæreditate, nam ſtipulatio tranſmittitur ad hæredes pendente conditione, non hæreditas, *l. is cui*, D. *de obl. & oblig.* §. *ex conditionali*, *Inſtit. de verb. oblig. gloſſ. in l. ſubſit tuto*, D. *de acquir. rer. domin.* Ratio cur ſubſtitutio non tranſmittitur ad hæredes, eſt quia cohæret perſonæ, non potioni, *l. toties*, 89. D. *de acquir. hæred. l. ſi ex pluribus.* D. *de ſuis & legitim.*

Stipulatio tranſmittitur ad hæredes.

Subſtitutio cohæret perſonæ non portioni.

XVIII. *Declaraturne ſubſtitutio dubia ex præcedenti inſtitutione?*

Declaratur, *l.* 1. C. *de impub. & al. ſubſtit.* ita vt qui fuerit dilectus in primo gradu intelligatur etiam dilectus in ſecundo gradu & vlteriori: nec verisimile ſit aliam ſubſtituentis affectionem fuiſſe, *v. g. m. l. licet imperator*, 74. D *de legat.* 1. *l.* ... *ubſtit.* 36. §. 1. D. *de condit. & demonſtr.* Maſc. *concl.* 1351. Fuſat. *de ſubſtitut. quæſt.* 12.

Dilectus in primo gradu intelligitur dilectus in 2.

XIX. *Quotuplex eſt ſubſtitutio?*

Variæ à variis adducuntur ſubſtitutionis diuiſiones: nonnulli eam diuidunt in vulgarem, pupillarem, exemplarem, breuiloquam, compendioſam, & fideicommiſſariam: alii in vulgarem, pupillarem, quaſi pupillarem, & militarē. Tutior eſt eorum opinio qui ipſam diuidunt in directam, *l. post aditam*, C. *de impub. & al. ſubſtit. l. centurio*, 15. D. *de vulgar. & pupill. ſubst.* & indirectam, ſiue obliquam, aut fideicommiſſariam, vel per fideicōmiſſum relictam, aut precatiam, *l. cohæredes*, 57 §. *pen. & vlt.* C. *ad SC. Trebell. l. cùm proponas*. C. *de pact.* Itaque verbum *Subſtituo*, eſt commune extenditurq; & ad directam & ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, *l. generaliter*, §. *cùm autē in verb. ſubſtituit*, C. *de inſt. & ſubſt. gl. in* §. *extraneo*, *vlt. inſtit. de pupill. ſubſtit. l. iam hoc iure, in verb. communi*, § 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Subſtitutionis diuiſio.

Subſtituo eſt verbū commune.

Directa ſubſtitutio eſt, quā priori inſtituto hæres ita ſubſtituitur, vt priore remoto rectà ex teſtamento, propriâ authoritate, & ſine diminutione hæreditatem capiat, & non ab hærede priùs inſtituto, vt *Titius heres eſto, ſi Titius hæres non erit, Sempronius hæres eſto*: item, *ſi filius meus impubes heres erit, & intra pubertatem deceſſerit, Caius hæres eſto.*

Subſtitutio directa

Verba directa dicuntur illa quibus indicatur vt aliquis ipſo iure, directò, propria authoritate, & non per manum alterius capiat, cuiuſmodi eſt verbū, *talis hæres ſit, l. eam quam, tunc lâ gl. in verb. directis*, C. *de fideicom l. omne*, C. *commun. de leg. gl. in ecto in l. centurio*, D. *de vulg. & pupill. ſubſtit. & text. in l. quoniam in ... dignum*, C. *de teſtam.* vel verbum, *ac ipiat.* Petr. Ferrar. *form. lib. quo agr. ex ſubſtit. tit.* 50 *gloſſ.* 6. *n.* 15.

Verba directa.

Subſtitutio directa, aut eſt ſimplex aut duplex: ſimplex, vt, *ſi Titius, nec velit nec poſſit eſſe hæres, Seium ſubſtituo*: duplex cōtinens & vulgarem & pupillarem, vt, *ſi Titius nec velit nec poſſit eſſe hæres, aut ſi ſit hæres, ſed moriatur in pupillari ætate, ſubſtituo Seium.*

Subſtitutio ſimplex.

Subſtitutio duplex

Subſtitutionis directæ duæ ſunt cauſæ, ob quas ſubſtitutio fieri poteſt, hæreditas, nempe non adita vel acquiſita, & filii impuberis mors, ideo duæ inde exurgunt ſubſtitutionis directæ ſpecies, quorum illa dicitur vulgaris, hæc pupillaris, ideo Imperator *in precibus*, C. *de impub. & al. ſubſtit.* dicit ſubſtitutionem in duos fieri caſus, primum & ſecundum. hoc eſt, duplicem eſſe ſubſtitutionem, vnam in primum caſum, & eſſe vulgarem, alteram in ſecundū caſum, & eſſe pupillarē. Vtraq; vel ab vna tantū parte fit, vel, reciprocè, *l. poteſt*, 36. §. 1. D. *de vulg. & pupill. ſubſt.* Ab vna parte, vt ſi hæredi qui hæres nō eſt, ſubſtituatur, ſic, *Titius hæres eſto, ſi Titius hæres non erit, Caius hæres eſto.* Reciprocè, vt ſi cohæres ſubſtituatur cohæredi, idque vel expreſsè, vel tacitè: expreſsè ſic, *Titius & Seius hæredes ſunto, ſi Seius hæres non erit, Titius hæres eſto: ſi Titius hæres non erit, Seius hæres eſto*: tacitè ſic, *Titius & Seius hæredes ſunto, eōſque inuicem ſubſtituo.*

Cauſa duæ ſubſtitutionis directæ.

Ex his patet reciprocam ſubſtitutionem non conſtituere ſpeciem diſtinctam ſubſtitutionis directæ, ſed ad directam referri, *l. iam hoc iure*, 4. §. 1. *ff. de vulg. & pup. ſubst.* Eſt enim reciproca ſubſtitutio, non propria ſubſtitutiōnis ſpecies, ſed cæterarū ſubſtitutionū adiectio ſi effectum & materiam circa quam verſatur inſpicias, licèt modus inducendi in ea ſit à cæteris ſubſtitutionibus diuerſus, & vocatur reciproca, quia de vno ad alterum fit reflexio & repetitio, vt dicetur poſteà. Patet etiam compendioſam, de qua in *l. precibus*, C. *de impuber. & al. ſubſtit.* ex variis ſubſtitutionum formulis effectam eſſe, ac proinde non conſtituere diſtinctam ſubſtitutionis ſpeciem, neque enim verba & formulæ rem & eſſentiam rei tranſmutant:

nec refert quibuſcunque & quot verbis quid dicatur, dummodo idem verbis exprimatur, *l. quoniam indignum.15. C. de teſtam.l.2.C.commun.delegat.* Quoad exemplarem, ea ad pupillarem refertur, ideo quaſi pupillaris appellatur ad cuius exemplum eſt facta. Ex illis ergo duabus cardinalibus ſubſtitutionibus directis, vulgari & pupillari, vitam reciproca, compendioſa, & exemplaris exhauriunt, vt ait Iaſ. *in l. in teſtamento, num.1.C. de teſtam.milit.*

Ex vulgari & pupillari alia dependent.

Subſtitutio fideicommiſſaria.

Subſtitutio per fideicommiſſum relicta, vel precatia, eſt quæ fit verbis obliquis & precatiis, illúdque ſonantibus, vt quis de manu alterius capiat, cùm hæredem à ſe inſtitutum rogat vt hæreditatem alteri reſtituat, vel viuus, vel poſt mortem ſuam, quam ideo ſubſtitutus capit de manu alterius detractâ quartâ, vt *Titium filium meum hæredem inſtituo, & ſi Titius ſine liberis deceſſerit, rogo eum, vel grauo, vt* Caio *fratri ſuo reſtituat hæreditatē*, quæ eſt vera forma fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, *l.ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell.* Vel, *Sempronium mihi hæredem eſſe volo, eúmque rogo vt ſi fortè recuſet adire, meam hæreditatem, eam Caio reſtituat*: verbum *reſtituendi*, eſt obliquum,

XX. *Subſtitutio an potiùs intelligenda eſt directa quàm obliqua?*

Subſtitutio potiùs eſt intelligenda directa quā obliqua.

Sic, Vaſq. *de ſucceſſ. part.1.lib.2. §.11 n.33.* Ideò in dubio ſubſtitutionem directam præſumi reſpondit Menoch. *conſ.362. lib. 4. gloſſ. ſing. in l. verbis ciuilibus, in verſ voluntatem, in fin. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Maſc. *concl.1352.n.1.*

XXI. *Subſtitutio directa éſtne dignior obliquâ?*

Subſtitutio directa eſt dignior obliquâ.

Eſt, quia illa propriè, hæc impropriè ſubſtitutio dicitur, illa eſt fauorabilis, hæc odioſa, vtpotè imponens grauamen, illâ ſubſtitutus iure proprio & ſuâ authoritate capit hæreditatem ſine diminutione, hâc ſubſtitutus capit hæreditatem ab hærede cum diminutione quartæ.

XXII. *Quomodo differunt directa & obliqua?*

Præter ea quæ dicta ſunt in præcedenti quæſtione, ſex potiſſimùm modis differunt.

Differentia inter directam & obliquam.

1. I. Obliqua poteſt fieri puberi & impuberi etiam extraneo, aliter ſe res habet in pupillari, *l.2. in princ. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & in compendioſa, niſi fiat à milite, *l. centurio, ff. eod.*

II. Obliqua non expirat cùm impubes pubertatem attigit, *l. cohæredi, §. cùm filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ita quidem directa, *l. verbis ciuilibus, ff. eod.* 2.

III. Obliqua diminuitur per Trebellianeam & legitimam, *d. §. cùm filia*, directa pupillaris non item, *c. ſi pater, de teſtam. lib.6.* neque compendioſa à milite facta, *gl. in l. precib. C. de impub. & al. ſubſtit.* 3.

IV. Per directam pupillarem mater poteſt filium ſuâ legitimâ priuare, *l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtamen.* per obliquam non poteſt, vt in *d. l. precib.* 4.

V. In directa pupillari veniunt bona vndecunque quæſita, in obliqua tantùm bona teſtatoris, *l. centurio, D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* 5.

VI. Sublata inſtitutione ſubſtitutio obliqua tollitur, excepto caſu ſpeciali *in l. nec enim, § fi. cum ſeq. D. de milit. teſtam.* aliter ſe res habet in directa vulgari, à qua poteſt incipere teſtamentum, etiamſi inſtitutio non valeat, *l.3. in fin. D. de lib. & poſth.* 6.

XXIII. *Vtraque ſubſtitutio, directa, & obliqua inducitúrne per coniecturas?*

An ex coniecturis inducatur ſubſtitutio.

Non directa, *l. iubemus, C. de teſtam.* ita quidem aliquando fideicommiſſaria, *l. cùm proponeretur, cum gloſſ fin. D. de leg.2.* & hæc eſt cõmunis opinio, vt refert Vaſq. *de ſucceſſ. part. 2. lib.3. §.25. nu. 52. poſt gloſſ. & Dd in l. Lucius, D. de hæred. inſtit.* attamen ſi coniectura colligi poſsit ex verbis in teſtamento expreſsis, ita vt mens teſtatoris denotetur, valebit ſubſtitutio directa, non aliter, ita Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 5. n.3.* Gloſſa eſt communiter recepta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de lib. & poſth.* Menoch. *lib.4. præſ.19.n.6.7. &* 8. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit.1. n.15.* Et ſubſtitutio latè interpretanda eſt, vt valeat quatenus coniectura capi poteſt id teſtatorem voluiſſe, Menoch. *ibid.* & Mantic. *ibid.*

XXIV. *Subſtitutio directa & fideicommiſſaria ad quem vſque gradum protrahendæ ſunt?*

Subſtitutionum gradus.

In Gallia vltra quatuor gradus poſt inſtitutionē ſubſtitutiones nullius ſunt momenti, Carol. IX. 1560. *artic.* 59. & 1566. *artic.* 57. Ad hunc vſque gradum quartum eſt ſanguinis affectio & proximitas, & vltra eum licitæ ſunt nuptiæ. Quod intelligendum de fideicommiſ-

commiſſariis, non de directis, quæ in infinitum fieri poſſunt, *Gueneſ. in Conſt. 1. Reg. tit. de ſubſtit. pag. 129. n. 1. in fin.* Subſtitutionis ad quartum gradum reſtrictio fundata videtur ſuper *Nouel.* 159. quæ vult vt alienationis prohibitio perpetua vltra quartam generationem non extendatur, contra diſpoſitionem iuris communis, quod in infinitum ſubſtituere permittit. Deinde cùm dicimus in Gallia reſtrictas eſſe ſubſtitutiones ad quartum gradum, illud intelligendum eſt de ſubſtitutionibus quæ ante Ordinationes Regias in infinitum procedebant, quæ quartum gradũ excedere nequeunt: illæ verò ſubſtitutiones quæ factæ ſunt poſt Ordinationes, non excedunt ſecundum gradum, inſtitutione non numerata, *Char. Pandect. lib. 3. cap. de ſubſtit.*

XXV. *Quid commune eſt vtrique ſubſtitutioni directæ?*

Subſtitutio expreſſa.

Commune eſt vt vtraque aut tacitè aut expreſsè fiat: expreſsè fieri dicitur quæ ita concepta eſt verbis, vt non ſit neceſſe, neque æquitas ſuadeat quicquã de voluntate teſtatoris, præter id quod manifeſtis verbis patet, imaginari. Tacita verò dicitur ſubſtitutio quæ vltra id quod ſcriptum eſt, etiam aliud quiddam continere videtur, pro conſideratione æquitatis in voluntate teſtatoris: v. g. ſi quis ita ſubſtituat filio ſuo, *volo vt ſi filius mihi non extiterit hæres, Seius illi ſuccedat*: nam in hac ſubſtitutione æquitas & ratio ſuadet vt intelligamus Seium ſubſtitutum, non modò ſi filius adire nolit hæreditatem, ſed etiam ſi impubes moriatur, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Subſtitutio tacita.

XXVI. *Subſtitutus excluditne omnes ab inteſtato venientes?*

Subſtitutus excludit venientes ab inteſtato.

Excludit, nam quandiu poteſt adiri hæreditas ex teſtamento, ab inteſtato non defertur, *l. quandiu, 39. ff. de acquir. vel omitt. hæred. & l. quandiu, 89. ff. de reg. iur.* niſi teſtator ſubſtituerit aliquem in caſu in quo legitimi nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſuccederent, vt eſt *text. ſing. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ff. de hæred. inſtit.* ex voluntate enim defuncti priùs eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato quàm ex teſtamento.

DE SVBSTITVTIONIBVS IN SPECIE:

Ac primùm de Vulgari ſubſtitutione.

XXVII. *Quid eſt ſubſtitutio vulgaris, quæ eius origo, atque cauſa, & vnde dicta?*

Subſtitutio vulgaris.

Actum eſt hucuſque de ſubſtitutione in genere, ſequuntur eius ſpecies explicandæ, quarum prima eſt vulgaris, quæ definitur ſubſtitutio directa, quâ teſtator directo & communi iure transfert hæreditatem ſuam in aliquem in defectum præcedentis hæredis non adeuntis, *Paul. Leon. Patau. in tract. ſubſtit. ſub Rubrica vulgaris, n. 14. cum multis ſeqq.* Fit hæc ſubſtitutio cuiuis ætati tam puberi quàm impuberi, & hæredi tã ſuo quàm extraneo, in hunc caſum, *Si inſtitutus hæreditatem non adierit, vt ſi Titius hæres nõ erit, Seius hæres eſto, princ. Inſtit. de vulg. ſubſtit. l. 1. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Vel, *Si Titius hæres eſſe nolit, vel non poſſit, Seius hæres eſto, l. 3. C. de hæred. inſtit. §. cùm autem quæritur, 7. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*

Subſtitutioni vulgaris origo.

Origo & cauſa vulgaris ſubſtitutionis, eiúſque vis & confirmatio eſt ex 12. tab. *l. verbis legis, 20. ff. de verb. ſignif.*

Subſtitutio vulgaris vnde dicta.

Dicta eſt vulgaris, eo quòd vulgò fiat à quolibet de vulgo teſtamenti factionem habente, & cuilibet hæredi, *Iaſ. in l. 1. n. 13. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Bart. ibid. n. 5.* Et in hoc differt à pupillari, quæ non poteſt fieri, niſi à ſolo patre filio pupillo in poteſtate exiſtenti, & ab exemplari quæ ſoli furioſo fit à patre vel matre.

XXVIII. *Quotuplex eſt ſubſtitutio vulgaris.*

Subſtitutio vulgaris expreſſa.

Duplex, vel enim verbis exprimitur, vel verbis non expreſſa intelligitur. Exprimitur verbis, vt, *Titius hæres eſto, ſi Titius hæres non erit, Sempronius hæres eſto.*

Expreſſa vulgaris triplex.

Expreſſa triplex eſt, vel vtens verbo ſpeciali, vt *ſubſtituo eum vulgariter*, vel verbo ſpecialiori, vt *ſi hæres eſſe non poterit, vel noluerit, talem ſubſtituo*, vel verbo ſpecialiſſimo, *vt ſi hæreditatem repudiauerit vel ſi abſtinuerit, vel ſi me viuo moriatur, vel ſi poſthumus non naſcatur, Barber. Viator. Iur. Part. 3. rubr. 3. de ſubſtit. n. 28. & ſeqq.*

Subſtitutio vulgaris tacita. Expreſſa fit verbis negatiuis, tacita, affirmatiuis.

Verbis non expreſſa intelligitur, cùm pater filio impuberi ſubſtituit in ſecundum caſum, ſi hæres erit, & impubes deceſſerit. Ergo expreſſa fit verbis negatiuis: tacita, verbis affirmatiuis, *gloſſ. magna in §. qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſtit. l. Titius, 92. & l. ſeq. ff. de hæred. inſtit. & l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Dicitur ſubſtitutio tacita, quia nec generaliter nec ſpecialiter comprehẽditur ex vi verborum, ſed ex legis præſumpta aut coniecturata mente, quâ præſumitur teſtator ſucceſſioni ſuę prouidere voluiſſe.

XXIX. *Quibus verbis fit ſubſtitutio vulgaris?*

Verba ſubſtitutionis vulgaris.

Verba idonea vel ſunt generalia, vt *Titius hæres eſto, ſi Titius hæres non erit, Sempronius hæres eſto*: vel ſpecialia, vt ſi *noluerit Titius hæres eſſe vel non potuerit Sempronius hæres eſto, l. cùm proponas*, C. *de hæred. inſtit.*

XXX. *Quot extremis comprehenditur vulgaris ſubſtitutionis forma?*

Extrema ſubſtitutionis vulgaris.

Duobus, quorum prius ad hæredem refertur, & negatiuè exprimitur, continétque tacitè vel expreſsè duas clauſulas, alterum ad eum cui ſubſtitutio fit, pertinet, & affirmatiuè enuntiatur, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 34 n. 1. v. g. Titium hæredem inſtituo, ſi Titius hæres non erit, Caius hæres eſto*, prius extremum, putà *ſi Titius hæres non erit*, has duas clauſulas habet, *ſi hæres eſſe noluerit, vel non potuerit*, quæ dicitur vulgaris expreſſa ſubſtitutio continens ſub ſe tacitam pupillarem, ex tacita & coniecturata mente teſtatoris per legis poteſtatem introductam, placuit enim ſubſtitutionem filiofamilias impuberi factam, ita, *ſi hæres non erit*, porrigi etiam ad eum caſum, quo poſteaquam hæres extitit, impubes deceſſit, *l. quamuis.* C. *de impub. & al. ſubſtit. & l. cum quidam*, C. *eod.*

XXXI. *Quando conceditur locus ſubſtituto vulgariter?*

Quomodo excludatur inſtitutus.

Tum demum locus ei conceditur ſi inſtitutus hæres excludatur: excluditur autem duobus modis, vel quia non vult, vel quia non poteſt adire hæreditatem: non vult hæres eſſe extraneus repudiando, §. 2. *Inſtit. quib. mod. teſtam. infir. l. 3.* C. *de impub. & al. ſubſtit.* & ſuus hæres abſtinendo ab hæreditate, *l. neceſſarijs, ff. de acquir. hæred.* Non poteſt eſſe hæres, cùm aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius antequam hæreditatem adiret, deceſſerit, aut conditione ſub qua hæres inſtitutus eſt, defectus ſit, §. 1. *Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* aut denique propter incapacitatem ſeu indignitatem: vnde & iſta formula vulgaris ſubſtitutionis refertur, *ſi Titius hæres eſſe noluerit, aut, quod abominor, prius moriatur quàm meam hæreditatem adierit, tum Stichus & Pamphilus hæredes ſunto, l. Lucius Titius qui 85. ff. de hæred. inſtit.* Sic ſubſtitutio vulgaris eſt, *ſi moriatur inſtitutus viuo teſtatore, l. cùm ex filio, 39. §. vlt. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. Lucius, 88. §. filiam, 9. ff. de legat. 2.*

XXXII. *Quando plures inſtituti ſunt hæredes & iis omnibus vnus tantùm eſt vulgariter ſubſtitutus, an ſi vnus adeat hæreditatem ceſſabit ſubſtitutio quoad alium vel alios?*

Diſtinguendum: nam aut ſubſtitutio facta eſt cohæredibus coniunctim ſumptis, ſic, *Si Titius & Seius non adeant hæreditatem Sempronium ſubſtituo*: aut facta eſt cohæredibus ſeorſim & ſeparatim ſumptis, hunc in modum, *Titio hæredi meo ſubſtituo Sempronium, Seio hæredi meo ſubſtituo etiam Sempronium*: priori caſu, ſi vnus adeat, euaneſcet ſubſtitutio reſpectu aliorum, nam coniunctus præfertur ſubſtituto, *l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit* poſteriori caſu, per aditionem vnius ceſſabit ſubſtitutio quoad alios, *Graſſ. in lib. ſentent. §. ſubſtitutio, quæſt. 15. n. 2. Greg. Tholoſ. lib. 42. ſyntag. iur. vniuerſ. c. 16. n. 13. 14. 15. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 46. n. 7. & ſeqq.*

Coniunctus præfertur ſubſtituto.

XXXIII. *Subſtitutio vulgaris tollitne ius ſuitatis, vel ſanguinis?*

Subſt. vulgaris non tollit ius ſuitatis & ſanguinis.

Multi affirmant, & præcipuè *Iaſ. in l. ſi filius hæres, 16. n. 53 ff. de libe. & poſthu.* alij verò & meliùs negant, inter quos ſunt *Paul. de Caſtro, Cumanus, & alij in d. l. ſi filius hæres, Ant. Fab. de error. prag. decad. 3. error. 8. decad. 32. err. 26. item lib. 14* Coniect. *cap. 19. in fi. Gail. lib. 2. obſeruat. 131. n. 6.* Ratio deducitur ex §. *ſui autem hæredes, 3. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def.* vbi ſuus hæres ipſo iure

iure exiſtit hæres, etiam tacendo, ac proinde ſubſtitutũ excludit. Alia ratio elicitur ex *l. fin. ff. de condit. inſtit.* vbi dicitur, quòd ſi filius fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu poſſit impleri, & ei aliquis fuerit ſubſtitutus, tunc ſubſtitutus non admittetur, donec filius perfectè mortuus ſit, etiamſi alius poſſet ipſo viuente conditionem implere: ergo ſubſtitutio vulgaris non tollit ſuitatis vel ſanguinis ius.

XXXIV. *Partes in inſtitutione factæ repetunturne in ſubſtitutione?*

Partes inſtitutionis repetuntur in ſubſtitutione.

Plures inſtituti ſunt in variis partibus expreſſis, & in ſubſtitutione nulla pars eſt expreſſa, vt, *Titius* inſtituit Seium in duabus vnciis, Semptonium in quatuor vnciis, & Caium in ſex vnciis, & ſi vnus non ſit hæres, ei alios ſubſtituit, & ſi duo non ſint hæredes, tertium ſubſtituit, non expreſſis partibus ſubſtitutionis, quæritur quid iuris. Reſpondendum partes inſtitutionis repetendas eſſe in ſubſtitutione, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 478. §. etſi Inſtit. de vulg. ſubſtit. l. 1. C. de impub. & al. ſubſtit. l. 5. l. ſi pater, 9. l. ſi plures, 24. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi dicitur, partes adiectas in inſtitutione repetitas cenſeri in ſubſtitutione. *Iaſ. in l. 1. n. 2. C. de impub. & al. ſubſtit.* Aliter ſe res haberet ſi de voluntate teſtatoris contrarium appareret ex aliqua alia coniectura, *Maſc. concl. 1331. n. 31. & 32.*

XXXV. *Subſtitutio vulgaris expreſſa trahiturne ad fideicommiſſariam?*

Subſtit. vulgaris expreſſa non trahitur ad fideic.

Non quia in vno caſu expreſſo & ſpeciali facta ſubſtitutio, extendi non poteſt, & ad aliam ſubſtitutionem trahi, *l. commodiſſimè, 10. ff. de liber. & poſth.* Adde quòd vulgaris non tantùm ſpecie, ſed etiam genere à fideicommiſſaria differat, *Ant. Fab. defin. 10. C. de impub. & al. ſubſtit.*

XXXVI. *Vulgaris ſubſtitutio habétne locum filio inſtituto decedente in vita patris?*

Caſus quo ſubſtitutio præcedit inſtitutionem.

Habet & valet teſtamentum nõ quoad inſtitutum, ſed quoad ſubſtitutum, *text. in l. ſi pater filium in ſi. & ibi gloſſ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ſic incipiet teſtamentum à vulgari ſubſtitutione, poſito quòd primus gradus ſit nullus, *l. 3. §. ſi ita teſtatus, ff. de lib. & poſth. l. ſi filiusfamiliàs, ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. hæredes autem, n. 54. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

XXXVII. *Quis excludit ſubſtitutum vulgarem?*

Pater excludit ſubſtitutum.

Filio repudiante pater eius excludit ſubſtitutum, *gloſ. in l. cùm non ſolum, §. 1. de bon. quæ lib.* quia repudiatio non debet nocere patri, *Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. per d. l. non ſolum, §. fin. ibi modo, ibi, quaſi ipſe pater ab initio, &c.* Monacho non adeunte, Monaſterium excludit ſubſtitutum, *Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* facit *l. ex ſequenti, ff. ad Syll.* Ratio eſt, quia indignus alium hæredem facit.

Monaſterium excludit ſubſtitutum.

XXXVIII. *Vulgaris ſubſtitutio excluditne ius accreſcendi?*

Subſtit. vulg. excludit ius accreſcendi.

Excludit, *Menoch. lib. 4 præſumpt. part. 2. præſumpt. 40. n. 17. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 11. n. 15. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 25.*

XXXIX. *Subſtitutio vulgaris fit-ne in codicillis?*

Vulgaris quo iure fiat in codicillis.

Non iure directo, *l. hæreditatem, C. de codicill.* ita quidem iure fideicommiſſi, *gl. in l. Scæuola, C. ad Trebell.* Vide quæſt. 6 ſupr.

XL. *Subſtitutionis vulgaris eſt-ne aliquis effectus?*

Inſtitutus & ſubſtitutus non concurrunt.

Subſtitutio vulgaris omni effectu caret quandiu ex inſtitutione poteſt adiri hæreditas, *l. 3. l. quandiu 68. ff. de acq. hæred.* nam inſtitutus & ſubſtitutus nunquam concurrunt, ſi enim vterque ſimul hæreditatem acquireret, ſubſtitutus cohæres diceretur, & eidem ſtatim deferretur hæreditas. Quod ſi hæres inſtitutus aut nolit, aut non poſſit eſſe hæres, ſubſtitutio vulgaris locum habebit, & omnes ab inteſtato venientes hæredes repellet ſubſtitutus, *Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & pulchrè *Zaſ. in tract. ſubſtit. in cap. 1.* duobus caſibus exceptis, primò, ſi mater impuberis cui pater ſubſtituit, exiſtat. non enim videtur pater à luctuoſa hæreditate per tacitam pupillarem matrem excluſiſſe, cùm tacita pupillaris, ſicuti expreſſa contra matrem, non admittatur, *l. cùm eandem, C. de inſtit. & ſubſtit. & reſtit. &c.* Secundò cùm pater filiis ſuis nulla liberorum mentione habita ſubſtituit, tunc ſubſti-

Subſt. vulg. excluditur ab inteſtato [illegible]

tutus nō excludit exiſtentés nepotes vel neptes,etiāſi formulâ ſubſtitutionis non fuerint comprehenſi, quia tacitè videtur ſubeſſe conditio, *ſi ſine liberis*, &c. *l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* &c. aditâ hæreditate per ſubſtitutum, primo hærede non adeunte, in illum actiones hæreditariæ transferuntur *l. hæres inſtituto, C. de imp. & al. ſubſtit.* In ſumma ſubſtitutionis vulgaris quinque erunt effectus, vt vult *Bart.*

Subſtitutionis vulgaris 5. effectus

I. Vt ſi hæres inſtitutus in poteſtate paterna aut dominica ſit, ea verba, *ſi hæres non erit*, intelligenda ſint, ſi alium hæredem non fecerit, quæ potiùs referri debent ad verborum interpretationem quàm ad effectum huius ſubſtitutionis, nam non efficiunt, ſed officiunt & lædunt ſubſtitutum, quem non tantùm inſtitutus antecedit & remouet, ſed etiam inſtituti pater, aut dominus.

II. Si primus gradus inſtitutionis deficiat, teſtamentum vires ſumet à ſecūdo gradu, *id eſt*, à ſubſtitutione vulgari, per quam ſuſtinebitur teſtamentum.

III. Vulgaris expreſſa etiam tacitam pupillarem continet, *l. iam hoc iure, 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ergo ſi pater filio impuberi ita ſubſtituerit, Si filius hæres non erit, Titius hæres eſto, hæc erit formula veræ vulgaris, & ſubſtitutus non modò admittetur ſi filius repudiauerit, aut ſi viuo patre deceſſerit, ſed & ſi adita hæreditate in pupillari ætate deceſſerit, quâ morte deſinit eſſe hæres.

IV. Per vulgarem ſubſtitutionem teſtatori, & eius bonis ſucceditur, non autem hæredi inſtituto.

V. Vulgaris ſubſtitutio filium alioqui ſuum & neceſſarium hæredem, de neceſſario facit voluntarium.

XLI. *Quando euaneſcit ſubſtitutio vulgaris?*

Si inſtitutus hæres hæreditatem adierit, extinguetur ſubſtitutio, nec mirum, quia deficit ſubſtitutionis conditio, *l. poſt aditam, C. de impub. & al. ſubſtit. & in l. ſi quis filiusfamilias, in princ. & ibi Dd. ff. de acquir. hæred.* vt ſi *Titius hæres non erit, Caius hæres eſto*, vnde, ſi Titius adit hæreditatem, deficit conditio ſubſtitutionis, neceſſariò igitur expirat ſubſtitutio. Aditâ inſuper hæreditate bona hæreditaria defuncti fiunt propria ipſius hæredis inſtituti, ita vt non ampliùs dicatur hæreditas, ſed proprium hæredis

Finis ſubſtitutionis vulgaris.

patrimonium, vt eſt *gloſ. in l. 1. §. veteres, ſuper verb. per vnum, ff. de acquir. poſſ.*

Quod dictum eſt de expiratione ſubſtitutionis vulgaris, procedit etſi eſſent plures ſubſtitutionum gradus: v. g. ſi teſtator inſtituat Titium, ſi Titius hæres non erit, inſtituat Seium, ſi Seius hæres non erit tertio loco inſtituat Sempronium, & ſic deinceps: ſanè primo exiſtēte hærede, omnes aliæ ſubſtitutiones vulgares ceſſabunt, vt quod in vno dictum eſt etiam in pluribus ſequentibus decidatur, *arg. l. ſi ſtatua, §. cùm plures, ff. de dam. infect.* Quod dictum eſt, aditione extingui ſubſtitutionem vulgarem, id intelligendum eſt quando ex teſtamento aditur hæreditas, ſecus ſi ab inteſtato, quia illa verba, *ſi hæres non erit*, intelliguntur ex teſtamento, caſus eſt in *l. ſi ſtatum emancipatum, ff. de acquir. hæred.*

Ratio cur aditione expirat ſubſtitutio vulgaris, eſt duplex, 1. quia ſubſtitutio vulgaris ſub hac forma fit, ſi hæres in primo gradu inſtitutus non adit, inſtitutus in ſecundo gradu hæres eſto, *l. 1. & paſſim ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* 2. quia adita hæreditate bona teſtatoris fiunt proprium hæredis patrimonium. *l. ſed ſi plures, 10. §. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Quare aditione expirat vulgaris.

Porrò adita hæreditate ab hærede inſtituto omnes ſubſtitutionis vulgaris gradus expirant, quia omnes concepti ſunt ſub conditione, *ſi inſtitutus hæres non erit*, & hoc intelligendum in ſubſtitutione vulgari formulâ concepta, *ſi hæres nō erit*, ſi ſubſtitutio compendioſis verbis fiat, hoc modo, *quandocunque hæres ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Titium, & quandocunque Titius, Seium*, hoc caſu hæredis aditione expiratet quidem directa vulgaris, ſed non extingueretur fideicommiſſaria quam ſemper compendioſa comprehendit verbis communibus concepta, vt poſteà videbitur.

XLII. *Vulgariter ſubſtitutus eſt-ne ita aditione excluſus, vt poſt repudiatam hæreditatem beneficio reſtitutionis ab inſtituto minore, non poſſit eam conſequi?*

Minor inſtitutus cui ſubſtitutus eſt datus adiit hæreditatem, poſteà in integrum eſt reſtitutus contra aditionem, quæſitum eſt an ſubſtitutio vulgaris quæ per aditionem euanuerat, reſtitutione in integrum reſtauretur? Difficilis eſt

tilis eſt hæc quæſtio, nonnulli pugnant pro patre negatiua, eo quòd conditio quæ ſemel defecit non poſſit reſtaurari, obligatio ſemel extincta non poſſit reuiuiſcere, & qui ſemel hæres extitit, licèt poſtea abſtinuerit, aut contra aditionem reſtitutus fuerit, hæres tamen eſſe non deſinat. Alij putant hoc caſu reſtitui ſubſtitutum ſi venit ad ſubſtitutionem petendam, quia minor non reſtituitur niſi omnia in priſtinum ſtatum reponantur, & ſic niſi reſtauretur ille quaſi contractus quo adeundo quaſi cõtraxit cum legatariis & ſubſtitutis, *§. hæres, Inſtit. de obl. quæ quaſi ex contr.* Ergo ſi vult reſtitui hæres contra aditionem, ſubſtitutus in tali loco reponetur in quo erat ante aditionem, *l. 1. C. de repud. Facit l. ex contractu, 44. ff. de re iudic. & l. 1. §. ſi edita, l. 2. §. ſi bonorum, l. ſiliy, ff. ad Tertyl. ex quibus ll.* amiſſa ſucceſſio reſumitur. Hæc vltima opinio eſt tutior, quia nunquam ſucceſſio legitima & ab inteſtato locum habere debet, quandiu ex teſtamento hæreditas poteſt acquiri, *l. antequam, C. comm. de ſucceſſ. l. quandiu. 89. ff. de reg. iur. Petr. Ferrar. form. lib. quo agitur ex ſubſtit. tit. 50. gloſ. 2. n. 18.*

Subſtitutus reſtituitur reſtituto minore.

XLIII. *Subſtitutio vulgaris ſibi ipſi facta valétne?*

An quis ſibi ſubſtituatur.

Nemo ſibi ipſi ſubſtituitur, niſi cauſa mutata, quia aliam vtilitatem ex ſubſtitutione habet quàm ex inſtitutione, ſic valet ſubſtitutio, *Titius hæres eſto, ſi nauis ex Aſia venerit, & ſi hæres non erit, idem Titius hæres eſto*, conditione deficiente valet ſubſtitutio. Subſtituitur etiã quis ſibi, cùm duo ſunt inſtituti, ſic, *Titius & Seius hæredes ſunto, ſi Seius hæres non erit, Titium in ſuam & Seij partem ſubſtituo. l. fin. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ſed ſi plures, 10. §. 7. & ibi gloſſ. ff. eod.*

XLIV. *Subſtitutio vulgaris poteſtne in legato fieri?*

Subſt. vulg. fit in legato.

Poteſt, ſic, *Titio legatum relinquo, & ſi Titius legatum agnoſcere noluit, Seium ſubſtituo, l. ſi legata, 6. C. de legatis.*

XLV. *Si filius qui eſt in poteſtate, & qui inſtitutus eſt, recuſet hæreditatem, pater excludétne vulgariter ſubſtitutum?*

Pater excludit vulgariter ſubſtitutum.

Excludit, quaſi ab initio fuiſſet pater hæres inſtitutus, *l. fi. §. ſimilique modo. C. de bon. quæ liber.* quem textum ineuitabiliter ſtringere dicit *Iaſ. in l. 1. n. 45. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* poſt *Bart. in d. l. 1. n. 20.* Ratio eſt, quia pater & filius cenſentur eſſe vna eadémque perſona, *l. fi. C. de impub. & al. ſubſtit. §. ei qui, Inſtit. de inut. ſtipul.*

XLVI. *Prælegata veniúntne in vulgari ſubſtitutione?*

Titius inſtituit Caium & Sempronium, quibus prælegata fecit, & ſi ambo, vel eorum alter noluerit aut non potuerit eſſe hæres, Mæuium ſubſtituit, ambo repudiarunt hæreditatem, quæritur an Mæuius ſubſtitutus cogendus ſit prælegata præſtare? Reſpondetur affirmatiuè, quia prælegata videntur relicta ſub conditione, ſi ipſi inſtituti hæreditatem repudiauerint, ita *Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 45. n. 1. 2.*

Prælegata veniũt in vulg. ſubſt.

XLVII. *Venítne vulgaris ſubſtitutus ſi inſtitutus noluit parere conditioni ſub qua fuit inſtitutus?*

Titius inſtituit filiam hæredem ſi nubat Seio, & ſi Seio non nupſerit, Sempronium ſubſtituit: illa non paruit conditioni, quæritur an Sempronius ſit admittendus? Reſpondendum Sempronium eſſe admittendum ſi per filiam ſtetit quominùs Seio nupſerit, ſed non ſi ſteterit per Seium, *l. 1. & ibi gloſſ. C. de inſtit. & ſubſtit. Roger. in tract. de vulg. ſubſtit. §. 2. ſub num. 18.* Ergo ſi per inſtitutum ſtetit quo minùs conditio ſit impleta, & non ſit turpis conditio, admittetur ſubſtitutus, ſed non ſi per alium ſtetit, aut ſi conditio ſit turpis, *Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 51. n. 2. & 3.*

Subſtitutus præfertur inſtituto qui non paruit conditioni.

XLVIII. *Si ſubſtitutio vulgaris fiat ſub duplici conditione, ad hoc vt illa valeat, debéntne ambæ impleri?*

Inſtitui Titium ſub hac duplici conditione, *ſi Capitoliũ aſcenderit, & ſi Seio centum dederit*, deinde ei ſubſtitui Sempronium, quæritur an ſubſtitutio valere poſſit ſi inſtitutus vni tantùm cõditioni paruerit? Reſpondetur, ad excludendum ſubſtitutum vtriuſque conditionis exiſtentiam requiri, ſi illæ conditiones ſint appoſitæ per copulam, *l. ſi hæredi plures, 5. ff. de condit. inſtit. §. penult. Inſtit. de hæred. inſtituen.* quia vnius loco habentur, *d. l. ſi hæredi plures.* Quòd ſi con-

Conditiones plures an ſint implendæ.

ditiones illæ diſiunctim ſint appoſitæ, *Titium inſtituo ſi Capitolium aſcenderit, vel Seio centum dederit*, ſatis eſt ad excludendum ſubſtitutum ſi vna conditio impleatur, quia in diſiunctiuis & alternatiuis ſufficit alterutrum fieri, *l. ſi quis ita, 129. ff. de verb. oblig. l. ſi is qui, 13. §. cùm ita, ff. de reb. dub.* aliquando particula *aut*, recedens à natiua ſignificatione, habet vim copulandi, vt in *l. 4. C. de verb. & rer. ſignif. & in l. generaliter ſancimus, C. de inſtit. & ſubſtit. tum in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.* & tunc ambæ conditiones ſunt implendæ.

XLIX. *Tota ſubſtitutionis vulgaris natura quomodo breui compendio explicari poteſt?*

Compendium ſubſtitutionis vulgaris

Sic, 1. Subſtitutio vulgaris eſt hæreditatis ab inſtituto in ſubſtitutum tranſlatio. 2. dicta eſt vulgaris quia à quolibet & cuilibet fit. 3. locum habet quando inſtitutus non adit, aut quòd nolit, aut quòd non poſſit. 4 Concepta in caſu ſi nolit, trahetur ad caſum ſi non poſſit, niſi reddi queat ratio cur vno potiùs quàm alio caſu ſubſtitutus admittatur. 5. Tranſmiſſarius excludit ſubſtitutum vulgarem, ſi tranſmiſsio fiat ratione ſanguinis, vel ratione iuris deliberandi, at nō ſi agatur de trāſmiſſorio ſuitatis, quia ſi vulgaris fiat ſuo hæredi, facta cenſebitur ſi abſtinere voluerit. 6. Quando adita eſt hæreditas, & poſteà repudiata, ſubſtitutus vulgaris non poterit ſubſtitutionem petere. 7. Duplex eſt ſubſtitutio vulgaris, expreſſa, quæ verbis, exprimitur, & tacita, quæ verbis non expreſſa intelligitur. 8. Generalis effectus ſubſtitutionis vulgaris eſt, vt ſi hæres, primo gradu inſtitutus, nolit, aut nō poſſit eſſe hæres, ad ſubſtitutum omnia teſtatoris bona peruenire debeant & ſubſtitutus omnes ab inteſtato venientes repellat. 9. Locum non habet ſubſtitutio vulgaris ſi ſubſtitutus ante teſtatorem aut inſtitutum hæredem moriatur.

DE SVBSTITVTIONE pupillari.

L. *Quid eſt ſubſtitutio pupillaris, & vnde dicta?*

Subſt. pupill. moribus introducta.

Subſtitutio pupillaris moribus ſeu conſuetudine introducta, eſt quam pater ſibi ipſi faciens teſtamentum filio legitimo, in poteſtate ſua conſtituto, & impuberi tam poſthumo quàm nato, tam exhæredato quàm inſtituto facit, *in princ. Inſtit. de pupill. ſubſtit. l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ſi teſtamento, C. de impub. & al. ſubſtit.* Ergo cauſa eius efficiens eſt patris voluntas in cuius poteſtate hæres conſtitutus eſt, *d. l. ſi teſtamento.* Formalis cauſa eſt, vt pater ſibi faciens teſtamentum, in illo filium in ſacris cōſtitutum impuberem hæredem, vel exhæredem ſcribat, ſubſtituátque ſi intra pupillaria decedat, hoc modo, *Titium meum impuberem hæredem vel exhæredem ex cauſa, &c. facio, & ſi hæres erit, & intra pubertatis tempora deceſſerit, Caius hæres eſto.* Permittitur itaque parentibus hac ſubſtitutione pupillari liberis impuberib⁹ teſtamentum facere, *l. 2. ff. de vulg. & pupill.* ſeu dare hæredem iis ſuccedentem in omnia bona impuberis, nō tantùm quæ ex inſtitutione, aut alio modo à patre accepit, ſed etiam quæ illi obuenerint aliunde, vel viuo patre, vel mortuo, *l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Ea, quid ſit.

Cauſa ſubſtitutionis pupill.

Subſtitutio pupill. vnde ita dicta.

Dicta eſt pupillaris ſubſtitutio, quia ſolùm & propriè fit pupillis, fit enim vſque ad tempus pubertatis, & non vltra, *Latrigl. de ſub. it. cent 1. quæſt. 58. n. 2.*

L I. *Quomodo differt ſubſtitutio pupillaris à vulgari?*

Subſtitutionis vulg. ex pupill. differentia.

Sic vulgaris fit cuiuis hæredi, & à quocunque, pupillaris impuberi tantùm fit, & à parentibus iis qui inſtitutum in poteſtate habent: vulgaris fit in caſum non aditæ hæreditatis: pupillaris in caſum aditæ hæreditatis, & mortis: vulgaris, hæreditatis acquiſitione expirat: pupillaris pubertate eius cui ſubſtitutum eſt: vulgaris deſcendit ex l. 12. tabular. pupillaris moribus inducta eſt, *in princ. Inſtit. de pupill. ſubſtit. & l. 2. in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

L I I. *Vt ſubſtitutio pupillaris vim habeat quænam requiruntur?*

Requiſita in ſubſtitutione pupillari.

Requiruntur quædam in perſona liberorum quibus ſubſtituitur, quædam in conditione huius ſubſtitutionis propria, quædam in ſolennibus externis. Requiritur in perſona liberorum vt liberi illi ſint legitimi & naturales, nempe ſui, *Inſtit. in princ. de pupill. ſubſtit.* vel naturales legitimati, *Aret. Inſtit. de pupill. ſubſtit. n. 4. per auth. item ſi quis, C. de*

C. de natur. liber. vt liberi ſint impuberes in poteſtate patris conſtituti : & vt poſt mortem eius iuris ſui ſint futuri, nec in alterius poteſtatem recaſuri, *l.* 2. D. *de vulg. & pupill. ſub ti.*

Conditio pupillaris ſubſtitutionis propria eſt, vt liberis impuberibus ſubſtituatur in caſum, ſi hæres erit, & intra pubertatem deceſſerit : exhæredatis autem ſi impubes intra pubertatem deceſſerit, *... §. non ſolum, l. ... d. pup. ſub.*

Circa ſolennia externa requiritur, 1. vt pater priùs ſibi ipſi teſtamentum faciat : 2. vt priùs ſibi inſtituat hæredem, priúſque ſibi teſtamẽtum faciat, & poſteà pupillariter ſubſtituat, Bart. *in l.* 2. *n.* 17. *per illum tex. in §. prius, ff. de vulg. & pupill. ſub tit.* 3. vt eius teſtamentum aditione hæredis confirmetur, *l.* 2. *verſ. ad.o ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vb Bart. *n.* 2.

LIII. *Poteſtne ſubſtitutio pupillaris fieri in teſtamento imperfecto inter liberos facto?*

Subſt. pupill. fit in teſtamento imperf. patris inter liberis

Poteſt, ſi ſubſtitutus ſit de liberis teſtatoris, non ſit extraneus, ita ſentit Bart. *in l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in ſexto requiſito* ; *ita tenet* Vaſq. *de ſucceſſ. progr. lib.* 2. §. 13. *num.* 117. 118. *&* 119.

LIV. *Si teſtamentum patris vitio aliquo laboret, an nihilominus valebit pupillaris ſubſtitutio?*

Subſt. pupill. non valet in teſtamento vitioſo facta.

Non, & hanc dicit eſſe communem opinionem Petr. Ferrar. *... quo agit, ex ſub. ... n.* 50. *...* 3. *n.* 12. ita etiam Bart. *in l.* 2. *n.* 18. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Nam legitimarum ſucceſſionum iuri reſeruatur ſucceſſoribus impuberis vt ſucceſſoribus patris ſi principale teſtamentum non ſubſiſtat vt imperfectum. Et cùm filio præterito teſtamentum patris tollatur, & corruat, pupillarem etiam ſubſtitutionem corruere neceſſum eſt, §. *liberis*, 5. *Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Tamen nepos ex filio emancipato in poteſtate retentus licèt præteritus, non rumpit teſtamentum, ac proinde non infirmatur ſubſtitutio, Bart *in l. ... §. & quid ſi tantùm, D. de lib. & poſth.* Pro hac communi opinione ratio eſt neruoſiſſima; ſi ipſemet impubes ſibi poſſet teſtamentum facere, perfectum facere deberet, alioqui corrueret eius voluntas & diſpoſitio: atqui non plus poteſt pater in diſpoſitione bonorum filii contra legis præſcriptum quàm poſſet filius ſi ſibi teſtamentum faceret: & hoc verum eſt, quocunq; vitio laboret, & nullum ſit teſtamentũ.

LV. *Quandiu valet ſubſtitutio pupillaris?*

Quouſque porrigatur ſubſtitutio pupill.

Regulariter valet ſubſtitutio pupillaris in maſculis vſque ad annum 14. & in fœminis vſque ad duodecimum. Quod tamen tempus poteſt à parente contrahi, ita vt ſubſtitutio vltra tempus contractum non valeat : ſic *Titius inſtituit hæredem ſilium ſuum impuberem, qui non excedebat decimum annum, & ita ei ſubſtituit, ſi filius meus deceſſerit intra decimum annum, Seius hæres eſto*, teſtator deceſſit, impubes etiam deceſsit, ſed poſt decimum annum, & infra decimum quartum, ſubſtitutus non habebit hæreditatem, quia in eum caſum non fuit ſubſtitutus, *l. ſi ita quis*, 21. *& ibi gloſſ. l. qui plures*, 38. *l. ex facto*, 43. § *... q ... ,* 1. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Quod ſi ſubſtitutio vltra pubertatis tempus porrigatur valebit vt pupillaris & directa, vſque ad pubertatis tempus : ſi modò facta ſit verbis ciuilib⁹ & directis, poſteà valebit vt indirecta & fideicommiſſaria, ſi verba adſint precaria, *l. verbis ciuilibus*, 7. *& ibi gl. l. in pupillari*, 16. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Ratio cur puberi in hunc caſum, *ſi hæres erit*, ſubſtitui non poteſt, eſt, ne hâc viâ teſtãdi facultas ei auferatur. Poteſt tamen pater rogare filium ſuum inſtitutum vt poſt pubertatem alii reſtituat hæreditatem, & ſic fiat fideicommiſſo, quod ſubſtitutione directa facere nõ poterat. §. *vlt. Inſtit. de pup. ſubſtit.* Tamen notatu dignum eſt quod dicit Bart. *in l. verbis*, *n.* 7. *& alibi ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ſi maiori & puberi facta ſit pupillaris, eam non valere, etiam iure ſubſtitutionis obliquæ, ſiue iure fideicommiſsi, facit *l. centurio, ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Ratio eſt quia ſubſtitutio pupillaris ſpeciali iure recepta eſt, & iura ſingularia, vt contra iuris præcepta introducta, extendi non debent, *l. quod verò, ff. de legib. l.* 1. *ff. de conſtit. Princip.*

Iura ſingularia nõ ſunt extendenda.

LVI. *Pupillaris ſubſtitutio poteſtne fieri ex interuallo, alia horâ ſeparata poſt teſtamentum patris, & alia formâ?*

Subſt. pupill. fieri poteſt ex interuallo

Poteſt *l. ſi quis eum*, 16. § 1. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi de diuerſa hora agitur : & *l. ſi ita ſcriptum*, §. *fin. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* vbi alius formæ fit mentio, nempe quòd teſtamentum patris fieri poſsit in

ſcriptis, & teſtamentum pupillare per nuncupationem. Adde quòd vbi eſt diuerſitas temporis, ibi etiam ſit diuerſitas formæ.

LVII. *Si conſtet institutum deceſſiſſe, tamen non conſtet in qua ætate, pro quo erit præſumptio, an pro ſubſtituto, vt præſumatur in pupillari ætate deceſſiſſe inſtitutus, vel pro legitimis hæredibus, vt præſumatur poſt pubertatem mortuus?*

Diſtinguendum, aut hæreditas ab alio poſſidetur quàm à ſubſtituto, & eam petit ſubſtitutus, tunc ipſe probare debet ætatem pupilli: aut ipſe poſſidet, & eam legitimi hæredes vindicare volunt, tunc ipſis incumbit probare hæredem puberem eſſe mortuum. Ratio eſt, quia quicunque fundare cupit intentionem ſuper ætate ſua aut aliena, debet ætatem probare, *l. cùm de ætate, D. de probat. l. de ætate, ff. de minorib.*

Fundãs ſe ſuper ætate eam probare debet.

LVIII. *Si pater filio impuberi ſubſtituerit, deinde ab hoſtibus captus apud eos deceſſerit, defuncto poſtea impubere in ciuitate, præferetúrne ſubſtitutus hæredi legitimo?*

Præfertur, quia pater qui non rediit, iam tunc deceſſiſſe intelligitur ex quo captus eſt, per *l. lex Cornelia, D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ac proinde fateri cogimur ſubſtitutionem pupillarem neceſſariò ſuas vires tenere: filius quippe morte patris ſui iuris efficitur, & poſtea moritur, & cùm per legem Corneliam firma maneant teſtamenta, non ſolùm eorum qui apud hoſtes deceſſerunt, ſed etiam omnes illæ hæreditates quæ ex eiuſmodi teſtamentis ad quemcunque pertinere potuiſſent, ſequitur ſubſtitutionem pupillarem valere debere, *l. pater. 10. cum l. ſi q. ff. de captiuis. & d. l. lex Cornelia, & l. cohæredi, 41. §. cùm filia, ff. de vulg. & pup. ſubſtit.*

Subſtitutus quandoque præfertur hæredi legitimo.

LIX. *Pupillaris ſubſtitutio verbis pupillaribus & directis facta, potéſtne poſt pubertatem in fideicommiſſariam transformari?*

Non, vt optimè docuit Accurſ. *in l. in pupillari D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* alioqui auferretur ipſi filio libera de bonis teſtandi diſpoſitio.

Subſtitut. pupill. non mutatur in fideic.

LX. *Poteſtne ſubſtitui filio impuberi etiam naſciturus poſt mortem ipſius ſilij?*

Titius inſtituit hæredem filium impuberem, deinde ei ſubſtituit naſciturum poſt mortem ipſius impuberis, mortuus eſt impubes filius inſtitutus, & poſt eius mortem natus eſt poſthumus, quæritur an is habitus ſit hæredem impuberis mortui fratris ſui? Affirmat Pomponius, *l. ſubſtitut. 17. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Dicitur enim *in l. 2. §. prius autem in fi.* poſthumum ſuum filio impuberi poſſe quemlibet ſubſtituere.

Naſciturus ſubſtitui poteſt impuberi.

LXI. *Valétne ſubſtitutio pupillaris etiamſi pupillus non fuerit hæres inſtitutus?*

Valet, nempe ſi impubes exhæredatus fuerit, §. *igitur*, 4. *inſtit. de pupill. ſubſtit. l. ſed ſi plures, 10. §. ad ſubſtitutos, 5. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. qui fundum, 87. §. qui filio, 7. D. ad leg. falcid.*; Ita Gratianopoli iudicarum refert Papo, *lib. 20. tit. 3. art. 4.*

Subſtitutio pupill. valet licet pupillus non ſit inſtitutus.

LXII. *Si pupillaris ſubſtitutio non contigerit veniente ſubſtituto, poteritne in hæredes ſubſtituti tranſmitti?*

Non, ſpes enim ſubſtitutionis pupillaris non tranſit ad hæredem pupillariter ſubſtitutum, *l. qui habebat, 47. & ibi gloſſ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Iaſ. *in l. ſed ſi plures, 10. n. 1. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Spes non tranſmittitur.

LXIII. *Auus potéſtne pupillariter ſubſtituere nepotibus recaſuris in poteſtatem patris poſt mortem ſuam?*

Non, *l. 2. §. nepotibus, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quia in poteſtatem alterius recaſuri ſunt, ſic enim faceret iniuriam patri, Iaſ. *in d. l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Vaſq. *de ſucceſſ. progr. lib. 2. §. 12. n. 87.*

Auus non ſubſtituit nepoti recaſuro in poteſtatem patris.

LXIV. *Pupillariter ſubſtitutus potéſtne ſeparare hæreditatem pupilli à patris hæreditate?*

Non, neque enim cùm filius agnouit paternam hæreditatem poteſt ſubſtitutus ei pupillariter, habere pupillarem ſine paterna, & ſic ſeparare hæreditates, vt filii habeat, ſed non patris hæreditatem, nam vnum patrimonium eſſe cœpit, *l. ſed ſi plures*, §. *filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. moribus, 2. §. prius autem, 4. ff. eod.* Quòd ſi pupillariter ſubſtitutus incapax ſit bonorum patris, tunc ſeparare poterit pupilli hæreditatem ab hæreditate patris, ita Iaſ. *in d. l. ſed ſi plures, n. 1. per l. ſi is qui, 6. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* nam prohibitus ſuccedere patri, fratri ſuccedere non prohibetur, etiam ex diſpoſitione patris, Iaſ. *in d. l. ſi is qui, n. 1.*

Subſtitutus non poteſt ſeparare hæreditatem patris & pupilli.

LXV. *Patruus ſubſtitutus excludítne liberos nepotis?*

Pater

Pater inſtituit nepotem ex filio, & ei ſubſtituit filium ipſius teſtatoris, patruũque ipſius nepotis, nulla adiecta conditione liberorum extantium, moritur nepos inſtitutus liberis relictis, & patruo ei ſubſtituto, quæſtio mouetur an patruus ſubſtitutus nepotis liberos excludat. Reſpondendum liberos nepotis inſtituti

Liberi nepotis inſtituti excludunt auũ.

excludere patruum ſubſtitutum, *per l. cum auus filium, ff. de condit. & demonſt.* quæ quidem lex mirum in modum operatur in vltimis voluntatibus, nam vult vt omnes caſus quos veriſimiliter teſtator explicare debuiſſet, per errorem ſcribentis teſtamentum omiſſi præſumantur: & vt plus dictum à teſtatore quam ſcriptum à notario præſumatur, maximè cùm adeſt pietatis coniectura.

LXVI. *Si teſtator inſtituat filium & his verbis ei ſubſtituat,* Quandocunq; filius meus deceſſerit, lego Titio mea bona, *eritne hæc ſubſtitutio pupillaris an fideicommiſſaria?*

Diſtinguendum, vel enim ille cui Titius ſubſtitutus fuit, fuit hæres per aditionem, vel non: priori caſu ſubſtitutio erit fideicommiſſaria, *arg. l. cogi, 16. §. ſi quis hæres, 4. ff. ad Trebel.* Poſteriori caſu, tunc infra pupillarem inſtituti valet vt directa, quia verbum *lego*, naturâ ſuâ trahitur

Verbum lego trahitur ad ſubſtitutionem.

ad ſubſtitutionem *l. ſi tum, §. ſi legata, ff. de leg. præſtan.* Ita Barb. Viator. *tr. part. 3. rubr. 3. de ſubſtit. n. 144.*

LXVII. *Emancipatis naturalibus, & ſpuriis poteſtne pupillariter ſubſtitui?*

Cùm poteſtas patria tribus modis conſtituatur, iuſtis ſcilicet nuptiis, legitimatione, & adoptione, conſtat tantùm natis ex iuſtis nuptiis ſubſtitui poſſe, legitimatis & adoptatis: non emancipatis, non naturalibus, non ſpuriis, niſi ſub legitimationis conditione, *l. in tempus, D. de hæred. inſtit.* Etiamſi emancipatis pupillariter non poſsit ſubſtitui, tamen in illis excogitatum eſt ſubſtituendi genus quoddam vulgari ſubſtitutioni ſimile, de quo in *l. cum ex filio, 39 D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quæ ſubtilis & difficilis eſt, vt ait Iaſ. *ibid.* nempe eorum inſtitutio amittetur, & in tempus pubertatis per fideicommiſſum relinquetur.

Quibus liberis pupillariter ſubſtituatur.

LXVIII. *Mater poteſtne pupillariter ſubſtituere?*

Mater nõ poteſt ſubſtituere pupillariter.

Cùm mater liberos in poteſtate non habeat, §. *fœmina, 10. Inſtit. de adopt.* iiſdem pupillariter ſubſtituere non poteſt, *l. 2. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. ſi mater, 33. & ibi gloſſ. pupillaribus, ff. eod.* Vigl. *in princ. Inſtit. de pupill. ſubſtit. num. 5. ibi tertio annotat.* Hæc opinio videri poſſet dubia, cùm ex Nou. 118. omnis inter emancipationem & patriam poteſtatem ſit ſublata differentia.

Dubium.

Verùm ceſſabit dubitandi ratio, ſi dicamus non ſimpliciter differentiam iſtam per *d. Nou.* eſſe ſublatam, ſed tantùm in ſucceſſione ab inteſtato.

Solutio.

Quod dictum eſt, limitatur, vbi ex ſtatuto, vel conſuetudine liberi matris poteſtati ſubiiciuntur, nam quin iiſdem pupillariter mater ſubſtituere poſsit, non eſt dubium, vt *not.* Bart. *& Dd. ad l. Gallus, D. de lib. & poſth.* Cautela hæc notanda venit vt mater liberos ſuos impuberes tum demum ſi ad annum decimum quartum ætatis peruenerint, vel maiores facti fuerint, hæredes inſtituat, & ſi antequam ad eam ætatem perueniant vel maiorennes fiant, eis alium ſubſtituat, tunc ſubſtitutio valet, *l. ſi mater 33. D. de vulg. & pupill. ſubſtit,* eo quòd hæc ſubſtitutio potiùs ſit vulgaris quàm pupillaris, Cuiac. *ad d. l. ſi mater, lib. 7. ad Afri.* & tantùm ratione effectus, quem diſsimilem habet cum pupillari, talis vocetur, Vigl. *ad princ. Inſtit. de pupill. ſubſtit. n. 6. verſ. eſt etiam enim hæc, & ſeq.*

Quo caſu valet ſubſtit. pupill. à matre facta.

LXIX. *Si ſubſtitutio pupillaris pluribus ſit facta, quando admittetur ſubſtitutus?*

Diſtinguendum, vel enim facta fuit ſubſtitutio pluribus filiis impuberibus à patre collectiuè, & cum adiectione nominis collectiui, vt putà, *ſi ambo, vel vterque deceſſerit,* & tunc ſubſtitutus non admittitur niſi in vtraque perſona verificata fuerit, *id eſt*, niſi vterque impuberum deceſſerit; *l. cum quidam, 10 C. de impub. & al. ſubſtitut.* Idem dicendum ſi agatur de duobus ſanguine iunctis, tunc enim præſumendum quòd mens teſtatoris fuerit, vt vno eorum moriente alius debeat ſuccedere tanquam magis dilectus quàm ſubſtitutus, Iaſ. *in d. l. cum quidam, n. 4.* Vel facta fuit ſubſtitutio diſtributiuè, *id eſt*, cum adiectione nominis diſtributiui, & quilibet vocatur in virilem perinde ac ſi ſingulariter vocati eſſent, vnde ſi verba teſtamẽti talia ſint, *quiſquis mihi hæres eſto, & tertius filio meo hæres eſto.* tres videntur eſſe

Quando admittatur ſubſtitutus cùm plures pupilli ſunt inſtituti.

ſubſtituti, & quilibet in trientem vocatus, *l. ſi quis duobus*, 11. *C. de impub. & al. ſubstit.* Vel ſi ita ſe habeant teſtamenti verba, *Titius vnà cum filiis ſuis, & Sempronius hæredes mihi ſunto*, hac ſpecie, cùm & naturâ pater & filius eadem perſona intelligantur, dimidia quidem pars Titio cum filiis, altera dimidia Sempronio aſsignabitur, *d. l. ſi quis duobus.*

LXX. *Quodnam tempus ſpectandum in pupillari ſubstitutione quoad poteſtatem patriam?*

Tempus pupillaris ſubſtitutionis quoad patriã poteſt.

Duo tempora ſpectanda ſunt, nempe tempus mortis teſtatoris, & tempus facti teſtamenti, *l. cohæredi*, §. *cùm filia*, D. *de vulgar. & pupill. ſubstit.* Excipitur poſthumus, qui licèt in poteſtate reuerà non ſit, *l. vltim.* D. *de collat. bonor.* quadam tamen ius interpretatione in poteſtate eſſe fingitur, quia de eius commodo agitur, *l. qui in vtero*, 7. *D. de ſtat. hom.* Quòd ſi intermedio tempore extinguatur patria poteſtas, quæ deinde adoptione rurſus acquiratur, ſubſtitutio conualeſcet, *argum. l.* 49. §. *ſi extraneum*, *ff. de hæred. instit. l. non putauit*, §. *ſi quis emancipat. D. de bonor. poſſeſſ. tab. l. filio.* 23. *D. de lib. & posth.* Debet igitur impubes cui pater pupillarem ſubſtitutum dat, in patria poteſtate eſſe tam tempore facti teſtamenti quàm tempore mortis teſtantis patris, nec ſufficiet vt in poteſtate ſit tempore facti teſtamenti: nam ſi vel poſteà, vel emancipatione, vel aliter ſui iuris fiat, intercident pupillares tabulæ, *l. pater*, 10. *D. de captiuis.* Bart. *in l.* 2. *numer.* 14. *D. de vulgar. & pupillar. ſubstitut.*

LXXI. *In pupillari ſubstitutione ſuntne plura teſtamenta, an vnum tantùm?*

In ſubſtit. pupill. duo ſunt teſtamenta & quomodo.

Sunt plura, duo nempe, ſi hæreditates & inſtitutiones hæredú ſpectentur, in teſtamento n. patris de hæreditate patris agitur, cui ſucceſſor deſignatur, in ſubſtitutione pupillari de bonis impuberis quibus hæres inſtituitur: teſtamenta autem diſtinguuntur hæredum inſtitutionibus. At vnicum eſt teſtamentum, tam iure ciuili, quàm prætorio, ſi ſpectemus eum qui condit teſtamentum, patrem ſcilicèt; & id quod fit principaliter, teſtamentum videlicet principale, cuius acceſsio & appendix

Quomodo vnicum ſit.

eſt teſtamentum pupillare. *l. patris & filij, ff. de vulg. & pupill. ſubstit.*

LXXII. *Pater debétne primò impuberi filio, deinde ſibi facere teſtamentum?*

Non, quia priùs quis ſibi debet hæredem ſcribere, deinde filio, & non conuertere ordinem ſcripturæ, *l.* 2. §. *prius*, D. *de vulg. & pupill. ſubstit.* Et hoc potiſsimùm verum eſt cùm ſubſtituitur exhæredato: nam cùm ſubſtituitur inſtituto, ſcripturæ ordo non adeo ſtrictè eſt obſeruandus, quia manifeſta eſt ſucceſſionis ratio.

Pater prius ſibi, cum filijs facit teſtamentum.

LXXIII. *Quotuplex est ſubstitutio pupillaris?*

Duplex, vna, quæ exprimitur verbis, vt *Titius filius hæres mihi esto, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, Seius hæres esto, Instit. de pupill. ſubstit.* 1. *reſpon.* Vel ſic, *instituo mihi in hæredem Titium filium meum pupillum, & ſi non erit hæres, aut ſi erit hæres, & infra annos pubertatis, vel in pupillari ætate deceſſerit, ſubstituo ei Seium.* Altera, quæ non expreſſa intelligitur, vel ex præſumpta mente legis, vel ex coniecturis teſtatoris, vt *filius meus impubes hæres esto, & ſi ille non erit, iste hæres esto*, vel ſic, *Quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo*: Illa exprimitur expreſſa conditione ſubſtitutionis, hæc pro expreſſa habetur, ſi pater filio impuberi inſtituto ſubſtituit in primum caſum, ſi hæres non erit, vt quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo. §. *ſubstituitur, Instit. de pupill. ſubstit.*

Subſtitutio pupill. expreſſa.

Tacita.

LXXIV. *Tacita pupillaris continetúrne ſub expreſſa vulgari, & contrà pupillaris expreſſa ſub tacita vulgari?*

Cùm pater filio impuberi vulgariter ſubſtituit, ſic, *Filium meũ impuberem hæredem instituo, & ſi mihi hæres non erit, Titium ei ſubstituo*, intelligitur etiam ſubſtitutio pupillaris tacitè, & ita ſi impubes non ſit hæres, Titius erit hæres ex ſubſtitutione vulgari: ſi ſit hæres, ſed moriatur in pupillari ætate, Titius erit hæres ex tacitè ſubintellecta ſubſtitutione pupillari, *l. iam hoc iure*, 4. *in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubstit.* At hoc intelligitur niſi mater fuerit in medio, vel niſi de contraria teſtatoris mente appareat, *in l.* 4. *in princ. ff de vulg. l. precibus*, C. *de impub. & al. ſubst. l. vlt.* C. *de instit. & ſubst.* Vel etiam niſi vulgaris inter perſonas diſpares ætate aut códitione facta fuerit, *l.* 4. §. 1. *ff. de vulg. & pupill.*

Tacita pupill. continetur ſub expreſſa vulgari.

Pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem. *pupill. ſubſtit.* Pupillaris etiam expreſſa continet tacitam vulgarem, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 24. vbi multos allegat. Latè Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 1. *quæſt.* 39. *per tot.*

LXXV. *Subſtitutio pupillaris excluditne matrem?*

Cùm impubes cui vulgariter ſubſtitutus datus eſt, intra pubertatem decedit matre ſuperſtite, quæ pariter inſtituta priùs eſt cum filio, tunc ſubſtitutus non excludit matrem; *l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit.* non enim videtur pater à luctuoſa hæreditate per tacitam pupillarem excluſiſſe, cùm tacita pupillaris contra matrem non admittatur, *d. l. vlt.* niſi certæ ſint coniecturæ quæ contrarium ſuadeant, vt ſi quid matri relictum ſit quod non à pupillo aut eius tutore, ſed à ſubſtituto pupillari præſtari debeat: niſi etiam appareat patris mentem fuiſſe vt ſubſtitutus matri præferatur, Fab *def.* 16. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Quoad expreſſam pupillarem, ea matrem & alios aſcendentes excludit, *l. Lucius*, 45. *D. de vulg. & pupillar. ſubſtit.* *l. Papinianus*, §. *ſed nec impuberis*, *D. de inoffic. teſtam.* *l. precibus*, *C. de impub. & al. ſubſtit.* ſiue expreſſa ſit verbis expreſsis ſiue generalibus, vt ſi dicatur, *ſi filius inſtitutus moriatur in pupillari ætate*. vel ſi dicatur, *quandocunque moriatur*, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 1. *quæſt.* 90. Expreſſa etiam à legitima matrem excludit, Intrigl. *ibid. quæſt.* 91. Fuſiùs de hac quæſt. in 1. *part. ſupr. tit. de pupill. ſubſt.*

Tacita pupillaris non excludit matrem.

Expreſſa pupillaris matrem excludit.

Expreſſa excludit matrem à legitima.

LXXVI. *Clauſula codicillaris teſtamento adiecta trahitne ſubſtitutionem pupillarem extraneo factam ad fideicommiſſum?*

Clauſula codicillaris trahit pupillarē ad fideicomm. Trahit, *per Leam. vbi Iaſ. & Dd. C. de fideicommiſſ.* Quinetiam communiter exiſtimatur ſubſtitutionem eiuſmodi, quālibet ciuilibus verbis factam, tantùm ad fideicommiſſum trahi, *Weſembec. conſ.* 315. *n.* 3. & 5. *Facit l. Scæuola*, 76. & *ibi gloſ. obligetur, ad Trebell.*

LXXVII. *Debétne pupillus apud pupillariter ſubſtitutum educari?*

Pupilli educatio non eſſe committenda ſubſtituto. Succeſſio ex ſpe ſucceſsionis procedens efficit ne pupilli educatio proximo ſubſtituto committatur, *l. educatio*, & *l. vtrum*, *C. vbi pupill. educ. &c.* Ob ſuſpicionem euitandam malè tractandi pupillum, quam ſucceſſionis ſpes præbet, *d. l. vtrum*.

LXXVIII. *Subſtitutio duabus impuberibus ſi vterque deceſſerit in pupillari ætate, & altero ex eis mortuo, excluditne ſuperſtitem pro parte defuncti?*

Hæc quæſtio referri debet, *ad* 69. *ſupra*: Quidam duos habet filios impuberes quos inſtituit ſibi hæredes, & ſi vterque impubes deceſſerit, iiſdem Titium ſubſtituit, moritur pater, & poſt eum alter ex filiis, cui ſuccedere vult ſubſtitutus ex teſtamento, ſed ſeſe opponit cohæres frater, aſſerens ſe fratri ſuccedere ab inteſtato. *Lex cum quidam*, *in C. de impub. & al. ſubſtit.* ex Sabinianorum ſententia, aſſignat ſucceſsionem fratri ad excluſionem ſubſtituti, eo quòd ſic videatur patris voluntas, vt inter ſuos filios conſtruetur ius legitimæ ſucceſſionis, *l. ſi frates*, 25. *ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* non ſolùm quia fratres ſunt, & cognatione iuncti, ſed etiam inſtituti, & conditio verbo collectiuo, *vterque*, expreſſa, non ſit impleta. *Cohæres frater excludit ſubſtitutum.*

LXXIX. *Quinam ſunt ſubſtitutionis pupillaris effectus?*

Iſti. I. Vt expreſſa pupillaris tacitam vulgarem in ſe comprehendat, prout expreſſa vulgaris tacitam pupillarem, *l.* 4. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* *l. vltim. C. de inſtit.* *Sex pupillaris ſubſtitutionis effectus.*

II. Sicut per vulgarem ſubſtitutionem ſubſtitutus ipſi teſtatori ſuccedit, non autem hæredi inſtituto ita per pupillarem ipſi pupillo ſuccedit ſubſtitutus, non autem patri teſtanti, §. *pen. Inſtit. de pupill. ſubſt.* ac proinde ſicut inſtitutus à patre eſt hæres patris, ita ſubſtitutus pupillo datus, quamuis iudicio patris, pro hærede tamen pupilli habetur.

III. Per pupillarem expreſſam mater ab omni ſucceſſione filii, etiam ab ipſa legitima excluditur; *l. Papinianus*. §. *ſed neque*, *D. de inoffic. teſtam.*

IV. Quicunque patri hæres fuerit, idē erit ipſi impuberi hæres, *l.* 2. §. *vſque adeò*, *l. ſed ſi plures*, *verſ. quos poſſum*, *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

V. Sicut in vulgari & fideicommiſſaria ſubſtitutione ſubſtitutus ſubſtituti eſt ſubſtitutus inſtituti, non ſic vt in pupillari ſubſtitutione, ſubſtitutus ſubſtituto pupillari eſt etiam ipſi pupillo ſubſtitutus.

VI. Subſtitutus pupillaris excludit ve-

nientes ab inteſtato, *l. ſi teſtamento*, C. *de impub. & al. ſubſtit.*

LXXX. *In ſubſtitutione pupillari veniuntne omnia bona pupilli?*

Omnia pupilli bona veniunt in ſubſtitutione pupill. Veniunt, nempe quidquid ipſi ex hæreditatibus, legatiſve, aut donationibus propinquorum, atque amicorum acquiſitum fuerit, §. *non ſolum autem*, 4. *Inſtit. de pupill. ſubſtit.*

LXXXI. *Subſtitutio pupillaris converſo ordine facta valétne?*

Pater ita dixit, *ſi filius meus impubes deceſſerit, Seius hares eſto*: & ſi poſtea dixit, *Filius hares eſto*, valebítne ſubſtitutio non obſtante ordinis converſione? Valebit ſi incontinenti & paulò poſt adiecta ſit inſtitutio, nam cùm conſtat de voluntate teſtatoris, non valdè attenditur ordo ſcripturæ, *l. 2.* §. 4. *&* 5. *& ibi gloſſ.* D. *de vulg. & pupil. ſubſtit.* *In ſubſtit. pupill. poteſt converti ordo ſcripturæ.*

LXXXII. *Quando expirat ſubſtitutio pupillaris?*

Subſtitutionis pupillaris finis. Expirat & euaneſcit ſtatim poſt pubertatem, & quidem in maſculis poſt 14. annos & in fœminis poſt annos 12. § *maſculo*. 8. *Inſtit. de pupill. ſubſtit.*. *l. 2. in princip. l. pupillari*, 4. *l.* 29. *& l.* 43 *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quia tunc ipſi liberi teſtamentum condere poſſunt, niſi breuius tempus, quàm quo impuberes anni terminantur, pater huic ſubſtitutioni præfixerit, quo caſu ante pubertatem etiam expirabit, *l.* 21. §. 3. *ff. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tab.* Expirat etiam, ſi impubes de teſtatoris poteſtate exierit, vtpotè per emancipationem, *l. cohared.* 40. §. *cùm filia*, 2. D. *de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Item ſi conditio appoſita defecerit, *l. qui liberis*, 8. D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* nam conditione ſemel impleta nihil ampliùs quærendum eſt, *text. in l. cùm uxori*, C. *quand. dies legat. ced.* Vel ſi hæreditas paterna non ſit adita, *l.* 2. §. *quiſquis*, 1. *& l. ſed ſi plures*, 10. §. *ſi ex aſſe*, 4. D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* Item ſi teſtamentum patris corruat, §. *liberis*, 5. *ibi, adeò vt ſi patris teſtamentum non valeat, Inſtit. de pupill. ſubſtit.* irritum autem ſit, ſi teſtator, v. g. ſit deportatus, *l. ſi quis filio*, §. *irritum*, D. *de iniuſt. rupt. & irr. fact. teſtamen.* Denique ſubſtitutio facta impuberi vltimo morienti expirat, ſi vltimus moriens pubes moritur, licèt primus in pupillari ætate deceſſerit, *l. cohæredi*, §. *cùm pater*, D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.*

LXXXIII. *Quomodo ad compendium revocari poteſt tota ſubſtitutionis pupillaris natura?*

Compendium ſubſtitutionis pupill. Sic: 1. Per eam moribus non lege 12. tab. introductam, defertur hæreditas impubetis ab eo agnita immixtione aut ſuitate, ex teſtamento quod pater iure patriæ poteſtatis fecit impuberi in poteſtate exiſtenti in alienam poteſtatem non recaſuto. 2. Subſtitutio pupillaris non valet, niſi pater priùs teſtamentum ſibi condiderit, & patris hæreditas adita, aut ſuitate agnita fuerit. 3. Subſtitutus pupillariter poteſt ſua authoritate ſine alterius ope bona impuberis ſibi vindicare. 4. Duplex eſt pupillaris ſubſtitutio, expreſſa, verbis ſpecialibus impuberē ætatem denotantibus, aut verbis generalibus in reciproca, vel compendioſa incluſa: & tacita, ſub expreſſa vulgari contenta. 5. Subſtitutionis pupillaris ſex ſunt effectus. 6. In ſubſtitutione pupillari ſubſtitutus ſubſtituti non eſt inſtituti ſubſtitutus. 7. Subſtitutio pupillaris expirat pubertate, aut minore tempore, ſi à teſtatore minore tempore concluſa reperiatur.

DE SVBSTITVTIONE exemplari.

LXXXIV. *Quid eſt ſubſtitutio exemplaris, quæ eius origo, & vnde dicta?*

Fuit vera pupillaris ſubſtitutio, ſequitur quaſi pupillaris ſiue exemplaris, de qua in *l. ex facto*, D. *de vulg. & pupill. ſubſtit. in l. humanitatis*, C. *de impub. & al ſubſtit. & in* §. *qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſtit.* quæ eſt ſubſtitutio directa facta liberis puberibus mente captis in caſum ſi hæredes erunt, & in furore deceſſerint, *d.* §. *qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſt. d. l. humanitatis*, C. *de impub. & al. ſubſtit.* vt ſic per illam ſubſtitutionem hæredem habeant ex teſtamento quem aliàs habere non poſſent. Hæc ſubſtitutio fit verbis directis, nempe ſi furioſus in furore deceſſerit, *Titius ſit ei hæres, vel talem inſtituo.* *Subſtitutio exemplaris quid ſit.*

Subſtitutionis exemplaris origo. Originem habuit hæc ſubſtitutio à Iuſtiniano, olim, enim niſi impetraretur, exemplariter ſubſtituere non licebat, *d. l. humanitatis.*

Subſtitutio exempl. Dicta eſt exemplaris ad ſimilitudinem vel exemplum pupillaris, ſicut enim

vnde ſic dicta.

enim impuberi nō valenti teſtari intra pubertatis annos pupillariter ſubſtituitur, ita filiis qui ob ingraueſcentem morbum vltima ſua elogia condere non poſſunt, donec reſipuerint, & ad ſanitatem redierint exemplariter ſubſtituere parentibus permiſſum eſt, *d. l. humanitatis, & §. qua ratione excitati, Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Miſerabilibus ergo perſonis, quales ſunt furioſi qui non poſſunt ſibi prouidere, lex prouidere voluit, *l. nec quicquam, §. obſeruare, verſ. aduocatos, ff. de offic. Proconſ.*

LXXXV. *Quis dicitur furioſus vel mente captus?*

Furioſus quis ſit.

Is qui nihil omninò rationis habet, vt ait *Ioh. Fab. in §. pupillus, verſ. ſed quod diximus, Inſtit. de inut. ſtipul.* ideo furioſus æquiparatur dormienti & infanti qui nullum intellectum funditus habet, *l. Titio, ff. de verb. ſignif.*

LXXXVI. *Quænam vt propria requirantur in ſubſtitutione exemplari?*

Requiſita in ſubſtit. exempl.

Hæc: Primò, mente captis ſubſtitui poteſt omnimodò ſiue in poteſtate ſint, ſiue non ſint, vnde etiam fœminis ita ſubſtituere permiſſum eſt, *l. 9. C. de impub. & al. ſubſtit.*

Secundò ſi eodem tempore à pluribus ſubſtitutio fiat, illius tantùm valebit qui filium in poteſtate habet, *§. ſed hodie, Inſtit. de adopt.* Qui ſi plures fuerint propiores gradu, remotiores gradu præferentur.

Tertiò, qui ſubſtituit exemplariter debet eſſe aſcendens, vt pater vel mater, ſecùs è contrà, *Iaſ. ad l. humanitatis, n. 1. C. de impub. & al. ſubſtit.*

Quartò; Furioſus cui exemplariter ſubſtituitur, debet perpetuo morbo laborare, nam ſi habeat interualla, ipſemet poterit in illis interuallis teſtari, *l. furioſa, C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Quintò, Pluribus mente captis non aliter ſubſtitui poteſt, niſi hæredibus inſtitutis, & legitima portione relicta, *Iaſ. in l. humanitatis, n. 3. C. de impub. & al. ſubſtit.* Quòd ſi pater legitimam totam non reliquerit, ſubſtitutio non valebit.

Denique ſi mente capti liberos habeant, hi ipſis erunt ſubſtituendi, ſi ſine liberis habeant fratres, & hi ſubſtituendi: quibus omnibus non extantibus; licet ſubſtituere quoſlibet, *d. l. humanitatis.* Reliqua habet hæc ſubſtitutio cum vera pupillari communia.

LXXXVII. *Quotuplex eſt ſubſtitutio pupillaris?*

Subſtit. exempl. expreſſa & tacita.

Duplex, vt vera pupillaris, vel enim verbis exprimitur, vel verbis non expreſſa intelligitur, ſi pater filio mente capto ſubſtituit in primum caſum, ſi hæres non erit. Hic enim placet in primum caſum ſubſtitutum, intelligi ſubſtitutum in caſum vtrumque, *l. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ex naturali interpretatione & coniectura voluntatis teſtatoris, quæ ſimul vtilitatem filij coniunctam habet.

LXXXVIII. *Quinam poſſunt exemplariter ſubſtituere?*

Exēplariter ſubſtituentes.

Non tantùm patres, ſed etiam matres, & alij aſcendentes, maſculi & fœminæ, *l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſtit.* idque etiamſi mater tranſierit ad ſecunda vota, ſecundum *Bald. & Salic. in d. l. humanitatis, Intrigl. de ſubſtit. cent. 2. quæſt. 2. n. 1. Petr. Ferrar. form. libel. quo agit. ex ſubſtit. tit. 50. gloſſ 5. n. 3.* vbi dicit aſcendentes ex linea paterna vel materna poſſe ſubſtituere exemplariter.

LXXXIX. *Pater & mater poſſúntne ſe exemplariter ſubſtituere dementi?*

Pater & mater ſe ſubſtituere nō poſſunt exēplariter.

Non, *Bart. in l. ex facto, n. 35. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quia ad hoc vt valeat ſubſtitutio, oportet vt moriatur teſtator, ante cuius mortem non eſt confirmata, *l. quòd ſi filius, ff. de capti. & poſtl. reuer.* Deinde nemo poteſt ſeipſum ſubſtituere, nam ſibi ipſi nemo dat, *l. 2. de ſti. ſer. l. ſi mandauero tibi, ff. mandati.* Denique indecorum eſſet filium id poſſe reſpectu patris, quod pater reſpectu filij, *l. his qui, 12. ff. de tut. & curat.*

Sibi ipſi nemo dat.

XC. *Ad hoc vt pater vel mater exemplariter ſubſtituere poſſint, debéntne ſibi facere teſtamentum vt in pupillari ſubſtitutione?*

Pater & mater ſibi debent facere teſtamentū exemplariter ſubſtituendo.

Debent, quia oportet vt ſubſtitutio exemplaris, quæ eſt teſtamentum filij, vim ſumat à principali ſuo, primum enim teſtamentum non capit vires à ſecundo, ſed ſecundum à primo, *gloſſ. ſcripſit in l. ex pupillari, 44. ff. de vulg. & pupill.*

ſubſtit. Deinde per *l. humanitatis*, *C. de impub. & al. ſubſtit.* filio furioſo ſaltem relinquenda eſt legitima, vnde colligẽdum ſubſtituentem exemplariter debere ſibi teſtari.

XCI. *Pater poteſt-ne impuberi & furioſo exemplariter ſubſtituere?*

Pater impuberi pupillariter & furioſo exēplariter ſubſtituit

Si filius ſit & impubes & furioſus, ſiue demens, aut erit in patria poteſtate, & tunc pater non ſubſtituet niſi pupillariter, aut non erit in poteſtate, & tunc ſubſtituet exemplariter, *l.3.ff.de tutelis.*

XCII. *Pater filia exemplariter ſubſtituens debétne ei legitimam relinquere?*

Pater filio furioſo debet legitimam relinquere.

Debet, *l.humanitatis*, C. *de impub.& al. ſubſtit.* vel aliquid pro legitima etiamſi ſit minus, nam quod relictum fuerit, ſupplebitur vſque ad iuſtam legitimæ quantitatem, non ſecus ac ſi integra legitima eſſet relicta, *Bart. in l.ex facto, n. 20.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. Mantic. de tac. & ambig.conuent.lib.11 tit.13.n.11.*

XCIII. *Mater binuba poteſt-ne filio prioris matrimonij furioſa, aut prodigo exemplariter ſubſtituere?*

Mater binuba exemplariter ſubſtituit.

Poteſt. dummodò ipſa ſit prudens & mentis compos, *Bald. in l.humanitatis. n 35. Ripa in d.l.n.68.* Non enim in odium ſecundarum nuptiarum perdit facultatem ſubſtituẽdi exemplariter, nam hæc pœna non annumeratur inter pœnas ſecundarum nuptiarum, vt putauit *Bart. in l. ex facto, n. 12. n 13. ff.de vulg.& pupill. ſubſtit.* adde quòd mater non perdat filij ſucceſſionem per ſecundas nuptias, *l. fœminæ, in fi. C.de ſecund. nupt.* ac proinde neque facultatem exemplaris ſubſtitutionis faciendę, quâ non ſibi, ſed alteri defertur hæc ſucceſſio.

XCIV. *Frater poteſtne fratri furioſo & maritus vxori furioſæ ſubſtituere?*

Frater fratri furioſo non ſubſtituit exemplariter: neque maritus vxori.

Non, vt ait *Bald.in l.humanitatis*, C. *de impub. & al. ſubſtit. per l.ab agnato, ff.de cur. furio.* Ratio eſt, quia cùm lex tantùm loquatur de liberis & parentibus, ad alias perſonas non eſt extendenda, *l.ſi verò, §.de viro, ff.ſolut. matrim.* quando enim lex deficit, non debet fieri extenſio, *d.§. de viro.*

XCV. *Poteſt-ne exemplariter filio tantùm naturali ſubſtitui?*

Filio naturali tantùm an ſubſtituitur exemplariter.

Non, quia ei nulla debetur legitima à patre, *l.vxorē, §.naturalis, ff.de leg.3.& l.2. C. de natura. libe.* & eſt gloſſ. ſingularis, in *l.1.in princ.ff.de contra tab. Iaſ.in l. ex facto, 63.n.20.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* Quia tamen pietas & humanitas exemplarẽ pepererunt humanitatem, ideo filio naturali ſubſtitui poſſe exẽplariter aſſerunt nõnulli, & bene, cùm erga eos etiã exerceri debeant pietas & humanitas.

XCVI. *Filius ſui iuris factus poteſtne exemplariter ſubſtituere patri furioſo, vel matri?*

Filius nō ſubſtituit patri & matri.

Non, *Bart.in l.ex facto, n.8 ff.de vulg. & pupill.ſubſtit. Bald.in l.humanitatis*, C. *de impub. & al.ſubſtit.* Ratio eſt, quia furioſus habens liberos, hi debent illi ſubſtitui, *d.l.humanitatis*, & ſic liberi ſeipſos ſubſtituerent. Deinde videtur indignum vt filius pro patre teſtetur, ideo leges tantùm loquuntur de liberis, vt eis ſolùm exemplariter ſubſtitui poſſit, *l.ex facto, ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.l. humanitatis, C.de impub.& al.ſubſtit.§.qua ratione, Inſtit.de pupill.ſubſtit.*

XCVII. *Poteſtne muto, ſurdo, & prodigo exemplariter ſubſtitui?*

Muto, ſurdo, & prodigo ſubſtituitur exēpl.

Poteſt, & quidem naturaliter, non caſu muto, *Bart.in l.ex facto, n.28.ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Mantic. de coniect.vlt.vol. lib. 5. tit. 16. n. 10.* Surdo, vt idem *Bart. ibid.* & quidẽ naturaliter, nõ caſu ſurdo. *Craſſ.in §.teſtamentum, quæſt. 30. n.3.* quia tamen in iure deciſum non reperitur an muto ſubſtitui poſſit exemplariter, ideo à Principe hoc impetrandum eſt, *l.ex facto, 43.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* Prodigo, vt *Craſſ. in ſubſtit. quæſt. 44. n.4.* nam prodigus æquiparatur furioſo, *Iaſ.in l. ex facto, n.39.ff.de vulg.& pupill ſubſtit.*

Prodigus æquiparatur furioſo.

XCVIII. *Quomodo conueniunt & differunt pupillaris ſubſtitutio & exemplaris?*

Cōſenſus ſubſtitutionis pupillaris & exemplaris.

Conueniunt primò, quòd vtraque in ſecundum caſum ſit ſolita fieri: ſecundò, quòd ſicut pupillaris finitur pubertate, ita exemplaris finiatur recuperata ſanitate, vel ſublato impedimento.

Differunt primò, quòd pupillaris fiat impu-

Euentus differentiarum. impuberi tantùm & ſic limitatum habeat tempus pubertatis, exemplaris, puberi & etiam impuberi, ſed furioſo, quocunque tempore, *l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſtit.* Secundò quòd pupillari quamlibet perſonam etiam extraneam ſubſtituere liceat, ſed exemplari non liceat ſubſtituere niſi perſonas coniunctas, vt furioſi liberos, fratres, eáſque perſonas quæ ſuccеſſuræ eſſent ab inteſtato dementi, *d. l. humanitatis in fi.* Tertiò, quòd pupillaris non fiat niſi à patre, exemplaris, & à patre & à matre. Alias differentias quaſdam adfert *Intrigl. de ſubſtit. cent. 2. quæſt. 42.* Quartò differunt quòd à ſubſtituto pupillari recte fideicommiſſum relinquatur, vtpote iudicio teſtatoris vocato, dummodò inſtitutus ſit pupillus, non ſi exhæredatus, *l. ſi fundum, per fideicommiſſum, 92. §. vlt. & l. ſeq. ff. de leg. 1.* at à ſubſtituto exemplari non rectè detur fideicommiſſum aut grauamen, quippe quòd legis beneficio potiùs quàm teſtatoris iudicio hic ſubſtitutus inuitetur.

XCIX. *Exemplaris excluditne matrem?*

Tacita exēplaris non excludit matrem. Expreſſa exemplaris excludit matrem. Non tacita, prout nec excludit eam tacita pupillaris, quia in multis imitatur exemplaris pupillarem, vtpote ad huius exemplum inducta: ita quidem expreſſa ad exemplum pupillaris, cuius naturam imitatur, *§. qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſtit.*

C. *A quo debet probari teſtamentũ fuiſſe conditum tempore furoris, aut tempore dilucidi interualli, an ab eo qui teſtamentum exhibet, vel ab eo qui teſtamentum impugnat vt à furioſo conditum?*

Probatio furoris. Si in confeſſo ſit teſtatorem aliquando fuiſſe furore correptum, ſed vnus ex litigantibus dicat tempore teſtamenti ſanum extitiſſe, is probare debebit. Quòd ſi vnus dicat teſtatorem aliquando furioſum aut dementem fuiſſe, alter verò neget, is qui furorem aut dementiam allegat, probabit, ſic *Alciat. lib. 2. præſumpt. 14.*

CI. *Si poſt teſtamentum factum inſtitutus incidat in furorem eritne intelligenda tacita exemplaris?*

Siue tempore teſtamenti, ſiue poſt teſtamentum conditum filius cui ſubſtituitur in furorem incidat, habebit locũ tacita exemplaris, quæ ſub expreſſa vulgari continebitur, *Ripa ad l. ex facto, n. 77. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* *Exēpl. locum habet ſiue ante ſiue poſt teſtā. furor contingat.*

CI. *Si furioſus reſipuit, & iterum incidit in furorem peribitne exemplaris ſubſtitutio?*

Non peribit, ſed tantùm ſuſpenſa fuerit, & quaſi dormiuerit, reſumétque vires, & hoc probatur ex *l. ſi is qui hæres, 11. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi dicitur, quòd capacitas ſubſtituti conſideranda eſt ſecundùm tempus quo cedit dies ſubſtitutionis. Deinde teſtamentum illud quod ſemel valuit, & poſteà infirmatum fuit, ceſſante cauſa infirmationis, iterum valere poteſt, *l. penult. §. teſtamento, ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* *Non perit ſubſtitutio exēpl. poſt reſipiſcentiā.*

CII. *Furioſo vulgariter ſubſtitutus facitne exemplarem?*

Si teſtator ſimpliciter dicat filium meum hæredem inſtituo, & ei Caium ſubſtituo, tamen filius ille erat furioſus, & furoris mentionem nullam fecit teſtator, meritò quæritur an illa ſubſtitutio ſit exemplaris, an vulgaris, aut alia? Nonnulli putant non eſſe exemplarem, eo quòd careat formulâ exemplaris ſubſtitutionis, quæ eſt, *ſi in furore deceſſerit.* Tamen meliùs alij dicunt imò eſſe exemplarem, eo quòd indefinita illa locutio apta ſit ad plures caſus nempe ad vulgarem, exemplarem, & fideicommiſſariam, ſi ſuæ mentis abſque liberis moriatur, ita *Roger. de exempl. ſubſtit.* eo quòd etiam in ſubſtitutionibus & teſtamentis pleniùs intelligendæ ſint voluntates teſtantium quàm verba ferant, & ſtricta iuris ratio poſtulet, *l. in teſtamentis, ff. de reg. iur.* *Furioſo vulgariter ſubſtitutus facit exemplarem.*

CIII. *Subſtitutio exemplaris in quibus bonis poteſt fieri?*

In omnibus, nempe & iis quæ relicta ſunt à ſubſtituentibus parentibus & in aliis furioſi bonis aliunde & vndecunque quæſitis vt ſe res habet in pupillari ſubſtitutione, ad cuius exemplum facta eſt pupillaris ſubſtitutio, *l. ſed ſi plures, 10. §. ad ſubſtitutos, 5. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ſi enim non fieret de omnibus bonis, furioſus decederet partim teſtatus, partim inteſtatus. *Subſtitutio exēpl. fit in omnibus bonis.*

CIV. *Auus exemplariter ſubſtituens nepoti furioſo teneturne omnes furioſi liberos legitimos inſtituere, vel exhæredare?*

Auus ſubſtituẽs nepoti debet eius liber. aut inſtituere aut exhæredare.

Tenetur, prout ipſe furioſus teneretur ſi ſanus teſtaretur, aliter periret teſtamentum, *Bart. in l. ex facto, n. 31. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Vaſq. de ſucceſſ. progr. lib. 2. §. 17. n. 7.*

CV. *Quinam poſſunt exemplariter ſubſtitui?*

Exemplariter ſubſtituti.

Illi quos veriſimile eſſet ipſos liberos ſibi vel inſtituiſſe, vel ſubſtituiſſe, ſi teſtari potuiſſent, vt ipſorum filij, nepotes, & alij proximiores, quibus extantibus non ſubſtituuntur extranei, vt per *l. humanitatis, probat Petr. Ferrar. form. l. bel. quo agit. ex ſubſtit. tit. 50. gloſ. 5. n. 8.*

CVI. *Quinam ſunt ſubſtitutionis exemplaris effectus?*

Subſtitutionis effectus.

Iſti, I. Ex teſtamento furioſi, vel ex ſubſtitutione furioſo facta nulla poteſt inofficioſi teſtamenti querela moueri, *Ripa ad l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

II. Ex ſubſtitutione exemplari omnia furioſi bona ad ſubſtitutũ perueniũt. Alij effectus coincidunt cum effectibus pupillaris ſubſtitutionis.

CVII. *Quando expirat ſubſtitutio exemplaris?*

Subſtitutionis exempl. finis.

Hæc ſubſtitutio ſtatim expirat atque mente captus, cui ſubſtitutum eſt, vel ſanitatem recuperauit, §. *qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſtit. l. humanitatis*, C. *de impub. & al. ſubſtit. l. fi.* C. *de curat. fur.* vel ſtatim atque ceſſauit impedimentum propter quod facta eſt, *Bart. in l. ex facto, n. 39. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Si tamen poſteà in furorem reincideret in vita teſtãtis, adhuc remaneret ſubſtitutio, ſecùs ſi poſt mortem, *Gul. de Cun. per l. poſthumus, in princ. ff. de iniuſt. rupt. & l. 2. ff. de poſth. hæred. inſtit.* Finitur quoque hæc ſubſtitutio agnatione ſui hæredis, vt ſi poſt hane ſubſtitutionem à patre factam, filius furioſus liberos procrearet, *l. ex facto, 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* foret enim iniquum, ſi liberi furioſi poſteà ſuſcepti à patris hæreditate excluderentur.

CVIII. *Quomodo ad breue compendium reuocari poteſt tota ſubſtitutionis exemplaris natura?*

Compendium ſubſtitutionis exẽplaris.

Sic: 1. Per eam à Iuſtiniano Imperarore pietatis & humanitatis intuitu introductam, licet parum in vſu ſit, & ad exemplum ſubſtitutionis pupillaris, permittitur parentibus liberis ſuis etiã puberibus mente captis, hæredibus inſtitutis, legitima portione ipſis relicta certas perſonas in caſum ſi hæredes erunt, & in furore deceſſerint, ſubſtituere. 2. Duplex eſt ſubſtitutio exemplaris, expreſſa & tacita, quæ ſeparatim ſumi poſſunt, vel miſceri 3. Subſtituere poſſunt pater & mater exemplariter, omnéſque aſcendentes tam ex linea paterna quàm materna, & quidem liberis ſuis mente captis, ſiue in poteſtate ſint, ſiue non, ſiue naturales & legitimi, ſiue naturales tantùm ſint: item mutis, ſurdis & prodigis liberis, non in quibuſdam tantùm bonis, ſed in omnibus: & illæ perſonæ ſubſtitui poſſunt quas veriſimiliter ipſi liberi ſi teſtari potuiſſent, aut inſtituiſſent aut ſubſtituiſſent. 4. Tacita exemplaris non excludit matrem ita quidem expreſſa. 5. Effectus proprij exemplaris ſubſtitutionis ſunt, vt contra eam non ſit locus querelæ, & omnia furioſi bona ad ſubſtitutum deuoluantur, alij effectus communes ſunt & pupillari & exemplari ſubſtitutioni. 6. Expirat ſubſtitutio exemplaris protinus atque mente captus, cui ſubſtitutum eſt, ad mentis ſanitatem redierit.

DE SVBSTITVTIONE compendioſa.

CIX. *Quid eſt ſubſtitutio compendioſa, & quare ita dicta?*

Subſtitutio compendioſa quid ſit.

Subſtitutio compendioſa, de qua, *in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit.* eſt quæ ſub verborum compendio tractum tẽporis importantium, plures ſubſtitutiones complectitur, vt notat *Bart. ad l. centurio, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & eius forma in eo conſiſtit, vt vel ad certum, vel incertum tempus vltra pubertatem porrigatur, *d. l. precibus, § ſi verò.* v. g. *filius meus hæres eſto, & ſi intra 25. annos, vel quandocunque deceſſerit, Seius hæres eſto.* aut ſic, *Iſte filius impubes hæres eſto, & quocunque tempore deceſſerit, ille hæres eſto.* Ergo ſubſti-

ſubſtitutio facta per verba habentia tractum temporis,& plura tempora reſpicientia, dicitur compendioſa, putà quando fit ſub conditione mortis, cùm quis poſſit diuerſis temporibus mori, *Bella.conſ.30.n.3.Bart.in l.centurio, verſ.expedit, ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.*

Quare compendioſa appelletur. Dicitur compendioſa, quia ſub compendio verborum plures ſubſtitutiones continet, vel plura tempora, *l.precibus, C.de impub.& al.ſubſtit.* facit *l.Mæuius, §.duobus, ibi, orationis compendio, ff. de leg.2.* & hæc communis eius eſt etymologia.

CX. *Eſt-ne ſubſtitutio compendioſa ab aliis diſtincta?*

Diſtinguendum, vel enim fit à milite, vel à pagano: ſi à milite, eſt ſpecies ſubſtitutionis ab aliis diſtincta, vt *l.centurio, ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.& l. precibus, C.de impub.& al.ſubſtit.* *Compendioſa à milite facta.* & facta ſubſtitutio compendioſa in forma prædicta, erit directa, adeóque ſubſtitutus, ſi filius infra pubertatem moriatur, habebit bona non tantùm filij, ſed etiam militis teſtatoris iure communi: poſt annum decimum quartum ex priuilegio patris tantùm bona auferet ſubſtitutus: & hæredes teſtamentarij, ſi qui ſint, vel ab inteſtato venientes, habebunt bona puberis poſt pubertatem decedentis. Quod eſt intelligendum niſi mater ſit in medio, cuius fauore, verba militis etiam directa obliquantur, rogatáque mater videtur, vt ſaluâ Trebellianicâ bona paterna ſubſtituto cum fructibus inuentis reſtituat, *l.precibus C.de impub.& al. ſubſtit.* Si verò à Pagano fiat ſubſtitutio compendioſa, *id eſt*, ab eo qui non eſt miles, à pago ſic dicto, non erit ſpecies ab aliis diſtincta, ſed potiùs adiectio quædam, *id eſt*, modus ſeu forma à lege adiecta ad conſtituendas plures ſubſtitutiones ſimul, quæ aliàs per ſe fieri poſſent: & tunc aut fiet directis verbis, vt, *ſubſtituo, hæres eſto*, poteritque ſubſtitutus pleno iure ex præſumpta mente teſtatoris propriâ manu capere hæreditatem, per *l.eam quam.C.de fideicomm.* & ſic mortuo filio intra pupillaria tempora iure directo valebit, ſi poſt pubertatem, expirabit ſubſtitutio, nec in vim fideicommiſſi ſubſiſtere poterit. *Compendioſa à Pagano facta.* Quòd ſi verbis obliquis, vel communibus fiat, vt bona *permaneant, redeant, reuertantur*, & eiuſmodi aliis, in vim fideicommiſſi valere poterit, eritque omni tempore tam in pupillari ætate, quàm poſteà, fideicommiſſaria, *l.ille à quo, §.ſi de teſtam ff.ad Trebell.l.cohæredi, §.cùm filiæ, ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.Iaſ.in l. centurio, n.44.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* facit *l. quærebatur, ff.de teſtam. milit.& l.Antonius, ff.de fideicom. libert.* & retentâ quartâ Trebellianicâ, hæres ab inteſtato proximus ſubſtituto bona defuncti reſtituere rogatus videtur, ita *Dd. in l. precibus*, C.*de impub.& al.ſubſtit.Late Vaſq.de ſucceſſ.prog.lib.2.§.18.n.49.& ſeq.*

CXI. *Quotuplex eſt ſubſtitutio compendioſa?*

Ex proximè præcedenti quæſtione colligere poſſumus duplicem eſſe ſubſtitutionem compendioſam, nempe militarem & Paganicam ſiue communem: *Compendioſa militaris.* militaris à milite fit iure militiæ: communis fit iure communi à Pagano citra *Compendioſa communis.* priuilegium vllum. Militaris eſt quam miles paterfamiliàs filiofamiliàs puberi tunc facit cùm iure militari ex priuilegio ei contra regulas iuris conceſſo, teſtari poteſt, de qua in *l.centurio, ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* Priuilegia quibus poteſt vti miles & inſtituendo & ſubſtituendo octodecim enumerat *Intrigl. de ſubſtit. cent.2.quæſt.79.à num.4.vſque ad finem.*

CXII. *Ad conſtituendum ſubſtitutionem compendioſam eſt-ne ſemper apponendum verbum* quandocunque?

Ad compendioſam conſtituendam non ſemper apponitur verbum, quandocunque. Non, *Bart.in l. Centurio, n.32. ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.& alij Dd.in d.l.* Plures enim enumerantur caſus à *Fuſario de ſubſtit. quæſt.223. ab Intrig. de ſubſtit. cent.3. qu.4. à Menoch.lib.4 præſumpt.51.* quibus oſtenditur aliis etiam verbis, & coniecturis compendioſam ſubſtitutionem formari poſſe, quos caſus longum eſſet hic recenſere. Vltra verbum *quandocunque*, plerunque fit per verba *ſi deceſſerit intra 25. annum*, & per hæc, *quando deceſſerit ſine liberis*, ſic importatur temporis tractus.

CXIII. *Subſtitutio compendioſa quando iudicari poteſt pupillaris, & quando fideicommiſſaria?*

Compendioſa ex formulis ſuis dignoſcenda. Ex formulis id dignoſcetur [illegible]ic egit pupillaris vel pupillarem continebit ſi reſtricta ſit ad bona pupilli, ſic, *quandocunque, vel quocunque tempore filius*

meus decedat, vel ſi decedat intra 25. annum, ille ſit hæres, l. pre ibus, C. de impub. & al. ſubſtit. l. centurio, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. tunc verò erit ſemper fideicommiſſaria ſi ſubſtitutio ad bona teſtatoris patris ſit reſtricta, *Ant. Fab. defin. 5. C. de impub. & al. ſubſtit.*

CXIV. *Compendioſa ſubſtitutio facta,* ſi ſine liberis, *éſt-ne pupillaris?*

Quid operetur hæc conditio, ſi ſine liberis, in cõpendioſa.

Hæc formula, *ſi ſine liberis*, denotat ſubſtitutionem compendioſam, quæ ſi fiat ſub illa formula, pupillaris erit dicenda, pupillo in pupillari ætate defuncto, non fideicommiſſaria, matre in medio non exiſtente, *Fab. defin. 20. C. de impub. & al. ſubſtit.*

CXV. *Compendioſa verbis directis impuberi in re certa facta, filio intra pubertatem moriente, debét-ne iudicari directa, an fideicommiſſaria?*

Ex præſumpta voluntate defuncti quæſtio eſt dirimenda, quæ voluntas colligi poterit ex verborum figura, qua proponetur hæc ſubſtitutio: nam ſi ita fiat, *Titium filium meum inſtituo, & poſt eius mortem, Seius in agro Lugdunenſi hæres eſto,* ex hoc verbo *hæres*, colligendum erit hanc ſubſtitutionem eſſe directam, ac proinde hæc verba ad omne pupilli patrimonium eſſe referenda: ſi verò ita fiat *Titium filium meum inſtituo, & cùm mortuus fuerit, Seius omnia bona Lugdunenſia habeat,* tunc pro fideicommiſſo habebitur, quia non fuerunt appoſita verba ex quibus poſſit directa intelligi, & hac ratione non dicetur teſtator ſecundas tabulas impuberi feciſſe, ſed ſubſtitutum fideicommiſſarium feciſſe.

Compendioſa quando erit directa.

Quando fideicommiſſaria.

CXVI. *Subſtitutio compendioſa in re certa facta, trahitúrne ad totum filij patrimonium?*

Compendioſa facta in re certa trahitur ad omnia bona.

Subſtitutio compendioſa de re certa facta per verba ciuilia, vt, *hæres eſto*, vel *inſtituo*, trahitur ad vniuerſa bona filij in pupillari ætate decedentis, cohærede non dato, *Baer. deciſ. 33. n. 7. per l. cohæredi, 41. §. fi. & ibi gloſſ. marg. ff. de vulg. & pupill. ſu*

CXVII. *Quinam ſunt ſubſtitutionis compendioſæ effectus?*

Iſti, I. Hæc ſubſtitutio omnes alias ſubſtitutionis ſpecies comprehendit pro varia verborum figura & forma.

Subſtitutionis compend. effectus.

II. Quandiu valet ſubſtitutio compendioſa vt directa, habetur pro pupillari expreſſa, ita vt verbis directis facta matrem prorſus excludat, ſi autem verbis communibus facta ſit, mater habebit legitimam, ſed non Trebellianicam.

III. Subſtitutio compendioſa verbis directis facta poſt pubertaté non inflectetur, ſi appoſita ſit clauſula codicillaris, cuius vigore directæ ſubſtitutiones in fideicommiſſarias tranſeunt.

CXVIII. *Quando expirat ſubſtitutio compendioſa?*

Subſtitutionis cõpend. finis.

Dictum eſt ſubſtitutionem compendioſam ſub verborum compendio alias ſubſtitutiones continere, & eſſe quandam adiectionem aliarum ſubſtitutionum: ergo quando valere poterit vt vulgaris, aditione hæredis expirabit: cùm valebit vt pupillaris, finem obtinebit pubertate hæredis: cùm ſubſiſtet vt fideicommiſſaria, deficiet deficiente fideicommiſſi conditione.

CXIX. *Quomodo ad breue compendium reduci poteſt tota compendioſa ſubſtitutio?*

Subſtitutionis cõpendioſæ ſummarium.

Sic: 1. Cõpendioſa ſubſtitutio ita appellatur quia ſub verborum compendio plures complectitur ſubſtitutiones. 2. Eius forma in eo conſiſtit, vt vel ad certum vel incertum tempus vltra pubertatem porrigatur, vt filius meus hæres eſto, & ſi intra 25. annos, vel quandocunque deceſſerit, Seius hæres eſto. 3. Illa duplex eſt, vel à milite facta, iure militiæ, vel à Pagano iure cõmuni. 4. A milite facta in prædicta forma, ſemper directa erit & ſubſtitutus ſi filius infra pubertatem moriatur, auferet & filij & teſtatoris bona iure communi, poſt eam ætatem ex priuilegio militiæ patris tantùm bona auferet, & hæredes ab inteſtato habebunt bona puberis poſt pubertatem decedentis, niſi mater ſit in medio. 5 A Pagano facta, vel directis verbis facta eſt, tunc filio mortuo in pupillari ætate, eſt pupillaris, & poſt pubertatem euanuit: vel facta eſt verbis obliquis aut communibus & ſic in vim fideicommiſſi valebit, adeóque retentâ quartâ

quartâ Trebellianicâ hæres rogatus videtur reſtitutione hæreditatem ſubſtituto. 6. Subſtitutio compendioſa finitur iiſdem modis quibus finitur ſubſtitutio in ea comprehenſa.

DE SVBSTITVTIONE reciproca.

CXX. *Quid eſt ſubſtitutio reciproca, & quare ſic dicta?*

Reciproca ſubſtitutio eſt tantùm aliarum adiectio.

Reciproca ſubſtitutio propriè & strictè loquendo, non eſt ſubſtitutionis ſpecies ſed cæterarum ſubſtitutionum adiectio, ſi effectùm & materiam circa quam verſatur, inſpicias, licèt modus inducendi in ea ſit à cæteris ſubſtitutionibus diuerſis, ſic Bart. *in l. Lucius* D. *de vulg. & pup. ſubſt.* Eſt autem ſubſtitutio reciproca quâ cohæres ſubſtituitur cohæredi, idque vel expreſsè vel tacitè vel quando ſub vna oratione ſubſtituitur duobus hinc inde.

Quid ſit reciproca.

Reciproca vnde dicta.

Ita dicta eſt, quòd de vno ad alterum fiat reflexio & repetitio, & hâc forma plerunque exprimitur, *Titius, Caius, Sejus hæredes ſunto, hóque inuicem ſubſtituo, l. hæreditatem, C. de impub. & al. ſubſtit. l. iam hoc iure. l. Lucius, ff de vulg. & pup. ſubſtit.*

CXXI. *Quare appellatur hæc ſubſtitutio breuiloqua?*

Reciproca appellatur breuiloqua.

Appellatur hæc ſubſtitutio aliquando breuiloqua, quia ſub breuitate verborũ fit, Bart. *poſt gloſſ. in verb. matrem, in l. Lucius, n. 3.* D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* Sed verbum reciprocæ, quo vtitur Iuriſconſultus in *l. iam hoc iure*, D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* Sed verbum reciprocæ, quo vtitur Iuriſconſultus in *l. iam hoc iure*, D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* eſt magis proprium, Iaſ. *in d. l. Lucius, num.* 8. eo quòd breuiloqua conueniat etiam compendioſæ, ita appellatæ, quia ſub compendio ſeu breuitate verborum fit, Ant. Gomez. 1. *var. reſol. c. 8. n. 1.*

CXXII. *Subſtitutio pluribus facta debéatne in omnium perſona verificari, an in perſona ſingulorum?*

Reciproca pluribus facta in quorum perſona verificetur.

Species talis eſſe poteſt, Pater inſtituit duos filios impuberes, primum & ſecundum, & ſi vterque impubes decedat, eiſdem Caium ſubſtituit: primus ſuperſtite ſecundo prædeceſſit, quæritur an ſubſtitutus in portionem primi decedentis, quamuis ſecundus ſit ſuperſtes, admitti debeat, vel an ſubſtitutus debeat expectare vtriuſq; mortem intra pupillarem ætatem. Diſtinguendum, aut iſti duo impuberes ſimul & eodem inſtãti mortui ſunt vtpotè vel naufragio, ruina, aut conflagratione domus. aut mortui ſunt ſucceſſiuè & diſtinctis temporibus: priori caſu ſubſtitutus ad vtriuſque portionem vocatus cenſetur, nã qui vna morte perierunt pro vno habentur: poſteriori caſu, portio præmortui ad ſuperſtitem deueniet, & ſubſtitutus non admittetur, niſi in hęreditatem vltimi mortui. Itaque priori caſu ſubſtitutus ſoluet omnia legata vtriuſque impuberis, poſteriori, ſuperſtes ſoluet legata præmorientis, tanquam ab inteſtato ſuccedens. Hæc diſtinctio fundatur in *l. qui duos, 42. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

CXXIII. *Subſtitutio reciproca facta perſonis æqualibus quas continet ſubſtitutiones?*

Subſtitutio reciproca facta perſonis æqualibus.

Quoniam ſubſtitutio reciproca alias ſubſtitutiones comprehendit, ideo quæritur quas illa cõtineat ſubſtitutiones ſi perſonis æqualibus ſit facta, vt duobus impuberibus? Reſpondendum, ſi facta ſit in teſtamento duobus impuberibus exhæredatis, continere duas pupillares tantùm, Bart *in l. Lucius, n. 5.* D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* Idem dicendum ſi facta ſit duobus pupillis, vni exhæredato, alteri inſtituto, Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. quæſt. 53. n. 2.* Et ſi facta ſit duobus impuberibus inſtitutis, continere duas pupillares, Bart. *in l. Lucius, n. 5. in 2. reſponſ.* D. *de vulg. & pupill. ſubſtit. l. iam hoc iure ff. eod.* Si demum facta ſit in codicillis, continere duas fideicommiſſarias tantùm, Petr. Ferrar. *form. lib. quo agit. ex ſubſtit. tit. 50. gl. 4. n. 6. l. Scæuola, ff ad* Trebell. *§. penult. inſtit. de* Codicill. Ratio eſt, quia in codicillis inſtitutio aut ſubſtitutio directa fieri nequit, *l. hæreditatem*, C. *de codicill* niſi aliter ferat ſtatutum aut conſuetudo, Trentacinq. *in tract. ſubſtit. part. 5. cap. 10. numer* 8.

CXXIV. *Subſtitutio facta perſonis inæqualibus quas contineat ſubſtitutiones?*

Reciproca facta perſonis inæqualibus.

Si reciproca ſubſtitutio puberibus & impuberibus ſimul facta ſit, potiùs vulgarem quàm pupillarem quæ puberibus fieri non poteſt, continebit, *l. quamuis, C. de impuber. & al. ſubſt. &c. l. idem ait*, D. *de vulgar. & pupillar. ſubſtit* niſi de voluntate teſtatoris aliter appareat, Ferrar.

form. libel. quo agit ex ſubstit. 50 *gloſſ.* 4. *num.* 5. Nam pro intelligendo reciprocæ ſubſtitutionis fine & effectu, non ſola omiſſionis verba præfractè captanda, ſed veſtigia voluntatis in teſtatore, per huiuſmodi viam & modum ſunt inueſtiganda, vt ait Imperator *in l. cum quæsito, in fi. princ. C. de legat. & l. penult. C. de neceſſ. & ſeruis hæred. instit.*

CXXV. *Quotuplex est ſubstitutio reciproca?*

Reciproca expreſſa.

Duplex: expreſſa & tacita: expreſſa fit verbis expreſsis, formalibus, & ſpecificis, vt, *Titius & Seius hæredes ſunto, ſi Seius hæres non erit, Titius hæres esto: ſi Titius hæres non erit, Seius hæres esto.* Tacita, ex quibuſdam verbis teſtatoris, ſeu veriſimilibus coniecturis colligitur, purà, *Titius & Seius hæredes ſunto, eóſque inuicem ſubstituo*, Intrigl. *de ſubstit. cent.* 2 *quæst.* 51.

Tacita.

CXXVI. *Hæredes ex diſparibus partibus instituti, & inuicem ſubſtituti, quomodo vocantur ad ſubſtitutionem?*

In diſparibus partibus ſubſtituti quomodo vocentur.

Vocantur non in virilem, ſed pro portione hæreditaria, *l.* 1. C. *de impub. & al. ſubſtit.* §. *ſi ex diſparibus, Inſtit. de vulg. ſubſtit.* nam eas partes in ſubſtitutione dediſſe videtur teſtator quas in inſtitutione expreſsit, & quatenus hæredes dilexit inſtituendo, eatenus cenſetur ſubſtituendo dilexiſſe, *arg. l. Publius*, 36. §. 1. *ff. de condit. & demonſtr.*

CXXVII. *Reciprocè ſubſtitutus potéſtne ſuccedere præmortuo tam iure accreſcendi quàm ſubſtitutionis?*

Reciprocè ſubſtitutus ſuccedit præmortuo iure accreſcendi & ſubſtitutionis.

Poteſt, quia ius vnum non tollit aliud, *l. nec ius*, §. *hæres institutus, ff. de acquir. vel omitt. hæred.* & tam ex cauſa iuris accreſcendi quàm ex cauſa ſubſtitutionis acquirere poteſt, *l. ſi quis hæres*, 35. & *ibi gl. ff. eod. l. teſtamento*, 6. C. *de impub. & al. ſubſtit.*

CXXVIII. *Ius reciprocæ ſubſtitutionis tranſitne ad hæredes ſubſtituti?*

Ius reciprocæ ſubſtitutionis non tranſit ad hæredes ſubſtituti.

Non, *l. Lucius*, 45. §. *fin.* vbi Paulus reſpondit ſpem ſubſtitutionis reciprocæ ad hæredem non tranſire. Et hoc verum eſt, niſi hæredes ſubſtituti cum ipſo ſint ſubſtituti. v. g. niſi teſtator dixerit, *Titium eiúſque filios ac hæredes ſubſtituo*, Petr. Ferrat. *form. lib. quo agit. ex ſubſtit.* 50. *gloſſ.* 4. *num.* 40. Concordat *l. qui liberis*, §. *hæc verba, & l. ſi plures, in princ. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Secus in iure accreſcendi, *l. ſi ex plurib. D. de ſuis & legit.* ſecus etiam ſi ſubſtitutio ſit cum iure accreſcendi mixta, *l. qui patri, & l. ex duobus*, D. *de acquir. hæred.*

CXXIX. *Pater duos filios ex prima vxore, & duos ex ſecunda inſtituit, & inuicem ſubſtituit, ſi vnus repudiet, ex vtraque latere coniunctus præfereturne aliis?*

Frater ex vtroque latere coniunctus, præfertur aliis.

Diſtinguendum, vel enim vnus frater mortuus eſt, hæreditate non adita, quo caſu eſt vulgaris ſubſtitutio contenta in reciproca. & ita fratres omnes æqualiter admittuntur, quia per vulgarem ſuccedit tantùm teſtatori, & in bonis eius. *l.* 1. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ac proinde cùm reſpectu teſtatoris omnes ſint æqualiter ſanguine iuncti, æqualiter admittuntur omnes. Vel agitur de pupillari contenta in reciproca, vtpotè quia vnus ex ipſis fratribus mortuus eſt in pupillari ætate poſt paternam hæreditatem aditam, & ita ſi agatur de hæreditate ſolius pupilli, extincta vulgari, frater vtrinque coniunctus excludit alios, *auth. defuncto*, C. *ad Tertull.*

CXXX *Teſtator duos filios maſculos hæredes inſtituit vniuerſales, filiam verò ex re certa, & eos inuicem ſubſtituit, moriente vno maſculo, alter maſculus venitne ad ſubſtitutionem excluſa filiâ?*

Magis coniunctus magis ſubſtitutus.

Venit, quia magis propriè dicitur coniunctus, cùm ambo maſculi hæredes ſint vniuerſales, ita Bald. *in l. teſtamento*, C. *de teſta. milit.* facit etiam *text. in l. cohæredi*, 41. §. *qui diſcretas*, 4. *ff. de vulg & pupill. ſubſtit.* filia ergo tantùm admittitur vltimo loco, ita etiam Bart. *in l. Lucius*, 45. *ff. de vulg. & pupill. ſubstit.*

CXXXI. *Ex ſubſtitutione reciproca reijcitúrne mater?*

Mater reijcitur ex ſubſtitutione reciproca.

Reiicitur ſicut in compendioſa, *l. Lucius*, 45. *in princ. ff. de vulg. & pup. ſubst.* quia veriſimile eſt teſtatorem filios vxori præferre voluiſſe, *gloſſ. non ad matrem in d. l. Lucius.* Et hoc verum eſt de ſubſtitutione reciproca expreſſa, tum de tacita quæ non eſt omninò tacita, vt, *vos inuicem ſubstituo:* Nam ſi eſſet omninò tacita, non excluderet matrem, vt, *ſi quis eorum hæres non erit, eos inuicem ſubstituo*, tunc erit reciproca vulgaris reciprocè facta, quæ continet tacitam pupillarem, matrem non excludentem, ita Roger. *de reciproca ſubstit. n.* 8 & 9.

CXXXII. *Subſtitutio reciproca contineátne fideicommiſſariam?*

Reciproca continet fideicommiſſariam. Ex quæſtionibus 123. & 124 ſuprà, conſtat ſubſtitutionem reciprocam directas tantùm ſubſtitutiones comprehendere, nempe quando in teſtamento facta eſt, & quidem vulgarem, ſi perſonæ ſint inæquales, & pupillarem, ſi æquales ſint. Quoad fideicommiſſariam, dicendum eam contineri in reciproca facta in codicillis, per *l. Scæuola, ff. ad Treb.*

CXXXIII. *Quinam ſunt ſubſtitutionis reciprocæ effectus?*

Effectus reciprocæ ſubſtit. Iſti, I. Reciproca ſubſtitutio ſemper continet vulgarem ſubſtitutionem, ita vt ſi vnus hæres inſtitutus repudiet, aut incapax ſit, cohæres ex directa vulgari in omnem præmorientis portionem ſine vlla deductione admittatur.

II. Reciproca ſubſtitutio facta à patre duobus filiisfamiliàs impuberibus, comprehendit vulgarem, pupillarem, & exemplarem: & ſi facta ſit perſonis diſparibus, nempe puberi & impuberi, ſolam vulgarem continebit.

III. Mutua ſubſtitutio pura & ſimplex fideicommiſſariam non continet, ſed tantùm directas: quòd ſi ei admiſceatur compendioſa facta per verba tractum temporis habentia, ex eiuſmodi verbis poterit ei admiſceri fideicommiſſaria.

IV. Subſtitutio reciproca ita eſt directa, vt mater impuberum inſtitutorum, & inuicem ſubſtitutorum ab omni legitima excludatur, & tota prædecedentis portio ad ſuperſtitem deuoluatur filiam, per *l. Lucius, ff de vulg. & pupill. ſubſt. & l. precibus, C de impub. & al. ſubſtit.*

CXXXIV. *Quando expirat ſubſtitutio reciproca?*

Subſtitutionis reciprocæ finis. Eodem modo quo vulgaris, pupillaris, quaſi pupillaris, & fideicommiſſaria, nam iſtæ omnes ſub illa continentur, vt poſt Bald. & Trentacinq. ait Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. quæ. 77.*

CXXXV. *Quomodo ad compendium reuocabitur tota reciprocæ ſubſtitutionis natura?*

Compendium reciprocæ ſubſtitutionis. Sic, 1. Subſtitutio reciproca eſt, cùm cohæres cohæredi ſubſtituitur. 2. Illa duplex eſt, expreſſa, vt, *Titius & Seius hæredes ſunto, ſi Seius hæres non erit, Titius hæres eſto, ſi Titius hæres non erit, Seius hæres eſto*: & tacita, vt, *Titius & Seius hæredes ſunto, eóſque inuicem ſubſtituo.* 3. Subſtitutio reciproca non eſt propria ſubſtitutionis ſpecies, ſed cæterarum ſubſtitutionum adiectio. 4. Quia ſubſtitutio reciproca ſub verbis generalibus plerunque concipitur, ideo reliquas omnes ſubſtitutiones comprehendere poteſt. 5. In eum caſum ſemper accipienda eſt hæc ſubſtitutio, quo omnibus hæredibus ſubſtitui potuit, ideo ſi puberibus ſimul ſubſtituatur, potius vulgaris quam pupillaris erit ſubſtitutio, quæ pueberibus fieri nequit. 6. In teſtamento facta, eſt directa, in codicillis facta, eſt fideicōmiſſaria. 7. Quatuor continet effectus, de quibus in quæſt. 133 ſupr. 8. Finitur eodem modo, quo aliæ ſubſtitutiones, quas comprehendit.

DE SVBSTITVTIONE fideicommiſſaria.

CXXXVI. *Fideicom. ſit ius à quo fuit inductum?*

Fideicommiſſorum origo. Hactenus de ſubſtitutione directa, ſequitur precaria ſiue per fideicommiſsū relicta, cuius ius a iure ciuili fuit inductum, *in* § 1. *in tit. de fideic. hæred.* vbi legimus de iure antiquo fideicommiſſa non habuiſſe neceſsitatem, ſed à iure ciuili inducta fuiſſe à Diuo Auguſto, vt rogatus hæreditatem reſtituere cogeretur.

CXXXVII. *Quid est fideicommiſſaria ſubſtitutio, & vnde dicta?*

Subſtitutionis fideicom. definitio. Definitur ſubſtitutio fideicommiſſaria, vt ſuprà, ſecunda hæredis inſtitutio, quâ ipſe de manu primi hæredis reſtituere rogati hæreditatem capit. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib 7. tit. 2. n. 2.* ita vt inducatur facta vbicúque teſtator, verbis precariis vtens, vel alio quocunque iudicio vltimæ voluntatis, dixit velle bona ſua transferri de hærede in hæredem, ſicut reſtatur Deci. *in conſ.* 38. *n. 4. verſ. & verba illa, & in conſ. 218. prope fin.*

Fideicommiſſi etymon. Dictum eſt fideicommiſſum à fide hæredum à qua pendet, & quoad nomen & quoad ſubſtantiam, §. *& quia, 12. & vlt. Inſtit. de fideicomm. hæred.* ita vt fidei hæredis commiſſum ſit à teſtatore vt reſtituat hæreditatem alii, tantúmque pudore eius qui rogatus fuit, & nullo iuris vinculo contineatur fideicommiſſum, §. *ſciendum, 1. Inſtit. de fideicomm. hæred.* v. g. *Quicunque veſtrûm ſine liberis deceſſerit, rogo vt eius portio ad ſuperſtitem perueniat.*

Hæc ſubſtitutio & re & nomine ab aliis eſt diſtincta.

CXXXVIII. *Subſtitutio fideicommiſſaria eſtne propriè ſubſtitutio?*

Subſtitutio fideicom. eſt propria ſubſtitutio. Nonnulli negant, alii affirmāt, & meliùs vt latè Intrigl. *de ſubſtit.cent.* 1. *quæſt.* 8. *per tot.* Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib.*1. *num.*10. *per l. à filia*, 62. §. *vltim.l.Scæuola*, *& l. hæredes mei*, §. *cùm ita*, *&* §. *fin. D. ad Trebell.* vbi hæc ſubſtitutio tanquam vera proponitur, & exemplis illuſtratur.

CXXXIX. *Quomodo diuiditur fideicommiſſum?*

Tribus potiſſimùm modis diuiditur fideicommiſſum:

Fideicommiſſum expreſſum & tacitū. Fideicommiſſum pendere poteſt ex coniectu-ris. I. In expreſſum & tacitum, non enim tantùm fit expreſsè fideicommiſſum, ſed etiam tacitè, ex coniecturata mente ac voluntate teſtatoris, Mich. Graff. §. *fideicommiſſum*, *q.*4. *num.*4. *text.in l. cùm proponebatur*, *in fin. D. de leg.*2. *l. ex facto*, §. *rerum*, *ff. de hæred. inſtit.* quæ voluntas in fideicommiſſis potiſſimùm debet attendi, & ſecundùm illam venit iudicandum, *l. cùm virum*, *C. de fideicomm. l. fideicommiſſa*, §. *item ſi quis*, D. *de leg.* 3. etiamſi illa expreſsis verbis non appareat, Mantic. *de coniect.vlt.vol.lib.*8. *tit.*1. *n.*18. Vigel. *meth.iur.controu.lib* 4. *cap.*9. *reg.*116.

Fideicommiſſum vniuerſale. Fideicommiſſum particulare. II. In vniuerſale & particulare, *l. generali*, 13. C. *de ſacroſ. Eccleſ. l. vltim.* C. *de fideicomm.* Illud ad vniuerſam hæreditatem, vel quotam ſiue partem eius alteri reſtituendam pertinet: hoc, in ſingulis rebus reſtituendis cernitur. De illo agitur in tit. *Inſtit. de fideicommiſſ. hæred.* de hoc in tit ſequenti.

Fideicommiſſ purū, conditionale & ex certo die. III. In purum, conditionale, & ex certo die, §. *in primis*, 2. *Inſtit. de fideicomm. hæred. l.*1. §. *ſed & quoties*, 9. *ff. ad SC. Trebell.* Purum caret conditione & dic, vt, *Titium inſtituo, & ei per fideicommiſſum ſubſtituo Seium.* Conditionale relinquitur ſub conditione. putà hac, ſi ſine liberis moriatur. Ex certo die, vt rogo te hæres vt poſt annum, biennium, aut quinquennium hæreditatem reſtituas. Quamuis enim hæreditas ex certo tempore relinqui non poſsit, § *hæres & purè*, 9. *Inſtit. de hæred. inſtit.* ne quis partim teſtatus, partim inteſtatus decedat, *l. ius noſtrum*, 7. D. *de reg. iur.* Tamen hoc tantùm verum eſt de hæreditate directa, non de fideicommiſſaria.

CXL. *Quibus verbis concipitur fideicommiſſaria ſubſtitutio?*

Verba ſubſtitutionis fideicomm. His potiſsimùm, hæreditatem meam, aut omnia mea bona, vel facultates, vel patrimonium, vel quidquid ex bonis meis, aut hæreditate meā ad te peruenerit, reſtituas, *text. in l. nam quòd* 14. §. *fin. cùm ll. ſeqq. ff. ad* Trebell. quæ verba ſunt merè obliqua, ſignificantia quòd de manu alterius capienda ſit hæreditas.

CXLI. *Fideicommiſſaria ſubſtitutio poteſtne fieri nutu?*

Subſtitut. fideic. fit nutu. Poteſt, ſicut nutu relinquitur fideicommiſſum ſingulare, quia *lex nutu*, 21. *D. de leg.*3. non diſtinguit inter fideicommiſſum vniuerſale, & ſingulare: deinde quia in fideicommiſsis attenditur voluntas, quæ ſolo nutu declarari poteſt, *l. fideicommiſſa*, *in princ. D. de fideicommiſſ. libertat.* ideo etiam tacita voluntate indici poteſt fideicommiſſum, *l. ſi iure*, 13. *ff. de leg.*3. *l.*3. *in fin. ff. de adimend. legat.*

CXLII. *Fideicommiſſum tacitum quomodo probatur?*

Probatio fideicommiſsi taciti. Veritas fideicommiſsi taciti non aliunde pēdet quàm ex hærede grauato, cuius voluntas potiùs attenditur quàm verba, *l. cum virum*, C. *de fideicom.* Si ergo fideicommiſſarius nullo modo probare poſsit fideicommiſſum ſibi eſſe relictum, deferre poterit hæredi grauato iuſiurandum, quod hæres ſuſcipere cogetur, & ſi iurare nolit, tenebitur fideicommiſſum ſoluere ſiue vniuerſale ſit, ſiue ſingulare, § *fin. Inſtit. de fideicomm. hæred.* Ratio eſt, ne vltima voluntas fidei hæredis commiſſa, depereat, *d.* §. *ibi*, *nec depereat*, *& l. vlt. circa fi.* C. *de fideicomm.*

CXLIII. *Fideicommiſſa poſſuntne coniecturis probari?*

Fideicommiſſa coniecturis probantur. Poſſunt, *l. Titia Seio*, §. *Seio libertis*, *ff. de leg.* 2. *l. cum virum*, C. *de fideicomm. l. vnum ex familia*, 67. §. *penultim. & vltim.* D. *de leg.* 2. Mantic. *de coniectur. vltim. volun. lib.* 8. *tit.* 1. *& communiter*, *Dd. in l. Lucius*, *poſt gloſſ. ibi*, *ff. de hæred. inſtit.* Quæ quidem coniecturæ debent eſſe legitimæ, ſufficientes, neceſſariæ, & ex verbis teſtamenti deſumptæ, Fuſar. *de fideicomm. ſubſtit. quæſt.* 276. *num.*7. *& ſeqq.* Pariſ *conſ.* 87. *num* 18. *volum.*2. Burſat. *conſ.*64. *num.*2. *vol.*1. Potiores coniecturas ad inducendum fideicommiſſum refert Maſc. *concluſ.*775. *à numer.*7. *vſque ad finem*, *&* Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſtio.* 277. *per tot.*

CXLV.

CXLIV. *Poteſtne fideicommiſſaria ſubſtitutio fieri in contractu?*

Subſtitutio fideic. fit in contractu. Poteſt, vt tenet Intrigl. *de ſubſtitut. poſt multos Dd. centur. 3. quæſt.* 83. ita vt facta in contractu ſub conditione, ea deficiente euaneſcat, Peregr. *de fideicom. art.* 51. *num.* 19. *l. inter ſocerum ff. de pact. dot.*

CXLV. *Poteſtne fideicommiſſaria ſubſtitutio valere in teſtamento inualido facta?*

Fideicommiſſa teſtamento, codicillis, & ab inteſtato relinquuntur. Fideicommiſſa & teſtamento relinqui poſſunt, §. *in primis, Inſtit. de fideicomm. h. ered.* & codicillis, §. *codicillis*, 2. *in fin. directò, Inſtit. de codicill.* & ab inteſtato, §. *præterea*, 10. *Inſtit. eod.* Ac proinde nullum eſt dubium quin valeat fideicommiſſaria ſubſtitutio in teſtamento imperfecto, aut inualido facta, *l. in teſtamento*, 38. *& ibi gloſſ.* D. *de fideicomm. liber.* dummodò adſint quinque teſtes, §. *& quia prima, Inſtit. de fideicomm. hæred.*

In teſtamento imperf. facta ſubſtitutio valet.

CXLVI. *Clauſula codicillaris operaturne fideicommiſſum?*

Clauſula codicillaris operatur fideicommiſſum. Vel teſtamentum nullum eſt ex defectu ſolennitatis alicuius omiſſæ & tunc clauſula codicillaris operatur fideicommiſſum, ita vt idem ſit, ac ſi teſtator rogaſſet venientes ab inteſtato reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto: vel nullum eſt propter præteritionem aut exhæredationem filii, & tunc clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſum, *l. ſi in auth. ex cauſa, C. de lib. præte. numer.* 22. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 11. *à n.* 116. *vſque ad* 22. Fuſar. *quæſt.* 569.

CXLVII. *Vt valeat fideicommiſſum quot requiruntur teſtes?*

Quinque teſtes in fideicommiſſo. In fideicommiſſo omni vt valeat, quinque requiruntur teſtes, *Inſtit.* §. *fin. de fideicommiſſ. hæred. l. fin.* C. *eod. & l. fin.* C. *de Codicill.* Tamen ſi non adſit legitimus teſtium numerus fideicommiſſum valere poterit ex iuriſiurando hæredis vel recuſatione iuriſiurandi, *d.* §. *fin. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred.* vt in quæſt. 142. ſupr. dictum eſt.

CXLVIII. *Quis poteſt grauari reſtituere?*

Reſtituere grauatur. Non tantùm ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato hæres grauari poteſt, aut rogari reſtituere, *l.* 1. §. *hoc autem*, D. *ad* ... *ell.* nedum hæres de iure ciuili, ſed etiam de iure Prætorio, *l.* 1. §. *bonorum*, D. *ad Trebell.* vt quando ſuccedit per bonorum poſſeſſionem, quæ & in teſtamento, & ab inteſtato locum habet, vt ... C. ... Præterea grauari poteſt quiuis honoratus, non tantùm titulo hæredis, aut bonorum poſſeſſionis, ſed etiam titulo fideicommiſſi, *l.* 1. § *de illo*, *D. ad Trebell.* vbi fideicommiſſarius grauari poſſe dicitur, ita vt quod ſibi ex fideicommiſſo datur rurſum alii reſtituat.

CXLIX. *Si hæres grauatus adire nolit poteritne cogi?*

Grauatus adire cogi poteſt. Poterit, ſiue ſit hæres ab inteſtato, per § *præter à*, *Inſtit. de fideicomm. hæred.* ſiue ſit hæres inſtitutus, tam ſuus & neceſſarius, quam extraneus, tam primus hæres quam hæredis hæres, aut vnus, aut plures, *l. ſi ei ...*, § *ſi neceſſary, &* §. *ſi qu. ..., & ... l. quamuis*, §. *perſona autem*, D. *ad Trebell.* nec quærenda eſt cauſa quare adire recuſet *l. qui* 1, 4. ... *ad Trebell.*

Notandum cum adire cogi qui hæreditatem, non qui rem certam, vel quantitatem reſtituere eſt rogatus, *l. non quod*, 14. §. *non omnis*, 5. *cum ſeq. & in ſt.* 15. 16. *in princip. &* §. 1. 2. 3. *D. ad* T*rebell.*

CL. *Hæres grauatus poteſtne cogi reſtituere hæreditatem?*

Grauatus poteſt cogi reſtituere. Poteſt, *d. l. nam quod*, 14. §. *non omnis*, 5. *cum ſeq. D. ad Trebell.* & quidem actione ex teſtamento, videtur enim tacitè cum legatariis & fideicommiſſariis contraxiſſe, *l. apud Iulianum*, D. *ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* ex quo tacito contractu oritur actio ex teſtamento Si autem coactus adierit, nullam detrahet quartam, *l. cogi*, D. *ad Trebell* Ranch. *in quæſt.* 466. Guid. Pap. vt dicetur infrà.

CLI. *Filiusfamilias poteſtne patrem grauatum cogere adire?*

Filius poteſt ne pa... Non, niſi probetur eum fideicommiſſum fraudare, *l. Imperator*, *ff. ad Trebell.*

rem cogere adire.

vel ita diſsipare, vt non poſsit filio conſuli, *l.fi.C.de ſentent. paſſ. & l.2.§.quòd ſi in patru,& ibi gloſſ.ff.ſolut. matrimon.* Si verò filius gerat magiſtratum, poterit compellere patrem adire & reſtiruere: nam quoad ius publieum, non attendenda eſt parria poteſtas, *l.ille à quo, §. fin. & l. ſeq.ff.ad Trebell.*

CLII. *Fideicommiſſarius poteſtne adire hæreditatem ſi ſcriptus hæres adire recuſet?*

Fideicommiſſarius adire poteſt ſi hæres non adeat. Hæres & fideicommiſſarius nemo eſt.

Poteſt, & ita ſibi hæreditatem acquirere, Nou. 1. *de hæred. & falcid.* Verùm tunc fideicommiſſarius eſſe deſinit, & hæres fit: nam idem & hæres & fideicommiſſarius eſſe nequit, Ant. Fab. *defin.2.num.9.C.quand.non petent. part petent. accreſc.*

CLIII. *Fideicommiſſarius poſt reſtitutionem ſibi factam, eſtne loco hæredis?*

Fideicommiſſarius poſt reſtitutionem eſt hæres.

Eſt, *l.ſi hæres ab eo,68.D ad Trebell.* ideo tanquam iuris ſucceſſor ſentit onera hæreditaria, *§ reſtituta, Inſtit.de fideicomm. hæ ed.* & actiones in eum transferuntur per reſtitutionem tam hæredi competentes quàm in hæredem, *l. quamuis, D.ad Trebell.* Griuell.*deciſ.55.n.15.per l.1.§. de illa, D.ad Trebell.*

CLIV. *Hæres grauatus reſtituta hæreditate tenetúrne creditoribus & legatariis?*

Quando hæres teneatur legatariis.

Hæres ſi habeat quartam Trebellianicam tantùm, vel minùs, vel ſecundùm, vel contra, vel præter voluntatem teſtatoris, legarariis non tenebitur, *l.1.§ fin. & ibi gloſſ. legatorum, D. ad Trebell.* ſi plus habeat quàm quartam, tunc in eo quod plus eſt, tenebitur, *l.1. §. ſed is qui, D. ad Trebell.* & ita ſcindentur legata, gloſſ. prædicta ita intelligendum dicit eſſe, *l.2 C. ad Trebell.* Aliter ſe res habet ante reſtitutam hæreditatem, nam tunc hæres legatariis tenebitur, d. gloſſ.

Quando hæres teneatur creditoribus.

Quoad creditores, hæres retinens quartam Trebellianicam tenetur iis pro rata *d. gloſſ. in d.§ fi.* ſiue eam retineat ex voluntate teſtatoris, ſiue præter, aut contra eam, & reliquum debitorum pertinebit ad fideicommiſſarium, *l.1. & 2. ad SC. Trebell.* Ergo legarorum ſolutio ad fideicommiſſarium ſpectat in ſolidum, & nullo modo ad hæredem, *l. 2. & ibi gloſſ. C. ad Trebell.* Hac ratione grauatus hæres præfertur legarariis ſine quartæ diminutione, Iaſ in *l.1.§.ſi is qui, n.5.ff. ad Trebell.* quia in ea quantitate quam teſtator iuſsit eum deducere de hæreditate per fideicommiſſum reſtituenda, eſt loco legatarii, *§.ſi quis vna, Inſtit. de fideicomm.hæredi.*

CLV. *Fideicommiſſum à patre impoſitum comprehendítne bona liberarum propria, ſiue legitimam?*

Legitima filij non grauatur fideicommiſſo.

Non, quia fideicommiſſum verè onus eſt & grauamen, omne autem onus detrahitur de legitima, *l.quoniam in prioribus, auth. nouiſsima, in fin. C.de inoffic.teſtam.* non poteſt igitur grauari filius quò minùs liberè vſque ad ſuam legitimam de hæreditate paterna ſibi relicta diſponere queat, Weſembec.*conſ.265 n.21.* cùm legitima fideicommiſſo grauari non poſsit.

CLVI. *Prælegata filiis facta veniúntne in fideicommiſſum?*

Prælegatū quomodo in fideicommiſſum veniat.

Vel teſtator generaliter dixit vt grauarus omnia bona ſibi relicta reſtituat, & tūc veniunt etiam prælegata, *l.cùm virum, vbi Dd.C.de fideic.* vel dixit vt reſtituat hæreditarem, vel partem hæreditatis ſibi relictam, & tunc tantùm veniunt bona hæreditatis titulo inſtitutionis relicta, non prælegata, vel meliorationes, *l.Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebell.* vel reliquit fideicommiſſum non exprimens ex quibus bonis, & tunc fecit ſubſtitutionem fideicommiſſariam poſt inſtitutionem, & prælegata, & ſic in omnibus videtur facta: aut fecit ſubſtitutionem poſt inſtitutionem tantùm, & ante prælegata, & tunc rantùm veniunt in fideicommiſſum inſtiturionis, titulo relicta, non prælegata ſequentia, *l.Titia, ff.ad leg. falcid.* Weſembec.*conſ. 265 num.37. in fin.* dicit hanc eſſe communem opinionem, vt indiſtinctè prælegara veniant in fideicommiſſum, & vnà ſubiaceant reſtitutioni.

CLVII. *Vbinam debet conueniri fideicommiſſarius à creditoribus?*

Fideicommiſſarius vbi conueniendus.

Conueniri debet vbi habet domicilium, & vbi eſt maior pars hæreditatis, *l ita, §.fin.ff. ad Trebell.* & vbi defunctus conueniri debuit, *l.hæres abſens, ff.de*

ff. de iudic. & vbi illud eſt quod petitut, tum vbi teſtator voluit, vel probabile eſt voluiſſe, l. quod legatur, & l. ſed etſi ſuſcepeit, §.1. & l. fideicommiſſum, ff. de iud.

CLVIII. *Fideicommiſſi grauamen afficitne ipſa bona quocunque vadant?*

Fideicõmiſſi grauamen ſemper bona afficit. Afficit, & omnes perſonas illa poſſidentes, ita vt cenſeantur tali fideicommiſſo grauatæ, Bart. in l. pen. §. fratre, col. 2. verſ. venio ad quartam, ff. de leg. 2.

CLIX. *Fideicommiſſarius poteſtne impedire hæredem grauati quo minus in poſſeſſionem hæreditatis mittatur?*

Fideicõmiſſarius non impedit mi... ſionem in poſſeſſionem. Non, ſiue ipſe non poſſideat, gloſſ. in l. fi. in verb. ex parte, & in verb. legitimo, C. de Edict. Diu. Adrian. tollend. ſiue poſſideat, nam hæres mittendus eſt in poſſeſſionem hæreditaris ex qua poſſit detrahere quartam Trebellianicam, l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. l. lineam margaritarum, ff. ad l. g. falcid. Boer. deciſ. 156. Pap. lib. 20. tit. 1. art. 21.

CLX. *Poteſt-ne filius donatarius fideicommiſſo grauari à patre in fauorem fratrum & ſororum donatarij?*

Poteſt, ſi decedetet ſine liberis, nempe in fauorem deſcendentium teſtatoris donantis, ita Carond. reſponſ. lib. 7. reſp. 62.

CLXI. *Poteſt-ne pater grauare filium de dote reſtituenda?*

Pater de dote reſtituenda filium nõ grauat. Non, ſi filia dotem habeat iure ſuo, vt l. pater filiam, in princ. ff. ad leg. falcid. ita quidem ſi dotem habeat iure hæreditario, dummodò dos legitimam excedat, vel filia aliunde tantùm de bonis habeat patris quantum ſatis eſt ad legitimam, & hoc eſt quod dicitut in l. fi. §. filia, ſ. ff. de leg. 2. filiam poſſe grauari in dotem, quatenus dos eſt vltra legitimam. Ratio eſt, quia onus legitimæ nullum à parentibus inijci poteſt, l. quoniam, C. de inoffic. teſtam. Vide quæſt. 155. ſupt.

CLXII. *Fideicommiſſarius poteſt-ne agere contra tertios ante fideicommiſſi reſtitutionem re vel verbo factam aut ſaltem adiudicationem?*

Non, Ant. Fab. defin. 3. C. ad SC. Trebell. excipiuntur tamen quidã caſus in quibus poteſt fideicommiſſarius vniuerſalis ante reſtitutionem re aut verbo factam, agere contra tertium rei vindicatione, vt pro rebus alienatis ab hærede grauato qui eas reſtituere nequit, Guid. Pap. quæst. 601. poſt Bart. in l. fi. §. ſin autem ſub conditione, in fi. C. commun. de leg. & in l. Marcellus, §. res quæ, in fi. ff. ad Trebell. Deinde ſi rogatus abſentiam captaueuerit, & contumax factus fuerit ante, vel poſt litem conteſtatam: ſi ante reſtitutionem mortuus ſit: ſi fideicom. ſecũdus rogatus ſit reſtituere, l. ſancimus, 7. C. ad Trebell. alij caſus adferuntur in gloſſ. ipſo iure, in d. l. ſancimus. Fideicõmiſſarius non agit contra tertios ante reſtitutionẽ, niſi in certis caſibus.

CLXIII. *Hæres reſtituere grauatus teneturne fideicommiſſario de dolo & lata culpa?*

Hæres tenetur de dolo & lata culpa. Tenetur, vt ſi res fideicommiſſæ perierint, vel ædes combuſtæ ſint culpâ ſuâ, reddet earum rationem fideicommiſſario, l. mulier, 22. §. ſed enim, ff. ad SC. Trebell. & in detractiones eius imputatio fiet, putà in legitimam, & Trebellianicam, l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.

CLXIV. *Hæres reſtituere grauatus teneturne reſtituere res ipſas, an æſtimationem earum?*

Grauatus res ipſas tenetur reſtituere. Tenetur res ipſas teſtituere, gloſſ. in l. non amplius, 26. §. fi. ff. de leg. 1. Et hoc intelligendum eſt dummodò diuiſio commodè fieri poſſit, quòd ſi res naturaliter indiuiſæ ſint, aut ſine damno earum diuiſio fieri nequeat, earum æſtimatio veniet reſtituenda, d. §. fi. & ibi gloſſ. atque Dd. Quando æſtimationem reſtituat.

CLXV. *Quomodo præſcribitur fideicommiſſo vniuerſali?*

Fideicõmiſſi præſcriptio. Præſcribitur 30. annis, l. omnes, & l. ſicut, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. neque poterit hoc in caſu mala fides præſcribenti imputari, quia talis præſcriptio currit contra negligentem petere fideicommiſſum, etiamſi poſſidens & præſcribens notitiam haberet fideicommiſſi, & in mala fide eſſet, Pet. de Ancha. in cap. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. Tamen ſi grauatus ad venditionem proſilierit, non procedet longi temporis præſcriptio contra fideicommiſſarium, l. ſi duobus, C. commun. de leg. potiſſimùm pendente conditione.

CLXVI. *Poteſt-ne quis ſubſtitutioni fideicommiſſariæ renuntiare?*

Fidei-commiſſo renuntiare poteſt.

Poteſt, *l.1.& l.cùm proponas*, 16.C. *de pactis, & l.in fideicommiſſo*, C. *de tranſactionibus*, vbi fideicommiſſum viciſſim iniunctum remitti poſſe dicitur.

CLXVII. *Poteſt-ne per diuiſionem fideicommiſſo renuntiari?*

Quamuis communis ſit opinio, quòd per ſimplicem diuiſionem, etiam cum clauſula de non contraueniendo, non intelligitur fideicommiſſo renuntiatū, vt latè *Bart.in l.qui Romæ*, §. *duo fratres, in 2. quæſt. vbi communiter Dd.ff.de verb.oblig.* Tamen illa opinio non procedit, ſi diuidentes mutuò promiſerint de rebus diuiſis ſe perpetuò aliquid non petituros, & contra diuiſionem ſe non venturos aliqua ratione, causâ, vel ingenio, quæ cauſa excogitari poſſet, tunc enim cenſetur facta remiſſio, *Iohan. Andr. in addit. Speculatoris, in Rub.de teſtamentis*, §. *in primis, verſ. quòd ſi duobus, Socin.conſ.* 43.*col.* 2. *verſ. ſecundò multum operatur*, *in* 4. *vol.* Et ſanè quando hæredes tempore diuiſionis fideicommiſſi notitiam habuerunt, viſis nimirum, & inſpectis tabulis teſtamenti, expreſsè fideicommiſſo renuntiare poſſunt, *per text.in l.1.& in l.cùm proponas*, 16. *C. de pactis.* Et eiuſmodi expreſſa renuntiatio eſt permiſſa, *text. notab.in l.de fideicommiſſo*, 11.*C.de tranſact.* quâ facta neutra pars læditur, concordia fratrum retinetur, & votum captandæ mortis tollitur, *Alex. in l. qui Roma*, 122.§. *duo fratres, n.*28.*& n.*30.*ff.de verb. oblig. Boer. deciſ.* 147. *n.* 7. *Intrigl.de ſubſtit. cent.*3.*quæſt.*62.

Per diuiſionem an fideicommiſſo renuntietur.

CLXVIII. *Quandiu durat fideicommiſſum?*

Fideicōmiſſi duratio.

Cùm fideicommiſſum directò relinquatur deſcendentibus, tunc in infinitum durat, nam teſtator voluit vt bona perpetuò in familia & agnatione conſeruarentur, quæ cauſa perpetuò durare debet, & ſine temporis limitatione, *Socin. conſ.* 38. *in princ. & col.* 2. *&* 4. *verſ. ſed tamē his, Gueneſ.in Conſtit.Reg.tit.de ſubſtit. p.* 129. *n.* 1. *in fi.* Quoad alias ſubſtitutiones, illæ vltra quatuor gradus poſt inſtitutionem non valent, *Car.IX.*1560. *art.* 59. *&* 1566. *art.* 57. Vide quæſt. 24. ſupr.

CLXIX. *Exiſtentia ſui hæredis confirmátne fideicommiſſum?*

Exiſtentia ſui hæredis confirmat fideicommiſſū.

Confirmat, nec requiritur agnitæ hæreditatis probatio, *l.ita tamen*, 27.§. *ſi pater, ff.ad Trebell.* ergo per reſtitutionem tranſeunt actiones, quamuis hæreditati ſe non immiſcuerit, *d.*§.

CLXX. *Fideicommiſſum quod poſt mortem hæredis grauati reſtituendum eſt, rectè-ne poteſt ante mortem reſtitui?*

Fideicōmiſſum ante mortem poteſt reſtitui.

Rectè, quartâ retentâ, vel omiſsâ, *l.poſt mortem*, C. *de fideicom.* dummodò relinquatur perſonæ certæ, nam ſi incertæ perſonæ relinqueretur, non valeret illa reſtitutio, *l.*77.§.10.*ff.de leg.*2. niſi etiam dies in fauorem fideicommiſſi, non autē hæredis appoſita fuerit, *l.Iauolenus*, 15. *ff. de annuo leg.* obſtare tamen videtur lex cùm pater, 77.§.4.*ff.de leg.*2. vbi hoc fideicommiſſum, vt poſt mortem ſuam quis id reſtituat, eſt conditionale, conditiones autem ſtrictè & prout iniunctæ ſunt impleri debeant, *l.*55.*ff.de condit. & demonſtr.* Sed reſpondendum hanc conditionem ſiue hoc tempus, in fauorem hæredis grauati eſſe adiectum, prout ſæpè adiici ſolet, *l.cùm tempus*, 17.*ff.de reg.iur.* Adiectio temporis pro reo fieri conſueuit, *l.*41.*ff.de verb.oblig.*

Obiect.

Reſp.

CLXXI. *Debétne hæres grauatus legata ſoluere de fructibus?*

Hæres nō ſoluit legata de fructib.

Non, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 541. *n.* 7. quia ad ipſum pertinent pendente fideicommiſſi conditione, idque iure dominij, & iudicio teſtatoris, *Peregr.de fideicō.art.*40.*n.*22.*& art.*35.*n.*10. niſi agatur de annuis legatis, nam, vt ait Iuriſconſultus in *l.libert.*21.§.1. *ff.de an.leg.* præſumitur teſtator legare voluiſſe ex fructibus.

CLXXII. *Gradus ſubſtitutionis fideicommiſſariæ quomodo ſunt computandi?*

Graduū computatio.

Computandi ſunt per capita, & non per ſtirpem, aut generationem, ita *Expill. cap.* 124. *& Vall. de reb. dub. tract.* 5. & quælibet perſona grauata, & quæ fideicommiſſum agnouit gradum conſtituit, *l.Titia Seio*, 87.§. *Seia libertis*, 2.*ff. de leg.*2.

CLXXIII.

CLXXIII. *Quinam fideicommiſſary vocantur ordine ſucceſſiuo?*

Fideicommiſſarij ordine ſucceſſiuo vocati. Per fideicommiſſarios ordine ſucceſſiuo vocatos debemus intelligere deſcendentes, *l. vlt. C. de verb. ſignif.* quos quidem deſcendentes ſufficit eſſe natos, eo tempore quo illis fideicommiſſum fuit relictum.

CLXXIV. *Cum teſtator per fideicommiſſum vocauit deſcendentes ordine ſucceſſiuo, nepos ex fratre admittitúr ne ſimul cum patruo?*

Nepos an cum patruo admittendus. Videtur ſimul admittendus, per §. *cum filius, 6. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* vbi nepotes ex præmortuo filio eorum patris locum aſſumentes ſimul cum patruo ad aui ſucceſſionem admittuntur. Tamen *Bald. ad illum* §. contrarium tenet, dicens filium in fideicommiſſis non repræſentare perſonam patris vt in ſucceſſione ab inteſtato, quia in fideicommiſſo attenditur teſtatoris voluntas qui priorem in gradu vocauit & ita patruum prætulit nepoti, in ſucceſſione verò ab inteſtato cùm iure hæreditatio ſucceditur, iuris diſpoſitio attenditur, & ita nepos ſimul cum patre admittitur.

CLXXV. *Nepos ex fratre in ſubſtitutione fideicommiſſaria admittitúr ne cum filio teſtatoris?*

Nepos nõ admittitur cum filio. Teſtator inſtituit Titium & Caium filios ſuos, & eos eorúmque liberos ſubſtitutione fideicommiſſaria inuicem ſubſtituit, deceſſit teſtator, deceſſit etiá Titius relictis liberis, quæritur an illi liberi vocentur ad fideicommiſſum cum Caio? Reſpondendum negatiuè, quia conſtat de voluntate teſtatoris, nempe eum magis dilexiſſe filium, quàm nepotes, vt enim inſtituendo prædilexit, ita ſubſtituendo, *arg. l. 1. C de impub. & al. ſubſtit.* Adde quòd in fideicommiſſis nullum ſit ius repræſentationis, *gloſſ. in cap. Raynaldus*: ergo quandiu ſupereſt vnus filius qui primo loco ſuccedere debet, excluduntur nepotes. *Filius excludit nepotes.*

CLXXVI. *Debét-ne hæres grauatus rationem reddere ſubſtituto?*

Hæres reſtituere rogatus debet fideicommiſſario rerum hæreditariarum & adminiſtrationis reddere rationem, *l. cum tale, 72. §. Titius, 2. & ibi gloſſ. ff. de condit. & demonſtr. l. mulier quæ duobus, 22. §. ſed enim, 3. ff. ad Trebell.* Quòd ſi malè hæres adminiſtrauerit, puta ſi alienauerit, conſumpſerit, perdiderit, rupetit, fregerit, vſſerit, aduerſus eum non cõperet fideicommiſſario actio legis Aquiliæ, vel alia ciuilis & realis ante reſtitutionem, quia nullum habet ampliùs dominium, ſed ex teſtamento, aut ex fideicommiſſi cauſa, vel actione perſonali ad perſequendum id quod deperiit, poſt reſtitutionem verò competet ciuilis actio, *l. ſi hæres, 70. §. 1. ff. ad Trebell.* *Grauatus debet reddere rationẽ.*

CLXXVII. *Debétne hæres grauatus cauere?*

Hæres inſtitutus ſub conditione debet cauere de hæreditate non diminuẽda & reſtituenda, & deficiente conditione ad hic hæreditatem ſubſtitutus & eam petet, & ſi fuerit in aliquo diminuta, committitur ſtipulatio, *l. inter omnes, 12. & ibi gloſſ. hæ editate, ff. qui ſatiſd. cog.* Debet etiam rogatus cauere ſe reſtituturum quidquid ad ipſum peruenerit, alioqui poterit fideicommiſſarius mitti in bonorum poſſeſſionem, non vt ex his hæredem expellat, ſed vt ex iure pignotis poſſideat, *l. ſi poſtquam, l. qui legati, l. certa, C vt in poſſeſſ. leg.* *Hæres cauere debet.*

CLXXVIII. *An omnes fideicommiſſario cauere tenentur?*

Omnes niſi teſtator remiſerit, *l. licèt, 12. l. ſi. & ibi gloſſ. non compellendum, ff. vt legat. ſeu fid. icomm. ſeru. cauſ. caue.* niſi etiam filius fratri ſuo aut filiis eius reſtituere ſit rogatus, *l. iubemus, 6. in princ. C. ad SC. Trebell.* Excipitur quoque filius extraneo reſtituere grauatus qui cauere non tenetur, *Bart. in l. quod bonis, 15. §. quod autem, ff. ad l. falcid.* Etſi filius cauere non teneatur fideicommiſſario, tamen pati debet inuentarium & deſcriptionem bonorum, quia etiamſi filio non nocet, prodeſt fideicommiſſario, & in caſu dilapidationis bona ſequeſtrabuntur, *Bald. ad l. iubemus, C. ad SC. Trebell.* *Omnes fideicomiſſario cauent.*

CLXXIX. *Poteſt-ne hæres grauatus compromittere de hæreditate ante reſtitutionem eius?*

De reſtituenda hæreditate, & de bo-

Grauatus poteſt cõpromittere.

nis hæreditariis, grauatus compromittere poteſt cum aliquo creditore hæreditario ante hæreditatis reſtitutionem, *l. cùm hæreditas*, 36. *ff. ad SC. Trebell.* quia eſt dominus, & plenam habet rerum hæreditariarum adminiſtrationem.

CLXXX. *Si grauatus duobus reſtituere debeat, & vni integram hæreditatem reſtituerit, potéſtne alter agere contra grauatum ad reſtituendum?*

Non, ſed aget in eum cui integra reſtitutio fuit facta, *l. 1. §. ſed & quoties, ff. ad SC. Trebell.* in quem tranſeunt ipſo iure in ſolidum actiones.

CLXXXI. *Debétne quis plus onerari quam fuerit honoratus?*

Nemo plus onerarus quam honoratus.

Regula inſignis.

Titius Mænio centum legauit, eúmq; rogauit vt ducenta reſtituet Seio, quæritur an illa reſtituere ſit cogendus? Reſpondetur quòd non, neque enim tenebitur vltra centum ob inſignem hanc regulam quâ cauetur, non poſſe quempiam rogari plus reſtituere quàm ex teſtamento ipſe acceperit, vel non eſſe recipiendum, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges, *l. ſed etſi fideicommiſſum, §. 1. in fi. ff. de leg. 3. l. ex facto. 17. §. 2. ff. ad Trebell.* Ratio regulæ eſt, quia onus ſiue incommodum reſpondere debet cõmodo, nec plus poteſt quis onerari quàm fuerit honoratus, *l. ſecundum naturam, 10. ff. de reg. iur.*

CLXXXII. *Quid iuris ſi hæres ſit grauatus vltra vires hæreditarias?*

Hæres grauatus vltra vires hæreditatis.

Accidere poteſt vt hæres grauetur vltra vires hæreditarias hoc caſu, illud quod deeſt, ſupplebit hæres ex fructibus, iudicio teſtatoris perceptis, & ex eo quod vltra quartam eſt. & reſiduum ſibi retinebit, quòd ſi fructus non ſufficiant, omnibus pro rata fiet diminutio, *l. ita tamen, 27. §. 16. l. ſi hæres ab eo, ff. ad Trebell.* Liberi tamen primi gradus non tenentur ſupplere fideicommiſſum ex fructibus, *l. poſtulante, 44. §. ſed in huiuſmodi, ibi ſed quia, ff. ad Trebell.*

CLXXXIII. *Si hæres grauatus moriatur ante aditionem aut reſtitutionem, euaneſcétne fideicommiſſum?*

Si moriatur ante aditionem hæreditatis euaneſcet fideicommiſſum, *l. ſi nemo, 9. ff. de teſtam. tut.* ſi verò adiit, & ante reſtitutionem moriatur, aliquo hærede relicto, eius hæres cogetur hæreditatem reſtituere, *l. ſi eius pupilli, § ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* ſi nullum hæredem reliquerit, ipſo iure transferentur vtiles actiones, *l. ſancimus, §. fi. C. ad Trebell. gl. de ceſſis, & ibi addit. marg. in l. 39. §. hæres, ff. de admin. tut.*

Hærede mortuo ante reſtitutionẽ euaneſcit fideicommiſſum.

CLXXXIV. *Cùm duo ſunt inſtituti & rogati reſtituere poſt mortem eorum, vno eorum mortuo competítne pro parte fideicommiſſi petitio?*

Compètit, nec expectanda eſt mors ſuperſtitis inſtituti, ad vniuerſum fideicommiſſum petendum, *l. Lucius, 88. §. Gaio Seio, 7. ff. ad SC. Trebell.*

CLXXXV. *Si hæres poſt mortem reſtituere rogatus, delictum commiſerit, propter quod omnia bona fuerunt confiſcata, vel ſi ingrediatur monaſterium, poterítne ſubſtitutus petere fideicommiſſum?*

Neutro caſu fideicommiſſum petere poterit ante mortem rogati, nam fideicommiſſum relictum in diem mortis, non cedit ante diem mortis naturalis, poteſt enim fideicommiſſarius mori ante grauatum, & ita deficere fideicommiſſum, *l. Statius, 46. §. fi. ff. de iur. fiſci.* Fusè *Expill. part. 1. ad quæſt. an mors ciuilis idem habeat effectum cum naturali.*

Ante mortem naturalẽ non poteſt peti fideicõmiſſũ.

CLXXXVI. *Reſtituta hæreditate contra quem competent actiones actiuæ & paſſiuæ, contra grauatum, an contra fideicommiſſarium?*

Contra vtrumque pro rata parte, ſi tamen tota & integra hæreditas reſtituatur nullo retento competent omnes contra fideicommiſſarium, *§. ſed quia ſtipulationes, 7. Inſtit. de fideicom. hæred. l. 1. C. de pactis. l. 2. C. de hæred. vel act. vend.* Ratio eſt, quia facta reſtitutione grauatus poſuit fideicommiſſarium in locum ſuum, *l. planè, in verb. ſuo loco, ff. fam. erciſc. & l. qui quadriagenta, in verb. quod ſuo loco, ff. ad Trebell.* Vide ſupr. quæſt. 153. & 154.

Actiones competũt & contra grauatũ & contra fideicommiſſariũ.

CLXXXVII.

CLXXXVII. *Fideicommiſſum à filio relictum poſt mortem, quomodo eſt intelligendum?*

Coniectura voluntatis à pietate ſumpta eſt optima.

Maritus filium ſuum hæredem inſtituit, eúmque rogauit vt poſt morrem vxoris ſuæ hæredirarem reſtituat, non aliter debet intelligi quàm ſub conditione hac, ſi ſine liberis deceſſerit, nam ſi de liberis cogitaſſet, proculdubio talem ſubſtitutionem non feciſſet, *l. cùm auus, ff. de cond. & demonſtr. l. cùm acutiſſimi, C. de fideicomm. l. generaliter, § cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Hæc enim eſt optima coniectura voluntaris teſtatoris ex pietate deſumpta, quæ locum habere debet etiamſi vxor filio fuerit ſubſtitura, *Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 21. tit. 10. n. 25.*

CLXXXVIII. *Fideicommiſſum non agnitum poteſt-ne ad hæredes tranſmitti?*

Fideicommiſſū non agnitum ad hæredes trāſmittitur.

Poteſt, ſi purè relictum ſit, *l. cum filio, ff. de leg. 1.* & ſic ſi fideicommiſſarius deceſſerit ante agnitionem fideicommiſſi, aut ante eius reſtitutionem, illius hæredes qualeſcunque ſint, poterunt ab hærede grauato reſtitutionem petere, quòd ſi relictum ſit fideicommiſſum ſub conditione, illud non tranſmittetur ante conditionis euentum, *l. vn. §. ſin autem, C. de cad. toll.* ſi verò poſt conditionis euentum moriatur fideicommiſſarius ante reſtitutionem ſibi factam, ius petendi ad hæredes transferet, *annot. Rāch. in quæſt. 232. Guid. Pap. vbi citatur Iaſ. in l. cum filio, ff. de leg. 1.* Vide quæſt. 17. ſupr.

CLXXXIX. *Subſtitutio fideicommiſſaria eſtne odioſa an fauorabilis?*

Subſtitutio fideicōmiſſaria quomodo odioſa.

Naturâ ſuâ eſt odioſa, *gl. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. Menoch. conſ. 95. n. 20. lib. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 1. n. 2.* Quod intelligendum eſt ex parte grauati, *Menoch. præſumpt. 67. n. 24.* & quatenus eſt onus, *l. cohæredi, §. cùm filia. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ſed non eſt odioſa, verùm fauorabilis quatenus tendit ad conſeruationem familiæ, & bonorum in agnatione, *Maſc. concl. 774. n. 11.* & quatenus etiam Reipub. intereſt ſuprema hominum iudicia exitum habere, *l. negare, ff. quemad. teſtam. aper.* ſunt enim teſtamenta ita fauorabilia, & ita comparata, vt iura dicant, diſponat teſtator & erit lex, *§. diſponat, auth. de nupt. l. cùm virum, C. de fideicom.*

Quomodo ſit fauorabilis.

CXC. *Subſtitutio fideicommiſſaria extenditúrne de caſu in caſum, de perſona in perſonam, & de tempore in tempus?*

Non regulariter, vt de ſubſtitutione in genere probarum fuit in quæſt. 13. ſupr. ſi tamen ratio in contrarium vrgeat, aut coniecturara mens teſtaroris contrarium ſuadeat, fiet extenſio, vt latè *Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 76. per tot.* *Subſtitutio fideic. an extēdatur.*

CXCI. *Si teſtator ſubſtituat filium & filij liberos, quomodo procedet ſubſtitutio, an ſimul, vel ordine ſucceſſiuo?*

Procedet ordine ſucceſſiuo, nempe ipſius filij liberi vocati cenſebuntur, ſi filius hæres non ſit, *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. ſub num. 1. Menoch. de præſumpt. 70. n. 13.* in qua præſumptione varij caſus, variæque limitationes proponuntur. *Ordo ſucceſsiuus filij & eius liberorum.*

CXCII. *Si teſtator ſubſtituerit deſcendentes, generationem, poſteritatem, ſanguinem, familiam, ſtirpem, lineam, domum, cippum, conſortes ſuos, parentes, agnationem, conſanguinitatem, domeſticos, & primogenituram, quinam vocati cenſebuntur?*

Teſtator ſubſtituens deſcendentes vocauit maſculos & fœminas, *l. vlt. C. de ſuis & legit.* *Deſcendentes.*

Subſtituens generationem, vocauit deſcendentes liberos cuiuſque ſexus, ex eodem genere ortos, *l. liberorum, 220. ff. de verb. ſignif.* *Generatio.*

Subſtituens poſteritatem, vocauit omnes deſcendentes in infinitum, *l. immunitates, 4. ff. de iur. immun.* & eos qui ſunt ſuæ familiæ, *l. vocatio, 13. ff. de muner. & honor.* *Poſteritas.*

Subſtituens ſanguinem vocauit ſine dubio deſcendentes, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 331.* *Sanguis.*

Subſtituens familiam vocauit non tantùm deſcendentes, ſed etiam tranſuerſales, gradatim tamen, & ordine ſucceſſiuo, reſpectu eorum qui erant in familia tempore teſtamenti, vel mortis ſaltem ipſius hæredis grauati, vt poſt *Cuman. ſeruſt. Socin. in l. ſi cognatis, n. 17. de reb. dub.* ita vt primò vocentur liberi, ſecundò parentes, tertiò collaterales, deinde gener, nurus, libertus, deficientibus ſcilicet propinquis, *l. ſuggeſtioni, 5. C. de verb. & rer. ſignif.* & illa eſt propria familiæ ſignificatio. *Familia.*

Subſtituens ſtirpem vocauit deſcen- *Stirps.*

dentes,& non collaterales, *Menoch. præſump.88.n.9.*

Linea. Subſtituens lineam, vocauit etiam deſcendentes, non collaterales, *Iaſ. in Rubr. de oper. non. nuntiat.n.5.* vbi dicit, Si teſtator ſubſtituit proximiores ex linea ſeu prole fratris, venire omnes deſcendentes ex dicto fratre in infinitum, non autem attinentes ex linea tranſuerſali fratris.

Domus. Subſtituens domum, vel illos de domo, vocauit familiam agnationem, adeóque omnes eadem arma & inſignia ferentes, *Peregr. de fideicom. art. 21.n.27. Menoch. lib.4.præſumpt.88.n.12.*

Cippus. Subſtituens cippum, vocauit illos qui ſunt baſis, & fundamentum domus atque familiæ, & non omnes de familia, ſiue omnes ferentes arma & inſignia, *Peregr. de fideicom. art. 22. n. 29.* Agnationis ſtipes vulgò dicitur cippus domus.

Conſortes Subſtituens conſortes, eiuſdem ſcilicet litis, vocauit eos qui ex eadem familia, agnatione atque parentela ſunt, *Peregr.d. art.22.n.42.& Meno. li.præſumpt.88. n.17.verſic.tertio modo.*

Subſtituens ſuos, vocauit deſcendentes, primò, qui etiam omnibus præferuntur, deinde venientes ab inteſtato ſecundum gradus prærogatiuam, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 338. ſine vllo ſexus diſcrimine, iure Nouell. ſublato, ſaltem in fauorabilibus, per communem doctrinã, *Dd. in l. ſi filius qui, 7. l. in ſuis, 11. l. Gallus, & paſſim, de liber. & poſth.*

Parentes. Subſtituens parentes, vocauit eos qui ex eadem familia atque agnatione ſunt, *Menoch. de præſumpt.88.n.18.*

Agnatio. Subſtituens agnationem, dicendo, volo vt bona conſeruentur in mea agnatione, vocauit deſcendentes & tráſuerſales ſimul, *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.12.n.12.verſic. ſed ego ſubſiſto*: dicẽdo, volo vt conſeruentur bona in agnatione filiorum meorum, vocauit deſcẽdentes tantùm tranſuerſalibus excluſis: denique dicendo, volo vt bona conſeruentur in agnatione, tunc vocauit agnatos omnes, tam à parte teſtatoris quàm filiorum, adeóque tranſuerſales, *Menoch. lib.4.præſumpt.88.n.19.in fi.*

Conſanguinitas. Subſtituens conſanguinitatem, tantùm agnatos vocauit, ſanguine iunctos, *l. ſpurius, ff. vnd. cogna. & l. ſi poſt ſuos, ff. de ſuis & legit. hæred.*

Domeſtici. Subſtituens domeſticos, vocauit eos qui ſunt de familia, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.375.*

Primogenitura. Denique ſubſtituens primogenituram, vocauit non eum quem fratres ſequuntur, ſed eum qui primò natus ſit, *de verb ſignif. c. Ioſeph.*

CXCII. *Quando reſtituet ille qui rogatus eſt reſtituere cum volet?*

Rogatus reſtituere cum volet. Ille poſt mortem ſuam videtur reſtituere rogatus, *l. vxorem, 41. §. Scæuola, 13. ff. de leg. 3.* ergo ante mortem compelli non poteſt ad fideicommiſſum.

CXCIII. *Si mater rogata ſit purè, vt faciat bona peruenire ad filium ſuum, quando competet fideicommiſſario petitio?*

Non competet niſi poſt mortem matris, *l. epiſtolã 75. §. vlt. ff. ad SC. Treb. ll.* hoc enim tempus tacitè colligitur ex præſumpta mente teſtatoris, *gloſſ. marg. ad d. §.*

CXCIV. *Hæres rogatus diuidere hæreditatem cum alio, cenſetúrne fideicommiſſo grauatus?*

Grauatus eſt qui diuidere fuit rogatus. Cenſetur, nam perinde eſt ac ſi teſtator hæredem grauaſſet reſtituere alij dimidiam hæreditatis partem, *l. vbi purè, 19. §. te rogo, ff. ad Trebell.*

CXCV. *Si pupillariter ſubſtitutus hæreditatem fuerit reſtituere rogatus, quid reſtituet?*

Ille reſtituet hæreditatem patris & filij, adeóque quidquid habuerit ex ſubſtitutione pupillari, *Guid. Pap. quæſt. 303.n.3.*

CXCVI. *Hæres reſtituere grauatus poteſt-ne ante reſtitutionem aliquid alienare?*

Grauatus purè an alienare poſſit ante reſtitutionem, & quas ob cauſas. Si grauatus ſit purè, putà vi clauſulæ codicillaris vel in diem certum, v. g. poſt decem annos, non poteſt alienare, *l. fi. §. ſed quia, C. commun. de lega.* Excipitur quarta Trebellianica ad quam vſque tenet alienatio, *l. Marcellus, §. res quæ, & ibi Iaſ. n.32. l. cùm hæreditas, l. mulier, §. ſi hæres, ff. ad Trebell.* Excipitur etiam caſus neceſſitatis, vt ad ſatisfaciendum creditoribus, & legatariis, *l. hæreditas, ff. ad Trebell. Guid. Pap. quæſt. 96.* etiamſi creditores non vrgeant, dummodò bona fide fiat alienatio, cùm prudentis

prudentis ſit debitoris opportuno tempore prouidere alienationi bonorum, & non expectare ſubhaſtationem cum magno hæreditatis damno, magniſque expenſis vt in terminis, Fuſar. *quæſt.* 541. *num.* 1. Caſus alimentorum eſt etiam neceſſarius, *gloſſ. in auth. res quæ*, *C. commun. de lega. & fideicomm.* Item ex cauſa dotis aut donationis propter nuptias, *d. auth. res quæ*: Tum ſi res ſit ſterilis, & non poſſit ſeruari *gloſſ. & Dd. in d. §. res quæ.* Si verò hæres ſit grauatus ſub conditione, poteſt interim alienare, ſed non irreuocabiliter, quia conditione adueniente alienatio eſt nulla, *l. fin. §. ſin autem ſub conditione C. commun. de legat.* Excipitur caſus dotis, vel donationis propter nuptias, *d. auth. res quæ. C. commun. de leg.* Item ſi grauatus ignorauerit fideicommiſſum, *l. fin. §. fin. D. de leg.* 2. Item ſtudiorum cauſâ, Fuſar. *de fideicomm. ſubſtit. quæſtio.* 540. *num.* 2. *& ſeq.* Aliæ adhuc ſunt exceptiones de quibus Socin. *reg.* 38. *&* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3 *quæſt.* 73.

Grauatum ſub conditione an alienare poſſit.

CXCVII. *Poteſtne hæres grauatus alienare bona fideicommiſſo ſubiecta vt ſibi tanquam creditori ſatisfiat?*

Poteſt, vt à Peregrino deciſum in *tract. de fideicommiſſ. art.* 39. *numer.* 1. vbi dicit quòd bona alienata ab hærede grauato priùs imputantur in ſuum creditum: *& artic.* 40. *num.* 18. dicit hæredem grauatum ius habere alienandi vſque ad concurrentiam debitorum quæ ſoluit. Idem aſſerit Fuſar. *tract. de ſubſtit. quæſt.* 141. *numer.* 5 & potiſsimùm *numer.* 10. vbi dicit prohibitum qui de ſuo ſoluit æs alienum, poſſe alienare bona vt ſibi ſatisfaciat.

Grauatus poteſt alienare vt ſibi ſatisfiat.

CXCVIII. *Valétne alienatio rei fideicommiſſariæ conditione pendente, vel morte in quam factum eſt fideicommiſſum, nondum ſecuta?*

Valet, ſed reſcinditur ac reuocatur ipſo iure conditione extante, vel morte eueniente, *l. ſeruo legato, §.* 1. *vbi Dd. ff. de leg.* 1. *l. cùm pater qui libertis, ff. de leg.* 2. *text. in l.* 3. *§. vltim. C. commun. de leg. vbi* Salic *& omnes Dd. & l. iubemus, auth. contra*, C *ad Trebell.* Ergo valet alienatio donec eueniat caſus & conditio fideicommiſsi, Iaſ. *in l. cùm proponas, n.* 11. *C. de pactis.* Vide quæſt. 196 ſupr.

Pendente conditione valet alienatio.

CXCIX. *Fideicommiſſo grauatus vel prohibitus, poteſtne vel inſtituere venientes ab inteſtato, aut in eos in alienare?*

Poteſt, *l. cùm pater, §. cùm inter, l. peto, §. fratre, vbi gloſſ.* Bart & Dd. *ff. de leg.* 2. *l. pater, §. Iulius Agrippa, ff. de leg* 3. Tiraq. *de retract. prox. §* 26. *num.* 4. Didac. Couar. *c. Raynaldus, in princ. nu.* 8. *de teſtam.*

Grauatus vel prohibitus poteſt inſtituere venientes ab inteſtato.

CC. *Res fideicommiſſo ſubiectæ poſſúntne legari?*

Res reſtitutioni ſubiectæ & legari, & in teſtamento relinqui poſſunt, Iaſ. *auth. res quæ, num.* 2. *in* 8 *limit. C. commun. de legat.* Quod ſimpliciter non intelligendum, ſed ſecundùm quid, nempè vt relinqui poſsint, ſicut alienæ, *id eſt*, vt hæres eas tanquam res alienas redimere à fideicommiſſario cogatur ſi poſſit, vel ſi is conſentiat cui reſtitutio debet fieri, Weſembec. *conſ.* 265. *n.* 15. *poſt Bart. in l. cùm pater, § pater, ff. de leg.* 2. *& per l. quoties, C. de fideicom. l. ab omnibus, ff. de leg.* 1.

Res fideicommiſſa poſſunt legari.

CCI. *Si ſubſtitutus conſenſerit venditioni bonorum reſtituendorum, poteritne venditionem reuocare poſtquam aperta fuerit ſubſtitutio fideicommiſſaria?*

Non, nam ſi alienationi conſentiunt qui reuocare poſſunt, non amplius admittuntur ſi reuocare velint, *l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm.* & omnibus quibus fideicommiſſum relictum eſt, ad diſtractionem conſentientibus nulla fideicommiſsi petitio eſt ſuperfutura, *l. nihil propoſ*, *§. omnibus.* D. *de leg.* 1 Ratio eſt manifeſta, quia emptor vel ſciuit illa bona eſſe fideicommiſſo ſubiecta, & ſic non emiſſet, ſi fideicommiſſarius venditioni non conſenſiſſet vel ignorauit, & ſic qui conſenſit & ſciuit bona illa eſſe reſtitutioni obnoxia, videtur voluiſſe emptorem decipere, deceptis autem & non decipientibus iura ſubueniunt, *gl. fin. in l.* 18. *C. ad Velleian.*

Subſtitutus qui conſenſit venditioni non poteſt eam reuocare.

CCII. *Poteſtne fideicommiſſarius reiuindicare bona alienata ante reſtitutionem fideicommiſsi?*

Poteſt, Guid. Pap. *quæſt.* 601. *poſt Bald. in l. fin. §. ſin autem ſub conditione in fin. C.*

Fideicommiſſarius poteſt rei-

Vindicari bona alienata ante reſtitutionem.

comm. de legat. neque enim cogitur expectare tempus reſtitutionis, cùm rerum alienatarum hæres dominus eſſe deſierit, eáſquè à ſua poteſtate remouerit, *ita gloſſ. in d. §. ſin autem ſub conditione.*

CCIII. *Res fideicommiſſo ſubiecta poſſuntne permutari?*

Res fidei commiſſa poſſunt permutari.

In quæſtio. 196. ſupr. probatum eſt res ſubiectas reſtitutioni non poſſe alienari, ideo ſtatim videri poſſet eas etiam non poſſe permutari: tamen magis probatur ſententia eorum qui putant res fideicommiſſo ſubiectas permutare poſſe, neque enim valet argumentum à prohibitione alienationis ad prohibitionem permutationis, cùm res dotalis non alienari, ita quidem permutari queat, cùm expedit mulieri, *l. ita conſtante, & l. vltim. D. de iur. dot.* Idem dicendum de rebus immobilibus ad Eccleſiam pertinentibus, quæ alienari non poſſunt, ſed permutari: ergo à pari, permiſſa eſt fideicommiſſi permutario, ſi fideicommiſſarii melior reddatur conditio, & fideicommiſſi interuertendi gratiâ non fuerit facta, *l. Titius*, D. *ad Trebell.* ita tamen vt res permutatæ æquè reſtitutioni ſubiiciantur ac fideicommiſſariæ, *l. Imperator, §. vltim. cum duabus ſeqq. ff. de leg. 2.*

CCIV. *Si hæres aliquid vendiderit ea conditione vt emptor poſteà intra certum tempus reuenderet, illud reemptum ab hærede venitne in fideicommiſſi reſtitutionem?*

Venditum ſub conditione reuendendi venit ad in fideicommiſſi reſtitutionem.

Venit, quia ex prima cauſa apud hæredem eſſe dicitur, Bart. *ad l. in diem, 9. D. aqu. plu. arc. l. vbi autem, 4. §. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict.* tamen videtur hæres à fideicommiſſario præſumi recuperare poſſe, quia de ſuis pecuniis redemiſſe quis præſumitur, Bart. *ad l. cùm propoans C. pro ſoc.*

CCV. *Qui prohibuit alienari immobilia an etiam prohibuit mobilia?*

Sic, quia legata & fideicommiſſa magis amplianda quàm reſtringenda, *l. in teſtamentis*, D. *de reg. iur.*

CCVI. *Prohibita alienatio rei fideicommiſſæ impeditne translationem dominii?*

Prohibitio duplex.

Prohibitio duplex eſt: alia ſine cauſa facta, alia facta cum cauſa, illa nullius eſt momenti, *l. filiusfamiliàs*, 114. §. *Diui*, 14. *D. de leg.* 1. Vel nudum eſt præceptum, *d. §. Diui*, ac proinde non impedit translationem dominii etiam in extraneum, *l. pater, 38. §. Iulius, D. de leg. 3.* Ratio duplex eſt, quia eſt contra libertatem dominii, *l. in re mandata, C. mandati*, & quia teſtator poſt mortem nihil ampliùs habet in re alienari prohibita. Hæc verò, maximi eſt momenti, & impedit dominii translationem, vt potè ſi cauſam adſcripſerit teſtator ſuæ prohibitioni, putà ne alienet hæres bona fideicommiſſa, quia à maioribus ſunt accepta, ac proinde velit teſtator ea in familia remanere ad ipſius conſeruationem. Hoc ergo operatur prohibitio cum cauſa, vt ſi hæres fideicommiſſarius inſtituat hæredem extraneum in illis bonis, inſtitutio fit nulla, & contra voluntatem defuncti, cùm nec inter viuos, nec teſtamento talis alienatio prohibitionem cauſatam fieri poſſit, *l. peto, 69. §. fratre, 3. D. de leg. 2.* Hæc tamen prohibitio cum cauſa non impedit alienationem neceſſariam, vt potè factam propter æs alienum, legata, dotem, alimenta, liberationem à captiuitate, & alios caſus quos congerit Bart. *de ſucceſſ. lib. 8. tit. de fideicomm. quo inducitur ex prohibit.*

CCVII. *Prohibitus alienare extra familiam, poteritne vendere cum conſenſu eorum qui ſunt de familia, aut etiam ipſis requiſitis, & nolentibus emere?*

Prohibitus alienare extra familiam poteſt vendere.

Poteſt, Bart. *conſil. 46. num. 10. per text. & ibi gloſſ. in verb. ex familia, in l. peto, §. fratre & ibi Dd. ff. de leg. 2. & l. quoties, 11. C. de fideicomm.*

CCVIII. *Quouſque extenditur prohibitio alienationis extra familiam?*

Non extenditur illa prohibitio vltra 4. gradū poſt perſonam prohibitā, Iaco.

de Bel.

Prohibitionis extra familiã extenſio.

de Bel. *in* §. *non igitur*, *auth. de reſtit. fideicomm.* Tamen ſi teſtator dixit quòd prohibebat libcros, vel hæredes alienare, volẽs ad deſcendentes ſuos perpetuo peruenire, talis prohibitio extenditur vltra quartam generationem, etiam in infinitum, Intrigl. *de ſubſtit. quæſt.* 79. *num.* 24.

CCIX. *Prohibitione alienationis rei fideicommiſſæ quid cenſetur prohibitum?*

Quid prohibitum alienari prohibitione rei fideicommiſſa.

Non tantùm tali prohibitione cenſetur prohibita tranſlatio dominii in perſonam extraneam, ſed etiã vſusfructus datio, vel hypotheca, vel pignoris nexus, vel ſeruitutum impoſitio, vel emphyteuſeos contractus, niſi in iis tantùmmodo caſibus in quibus conſtitutionum authoritas, vel teſtatoris voluntas, vel pactionum tenor, aliquid tale fieri permiſerit, *l. ſancimus*, *C. de reb. alien. non alienan.*

CCX. *Prohibita alienari extra familiam poſſúntne liberi pòſt nati reuocare?*

Prohibitio alienationis non nocet.

Alienatio prohibita, vel conſenſus alienationi prohibitæ præſtitus, aut promiſſio de non contraueniendo, neque filiis, neque agnatis, etiam tempore alienationis, vel conſenſus præſtiti nondum natis nocere poteſt, ac proinde illi poterunt alienata reuocare, ita Weſembec. *conſil.* 344. *num.* 26. & 27. *poſt multos Dd. ibi citatos.*

CCXI *Filius fideicommiſſo vniuerſali grauatus tenetúrne fideicommiſſario reſtituere feudum in quod patri ſucceſſit?*

Feudum à filio an ſit reſtituendum.

Si feudum ſit ex pacto & prouidentia, non erit reſtituendum: ſi ſit hæreditarium, illud cum hæreditate erit reſtituendum, *Dd. quos refert & ſequitur* Iul. Clar. *lib.* 4 *ſentent.* §. *feudum*, *quæſtio.* 85. & Vultei. *lib.* 1. *de feudis*, *cap.* 9. *num.* 118.

CCXII. Qui *reſtituit bona fideicommiſſa ante tempus quartâ* Trebellianica *non detractâ fraudátne creditores?*

Bona reſtituens ante tempus quarta, non detracta nõ fraudat creditores.

Mæuia inſtituit Titium maritum ſuum hæredem, & rogauit vt reſtitueret hæreditatem Seio filio communi, Mæuia deceſſit, Titius Seium emancipauit, & ſtatim ei ante mortem ſuam reſtituit hæreditatem, Trebellianicâ non retentâ, quæritur an talis reſtitutio in fraudem creditorum facta ſit? Reſpondetur quòd non, per *l. patrem*, & *l. debitorem*, 20. D. *quæ in fraud. credit.* vbi dicitur, quòd qui reſtituit bona defuncti fideicommiſſa ante tempus, non videtur fraudare creditores, neq; ille qui totam hæreditatem reſtituit non retentâ quartâ Trebellianicâ. Ratio adfertur, quia potiùs plenam fidem & pietatem executus eſt, quàm vt donauerit vel alienauerit, & magis fideliter adimpleuit officium ſuum, atque ita voluntatem vxoris pro ſumma lege habuit. Facit *l.* 1. *C. ad leg. falcid.* vbi qui non retentâ falcidiâ reſtituit, is non dicitur plus reſtituere quàm debebat,

CCXIII. *Quando expirat fideicommiſſaria ſubſtitutio?*

Fideicommiſſaria ſubſtitutionis finis.

Non expirat fideicommiſſum fideicommiſſarii morte, ſed remanet apud hæredem eius, vel agnatum, *gloſſ. ſucceſſerit*, *in l. cogi poterit*, §. *idem Marcianus*, D. *ad Trebell. gl. deceſſerit*, *in l. idem Iulianus*, §. *vtrum autem*, *D. ad Trebell.* Si verò hæres grauatus deceſſerit ante aditam hæreditatem, deficiet fideicommiſſaria ſubſtitutio, Bald. & Dd. *in l. filium quem habentem*, C. *famil. erciſc.* Sicut & ſi fideicommiſſarius moriatur ante grauatum, *l. ſi cui*, §. *hoc autem*, *ff. de leg.* 1. Ratio eſt, quia hæres hæredis qui non adiuit non poteſt cogi adire *l. ille à quo*, §. *ſi de teſtamento*, D. *ad Trebell.* quia etiam hæreditas non adita non tranſmittitur, *l. quoniam*, *C. de iur. delib.* exceptis caſibus quibuſdam de quibus Dd. *in l. eam quam*, *C. de fideicommiſſ.*

Hæres hæredis qui non adiuit non poteſt cogi adire.

Subſtitutio conditionalis deficiente conditione extinguitur.

Porrò propter defectum conditionis ſubſtitutio fideicommiſſaria extinguitur: quia illud pro regula habetur quòd ſubſtitutio aut diſpoſitio conditionalis, deficiente conditione, pro non facta habeatur, *l. ſi quis ita*, *ff. de cond. inſt. l.* 1. & *tot. tit.* D. *de cond. & demonſtr.*

CCXIV. *Pater reſtituere rogatus filio, quando ipſi cogendus eſt reſtituere?*

Pater diſſipãs fideicõmiſſũ cogendus,

Pater rogatus & diſſipans cogitur reſtituere filio.

eſt ipſi filio exiſtenti in poteſtate reſtituere, etiam ante conditionis euentum, *l. Imperator*, 50. *& ibi* Bart. *n°* 1. D. *ad SC. Trebell.*

CCXV. *Si poſt reſtitutionem quædam res adhuc de nouo repertantur non reſtituta, quid iuris?*

Quod non eſt reſtitutum debet reſtitui.

Illæ reſtituendæ ſunt, niſi prima reſtitutio per modum tranſactionis fuerit celebrata, *l. Lucius*, 78. §. *hæres eius*, 16. D. *ad Trebell.* tranſactio enim firmat reſtitutionem primam, nec reſcinditur prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretii partem, *gloſſ. marg. ibid.*

DE CONDITIONIBUS.

CCXVI. *Quid eſt conditio?*

Natura conditionum eſt cognitu valde neceſſaria in ſubſtitutionibus, & potiſſimùm fideicommiſſariis, ideo de illis nonnullæ veniunt quæſtiones tractandæ. Ac primùm quidem, Conditio definitur ſuſpenſio diſpoſitionis donec euenerit caſus incertus in quem eſt collata tacitè, vel expreſsè, *l. itaque*, 39. *ff. ſi cert. pet.* vt, *Si Titius ſine liberis moriatur, Seius hæres eſto.* Hæc diſpoſitio eſt conditionalis ex incerto appoſito caſu, *Si Titius, &c.* & ita fit diſpoſitionis ſuſpenſio, donec euenerit caſus quo Titius moriatur ſine liberis, §. *ex conditionali, Inſtit. de verb. oblig.*

Conditionis definitio.

CCXVII. *Quotuplex eſt conditio?*

Conditio poſſibilis.

Duplex, poſſibilis & impoſſibilis: illa eſt quæ poteſt accidere, aut facilè aut difficulter, vt, *ſi Titius ſine liberis moriatur, Si Titius Seij tutelam ſuſceperit Sempronius hæres eſto.* hæc verò eſt, cui natura aut lex reſiſtit: vt, *ſi cælum digito tetigeris, ſi ſororem vxorem duxeris*, ac proinde inutiliter adiicitur in diſpoſitione, & pro non ſcripta habetur, §. *impoſſibilis*. 10. *Inſtit. de hæred. inſtit.*

Conditio impoſſibilis.

Poſſibilis, vel eſt ſimplex vel mixta: ſimplex rurſus, aut eſt poteſtatiua, aut caſualis, *l. vn.* §. *ſin autem*, C. *de caduc. tollen.* Poteſtatiua ita appellatur, eo quòd ſit in poteſtate illius cui imponitur: v. g. *ſi Titius Caio centum dederit hæres eſto*, in arbitrium enim & poteſtatem Titii confertur, *l. ſi. ff. de condit. inſtit.*

Conditio poteſtatiua.

Conditio caſualis.

Caſualis ita appellatur, eo quòd ex caſu & fortuna pendeat, ac proinde in caſualem euentum eſt collata, *l. cùm pupillus*, 78. §. 1. v. g. *ſi nauis ex Aſia venerit Titius hæres eſto.* Mixta conditio ex poteſtatiua & caſuali colligitur, & eius euentus ex caſu, & perſonæ voluntate pendet, vt, *ſi Titius victoriam reportet, hæres eſto*, *d. l. vn.* §. *ſin autem.*

Conditio certa.

Rurſus diuiditur conditio in certam & incertam: illa omnino eſt extitura, vt, *ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non, Titius hæres eſto*: hæc an impleatur incertum eſt, vt, *ſi nauis ex Aſia venerit Titius hæres eſto.*

Conditio incerta.

CCXVIII. *Per quas dictiones fit & ſignificatur conditio?*

Dictiones conditionales.

Conditio fit & ſignificatur per multas dictiones, vt,

Si.

Per dictionem, *Si*, v. g. *ſi nauis ex Aſia venerit, Titius hæres eſto.*

Cùm.

Per aduerbium *cùm*, vt cùm hæres morietur, Seio centum lego, *l. 4. ff. quand. dies leg. ced.*

Niſi.

Per dictionem, *niſi*, vt, vendo tibi fundum, pro centum, ita vt venditio firma ſit, niſi alius intra menſem conditionem fecerit meliorem, *l. 2. cum ibi not. ff. de in diem addict.*

Alioquin, aliàs.

Per dictionem, *alioquin*, ſiue *aliàs*, vt, promittis mihi ſcribere librum intra menſem, alioquin, vel aliàs nomine pœnæ: talis dictio reſoluitur in dictionem, *ſi*, *l. ſi finita*, §. *ex hoc edict. D. de dam. infect.*

Siue.

Per dictionem, *ſiue*, vt ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius doctoratum conſecutus ſit. Eandem vim habent dictiones, *aut*, *vel*, quæ alternatiuæ ſunt, & illarum vna exiſtente purificatur diſpoſitio, *l. cùm pater*, §. *penultim.* D. *de leg. 2.*

Quandiu.

Per dictionem, *quandiu*, vt Titus quandiu hæredis mei res geſſerit, centum ſingulis annis habeat, *l. pater*, §. *fin.* D. *de condit. & demonſtr.*

Donec, quouſque, quoad.

Per dictiones *donec, quouſque, quoad*, vt, donec, quouſque, vel quoad vitam duxerit vxor vidualem, *l. legatum*, D. *de ann. leg.*

Dum.

Per dictionem, *dum*, vt lego vxori dum cum filio meo erit, *l. qui concubinam*, § *vxori*, *ff. de leg. 3.*

Per

Quandocunque. Per dictionem *quandocunque*, vt, vir legat vxori quandocunque filios habuerit, *l. cum vir. ff. de condit. & demonstr.*

Quando. Per dictionem, *quando*, vt lego pupillo quando nupserit, quæ dictio idem significat ac aduerbium cùm, de quo ſuprà.

Vbi. Per dictionem, *vbi*, vt lego filio, vbi nupſerit, *l. 46. §. fin. & ibi gloſſ. nupſiſſe*, D. *de leg. 2.*

Quatenus. Per dictionem, *quatenus*, vt lego Titio quatenus erit hæres meus, *l. Stichum, D. de leg. 1.*

Cum. Per præpoſitionem, *cum*, vt lego Titio cum Matio, *l. ſi quis, 8. & ibi add. marg. ff. de vſufruct. adcreſc.*

In. Per dictionem, *in*, vt, lego Titio in diſciplina, *id eſt*, pro mercede magiſtri, *l. nec ſemel*, 12. §. *ſi in habitatione*, 5. D. *quand. dies lega. ce.*

Nomine. Per dictionem, *nomine*, vt promitto centum nomine dotis, *id eſt*, ſi matrimonium celebretur, *l. ſi ſtipulationem*, *D. de iur. dot.*

Dictio pronominalis. Per dictionem pronominalem, *vt*, veſtem quæ mea erit, lego. *l. nuper*, D. *de leg. 3.*

Quiſquis. Per dictionem, *quiſquis*, vt quiſquis mihi ex ſuprà ſcriptis hæres erit, *l. qui liberis*, 8 D. *de vulg. & pu. ill. ſubſtit.*

Qui. Per dictionem, *qui*, iunctam verbo futuri temporis, vt Stichum qui meus erit cùm moriar, hæres meus dato, *l. Stichum*, 6. *D. de leg* 1.

Quicunque. Per dictionem, *quicunque*, vt quicunque proteſſus fuerit, *l. ait Diuus*, 16. *D. de iur. fiſc.*

Acceptis. Per dictionem, *acceptis*, vt hæres, acceptis centum nummis, reſtituat hæreditatem Titio, *l. a teſtatore*, 109. D. *de condit. & demonſtr.*

Gerundium. Per dictionem, *gerundiuam*, reſpicientem verbum, vel participium futuri temporis, vt adeundo hæreditatem, *id eſt*, ſi adieris, *l. ſi in ex parte*, 76. §. 1. *ff. de acquir. vel omit. hæred.*

De dictionibus conditionem importantibus latè Intrigl *de ſubſt. tut. cent.* 3. *quæſt.* 88.

CCXIX. *Quomodo differt conditio à modo, cauſa, & demonſtratione?*

Conditio. Conditio eſt diſpoſitionis ſuſpenſio in caſum futurum collata, vt dictum eſt in quæſt. 210 ſupr. nec poteſt ſub conditione relictum peti antequam conditio ſit impleta. *Modus.* Modus, eſt quoddam diſpoſitionis moderamen, non ſuſpenſio, vt conditio, & fit per dictiones, *vt, pro, dummodo*, & eiuſmodi alias moderationem importantes, vt, dono vel lego tibi 2. vt Titio des 2. *ibi gloſſ.* C. *de his, quæ sub mod. legat. relin.* Intrigl. *d. quæſt.* 88. *a numer.* 34. *vſque ad* 48. Sub modo igitur relictum peti poteſt cautione Muciana præſtita, ſi modus in non faciendo conſiſtat, & impleri poſſit vſque ad vitæ exitum. *l. cum tale*, 72. §. *Titius*, 2. *l. hoc genus*, 106. *D. de cond. & dem.* *Cautio Muciana.* Eſt Muciana cautio in conditionibus negatiuis, à Mucio Iuriſconſulto dicta de re cum fructibus reſtituenda ſi contra cautionem ventum ſit *l. Mucian. ff. de condit. & dem.* *Cauſa.* Cauſa, eſt quædam de præteritis præcedens ſuaſio, vt teſtamento noſtro magis quem honoremus ſiue animi pulſio à nobis expreſſa. *Demonſtratio.* Demonſtratio eſt quædam in præteritis ſeu exiſtentibus accidentibus notitia, vt magis legatum ſit liquidum adhibita, *gloſſ. in Rubr. ff. de cond. & demonſtr.*

CCXX. *Impletio conditionis cui prodeſt.*

Impletio prodeſt conditionis impleti. Prodeſt ſoli implenti, ergo ſi plures vnam conditionem implere à teſtatore fuerint iuſſi, ille qui teſtatoris voluntati paruit, referet vtilitatem aliis negligentibus à commodo remotis, *l. ſi plures*, 6. *C. de condit. inſ. l. paterfamilià*, 44 D. *de hæred. inſtit.*

CCXXI. *Qualis debet eſſe impletio conditionis vt proſit?*

Conditio quomodo implenda. Non debet impleri conditio fato quodam, fortuitò & caſu, *l. 2. in fin.* D. *de condit. & demonſtr.* niſi talis ſit conditio quæ pendeat à caſuali euentu ſiue facto grauati tunc ſufficiet ſi ſciatur eius exiſtentia, *l. multùm intereſt.* 21. *D. de condit. & demonſtr.* ſed debet impleri obtemperando voluntati teſtatoris, & debito ac legitimo modo, qui de iure conſiſtat, *l. hac conditio*, 10. *ff. de condit. & demonſtr.*

CCXXII. *Conditio debétne ſcindi aut diuidi?*

Conditio non eſt ſcindenda. Non debet ſcindi, ac proinde ſi Titio fundus ſit legatus ex conditione vt hæredi decem daret, non poterit Titius vindicare fundum ſi tantùm quinque

det, *l. qui duobus*, 23. *ff. de condit. & demonſtr.* quia formam & ſolennitatem indueit, conditio, Tiraq. *de retract. proxim.* §. 1. *glo.* 21. *num.* 13. Et hoc intelligendum ſi conditio vni tantùm adiiciatur, non ſi pluribus adiecta ſit, ſcindi poterit, *l. cui fundus*, 56. *ff. de cond. & demonſtr.*

CCXXIII. *Quando ſatisfactum eſt conditioni à teſtatore appoſitæ?*

Conditioni q. ſatisfactũ. Tunc cùm effectus eſt ſecutus, putà Titiũ inſtituo, & ſi Presbyter efficiatur, Caium ſubſtituo, eſt autem effectus presbyter, perinde ergo eſt ac ſi ſine liberis fuiſſet mortuus, Crau. *conſ.* 59. *num.* 5. Poteſt enim extenſio fieri de vno caſu ad alium quando idem reſultat effectus.

CCXXIV. *Conditio retrotrahitúrne ad tempus quo facta eſt?*

Conditio retrotrahitur. Si conditio exiſtat, retrotrahetur ad tempus quo ſub illa conditione aliquid factum eſt aut relictum, *l. potior*, §. 1. *ff. qui pot. in pign. hab.*

CCXXV. *An ſufficit vt conditio momento impleatur, etiamſi poſteà non duret?*

Momentum ſufficit ad implendum conditionem. Sufficit, *l. ſi. C. de ind. vidui.* niſi conditio ita concepta ſit vt tractum temporis ſucceſſiuum inducat, *l. ſi à te ſi ſeru. vind.* latè de momentanea conditione Mantic. *de tract. & ambig. convent. lib.* 14. *tit.* 44. *per tot.*

CCXXVI. *Si impedimentum aliquod contingat an conditio impleta cenſebitur?*

Conditiones quando impletæ. Conditiones impletæ dicuntur ſi impedimentum ab eo proficiſcatur cuius intereſt non impleri, *l. iure ciuili*, D. *de condit. & demonſtr.* quod verum ſi iis ſciens, & ex propoſito præſtet impedimentum, ſi enim effectus extra votum, vel inditectè contingat, nihil ei imputabitur, *l. ſtatuliberos*, 3. §. *ſi quis ſeruum*, 8. *l. non omne*, 38 *ff. de ſtatu lib.* Tum ſi ſine dolo non impleantur nihil imputandum, *l. Mænia*, *l. annua*, *D. de annu. leg.*

CCXXVII. *Conditio ſemel deſerta poteſtne reſumi?*

Non, ſicut obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit, l. quidam, *l. rego*, D. *de fideicom. libert. l. pater*, §. *vlt. D. de condit. & demonſtr.* *Conditio deſerta nõ reſumitur.*

CCXXVIII. *Conditio caſualis in fideicommiſſo poſita cenſetúrne in ſubſtitutione repetita?*

Illud eſt vulgare, conditionem caſualem adiectam in inſtitutione non cenſeri in ſubſtitutione repetitam, *l. ſub conditione*, 73. *D. de hæred. inſtit.* At conditio in legato ſeu fideicommiſſo poſita, cenſetur in ſubſtitutione repetita, *l.* 83. *D. de leg.* 2. *Conditio inſtitutioni an in ſubſtitutione repetitur.*

CCXXIX. *Conditiones poteſtatiua vel mixta appoſita in vno capite teſtamenti cenſentúrne in aliis repetitæ?*

Cenſentur, *l. auia*, *D. de condit. & demonſtr.* Vt Titius inſtituit ſibi hæredem nepotem ſuum ſi à patre ſuo emancipetur, poſteà facit codicillum in quo legauit eidem nepoti centum, vltra inſtitutionem, conditio in inſtitutione appoſita, cenſetur repetita in codicillo, *l. cùm ſeruus*, 18. D. *de condit. inſtit.* Idem dicendum de maſculinitatis vocabulo, Guid Pap. *quæſt.* 485. ad excluſionem fœminarum, Fuſat. *quæſt.* 403. niſi vrgeat coniecturata mens teſtatoris in contrarium, tunc voluntas illa coniecturata erit obſeruanda, *l. cùm proponebatur*, D. *de leg.* 2. *Conditio in vno capite teſtamenti cenſetur in aliis repetita.*

CCXXX. *Sub qua conditione debet inſtitui hæres?*

Hæres extraneus inſtitui poteſt ſub quauis conditione poſſibili, qua exiſtente hæres erit, & non exiſtente non erit hæres: at liberi, qui neceſſariò inſtituendi ſunt, vel exhæredandi, non poſſunt inſtitui hæredes niſi ſub conditione poteſtatiua, *l. fin.* D. *de condit. inſtit. l. ſuus*, 4. D. *de hæred. inſtit. l. Lucius, & ibi gloſſ. D. de condit. & demonſtr.* Nam ſi inſtituantur ſub conditione quæ non ſit in eorum poteſtate, inſtitutio non valebit, *l. ſi pater*, 4. *C. de inſtit. & ſubſtit.* *Hæres ſub qua condi tione inſtituendus.*

CCXXXI. *Liberi in conditione*, ſi ſine liberis deceſſerit, *ſuntne etiam vocati, & fideicommiſſo grauati?*

Hæc quæſtio valdè eſt agitata, caſus eſt,

ſus eſt, Titius mihi hæres eſto, & eum rogo, vt ſi ſine liberis moriatur, Sempronio hæreditatem reſtituat: moritur Titius, ſed liberis relictis, Quæritur an liberi illi vocati ſint, & grauati? Nonnulli ſuſtinent affirmatiuam partem, quos citat *Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26. n. 2.* Alij partem negatiuam amplexi ſunt, quos idem refert *ibid. n.* 19 & hanc ille amplectitur tanquam veriorem *n.* 42. cum hac limitatione, niſi ex coniecturis legitimis appareat liberos in conditione poſitos teſtatorem vocare in teſtamento voluiſſe, vt ſi facta ſit mentio maſculinitatis, *Guid. Pap. quæſt.* 484. quas coniecturas triginta & vnam enumerat, & fusè tractat *Intrigl. ibid. à num. 47. d. quæſtionis.* Ita ſentiunt *Ant. Fab. defin. 1. C. de fideicomm. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. n. 23. 24 25. 26. Peregr. de fideicomm. art. 28. Expill. arreſt. cap. 9. & ſeqq. Maſc. concl. 775. n. 18. Surd. deciſ. 162. n. 6. &* 11. *Hotom. quæſt. illuſtr. lib. quæſt. 13. Gothan. in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.* Vide *part. 1. ad tit. de hæred. inſtit. ſupr.*

Liberi in conditione poſiti non ſunt diſpoſitiuè vocati niſi coniectura contrarium inducat.

CCXXXII. *Poteſt-ne adijci inſtitutioni conditio tantùm vna, aut plures?*

Interdum vna tantùm adiicitur, interdum plures, & quidem vel coniunctim, vel diſiunctim, *l. ſi hæredi, 5. C. de condit. inſtit. l. ſub diuerſis, 51. ff. de condit. & demonſtr.* Si plures conditiones adiectæ fuerunt inſtitutioni coniunctim, neceſſe eſt vt omnes ad vnam impleantur, ſi diſiunctim, ſatis vel vnam ſaltem ex omnibus impleri, *l. ſi hæredi, 5. ff. de condit. inſtit. l. ſub diuerſis, 5. ff. de condit. & demonſtr.* Vide quæſt. 48. ſupr.

Et vna & plures conditiones inſtitutioni adijci poſſunt.

CCXXXIII. *Si teſtator reputauit conditionem poſſibilem quæ aliàs erat impoſſibilis, talis conditio vitiabitne teſtamentum, & pro non ſcripta habebitur?*

Variis opinionibus relictis, hæc tanquam veriſſima eſt amplectenda, nempe eiuſmodi conditionem viſam poſſibilem, cùm aliàs eſſet impoſſibilis pro non ſcripta eſſe habendam, & teſtamentum vitiare, *Franciſc. de Amaya, obſeru. iuris, lib. 2. cap. 12. n. 2.* per l. multa, 6. §. *ſi ſeruos, ff. de condit. & demonſtr.* & l. quæ ſub conditione, 8. §. *mortuo autem, 7. ff de cond. inſt.*

Conditio poſſibilis quæ aliàs impoſſibilis vitiat teſtamentum.

CCXXXIV. *Conditiones poſſunt-ne impleri ante, vel tantùm poſt mortem teſtatoris?*

Conditiones in caſualem euentum collatæ poſſunt impleri viuo teſtatore, vt ſi nauis ex Aſia venerit: poteſtatiuæ verò conditiones tantùm debent impleri poſt mortem, & quidem ſcienter, non facto, vt, ſi decem dederit, ſi capitolium aſcenderit hæres eſto, *l. 2. ff. de condit. & demonſtr.*

Et ante & poſt mortem teſtatoris impleri poſſunt conditiones.

CCXXXV. *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, eſtne ſubintelligenda cùm non fuit expreſſa in ſubſtitutione fideicommiſſaria deſcendentium?*

Eſt, tam per legem, *l. cùm auus, 102. ff. de condit. & demonſtr. & l. cùm acutiſſimi, C. de fideicom.* quàm per coniecturatam teſtatoris voluntatem, ad excluſioné ſubſtituti, *Pap. lib. 20 tit. 3. arr. 29. Guid. Pap. quæſt.* 39. ergo ſi pater inſtituerit filium hæredem, & eum grauauerit hæreditatem reſtituere per fideicommiſſum, tantùm intelligetur grauatus ſi deceſſerit ſine liberis, nemo enim alienam ſucceſſionem poſteritati ſuæ velle anteponere præſumitur, *Iaſ. in d. l. cùm acutiſſimi, n. 1.* quia pietati conſentaneum eſt, teſtatorem voluiſſe non ſolùm filio conſulere, ſed etiam filij liberis, *Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 21. n. 2. in fi. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 393. Intrigl. *de ſubſtit. quæſt.* 49. Non tantùm ipſius filij grauati liberi tacitè ſubintellecti excludunt ſubſtitutum prorſus extraneum, ſed etiam alterum teſtatoris filium, *Menoch. de præſumpt.* 89. *num.* 119. deinde vxorem. *Menoch. de præſumptione* 89. *n.* 117. tum piá cauſam, *Bald. in l. cùm acutiſſimi, col. 1. C. de fideicom.* Item nepotem ex filio, *Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 52. n. 7.*

Conditio, ſi ſine liberis ſubintelligēda eſt in deſcendentium ſubſtitutione fideicomiſſ.

CCXXXVI. *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, eſt-ne ſubintelligenda, cùm non fuit expreſſa in ſubſtitutione fratrum, & collateralium?*

Titius cùm liberos ex proprio corpore natos non haberet, inſtituit fratres & ſorores & omiſſa hac conditione, *ſi ſine liberis deceſſerēt,* iis ſubſtituit per fideicommiſſum, Caium, quæritur an fratrū & ſororum liberi per ſubintellectam illam conditionem ſubſtitutum excludant? Reſpondetur negatiuè, per *Socin. in repet. l. cùm auus, in princ. vbi num.* 1. ait hác eſſe communem omnium opinionem, *ſolo Andr. Barbatia.* excepto, cuius rationes proponit & refellit. Idem cum So-

Conditio ſi ſine lib. in inſtit. fratrum & collater. nō eſt ſubintelligenda ad excludendum ſubſtitutum.

cin. ſentit. *Intrigl. de ſubſtit, cent. 3. queſt.* 50. *n.* 33. Ratio hæc adfertur, quia ceſſat hic pietatis coniectura, cuius intuitu, conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, in ſubſtitutione deſcendentium à ſolis aſcendentibus facta, ſuppletur, *Dd. in d. l. cùm auus, & in d. l. cùm acutiſſimi.* Aliud erit, ſi appareat contrarium ex coniecturata mente teſtatoris, quæ præſumptionem iuris ceſſare faciet, appareat, inquam, teſtatoris mentem & conſilium fuiſſe, omittendo illam conditionem, *ſi ſine liberis*, natos ex fratribus nepotes à fideicommiſſo excludere, *Socin. in d. l. cùm auus, n.* 73. *&* 74. Erit ergo quæſtio voluntatis colligendæ ex verbis teſtamenti, & coniecturis, *Menoch. conſ.* 95. *n.* 104.

CCXXXVII. *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, eſt-ne ſubintelligenda ſi perſona qualibet extranea, & quæ non fuerit de numero deſcendentium teſtatoris ſit grauata?*

Non, ſiue vxor ſit grauata, ſiue amicus, ſiue aliquis conſanguineus, *Fuſar. qq.* 394. 395. 396. *&* 397. *& Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3. *queſt.* 50.

CCXXXVIII. *Si hæres grauatus habuit liberos qui deceſſerunt ante mortem hæredis excludetúrne ſubſtitutus?*

Liberi mortui ante hæredem non excludunt ſubſtitutum.

Non, quia ad hoc vt excludatur ſubſtitutus, debent ſupereſſe liberi eo tempore quo ipſe hæres moritur, hoc enim patet ex conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit, l. ex fact.*, 17. *§ ſi quis autem, ff. ad SC. Trebell.* vbi hæc verba habentur, ſi quis ſuſcepit filium, verùm viuus amiſit, videtur ſine liberis deceſſiſſe, ita *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 416. *n.* 1. *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 56. varios caſus proponit & reſoluit *Petr. Ferrar. form. lib. quo agit. ex ſubſtit. tit.* 50. *gloſſ* 8. *n.* 8.

CCXXXIX. *Conditio*, ſi ſine liberis deceſſerit, *deficiét-ne vno ſolo filio ſuperſtite?*

Vno ſolo filio ſuperſtite non deficit conditio ſi ſine liberis.

Non, nam etiamſi in conditione plurium liberorum mentio fiat, illa pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, ita vt ſine liberis non ſit, cui vel vnus filius, vel vna filia eſt, *l. non eſt ſine liberis*, 148. *ff. de verb. ſignif.* Et in *l.* 1. *C. de condit. inſer.* conditio, *ſi ſine liberis deceſſerit*, deficere dicitur, ſi vnus nepos ex filia exiſtat, niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur.

CCXL. *Deficitne conditio*, ſi ſine liberis deceſſerit, *cùm naturales liberi exiſtant?*

Deficit, *l. ex facto*, 17. *§ ſi quis, ff. ad Trebell.* vbi diſertis verbis reſpondet Papinianus, etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio: idem habetur in *l. hæredibus*, 77. §. 1. *ff. eod. Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 64.

Conditio ſi ſine liberis, deficit ſi tantùm naturales exiſtant.

CCXLI. *Liberi Principis reſcripto legitimati faciúntne deficere conditionem, ſi ſine filiis deceſſerit?*

Quoad hanc arduam quæſtionem, dicendum breuiter, legitimatum excludere ſubſtitutum, ſi ſit facta ſubſtitutio alicui, ſub hac conditione, ſi deceſſerit ſine filiis naturalibus & legitimis, ita *Iaſ. in l. in emphyteuticariis*, *n.* 204. *C. de iur. emphyt. poſt Bart. Imo. Iaco. de Are. Salic. Bald.* & multos alios, qui aſſerunt hanc eſſe communem opinionem. De hac quæſt. latè *Intrigl. de ſubſtit. cent* 3. *quæſt.* 65. *& Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 408. Ratio cur legitimatus excludat ſubſtitutum, eſt quia per Principis reſcriptum legitimati æquiparantur legitimis, non tantùm fictione, ſed etiam reipsâ, *Vult. in §. aliquando autem, ſi. Inſtit. de nupt.*

Legitimatus excludit ſubſtitutum.

CCXLII. *Spurius in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, excludítne ſubſtitutum?*

Non, *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 64. *n.* 86. Ratio, quia ſpurij quamuis alendi ſint ex æquitate canonica, tamen non ſuccedunt, *Auth. ex complexu, C. de inceſt. & inutil. nupt. Gyphan. in l. cùm acutiſſimi*, 30. *C. de fideicom.*

Spurius nõ excludit ſubſtitutum.

CCXLIII. *Vxor prægnans facítne deficere conditionem*, ſi ſine liberis?

Facit, *arg. l. ſed etſi*, 20. *ff. ad SC. Trebell.* vbi dicit Vlpianus legatum in tempus liberorum relictum, tranſmitti ad hæreditatem, etiamſi non liberos, ſed prægnantem vxorem reliquerit legatarius. Deinde qui eſt in vtero pro iam nato habetur. *l. pen. ff. de ſtat. hom.*

Vxor prægnans facit deficere conditionẽ.

Qui eſt in vtero pro iam nato habetur.

CCXLIV. *Liberi patre iam deportato concepti, faciúntne deficere conditionem*, ſi ſine liberis?

Diſtin-

Liberi ante deportationem concepti an faciant deficere conditionem.

Diſtinguendum, vel enim concepti ſunt ante deportationem patris, vel poſt: priori caſu faciunt deficere conditioné, ſed nõ caſu poſteriori, ita *Vlp. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Treb. ll.* Ratio diſtinctionis eſt, quia concepti iam habentur pro natis, *l. pen. ff. de ſtat. hom.* pòſt verò concepti, videntur ab alio ſuſcepti, *id eſt*, non creduntur ad illum pertinere qui eſt grauatus, ſed ad alium, *hoc eſt*, peregrinum hominem.

CCXLV. *Liberi quos iam habet rogatus hæres tempore teſtamenti faciúntne deficere conditionem*, ſi ſine liberis?

Liberi rogati hæredis qui nati erãt tempore teſtamenti nõ ſunt in conditione.

Si teſtator eos ſciuerit iam natos, & cognouerit, quod probabile eſt, in conditione non videntur contineri, quia cenſetur teſtator eos præteriiſſe & excluſiſſe, nam ſi voluiſſet, potuiſſet instituere aut ſubſtituere nominatim, quæ voluntas in ignorantem cadere non præſumitur *l. 3. ff. de teſtam. milit. & l. 10. C. de teſtam. milit.*

CCXLVI. *Hæc conditio, ſi liberos non habuerit, éſt-ne eadem cum illa, ſi ſine liberis deceſſerit?*

Conditio- nes, ſi liberos non habuerit, & ſi ſine liberis deceſſerit, differũt.

Videtur prima fronte eſſe eadem, tamen ab illa differt, nam ſi relinquatur fideicommiſſum ſub hac conditione, ſi liberos non habuerit, illud ſtatim euaneſcet atque natus erit filius, quamuis iam natus poſteà moriatur, *l. hæredibus, 77. & ibi Bart. ff. ad Trebell. Giphan. ad l. cùm acutiſſimi, 30. C. de fideicom.*

CCXLVII. *Quomodo debet impleri conditio?*

Conditio quomodo implẽda.

Conditio debet impleri in forma ſpecifica, *l. cohæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & demonſtr.* non per æquipollens. *Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 3. num. 16.* & habetur pro impleta, quando ſtetit pro illo cuius intereſt adimpleri, *Rota Romana apud Farinac. deciſ. 493. n. 5. & 6. tom. 2. p. 1.*

CCXLVIII. *Conditio*, ſi ſine hærede deceſſerit *éſtne eadem cum illa*, ſi ſine liberis deceſſerit?

Si ſine hærede & ſi ſine liberis coinciduñt.

Eſt, *l. ex facto, 17. §. ſi quis ita, ff. & ibi Bart. n. 1. ff. ad Trebell.*

CCXLIX. *Si teſtator hæredem rogauerit reſtituere hæreditatem Seiæ, ſi non alij nubat quàm mercatori, valebitne ſubſtitutio ſi ſecundò nubat nobili?*

Conditio ſi non alij nubat an valeat.

Si primò nubat mercatori, tunc valebit ſubſtitutio, attamen ſi mortuo mercatore iterum nubat nobili, amittet fideicommiſſum, non enim putandum eſt teſtatorem cogitaſſe de ſecundis nuptiis, atque ita conditio ad mentem teſtatoris referenda eſt, quæ fuit vt non alij quàm mercatori nuberet, *Vaſq. in l. ſi quando, n. 82. C. de inoffic. teſtam.*

CCL. *Fideicommiſſum ſub hac conditione relictum*, ne nubat, *aut*, ſi non nupſerit, *valétne?*

Conditio ne nubat an valeat.

Diſtinguendum, vel enim adiicitur hæc conditio virgini, aut viduæ, priori caſu reiicitur conditio, vt virgo conſequatur fideicommiſsũ, *l. cum tale, §. Mæuia, l. cùm ita, & l. ſeq. ff. de cõdit. & demonſtr.* ſic cõditio habetur pro nõ ſcripta, & virgo etiamſi nubat, habebit fideicommiſſum, potiſſimùm ſi abſoluta ſit conditio, nulla facta mentione temporis, loci, aut perſonæ, *Peregr. de fideic. art. 11. n. 118.* Poſteriori caſu tenet conditio, & implenda venit, *l. 2. & auth. cui relictum, C. de indic. vidu. toll. Peregr. de fideic. art. 11. n. 118. Ferrar. form. libell. quo vxor agit, & c. tit. 33. gloſ. 16. n. 4.*

CCLI. *Valétne relictum ſub hac conditione*, ſi nomen meum, & arma portauerit?

Conditio ſi nomen meum & arma portauerit an valeat.

Hæc verba ſunt conditionalia, ita vt talis conditio implenda ſit ad hoc vt relictum valeat, & is cui aliquid relictum eſt, nomen & arma portare teneatur ſi velit relicto frui, *Guid. Pap. quæſt. 251. & ibi annot. Ranch.* dummodò nomen delinquentis ſit honeſtum, quæ eſt Ranchini limitatio poſt *Bened. in c. Raynutius.*

CCLII. *Aliquid relictum ſub hac conditione, ſi vidua remanſerit, quando debetur?*

Conditio ſi vidua remãſerit an valeat.

Vel aliquid relictum eſt à filio matri, vel à marito vxori ſub hac conditione, ſi vidua remanſerit, vtroque caſu intelligenda eſt viduitas perpetua, quia mater filio, & vxor marito facit iniuriam, ſi ſecundas contraxerit nuptias, *Auth. de non elig. ſecund. nub. §. proſpeximus, & auth. de nupt. § ſoluto igitur matrimonio.* Ergo ſi vidua non remanſerit, non habebit relictum. Quòd ſi à patre aut matre aliquid ſit relictum filiæ, aut etiam ab aliis perſonis, ſub illa conditione, aliter res ſe

Digitized by Google

habebit,quia ſecundis nuptiis nulla iniuria facta cenſetur,*l. mulier*, §.*cùm præponeretur,ff. ad Trebell.auth.ſed quamuis de rei vxor.act.*

CCLIII. *Conditio iuriſiurandi valétne?*

Conditio iuriſiurandi. Conditio iuriſiurandi ita fieri poteſt, ſi teſtator aut donator aliquid relinquat ſub hac conditione, ſi hæres, legatarius, fideicommiſſarius, aut donatarius iurauerit ſe aliquid facturũ aut daturum hæc quoad iuramentum, & ſi turpis ſit,non valet,nam multi facilè iurant,& certè non ſeruant,*l.qua ſub conditione, & ibi gloſſ.ff. de condit. inſtit.* quòd ſi conditio turpis non ſit, erit implenda, *gloſſ.2.in d.l.*

DE QVARTIS,DETRActionibus, Imputationibus, & prohibitionibus.

CCLIV. *Quartarum natura pertinétne ad fideicommiſſa?*

Duo effectus ſubſtitutionis fideicommiſſ. Pertinet,nam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis duo ſunt effectus: I. Quòd hæres grauatus teneatur reſtituere hæreditaté,vel quotá hęreditatis portioné, fideicommiſſariæ reſtitutioni ex voluntate teſtatoris obnoxiá, & ſi vltrò id faciat,detrahat quartá Trebellianicam,ſi verò compulſus reſtituat, non poſſit detrahere. II Quòd res fideicommiſſo ſubiectæ alienari non poſſint, ſi hæres ſimpliciter hæreditatem reſtituere ſit rogatus. Deinde ex particularibus legatis detrahitur falcidia, ex fideicommiſſis vniuerſalibus detrahitur Trebellianica,vt dicetur infrà.

CCLV. *Quot ſunt quartæ?*

Quartæ ſunt ſeptem. Septem potiſſimùm enumerantur quartæ quarum in iure fit mentio, & quarum vſus in multis negotiis frequens. I. Quarta debita impuberi arrogato ex tota patris arrogantis ſubſtãtia,& poſteà ſine iuſta cauſa emancipato,vel exhæredato,§.*cùm autem impubes*, 3.*Inſtit. de adopt.* II. Quarta legitima. III. Quarta Falcidia. IV. Quarta Trebellianica. V. Quarta quæ inopi vxori eſt relinquenda, *Auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.* VI. Quarta quæ debetur curiæ municipali ex patrimonio decurionis extraneum hæredem habentis, *l. ſi. C. quand. & quib. quart. pars.* VII. Quarta quam nati petunt interim dum mater vterum gerit,*l. antiqui,3.ſi pars hæred. pet.* Plures aliæ enumerantur quartæ à *Fernando repetit.l.in quartam*, 91.*ff. ad leg.falcid.2.art.2.cap.n.6.*

CCLVI. *Quid eſt Legitima?*

Vnde dicta ſit,& quomodo definienda legitima tam iure veteri quàm nouo,in prima horum operum parte ad *tit. de inoffic. teſtam.* ſatis clarè fuit oſtenſum, per *l.Papinianus*, 8.§.*quantam*, *ff. de inoffic. teſtam.& l.parentibus*, 8. *C. ead.* vbi dicitur eſſe quarta portionis ab inteſtato debitæ, deducto ære alieno,funeris impenſa,& pretiis ſeruorum manumiſſorum. *Legitima.*

CCLVII. *Quid eſt Falcidia?*

Deſcripta fuit Falcidia in 1. *part. ſupr. tit. de leg. falcid.* ſecundùm ſuam originem,& conditiones omnes, ita vt nihil ſit aliud, quàm quadrans, qui illibatus hæredi manere debet, *l.quoties*, 67.*ff. ad leg. falcid.* & deduci atque compleri ex nimiis legatis, ſiue ex fideicommiſſis particularibus, quibus onerata eſt ſupra dodrantem hæreditas. *Falcidia.*

CCLVIII. *Quid eſt* Trebellianica?

Expoſita etiam fuit quartæ Trebellianicę natura in *part. 1. ſupr. ad tit. de fideicom.hæred. & ad SC.Trebell.* vbi dicta fuit Trebellianica, quarta eius quod per fideicommiſſum vniuerſale reſtituitur, *Peregr. de fideicom. art.3 n.2. & 3.* ab hærede grauato detrahenda ex SC. Trebelliano, *l. 1.§.ſi hæres ff. ad Trebell.* iure canonico & ciuili ex Trebelliano ita appellata, *Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quaſt. 7.n.3.* *Trebellianica.*

CCLIX. *Quomodo differt legitima à Falcidia & Trebellianica?*

Sic; I. Legitima debetur iure naturæ,§.*primùm itaque,in auth.de hæred.& falcid. coll.* 1. falcidia iure ciuili,§.1.*Inſtit. de leg. falcid.* Trebellianica, Senatuſconſulto, §.*ſed quia*, *Inſtit.de fideicom. hæred.* *Legitima & Falcidia atque Trebellianica differentia nomen.*

II. Legitima eſt quota bonorum, *l. cùm quæritur*, *C. de inoffic.teſtam.& l.Papinianus*, §. *quarta*, *ff. de inoffic. teſtam.* aliæ duæ ſunt quartæ hæreditatis, *l. 1.in princ.ff.ad leg.falcid.& l.1.C.ad Trebell.*

III. Contra eum qui deducit legiti-

mam

mam non competit creditoribus actio, ita quidem cõtra eum qui deducit Falcidiam aut Trebellianicam, *l. quoties*, C. *de hæred. inſtit.*

IV. Legitimam detrahit hæres vniuerſalis & particularis : Falcidiam & Trebellianicam tantùm detrahunt hæredes vniuerſales.

V. Legitima detrahitur tam in diſpoſitionibus causâ mortis quàm inter viuos, *Auth. vnde & ſi parens, C. de inoffic. teſtam.* Falcidia verò & Trebellianica tantùm in diſpoſitionibus teſtamentariis, aut codicillaribus.

VI. Legitimam detrahunt deſcendentes, aſcendentes, & aliquando fratres, *l. 1. C. de inoffic. teſtam.* Falcidiam & Trebellianicam detrahunt omnes vniuerſales hæredes, tam ſui quàm extranei.

VII. Legitimam detrahit etiam non grauatus. Falcidiam verò & Trebellianicam tantùm detrahit ille qui grauatus eſt.

VIII. Qui iudicium defuncti non implet, legitimam non perdit, ita quidem Falcidiam aut Trebellianicam, *auth. hoc ampliùs, C. de fideicom. auth. ſed cùm teſtator, C. ad leg. falcid.*

Denique legitimæ detractio non poteſt prohiberi à teſtatore, *l. quoniam in prioribus*, C. *de inoffic. teſtam.* ita quidem Falcidiæ & Trebellianicæ detractio, *auth. ſed cùm teſtator, C. ad leg. falcid.*

CCLX. *Quomodo conueniunt Falcidia & Trebellianica?*

Falcidia & Trebellianica conuenientia. Sic: Primò, Vtraque introducta eſt vt hæres ad adeundum inuitaretur, & ſic teſtamentum confirmaretur, §. *ſed quia hæredes, 5. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred.*

Secundò, Vtraque eſt hæreditatis portio, *l. in quartam*, *ff. ad leg. falcid.* §. *ſed quia ſtipulationes*, *Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. in fi.*

Tertiò, vtraque detrahitur contra teſtatoris voluntatem, *l. Titia, 86. in fi. ff. ad leg. falcid.*

Quartò, Quidquid capit hæres ex teſtamento, id in vtramque quartam imputatur, *l. omnimodo, 30* §. *imputari, C. de inoffic. teſtam.*

Quinto, vtriuſque detractio prohiberi poteſt à teſtatore, *Nou. 1. c. 2. in fi. ibi, ſi verò expreſſim, auth. ſed cùm teſtator*, C. *ad leg. falcid.*

CCLXI. *Quomodo differunt Falcidia & Trebellianica?*

Falcidia & Trebellianica differentia. Sic: Primò, nominibus, illa enim Falcidia dicitur à Falcidio tribuno pleb. & Trebellianica à Trebellio.

Secundò, Falcidia detrahitur ab inteſtato ex legatis, in *princ. Inſtit. de leg. falcid. l. 1. ff. ad leg. falcid.* Trebellianica ab hærede ex fideicommiſſis, §. *ſed quia*, *Inſtit. de fideicom. hæred.*

Tertiò, Falcidia reſecat ſuperflua legata particularia ad dodrantem vſque: Trebellianica reſecat ſuperfluam inſtitutionem.

Quartò, In falcidiam non imputantur ea quæ hæres capit iure legati aut fideicommiſſi, ſed tantùm iure hæreditario, ita quidem in Trebellianicam, *l. in quartam, 91. ff. ad leg. falcid.* Ratio differentiæ eſt, quia lex falcidia quartam manere iubet, *Vlp. in fragmentis, Inſtit. tit. 24. circa fi.* SC. verò Trebellianum voluit ſimpliciter vt apud hæredem remaneret quarta ex fideicommiſſis: ergo quidquid fideicommiſſi nomine habuerit hæres, ideo in quartam imputabitur.

Quintò, Falcidia eſt quarta debita iure inſtitutionis, *gloſſ. in* §. *ſed quia. Inſtit. de fideicom. hæred.* Trebellianica debetur iure reſtitutionis, *gloſſ. in* §. *ſi quis autem non impliùs, in verb. auferri, in auth. de hæred. & falcid.* detrahitur ſiquidem ex hæreditate reſtituenda.

Sexto, In falcidiam non fit imputatio prælegatorum, ita quidem in Trebellianicam, *l. in quartam, ff. ad leg. falcid.*

CCLXII. *Legitima an à viuo patre peti poteſt?*

Legitima non petitur à viuo patre. Non, quia debetur legitima iure inſtitutionis ſiue ſucceſſionis, *Nouell. 115. cap. 5.* viuentis autem nulla eſt hæreditas, *l. 1. vbi gl. ff. de hæred. vel act. vendit. Mynſing. centur. 4. obſeru. 25* quamuis à volente patre ſolui poſſit legitima, *Mynſing. con. 38. n. 41.* ita tamen vt ſi auctæ fuerint facultates patris poſt aſſignationem legitimæ, ipſa debeatur filio ſecundùm valorem bonorum qualis eſt eo tempore quo pater moritur, quam veriorem & communiorem opinionem dicit eſſe *Bald. in l. pactum, in* §. *oppoſitione, C. de collat. & in l. quamuis*, C. *de fideicom. Cephal. conſil. 142. n. 20. lib. 1.*

CCLXIII. *Poſſuntne liberi legitimam retinere in reſtitutione fideicommiſſi?*

Poſſunt, *l. quoniam in prioribus*, C. *de in-*

Liberi legitimam remittunt in reſtitutione fideicommiſſi.

ffic.teſtam.l.cùm patronus,ff.de leg.2. etiamſi fideicommiſſum relictum ſit piæ cauſæ, *Caſtrenſ.conſil.47.n.3.* & *conſil.111. col.3. verſ.nunc ergo, vol.2.* etiamſi teſtamento paterno conſenſiſſent, in quo pater legitimam grauaſſet, *Soarez.in d.l.quoniam, ampliat 16.n.29.& ſeq.*

CCLXIII. *Quid imputatur in legitimam?*

Imputatio in legitimam.

Non tantùm id quod à patre fuit donatum, & ex ſubſtantia eius profectum de cuius hæreditate agitur, *l.quoniam nouella,29.in fi.C.de inoffic.teſtam.* ſed etiá id quod extraneus filio dedit in contemplationem patris, *l.ſed ſi plures, §.in arrogato,ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* vel ſi pater gratiâ, aut precibus procurauerit aliquod benefactum, quamuis gratuitò conceſſum ſit, *Alex.conſ.179.vol.5.* Et ſi legatum filio factum ſit, vt imputetur legitimæ, non fit caducum, ſed ad hæredem tranſmittitur filij præmorientis, *Molin.in adnot.conſ. Alex.109.& 142. vol.2.*

Liberi primi gradus non imputant fructus in legitimam.

Fructus ab aſcendentibus percepti imputantur illis in legitimam, *l.Papinianus,§.ſi conditioni,ff.de inoffic.teſtam.* quia tantum liberi primi gradus ſunt excepti, ita *Guid. Pap. quæſt.478.* Ergo priuilegium indultum ſolis illis liberis, ad nepotes aut aſcendentes non eſt extédendum. *Ranchinus tamen in d.quæſt.* dicit per *Nou.115.§. aliud præterea*, aliter ſe rem habere nempe cùm legitima titulo hæreditatis eſt relicta fructus ante iudicium famil. erciſc. perceptos hæreditarias portiones augere. Vide *1.part.tit.18.de inoffic.teſtam.ſupr.*

Hîc notandum ſolos liberos primi gradus non imputare fructus in legitimam ante litem conteſtatam, ita poſt, *gloſſ.conteſtata in cap.Raynutius,gloſ.addit.in l.iubemus,C.ad* Trebell. Ratio eſt, quia ante litem conteſtatam non ſunt malæ fidei poſſeſſores, ita quidem poſt conteſtationem, tunc enim ſunt in mora, *l.certum,22.C.de rei vindic.* Reliquos liberos imputare, *l.iubemus,6.& ibi gloſſ. C. ad* Trebell. *facit l.3.C.de vſur.*

CCLXIV. *Legitima detrahitúrne ante Falcid.& Trebell.?*

Legitima detrahitur ante Falcid. & Trebellianicam.

Sic, ad ſimilitudinem æris alieni, ita *Vaſquius ad l.ſcimus antea, n.3. C.de inoffic. teſtam.per l.Papinianus,§.quoniam autem,ff. eod. Auth.de reſtit.& ea quæ par.§.quamobrē.* Ita *Dd. ad l.iubemus,C.ad SC Trebell.& ad c.Raynutius tum ad c.Raynaldus,de teſtā.in 6.*

CCLXV. *Detrahitúrne Falcidia de eo quod eſt relictum pro legitima?*

Falcidia non detrahitur de relicto pro legitima.

Non, quia legitima plus eſt debita filio quàm Falcidia ſit debita hæredi, *l.ſcimus,C.de inoffic.teſtam.*

CCLXVI. *Grauatus an rectè recuſat reſtituere ſi fideicommiſſarius petens fideicommiſſum non addat detractis detrahendis?*

Fideicommiſſarius debet addere detractis detrahendis.

Rectè, nec morá com mittit, *l.in fideicommiſſis,3.ff.de vſuris*, adeóque iuſtam habet cauſam ſeſe defendendi, eo quòd ſit pluris petitio, ſaltem reſpectu eorum quæ detrahi debent, *Guid.Pap.quæſt.496.*

CCLXVII. *Si hæres iurauit ſe obſeruaturum ea omnia quæ in teſtamento continentur an detractioni legitimæ, & falcidiæ renuntiauit?*

Qui agnouit teſtamentū non renūtiauit legitimæ & falcidiæ.

Non, quia iuſiurandum ad incognita non porrigitur, tum quia æquam interpretationem recipit, etiamſi hæres iurauerit ſe ſoluturum legata, hoc accipiendum eſt detractâ Falcidiâ, *Guid. Pap.quæſt.427.*

CCLXVIII. *Hæres detrahitne falcidiam ſi iuſſus ſit integra legata ſoluere?*

Hæres detrahit falcidiam licèt teſtator dixerit vt ſoluat integra legata.

Etiamſi teſtator dixerit vt hæres ſoluat tota & integra legata, tamen hæres non obſtantibus verbis illis non expreſſis, ſed coniecturatis, falcidiam detrahere poterit, nam teſtator non expreſsè prohibuit tacitis illis verbis detractionem Falcidiæ, quæ proinde detrahenda eſt, *cap. 2.verſ.ſi verò expreſſim, auth.de hæred.& falcid. ita poſt multos Boer. deciſ.44.n.32.*

CCLXIX. *Inſtitutus in re certa detrahitne Falcidiam, aut Trebellianicam?*

Inſtitutus in re certa neque Falcidiā neque Trebell. detrahit.

Non detrahit Falcidiam, *Iaſ.in auth. res quæ,n.3.in limit.1.C.commun. de leg.* neque Trebellianicam ſi eam partem in qua inſtitutus eſt particulariter reſtituere ſit rogatus, *l.mulier, §.fi.ff.ad SC. Trebell.* Trebellianicæ enim detractio ſoli hæredi vniuerſali competit.

CCLXX.

CCLXX. *Falcidia detractio prohibita de legatis, inducitne Trebellianica detractionem de fideicommiſsis vniuerſalibus?*

Prohibitio Falcidia inducit prohibitionem Trebellianica

Inducit, vt ait *Fernand. in repetit. l. in quartam, C. ad leg. falcid. in ſi. præfat.* 4.

CCLXXI. *Detractio vnde habuit originem?*

Detractionis origo.

In principio, & quidem iure 12. tabul. nihil detrahebatur, poſteà ſucceſſu temporis factum eſt, vt authoritate SC. Pegaſiani & Trebelliani fuerit quarta ex fideicommiſſis particularibus & vniuerſalibus detracta, vt ad adeundum hæreditatem præmio quodam inuitarentur hæredes, & aditione teſtamentum firmaretur, §. *ſed quia hæredes, Inſtit. de fideicom. hæred.* nam ſi nemo adeat hæreditatem, teſtamentum nullum erit, *l. ſi nemo, ff. de teſtam. tutel. & l. eam quam, C. de fideicomm.*

CCLXXII. Detrahitúrne *falcidia de donatione inter virum & vxorem facta?*

Falcidia detrahitur de donatione inter vir. & vx.

Detrahitur ſi talis donatio fuerit morte confirmata, tunc enim habet ſimilitudinem fideicommiſſi, *l. in donationib.* 12. *& ibi gloſſ. C. ad leg. falcid.*

CCLXXIII. *Detrahitúrne falcidia de donatione causâ mortis?*

Falcidia detrahitur de donatione causâ mortis

Detrahitur, *vt ait gloſſ. in l. inteſtata, 2. C. de donat. cauſ. mort. & gloſſ. in l. in donationibus*, 2. C. *ad leg. falcid. Expill. cap.* 229. *Ant. Fab. defin.* 8. C. *de mort. cauſ. donat.*

CCLXXIV. *Detrahitúrne falcidia de legatis à grauato relictis?*

Falcidia detrahitur de legatis.

Detrahitur ſi inuentarium ſit confectum, & vltra dodrantem legata ſint relicta, *l. vlt. §. etſi præfatam, C. de iur. delib.*

CCLXXV. *Detrahitúrne falcidia de legato filio relicto, & de legato matri à filio relicto?*

Detrahitur falcidia de legato ipſi filio & de legato matri relicto.

Detrahitur, *c. Raynutius de teſtam.* niſi mater valde egeat, nam ob paupertatem legatum dicitur pium, ac proinde ex eo non detrahitur falcidia, *Guid. Pap. quæſt.* 188.

CCLXXVI. *Falcidia potéſtne detrahi in vna re quando plura relicta ſunt legata?*

Cùm plura legata ſunt relicta nõ detrahitur falc. de vna re.

Non, ne alicui legatario fiat præiudicium, *l. 2. C. ad leg. falcid.* vbi dicitur quòd Falcidia minuit omnia legata pro rata, & *l. Plautius, 49. ff. eod.*

CCLXXVII. *Potéſt-ne falcidia detrahi de fideicommiſſo vniuerſali, & particulari?*

Falcidia detrahitur de fideicomiſſo vniuerſali.

Falcidia de fideicommiſſo vniuerſali detrahi non poteſt, vt eſt text. apertus in *l. 1. in princ. ff. ad Trebell.* vbi Vlpianus oſtendere volens connexionem tituli ad Trebell. cum præcedentibus qui ſunt de rebus particularibus, vt de legatis & fideicommiſſis particularibus, ita de falcidia, ita loquitur, explacito tractatu qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet, tranſeamus ad Senatuſconſulti Trebelliani interpretationem. Facit *l.* 2 §. *Quintus. C. de ve. iu. enu.* De fideicommiſſo particulari rectè detrahi poteſt falcidia, quia illud eſt loco legati, *Expill. Arreſt. cap.* 10. *per l. quoties. C. de hæ ed. inſtit. l. 2. C. ad leg. falcid.* & poſt varios Doctores

Falcidia detrahitur de fideicomiſſo particulari.

CCLXXVIII. *Quomodo dignoſcetur an fideicommiſſum ſit particulare vel vniuerſale?*

Fideicommiſſi particularis & vniuerſalis cognitio.

Ex mente teſtatoris, vt patet ex *l. cogi, 16. §. & generaliter, 2. ff. ad Trebell.* purà ſi teſtator vſus ſit verbo *ſubſtituit*, quod commune eſt, & potiùs vniuerſalem ſubſtitutionem quàm particularem ſignificat, præcipuè ſi *hæredis*, verbum adiunctum ſit verbo *ſubſtituit.* Deinde ſi teſtator hæredem inſtituerit, & eum rogarit reſtituere per fideicommiſſum diuerſis perſonis, & ſi nihil remanſerit penes hæredem grauatum, nec vſus ſit teſtator verbo *hæreditatis*, ſed verbo *bonorum*, erit vniuerſale fideicommiſſum, nõ particulare, *Bart. ad l. ſi quis ſeruum, 8. §. fi. n. 3. ff. de leg.* 2. Tum ſi teſtator dixerit, volo ſuccedat in bonis meis, non erit particulare fideicommiſſum, ſed vniuerſale, quia tale fideicommiſſum eſt abſolutum, non relatiuum, *l. nam quod, 4. §. vlt. ff. ad Trebell.* Porrò erit vniuerſale fideicommiſſum, ſi generaliter relictum ſit, & partes ſint

enumeratæ, nam talis enumeratio non reſtringet genus, ſed confirmabit, *l. legata, 9. in princip. D. de ſuppellect. leg.* Erit particulare fideicommiſſum ſi quis ſubſtitutus ſit in rebus certis, & in certa Prouincia, aur in certo loco exiſtentibus, vel in bonis patris aut matris, *l. cegi, 16. §. ſea eiſi miles, 6. ff. ad* Trebell.

CCLXXIX. *Ius falcidiæ detrahendæ tranſmittitúrne ad hæredes?*

Ius Falcidia detrahenda ad hæredes tranſmittitur.

Certum eſt hæredem grauatum tranſmittere poſſe ad ſuos ſucceſſores ius Falcidiæ detrahendæ, *l. quanquam. 10. C. ad leg. Falcid.* Mayn. *part. 1. lib 5. cap 63.*

CCLXXX. *Falcidia vel Trebellianica poteſtne detrahi de eo quod teſtator prohibuit alienari?*

Falcid. vel Trebell. nõ detrahitur de re prohibita alienari.

De re prohibita alienari vel per legatarium, vel per fideicommiſſarium non poteſt dettahi Falcidia aut Trebellianica, quod eſt valde norabile, *auth. ſed & in ea re, & ibi* Bald *C. ad leg. falcid.* quæ authentica eriam de Trebellianica eſt intelligenda, nam appellatione Falcidiæ venit Trebellianica, & in exorbitantibus quando eſt eadem ratio, fit extenſio, ita vt vbicunque locum habet Falcidia, ibi etiam locum habeat Trebellianica, & quod eſt diſpoſitum in vna, cenſeatur diſpoſitum in altera, vt latè probat Iaſ. *in Rubr.* D. *ad Trebellian. numer. 1.* quod tamen ſæpe fallit, vt Iaſ. *ib. numer. 6. & 7.*

CCLXXXI. *Legatarius quando reſtituere tenetur detrahitne aliquid aut ratione Trebellianicæ, aut ratione Falcidiæ?*

Legatarium grauatus nihil detrahit.

Non, l. lex Falcidia ſi interueniat, §. *nunquam*, D. *ad leg. Falcid.* Iaſ. *in l. filium quem habentem, numer. 26 C. famil. erciſc.* Ratio redditur, quia ſingulares ſucceſſores non detrahunt Falcidiam in eo in quo ſuccedunt titulo ſingulari, *l. pœnales, §. ſi Titio, ff. ad leg. Falcid. & in l. 1. in fin. C. commun. de leg.*

CCLXXXII. *Quid imputatur in Falcidiam, & quid non imputatur?*

Imputanda in Falcidiam.

Id imputatur in Falcidiam quod hæres habet ex teſtamento, aut donatione causâ mortis, *l. quod autem dicitur, 74. l. in quartam, 91. D. ad leg. falcid.* quæ verò iure legati, aut fideicommiſſi, aut implendæ conditionis causâ, aut aliqua diſpoſitione inter viuos accepta ſunt, non imputat hæres, ſed vltra quartam præcipuum habet, *d. l. in quartam, l. pater filium, in princip. D. ad leg. falcid.* niſi id fuerit dictum cùm res tradita fuit, *l. cum quo, §. fin. l. in traditionibus,* D. *de pactis.* Deinde non imputatur in quartam id quod teſtator debebat hæredi, *l. in imponenda l. irritum, C. ad leg. Falcid* Prælegatum imputatur in falcidiam pto pottione hæreditaria, non autem pro portione legati, *l. quod autem dicitur, & l. in quartam,* D. *ad leg. Falcid.* In Falcidiam non imputantur fructus, iacente poſt defunctum teſtatorem hæreditate, percepti, niſi aliud teſtator diſpoſuerit, aur fructus maturi fuerint, vel ſati tempore mortis, quia pars rei tunc habentur, *l. in Falcidia placuit, & ibi gloſſ. in verb. mortis,* D. *ad leg. falcid. l. fructus pendentes, 44. ff. de rei vindic.* Schneiderin. *in §. quantitas autem, 2. n. 6. Inſtit. de leg. Falcid.*

Prælegatum quomodo in quartam imputetur.

CCLXXXIII. *Quando ceſſat lex Falcidia?*

Falcidia ceſſatio.

Ex dictis facilè poteſt reſolui hæc quæſtio:

Primò, ceſſat cùm eius detractio fuit prohibita, iure veteri non potuit prohiberi, ita quidem hodierno & Nouellarum, *auth. ſed cùm teſtator,* C. *ad leg. falcid.*

Secundò, ceſſat ſi miles legata reliquerit, *l. poſt miſſionem, 17. ff. ad leg. falcid. l. in teſtamento, 7. C. eod. & l. in teſtamento, 12. C. de teſtament. milit.* niſi ſit veteranus miles, aut apud hoſtes deceſſerit, *l. 1. §. 1. & l. ad veterani,* 40. D. *ad leg. falcid.*

Tertiò, ceſſat in legatis ad pias cauſas, Nou. 131. *cap. 12. auth. ſimiliter, C. ad leg. falcid.* Tiraq. *in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 26.*

Quartò, ſi hæres hæreditati ſe immiſcuerit, & inuentarium non fecerit, *l. vltim. §. penultim. C. de iur. delib.* Nou. 1. *cap. 2. §. 1. auth. ſed cùm teſtator, C. ad leg. falcid.*

Quintò, ſi hæres ſcienter legata

integra

integra ſoluerit, *l. 1. & l. error, C. ad leg. falcid. l. penultim. §. fin. D. de iur. & fact. ignor.*

Sextò, Si id egerit hæres vt legatum interciderer, veluti, ſi teſtamentum aut codicillos occultauerit, aut res legatas petiiſſe ſuſtinuerit, *l. beneficio, 59. in princ. ff. ad leg. falcid.*

CCLXXXIV. *Trebellianica detrahitúrne ex lege aut ex teſtatoris prouiſione?*

Trebell. detrahitur ex lege.

Detrahitur ex diſpoſitione legis & Senatuſconſulti, non ex teſtatoris iudicio, aut diſpoſitione: nam etiamſi teſtator non præceperit eam detrahi, tamen detrahetur, *l. Titia, 86. in fin.* D. *ad leg. falcid.* Cephal. *conſil. 153. n. 12. lib. 2.*

CCLXXXV. *Quoties debet detrahi Trebellianica?*

Trebell. ſemel tantùm detrahenda.

Semel tantùm, nempe ex eadem hæreditate, & eodem fideicommiſſo, aut teſtamento, Pap. *lib. 20. tit. 4. art. 3.* Fab. *defin. 1. nu. 2. C. ad SC.* Trebell. Mayn. *part. 1. lib. 5. cap. 73.* Bald. *in l. Marcellus. §. quidam liberis, ff. ad Trebell.* vna quippe tantùm eſt hæreditas, quamuis plura ſint fideicommiſſa, Fab. *ibid. per l. 1. §. inde Neratius,* D. *ad* T*rebell.* Ergo cùm primò grauatus detraxerit quartam Trebell. ſecundò grauatus eam detrahere nequit, *l. 1. §. inde Neratius, ff. ad Trebell.*

CCLXXXVI. *Quinam detrahere poſſunt quartam Trebellianicam, & qui non?*

Quinam detrahāt Trebellianicam.

Non ſolùm hæres grauatus ſub conditione quartam detrahit de fideicommiſſo vniuerſali, *§ ſed quia hæredes, & §. ſed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. l. poſt mortem, C. de fideicomm.* ſed etiam hæres ab inteſtato, *text. in l. filius,* D. *ad leg. falcid.* nempe ſi hæres grauatus mortuus ſit ſine liberis, & inteſtatus nec detraxerit quartam Trebellianicam, eius hæres ab inteſtato illam detrahere poterit. Item hæredis hæres, *l. quanquam, C. ad Trebell.* nam hæredis mei hæres eſt meus hæres, eo quòd locum hæredis habeat, eiúſque perſonam ſuſtineat ac repræſentet, *l. hæredis appellatione, vbi gloſſ. &* Dd. *ff. de verb. ſignific. l. ſi hæredem, C. de petit. hæred. l. 6. §. fin. ff. de inoffic. teſtament.* Idem bonorum poſſeſſor qui loco hæredis eſt, Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 3. ſub numero 4.* Item fiſcus qui ab indigno abſtulit hæreditatem grauatam, aut per publicationem bonorum in rei iuribus ſucceſſit, Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſtio. 71. numer.* 8. Item fideicommiſſarius vniuerſalis cui detrahendi ius liberaliter conceſſit grauatus, Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 3. numer. 6. l. 1. §. inde Neratius D. ad Trebellian.* Item inteſtatus ſaltem in quota hæreditatis, & eam reſtituere rogatus, ex illa quota quartam Trebellianicam detrahet, Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 3. numer. 21.* non tamen inteſtatus in quota bonorum, quæ eſt res certa & ſingularis, vt conſtat ex *l. ſi quis bonorum, ff. de leg. 1.*

Quinam Trebellianicam non detrahāt.

Non poſſunt detrahere quartam Trebellianicam ſequentes: Fideicommiſſarius, ſi hæres grauatus regulariter non detrahit, Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſtion. 71. numer. 15.* nam vt detractioni locus ſit, oportet eum qui vult detrahere, grauatum eſſe tanquam hæredem, & quidem directum, *l. lex. Falcidia, 47. in fin. ff. ad leg. Falcid. l. mulier, 22. §. fi.* D. *ad Trebellian.* Prohibitus detrahere non detrahit, *auth. de hæred. & falcid §. ſi verò expreſſim. gloſſ. permittitur in l. 1. §. denique D. ad Trebellian.* Legatarius particularis, Peregrin, *de fideicommiſſ. articul. 3. numer. 5.* Guid. Pap. *quæſtion. 296.* Donatarius causâ mortis, Peregrin. *art. 3. num. 5.* Ratio eſt, quia ad hoc vt aliquis detrahere poſſit, is vniuerſalis hæres eſſe debet, non donatarius aut legatarius, *l. mulier, 22. §. fin.* D. *ad Trebellian.* vbi ad reſtituendum debet eſſe rogatus vt hæres. Hæres grauatus non detrahit ſi iniunctus ſit reſtituere piæ cauſæ mediatè aut immediatè, Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſtion. 71. numer. 11. & ſeqq.* Neque grauatus detrahit quartam ſi fideicommiſſum in contractu factum ſit, Intrigl. *d. quæſtion. 71. num. 145.* Hæres coactus adire, non detrahit, *l. non iuſtam, 4. C. ad SC. Trebellian.* Si teſtator aliquid pro quarta reliquerit, quo ſpreto, ſi hæres nihilominus quartam petat, omni prorſus emolumento priuatur, *l. ſi hæres, 90. ff. ad leg. falcid.* In teſtamento militis non de-

trahitur quarta Trebellianica, *l.1.§.denique*, 18. *& ibi gloſſ. permittitur, ff. ad SC. Trebell.* Hæres particularis quartam detrahere nequit quamuis ſit grauatus *l.mulier,§.fi.D. ad SC. Trebell.* Guid.Pap. 466.*& ibi* Ranchin. Pap.*lib.20.tit.3.art.3.* vbi dicitur ex legatis & fideicommiſsis non deduci Trebellianicam.

CCLXXXVII. *Qui coactus adiit poteſtne pœnitendo detrahere quartam?*

Coactus adiens nō poteſt quartam detrahere.

Non, priuatur enim & quarta, & omnibus aliis commodis quæ habere non potuiſſet ſi non adiiſſet, *l. nam quod ad ius publicum,14.§.non omnis, 5.ff.ad Trebell.* Adde quòd coactus adiens hæreditatem, commodum & lucrum ex hæreditate conſequi non debeat, ſicut nec vllum damnum, *l. ita tamen, §. qui ſuſpectam, ff. ad Trebell.*

CCLXXXVIII. *Quarta quam hæres perdit per coactam aditionem, prodéſtne fideicommiſſario vniuerſali tantùm, an etiam legatariis particularibus?*

Fideicommiſſario vniuerſali tantùm prodeſt quarta quam perdidit hæres per coactam aditionem.

Prodeſt tantùm fideicommiſſario vniuerſali cuius lucro cedit, non autem particularibus legatariis quorum lucro non cedit. Ratio diuerſitatis eſt, quia ius compellendi hæredem, inuitum adire ſoli vniuerſali fideicommiſſario competit, non legatariis particularibus, Iaſ. *in l. qui quadringenta, 2.numer. 9. ff. ad Trebell. per l.nam quod, §.fin. & l.ſeq.ff.eod.*

CCLXXXIX. *Si hæres per errorem facti totam hæreditatem fideicommiſſario reſtituit, poteritne hæreditatem repetere vt quartam detrahat?*

Qui totam hæredit. reſtituit poterit hæreditatem repetere vt quartā detrahat.

Poterit, & quidem condicendo, vel poſſeſsiones adhuc vacantes occupando, vel debitoribus ne ſoluant ante quartam detractam, denuntiando, *l.hæres,21.D.ad SC.Trebell.*

CCXC. *Poteſtne Trebellianica detrahi de fideicommiſſo particulari?*

Trebellianica nō detrahitur de fideicōmiſſo vniuerſali.

Non, & hæc eſt communis opinio, vt ait Bart.*in l.ſi quis ſeruum,8.§.fin. D.de leg. 2.* Iaſ. *in Rubr. D. ad Trebell.num. 6.* Latè Fernand.*repetit.in l.quartam,* D. *ad leg.falcid.3.præfat.num.6.& 7.* Peregr *de fideicom. art.3.n.12.*Guid.Pap. *quæſt.296.n.3.* Pap.*lib. 20 tit.3. art.3.*

CCXCI. *Detrahitúrne Trebellianica ex fideicommiſſo vniuerſali?*

Neque grauatus ſub conditione, neque eius hæres quartam Trebellianicam deducere poteſt, vt ait Bald.*in rubr. C.de reuoc. his quæ in fraud.credit.*

CCXCII. *Qui quartam detrahere non vult, eo quod ſuſpectam putet hæreditatem quomodo ſe debet gerere?*

Conſultiùs faciet ſi dicat ſibi ſuſpectam hæreditatem, & ſic eam non adeat niſi coactus, ſic enim hæreditatis metu expoſito omnes actiones in fideicommiſſariam transferet, *l. qui totam, 45.ff.ad Trebell.*

Cùm ſuſpecta eſt hæreditas debet hæres coactus adire.

CCXCIII. *Poteſtne hæres grauatus deducere bona ſua à defuncto poſſeſſa?*

Poteſt, *l.in teſtamento, C. ad leg. falcid.* Illa enim bona vtpotè hæredis propria ſine diminutione vlla & onere ad hæredem redire debent.

Grauatus deducit bona ſua à defuncto poſſeſſa.

CCXCIV. *Quale æs alienum detrahit grauatus de hæreditate?*

Detrahet æs alienum tam ſibi quàm alii debitum: nam æs alienum in bonis eſſe non videtur, *l.in imponenda, 6. & ibi gloſſ.C.ad leg.falcid.*

Æs alienū eſt detrahendum.

CCXCV. *Poteſtne hæres grauatus detrahere pro eo quod ſibi debetur bona hæreditaria, & ratione cuius temporis?*

Peregrinus in *tract. de fideicommiſſ. art. 35.num.12.& ſeqq.* Proponit hanc quæſtionem, eámque reſoluit, dicendo hæredem detrahere poſſe tot bona hæreditaria pro illis pecuniis quas erogauit ad extinguendum æs alienum: & quidem conſiderandum eſſe tempus mortis teſtatoris, quam opinionem dicit eſſe receptam & canonizatam. Idem habetur in *deciſ.* Rot. Rom *compilatis à Farinacio, part.1. deciſ.267.*Mantic.*de coniect. vltim. vol.lib.7. tit.8. numer. 13.* Surd. *deciſ.92.n.4.& deciſ.333.n.18*

Grauatus detrahit bona hæred. pro ſuo debito.

CCXCVI.

CCXCVI. *Hæres grauatus ſeu hæredis hæres, potéſtne deducere pro ſoluto creditoribus & legatariis, bona hæreditaria pro pretio tempore mortis teſtatoris, ſeu quo ſoluti ipſis creditoribus & legatariis, an verò credita ſunt illis in pecuniis præſtanda?*

Tempus obſeruãdũ in detractione.

Quoad ſoluta creditoribus hæreditariis & legatariis, obſeruandum eſt tempus, non mortis teſtatoris, ſed ſolutionis ſicque hæres, & hæredis grauati hæres detrahere poteſt tot bona hæreditaria pro communi pretio illius temporis, Peregr. *d.art.39. n.12.*

CCXCVII. *Legatum vel fideicommiſſum hæredi debitum à teſtatore detrahitúrne ab hærede?*

Hæres detrahit ſuũ legatum.

Detrahitur, quia cenſetur eſſe æs alienum, *l. i ritum. 8. C. ad leg. falcid. l. fundo, 4. & l. qui fundum, 87. §. ſi quis, 2. D. ad leg. falcid. l. 1. C. de bon. auth. iud. poſſ.*

CCXCVIII. *Quod animo compenſandi fuit relictum éſtne deducendum?*

Debitum compenſandum non debet deduci.

Aliquando teſtator grauat hæredem vt quartam compenſet cum debito, tunc debitum non deducet hæres, viſus eſt enim vetuiſſe teſtator ne deduceret hæres, *l. ſi debitor, 12. ff. ad leg. falcid. l. cum pater, 77. §. Titio, 31. ff. de leg. 2.*

CCXCIX *Poſſúntne detrahere hæredes inſtituti hæredis æs alienum & impenſas in morbum inſtituti facta?*

Hæredes hæredis non detrahunt æs alienum & impenſas.

Non, licèt illud æs alienum ſit hæreditarium, vel contractum occaſione hæreditatis hæc enim planè ad hęredes inſtituti pertinent, *l. cùm hæreditas. ff. ad Treb.*

CCC. *Hæres grauatus detrahitne ſumptus a ſe factos circa res hæreditarias, tum etiam meliorationes, & ſumptus funeris?*

Quinam ſumptus detrahantur.

Si ſumptus illi reſpiciant perpetuam rerum hæreditariarum vtilitatem, eorum dodrantem, *hoc eſt*, tres partes vel nouem vncias detrahet grauatus, quia meliorem cauſam fecit ſubſtiturorum, *l. mulier, 22. §. ſed enim ſi quis rogetur, verſ. ſed & ipſe, ff. ad SC. Trebell.* & quadrantem, nempe tres vncias ſuſtinebit proportione & rata ſuæ quartæ: idem de melioramentis, & de ſumptibus funeris dicendum, *l. Papinianus, §. quarta, D. de inoffic. teſtam.* Quòd ſi ſumptus illi reſpiciant temporalem hæreditaris vtilitaté, hoc caſu eos omnes ſuſtinebit hæres grauatus, eo quod fructus etiam percipiat, *l. vbi, 9 §. qui in diſtrahendis*, D. *ad SC. Trebell.* Præferuntur ſumptus infirmitatis & funeris cæteris creditoribus ſaltem in actione perſonali, *l. impenſa, 45. D. de relig. & ſumpt. fun.*

CCCI. *Detrahitúrne Trebellianica ex legatis?*

Trebellianica non detrahitur ex legatis.

Non detrahitur ex legatis particularibus, ſed tantùm ex vniuerſalibus, *tot. tit. Inſt. de ſing. reb. per fideicomm. relict.*

CCCII. *Quarta Trebellianica detrahitúrne de legatis in piam cauſam relictis vel ſubſtitutiâ piâ cauſâ?*

Trebell. nõ detrahitur de legatis piis.

Certum eſt Falcidiam non detrahi de relictis ad pias cauſas, *auth. ſimiliter, C. ad leg. falcid.* certum quoque eſt Trebellianicam de eiuſmodi legatis non detrahi, quidquid dicant nonnulli, *§. ſi autem hæres, in auth. de Eccleſ. tit.* ita Guid. Pap. *quæſt. 188. & ibi* Ranch. Pap. *lib. 20. tit. 7.* non detrahi etiam eandem Trebellianicam ſubſtitutâ piâ causâ, Peregr. *de fideicom. art. 12. n. 34. verſ.* & pro iſta ſententia, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 299. n. 7.*

CCCIII. *Qua ex re detrahitur quarta Trebellianica?*

Trebellianica detrahitur de ſubſtantia non de fructibus.

Detrahet quartam hæres grauatus de rebus & ſubſtantia ipſa, non de fructibus, *l. ſub. mu*, *ff. ad Trebell.*

CCCIV. *Hæres grauatus potéſtne quartam Trebellianicam detrahere de bonis ad ſui electionem, etiam inuito fideicommiſſario?*

Hæres nõ detrahit ad ſui electionem.

Non, ſed de rebus mediocribus, ita Guid Pap. *quæſt. 108. n. 1. & ibi Rabot.* Dicit Iaſ. *in l. marcellus, § res quæ, n. 15.* D. *ad SC. Trebell.* hæredem non poſſe in vna re Falcidiam vel Trebellianicam retinere niſi de voluntate fideicommiſſarii, vel niſi iudex cuius arbitrio relinquitur, ex æquitate quartam in vna re aſsignauerit, Gloſſ Marg. *in l. ſi legatum, 30. §. multum*, *3.* D. *ad SC. Trebell.* dicit hæredem poſſe retinere quartam in pecunia ſi ita voluerit, & ſi nihil dixerit quartam detrahere de rebus ſingulis.

CCCV. *Quid imputatur, & non imputatur generaliter in Trebellianicam?*

Quid imputatur Trebell.

Id generaliter in Trebellian. imputatur quod habet hæres iure hæreditario, *l. in*

Quid non imputatur. *quartam, ff. ad leg. falcid.* non imputatur id quod aliunde habet, & quod teſtatoris non fuit, *l. filium quem habentem, l. famil. erciſc.*

CCCVI. *Res alienatæ imputantúrne in Trebellianicam?*

Alienata imputantur in Trebell. Imputantur, *l. Marcellus, 3 §. res quæ, & ibi Ial. n. 1. & 2. ff. ad Trebell.* nempe ſi ſponte & nulla neceſſitate cogente ab hærede facta ſit alienatio, vt *gloſſ. in d. §. res quæ.* Carond. *lib. 7. art. 62.* niſi alienatio fiat ex neceſſitate, vt ſatisfiat creditoribus & legatariis teſtatoris, *l. filiusfamilias §. Diui, in fi. ff. de leg. 1.*

CCCVII. *Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris imputantúrne in Trebellianicam?*

Fructus qualiter imputentur in Trebell. Imputantur, etiam filiis primi gradus, ſi tunc adhuc pendeant, & à teſtatore ſeminari ſint, Bald. *ad l. ſcimus, C. de inoffic. teſtam.* quia faciunt partem fundi, *l. fructus, D. de rei vindic.* quod intelligendum eſt de fructibus maturis, non de immaturis, in quibus tempus & opera deſiderantur, *arg. l. poſtulante, §. vlt. D. ad Trebell.*

CCCVIII *Hæres imputátne in Trebellianicam fructus quos percepit non iure hæreditario, ſed negligentia fideicommiſſary?*

Non imputat, *l. ita tamen, 27. §. hæres ex aſſe, 16. D. ad Trebell.* at poſt legitimam interpellationem eos renetur reſtituere.

CCCIX. *Filij naturales tantùm imputántne fructus in Trebellianicam?*

Filij naturales imputant fructus. Imputant, quia tantùm excipiuntur filii primi gradus, *l. iubemus, 6 C. ad Trebell. & ita Dd. in d. l.* quæ lex non debet extẽdi.

CCCX. *Fructus percepti poſt mortem grauati imputantúrne in Trebellianicam?*

Non, quia non fuerũt percepti iure hæreditario, vel ex perſona hæredis grauati, ſed negligentiâ purâ fideicommiſſarii, verè ſcientis ſe ſubſtitutum, aliter ſe res habebit ſi percepti fuerunt morâ non ſoluentis, vel non reſtituentis hæreditatem, & quia ſubſtitutus neſciebat ſe ſubſtitutum, *l. in fideicommiſſaria, 18. & ibi gloſſ. atque Dd. ff. ad Trebell.*

CCCXI. *Dos imputatúrne in Trebellianicam?*

Dos in Trebell. non imputatur. Non, *l. pater filium, 54. & ibi Dd. ff. ad l. falcid.* Licèt in legitimam imputetur, vt donatio propter nuptias, quæ filiofamiliàs imputatur in legitimam, *l. quoniam nouella, 29. C. de inoffic. teſtam.*

CCCXII. *Imputatúrne in Trebellianicam quod hæres ex conſenſu teſtatoris in ſuum commodum alienauit?*

Alienatũ ab hærede imputatur. Imputatur, nam iudicio teſtatoris id factum eſt, *l. in fideicommiſſaria, 18 ff. ad Trebell.*

CCCXIII. *Imputatúrne in Trebellianicam grauati id quod ipſi codicillis poſteà fictu relictum eſt?*

Imputatur codicillis relictũ. Imputatur, vt ait Bart. *in l. in quartam, 91. ff. ad leg. falcid.*

CCCXIV. *Quæ perierunt aut deteriorata ſunt imputantúrne in Trebellianicam?*

Quæ perierunt quando imputantur. Imputantur, ſi id acciderit dolo, & latâ grauati culpâ, *l. mulier, 22 §. ed enim, 3. ff. ad Trebell.* ſi verò id acciderit culpâ leui, aut leuiſſimâ grauati, pro parte tantùm in Trebellianicam imputantur, & reliqua pars fideicommiſſario perit, Alexand. *in d. §. 3.* At ſi id caſu aut fortuitò contigerit, periculum ſuſtinebit rei dominus, *l. ſi creditor, ff. de pign. act.*

CCCXV. *Legatum aut particulare aut vniuerſale conditionis implendæ gratiâ acceptum imputatúrne in Trebellianicam?*

Imputatur legatum. Imputatur *l. in quartam, ff. ad leg. falcid.*

CCCXVI. *Prælegatum imputatúrne in Trebellianicam?*

Imputatur prælegatum. Imputatur, *d. l. in quartam, ibi pro ea verò parte ff. ad leg. falcid.*

CCCXVII. *Imputatúrne in Trebellianicam quidquid quocunque iure iudicio defuncti capitur?*

Hæres imputat quod à defuncto habet, non quod habet aliunde. Imputatur, *l. in quartam. 91. verſ. ſed in fideicommiſſaria, D. ad leg. falcid.* ea lege vt illud apud hæredem grauatum remanear, *l. accepiis, 93. ff. ad leg. falcid.* Secus ſi non iudicio defuncti, verùm alia ex cauſa, *l. debitor, 59 §. vlt. D. ad Trebell.*

CCCXVIII. *Mobilia & ſe mouentia ſuntne in quartam Trebellianicam imputanda, vel reſtituenda?*

Sunt

Mobilia & ſe mouentia imputantur in Trebell.

Sunt, ſicut & immobilia, ſi extent, vel pretium ſi alienata ſint, aut culpâ hæredis grauati perierint, *Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 74. n. 9. 10. & 11. l. deducta, 58. §. cùm autem, ff. ad Trebell.* Contrà ſi naturâ ſuâ, vel caſu, vel vi perierint, ſiue dolo aut culpâ grauati, *d. §. cùm autem, & ibi gloſſ.* Idem iudicium de pecunia in hæreditate reperta, quæ venit nomine mobilium, *Dd. in l. cætera, 41. §. ſed ſi paraaiſ, vbi Iaſ. n. 22. ff. de leg. 1.* Illa enim vel imputanda in quartam, vel reſtituenda.

Pecunia imputatur.

Merces imputantur.

Idem quoque iudicium de mercibus vel extantibus, vel venditis, imputandis aut reſtituendis, eo modo quo determinat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 624. n. 21. & quæſt. 543. n. 32. verſ. aut verò*, nempe ita vt ſi æſtimatio mobilium ſit aucta poſt mortem teſtatoris, augmentum cedat beneficio grauati, & eius hæredum, pro rata, & non tantùm mobilium, ſed etiam mercium, & pecuniarum.

CCCXIX. *Donata imputantúrne in Trebellianicam?*

Donata non imputantur.

Non, niſi quis ea reſtituere fuerit nominatim & expreſsè rogatus, *Guid. Pap. quæſt. 303. per l. cohæredi, §. cùm filiæ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

CCCXX. *Si res quæ apud hæredem pro quarta Trebellianica remanſit, euincatur, quid iuris?*

Hæres agit de euictione.

Tunc hæres actionem de euictione habebit contra fideicommiſſarium, *l. hæres, 72. ff. ad Trebell.*

CCCXXI. *Hæres grauatus detrahitne Trebellianicam ſi non confecerit Inuentarium?*

Detrahit nihilominus, quia Trebellianica de iure grauato debetur, ſecundùm quod expreſsè prohibita non repetitur, omiſſo inuentario: ſi ergo nulla lex hæredem qui non confecit Inuentarium, Trebellianicâ priuet, nec nos ipſum priuare debemus. Hanc ſententiam tanquam veriſſimam ſuſtinet *Hotoman. lib. 4. obſeruat. cap. 14. & lib. 5. c. 20.* & rationem deſumit ex *Nou. 1.* quæ hanc pœnam Falcidię amittendæ conſtituit, ſolâ Falcidiæ, non Trebellianicæ mentione factâ. Eandem opinionem tuentur *Mynſinger. cent. 3. obſeru. 66. Gail. lib. 2. obſeruat. 138. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 73. cum multis ſeqq. & Fachin. lib. 4. contrauerſ. iur. cap. 38. poſt Bart. in l. Marcellus, 5. ff. ad SC. Trebell.* Quam opinionem etiam tenet *Iaſ. in d. l. Marcellus, n. 68. in fi.* Diſtinguit *Ant. Fab. defin. 5. n. 1. C. ad SC. Trebell.* & dicit liberos primi gradus non perdere Trebellianicam, etiamſi non confecerint inuentarium, ita quidem extraneos hæredes. Eadem diſtinctione vtitur *Guid. Pap. quæſt. 53. n. 1.*

Omiſſio quæ liberis.

CCCXXII. *Poteſt-ne pater prohibere detractionem quartæ Trebellianicæ?*

Trebellianica poteſt prohiberi.

Poteſt, & in teſtamento & in codicillis, non quidem iure Digeſtorum, *l. quad bonis, §. fi. ff. ad leg. falcid.* ſed iure authéticorũ, *§. ſi verò expreſſi m, auth. de hæred. & falcid. auth. ſed cùm teſtatar, vbi Bart. & alij, C. ad leg. Falcid.* Non tamen poteſt in liberis primi gradus, quibus hoc quodam priuilegio fuit conceſſum, & quorum cauſa eſt fauorabilior quàm aliorum hæredum, *Guid. Pap. quæſt. 61. per l. ſi vt allegas, C. ad leg. falcid. §. ſed quid, Inſtit. de fideicom. & l. iubemus, in princ. C. ad Trebell. Griuell. deciſ. 107.* ita ſingulariter tenet *Bald. in d. l. iubemus, in 1. & 2. colum. C. ad Trebell.* Ergo filij inſtituti & grauati non obſtante prohibitione partem illam Trebellianicam detrahent, quod porrigitur ad omnes ſubſtitutiones ſubiunctas, *Guid. Pap. quæſt. 592.* Rectè tamen prohibita erit Trebellianica, ſi liberi primi gradus patre adhuc viuente iuraſſent ſe rata habituros, & ſeruaturos omnia, *Guid. Pap. quæſt. 96. & Ranch. ib.* Si etiam ex verbis teſtamenti colligi poſſit eſſe detrahendam Trebellianicam, & eius detractionem non eſſe prohibitam, detrahi poterit, *Paul. de Caſtr. in auth. ſed cùm teſtator, n. 2. verſ. ego autem, C. ad leg. falcid. Boer. deciſ. 44. n. 52.* Adde prohibitionem factam in primo gradu ſubſtitutionis porrigi ad omnes alios gradus, *Guid. Pap. quæſt. 545.*

CCCXXIII. *Pater debétne vti verbis expreſſis, & ſpecialibus in prohibitione detractionis Trebellianicæ, an generalibus?*

Prohibitio fit verbis generalibus & expreſſis.

Verba generalia & æquipollentia ſufficiunt, quamuis prohibitio verbis expreſſis & ſpecialibus facta non ſit, ſed tacitè, *Bart. in l. centurio, n. 27. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Ratio eſt, quia in iure id quoque expreſſum dicitur, quod non ſpecialiter, ſed generaliter exprimitur, *l. vlt. cum ibi not. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Expreſſa quid dicantur.

Deinde id exptellum dicitut quód tacitè fit,ſeu quod ex menre colligitur, *l. nominatim,ff. de condit.& demonſtr. l. 2.ff.de lib. & poſth. l. licet , ff. de leg.1.* Item ex coniecturata mente teſtatoris, Trebellianica expreſsè cenſetur prohibita, ſi quædam huiuſmodi voluntatis coniectura appareat, *Caſtr.in auth.ſed cùm teſtatoa,colum.1.C.ad leg.falcid. per l. ſi quis locuples,ff. de manum.teſt.& l.licet,ff.de leg.1.* vt ſi totam vel integiam hæreditatem ſuam teſtator reſtitui iuſſerit abſque vlla diminutione, *gl. in l.decem,ff.de fideicom.liberi. Maſc. concl. 1395. per tot.* vel ſi dixerit teſtator vt bona remaneant in familia, *Menoch. conſ.643. n. 4. & n. 12.* Vel etiam ſi prohibuerit bona fideicommiſſa alienari, *id.n.6.* aut ſi iniunxerit hæredi vt hæreditatem reſtituat , centum pro quarta deductis, *Menoch. lib. 4.præſumpt. 198.* Si tamen verba teſtamenti aliud ſonenr,& in alium ſenſum trahi poſſint, non cenſebirur prohibita Trebellianica, *Boer.deciſ.44.n.33.*

CCCXXIV. *Qui omnem totámque hæred.tatem reſtituere eſt iuſſus, an Trebellianicam prohibitus eſt detrahere?*

Totâ hæreditatê reſtituere iubens an prohibeat detrahere.

In præcedenti quæſtione iam aliquid fuit allatum pro huiuſce deciſione: clariùs tamen ſic reſpondetur; Si teſtator dixerit volo vt integra,omnia & qualiacunque bona mea, Titio decedente ſine liberis ad Sempronium perueniant, tūc cenſetur facta Trebellianicæ prohibitio,& ita iudicatum *Gratianopoli, 20.Iul.* 1573.in cauſa cuiuſdam Marelli : nam hoc verbum *qualitacunque* , eſt diſtributiuum , & cuiuſque generis bona reſtituenda eſſe ſignificat, potiſſimùm ſi vocabuli hæreditatis fiat repetitio cum ſuis oneribus & qualitatibus, *Bart.in l.ſi quis ſeruum,8.§.ſi.verſ.ſed quaro,ff.de leg.2.* Facit *Non.1. de hæred. & falcid.cap.2.ibi,ſi verò expreſsim.* Adde quòd illa patticula *tota*,teferatur ad omnes partes ſubiectiuas , vt loquuntur Logici , & ſic ad omnes res hæreditarias nullâ exceptâ, & qui totum aut omne dicit , omnem excluſionem prohibet , *l. Iulianus,in princ.ff. de leg.3.l.hoc articulo,ff.de hæred.inſtit.*

CCCXXV. *Quando teſtator dixit ſe nolle hæredem grauatum ſubſtitutioni derogare,an detractionem prohibuit?*

Trebellianica nō cōtinetur ſi. . . deicommiſſo.

Trebellianica nullâ ſubſtitutione,nullóque fideicommiſſo continetur,vtpotè Senatuſconſulto debita, imò non habet locum niſi cùm bona per fideicommiſſum ſubſtituta reſtituuntur , ita vt illa detractio patetno iudicio non procedat, *Robert.rer.Iudic.lib.4.cap.17.*

CCCXXVI. *Prohibitio facta in primo gradu,cenſetúrne repetita in ſequentibus gradibus?*

Subſtitutio facta in primo gradu,repetitur.

Cenſetur,vt legere eſt apud Carond. *lib.7.arr.62.66.& 166.*

CCCXXVII. *Grauatus poteſtne vnam quartam tantùm, aut duas quartas detrahere?*

Filius grauatus an vnam tantum quartam detrahit.

Si filius purè ſit grauatus, tantùm vnā detrahet quartam , ſi grauatus ſit ſub conditione,putà ſi ſine liberis decedat, vel in diem certum , tunc duas quartas detrahet, *gloſſ.falcidia,& Dd.in l. Papinianus, §.meminiſſe, ff.de inoffic.teſtam. Nau.1. cap. 1.§.1.gloſſ. aufferri. Iaſ.in l.centurio,15.n.2.ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.* Primò tamen accipiet legitimam qua in re voluerit, deinde Trebellianicam,in *d §.meminiſſe.* Putant nonnulli filium grauatum de iure ciuili vnam tantùm detrahere quartam, *l.1.ff.ad l.falcid.§ ſed quia hæredes,Inſtit. de fideicōm.hæred.l.Papinianus,§.quarta,ff.de inoffic.teſtam.l.liberto,21.§.filium,ff. de annu. leg.l.1.§.penult.ff.ſi cui plus quàm per leg.falcid.&c.& l.iubemus,6 C.ad Trebell.* ſed iure Canonico duas detrahere quartas, nulla adhibitâ diſtinctione , *cap.Raynutius,16.& cap.Raynaldus,18.extra, de teſtam. in 6.* Quam Canoniſtarum , vel iuris Canonici opinionem non tantùm in Delphinatu,ſed in toto mundo eſſe obſeruatam dicit *Guid.Pap.quaſt.52.& Iaſ.in auth.res quæ,C.commun.de leg.n.3.*vt & *Fernand.repetit.in l.quartā,ff.ad leg.falcid.5.præfat.n.3.* vbi viriliter diſputat, & probat, *n. 6. & ſeq.* omni iure , tam ciuili quàm canonico filium grauatum duas quartas detrahere poſſe,& reſpondet ad argumenta & leges quæ adferuntur in contrarium. Idem ſentit, & tenet *Fachia.controuerſ. iur. lib. 5. cap. 2.* vbi dicit, nullo diſcrimine adhibito, vtrum purè, vel ſub conditione rogatus ſit filius reſtituere,& nulla differentiâ intet ius canonicum & ciuile conſtitutâ filium detrahere poſſe dimidiam hæreditatis, & ſic tam legitimam , quàm Trebellianicam.

CCCXXVIII. *Si teſtamentum ſit nullū, tamen ſuſtineri poſſit per clauſulam codicillarem in ea adiectam , poterúntne detrahi duæ quartæ?*

Non,ſed

Dua quartæ non detrahuntur ſi teſtamentū ſit nullum.

Non, ſed tantùm quarta legitimæ, quia tunc hæres veniens ab inteſtato purè grauatus cenſetur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, minùs ſolenniter ſcripto, & ſic vnam tantùm quartam detrahere poteſt, *Guid. Pap. quæſt. 513.*

CCCXXIX. *Parentes detrahúntne legitimam & Trebellianicam vt filius ſi reſtituere ſint grauati?*

Ardua eſt hæc quæſtio, nonnulli negant, alij affirmant ad *l. ſi a milite, §. patri, ff. de milit. teſtam.* Verior videtur eſſe opinio negatiua, quam fouet *Iaſ. in auth. ſi qua mulier, n. 35.* vbi deſertis verbis dicit, Parentes grauatos fideicōmiſſo non detrahere duas quartas, poſt *Bald. in d. l. ſi a milite, § fi. & poſt Alex. in l. in ratione, §. quod vulgo, in 9. col. ff. ad leg. falcid.* neque enim priuilegia ea quæ competunt deſcendentibus, etiam aſcendentibus competunt, *l. filiusfamilias, 18. & ibi Bart. ff. ad leg. falcidiam, & l. iubemus, C. ad Trebell.* Deinde nulla lege ciuili aut canonica id cautum reperitur, vt parentes duas quartas detrahere poſſint prout lege canonica de filio id expreſsè cautum reperitur.

Parentes grauati nō detrahunt duas quartas.

CCCXXX. *Filius grauatus poteſtne legitimam & falcidiam detrahere vt legitimam & Trebellianicam?*

Coronidis loco ardua, difficilis, & valde neceſſaria venit ſubiicienda, & examinanda quæſtio, An filius grauatus poſſit legitimam & falcidiam detrahere, prout in quæſt. 327. ſupr. dictum fuit illum legitimam & Trebellianicam detrahere poſſe. Pars negatiua videtur eſſe & iuri & rationi valde conſentanea, quam amplexus eſt *Bart. ad l. Papinianus, 8. §. quarta, not. 1. & §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam.* Etenim legitima & falcidia non concurrunt, vt legitima & Trebellianica, & ille qui habet falcidiam non detrahit legitimam, aut contrà *arg. l. 1. §. penult. ff. ſi cui plus quàm per leg. falcid. &c.* vbi dicitur quòd ſi alio iure hæres quartam detrahit, ceſſat falcidia, & vbi Patronus, qui in liberti bonis partem habet legitimam, ſi eam detraxit, falcidiam deducere non poteſt, ergo neque filius. Alia quippe eſt ratio Trebellianicæ, & alia falcidiæ: falcidia enim eſt inſtituta ad imponēdum modum legatis, & ad inuitandum hæredem ad adeundam hæreditatem in *princ. Inſtit. de leg. falcid.* quæ ratio hodie inter Chriſtianos non habet locum, inter quos pium cenſetur teſtatoris voluntati parere citra lucrum, *Non. de hered. & falcid. cap. 2. verſ. ſi verò expreſſim, prope fi.* Aliter ſe res habet in Trebellianica, nam hæres grauatus adire cogitur, petente fideicommiſſario vniuerſali, *l. quia poteſtas, 4. ff. ad Trebell.*

Pars negatiua.

Deinde in *d. l. Papinianus, §. quarta*, dicit Vlpianus, filium qui falcidiam ex legatis adeptus eſt, ab inofficioſi querela repelli, Idem habetur in *§. ſi quis impubes, 15.*

Prætereà, legitima ad falcidiam refertur, & falcidiæ nomine debetur, ideo Vlpianus in *d. l. Papinianus, §. quarta, & §. vnde ſi quis, ff. de inoffic. teſtam. & Iuſtinianus, l. 31. C. de inoffic. teſtam.* vocant legitimam, falcidiam. Falcidia enim ex legatis detracta propriè legitima dici poteſt, quia ipſis verbis legis introducta eſt, ideo ad liberos inducta eſt, ita *Maran. in Paratitl. ff. ad SC. Trebell.*

His tamen non obſtantibus, pars affirmatiua hodie magis eſt recepta, & eā amplexi ſunt *Fernand. repetit. l. in quartā, ff. ad leg. falcid. 5. præfat. n. 2. Fachin. Cōtrou. in lib. 13. tit. 52.* vbi dicit, per *c. Raynutius, & c. Raynaldus, extra, de teſtā.* quib. capitibus reſpondet *gloſſ. in c. reſponſo. 3. diſti. alt.* filium grauatum detrahere poſſe legitimam vt filium, & falcidiam vt quemlibet extraneum: primò, quia ratio poſita in *d. c.* locum habet etiam in detractione legitimæ & falcidiæ, vt in detractione legitimæ & Trebellianicæ: ſecundo, quia legitima non eſt comprehenſa in fideicommiſſo: ergo ſub fideicommiſſo remanent octo hæreditatis vnciæ, quæ ſi nimiis legatis fuerint grauatæ, meritò pro authoritate legis falcidiæ minuentur, quia nihil proponi poteſt cur ceſſare debeat iſto in caſu lex Falcidia, cùm nec à lege, nec à teſtatore fuerit prohibita.

Pars affirmatiua & verior.

Mercur. Merlin. de legitima, *lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. n. 8.* dicit idem eſſe iudicium falcidiæ & Trebellianicæ, & ſicut filius vtramque portionem, legitimam & Trebellianicam detrahere poteſt, ita eum legitimam & falcidiam conſequi poſſe, nec vnam quartam cum alia eſſe compenſandam.

Eiuſdem eſt opinionis *Expill. cap. 11.* dicens ita fuiſſe Gratianopoli iudicatum,

prout etiam poſt ipſius obirum, nempe 24. Marr. 1638. pro Dauide Alardo contra Perrum Reboul, & eius ſorores, ibidem fuir iudicatum.

Idem ſentiunt *Dolin. lib. 5. quaſtionum notab. cap. 27. Surd. deciſ. 251. Maynard. lib. 6. cap. 8. Philipp. in ſuis reſp. reſp. 36.*

Deinde Falcidiæ arctiùs debetur, & fortioti iure quàm Trebellianica, *Porcel. de Inuent. benef. quaſt. 194. n. 6.* origine Trebellianicam præcedit, *Peregr. de fideicom. art. 3. n. 55.* vrraque ex eadem hæreditate derrahitur, nempe falcidia ex nimiis legaris, & Trebellianica ex fideicommiſſis. Vtriuſque appellatio ſæpè promiſcuè vſurpatur, *l. cohæredi, 21. §. cùm filiæ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l.* Tilia *teſtamento, 86. ff. ad leg. falcid.* impropria autem appellatio eſt falcidiæ, pro legitima, *l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. & l. quiſquis, §. filias, C. ad l. Iul. Maieſt.* Ergo neceſſariò inferendum, ſi filius grauatus legitimam & Trebellianicam detrahat, etiam legitimam ac falcidiam eũ detrahere poſſe, eo quòd nulla ſit diuerſitaris ratio: nam æquiparantur Falcidia & Trebellianica de iure, *l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Trebell.* & quod conſtitutum eſt in vna trahi debet ad alteram, *arg. l. ſi quis ſeruo, C. de furt.*

Falcidia & Trebell. æquiparantur.

Rationes allatæ pro parte negatiua, quamuis primâ fronte aliquid probabiliratis habeant, tamen nec in formali aut expreſſa aliquid lege fundantur, nec concludunt neceſſariò, cùm pars affitmatiua in iure canonico, locis citatis & in vſu communiter recepro fundata, & multorum calculis approbata ſit, *Peregrin. de fideicomm. art. 3. n. 55.*

Ratio dubitandi.

Ar ſi in Statutis alicuius loci tantùm fiat mentio detractionis legitimæ & Trebellianicæ, dubitari poſſet an ibi etiam derrahantur legitima & falcidia, cùm ſtatuta ſint ſtricti iuris, & ſuppleri non poſſit falcidiæ detractio.

Ratio decidendi.

Verùm ſtatutorum verba non ſunt ſpectanda, ſed ſententia: illa benignè, non rigidè interpretanda veniunt, & humanior ſententia à Prætore eligenda, *l. maiorem, ff. de pactis.* éſtque in omnibus æquitatis, quàm ſtricti iuris maior habenda ratio, *l. placuit, 6.* & ibi tradita per *Dd. C. de iudic.* Deinde ampliari & extendi poteſt ſtatutum ex identitate rationis, *Socin. Iun. in l. centurio, ſub num. 29. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & in materia fauorabili, nam odia reſtringuuntur, & fauores ampliantur, *l. cùm quidam, ff. de lib. & poſth.* Hic eſt identiras rationis in detrahenda legitima & Trebellianica, in detrahenda legitima atque falcidia. Addatur quòd vtraque detractio ſit valde fauorabilis, vt porè extra ius minimè poſita, *gl. 1. in l. quòd fauore, C. de legib.* Denique quando Statutum eſt obſcurum, recurri debet ad practicam & omnium locorum obſeruantiam, quam Iudex ſequi tenetur, *Cranett. conſ. 118. n. 2. vol. II. Rimin. Iun. Conſil. 16. n. 131. vol. 1.*

Quando ſtatutum extendatur.

FINIS QVARTÆ PARTIS.

Digitized by Google

INDEX QVÆSTIONVM

Quartæ Partis:

NEC NON

INDEX RERVM ET VERBORVM ejuſdem.

De Subſtitutione in genere.

QVÆST. 1. Vnde dicitur Subſtitutio? 1
2 Quo iure, & quare introducta eſt ſubſtitutio? ibid.
3 Quid eſt ſubſtitutio? 2
4 Subſtitutio præſumitúrne? ibid.
5 Subſtitutio debétne in teſtamento fieri? ibid.
6 Subſtitutio poteſtne codicillis fieri? ibid.
7 Si appoſita ſit hæc clauſula in teſtamento, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, habebítne ſubſtitutus optionem ſuccedendi ex qua ſubſtitutione voluerit? 3
8 Subſtitutio prima ſi efficiatur caduca erítne locus ſequenti ſubſtitutioni? ibid.
9 Fitne ſubſtitutio caduca graduum interruptione? ibid.
10 Omnis ſubſtitutio fitne ſub conditione? ibid.
11 Inſtitutio debétne præcedere ſubſtitutionem? ibid.
12 Quinam poſſunt ſubſtituere & ſubſtitui? 4
13 Subſtitutio poteſtne ab vna perſona ad aliam, ab vno caſu ad alium, & ab vno tempore ad aliud extendi? ibid.
14 Poteſtne fieri ſubſtitutio in contractibus? ibid.
15 Subſtitutus contingente caſu ſubſtitutionis ſuccedítne hæredi defuncto, an primo teſtatori? ibid.
16 Poteſtne ſubſtitui legatariis, donatariis cauſâ mortis, & donatariis inter viuos? ibid.
17 Si ſubſtitutus moriatur antequam caſus ſubſtitutionis euenerit expirabítne ſubſtitutio, an ad hæredes tranſmittetur? ibid.
18 Declaratúrne ſubſtitutio dubia ex præcedenti inſtitutione? 5
19 Quotuplex eſt ſubſtitutio? ibid.
20 Subſtitutio an potiùs intelligenda eſt directa quàm obliqua? 6
21 Subſtitutio directa eſtne dignior obliqua? ibid.
22 Quomodo differunt directa & obliqua? ibid.
23 Vtraque ſubſtitutio directa & obliqua inducitúrne per coniecturas? ibid.
24 Subſtitutio directa & fideicommiſſaria ad quem vſque gradum protrahendæ ſunt? ibid.
25 Quid commune eſt vtrique ſubſtitutioni directæ? 7
26 Subſtitutus excludítne omnes ab inteſtato venientes? ibid.

De Subſtitutione in Specie.

Ac primùm de Vulgari Subſtitutione? ibid.
27 Quid eſt ſubſtitutio vulgaris, quæ eius origo, atque cauſa, & vnde dicta? ibid.
28 Quotuplex eſt ſubſtitutio vulgaris? ibid.
29 Quibus verbis fit ſubſtitutio vulgaris? 8
30 Quot extremis comprehenditur vulgaris ſubſtitutionis forma? ibid.
31 Quando conceditur locus ſubſtituto vulgariter? ibid.
32 Quando plures inſtituti ſunt hæredes, & iis omnibus vnus tantùm eſt vulgariter ſubſtitutus, an ſi vnus adeat hæreditatem ceſſabit ſubſtitutio quoad alium vel alios? ibid.
33 Subſtitutio vulgaris tollítne ius ſuitatis, vel ſanguinis? ibid.
34 Partes in inſtitutione factæ repetuntúrne in ſubſtitutione? 9
35 Subſtitutio vulgaris expreſſa trahitúrne ad fideicommiſſariam? ibid.

36 Vulgaris ſubſtitutio habétne locum filio inſtituto decedente in vita patris? *ibid.*
37 Quis excludit ſubſtitutum vulgarem? *ibid.*
38 Vulgaris ſubſtitutio excludítne ius accreſcendi? *ibid.*
39 Subſtitutio vulgaris fitne in codicillis? *ibid.*
40 Subſtitutionis vulgaris éſtne aliquis effectus? *ibid.*
41 Quando euaneſcit ſubſtitutio vulgaris? 10
42 Vulgariter ſubſtitutus éſtne ita aditione excluſus vt poſt repudiatam hæreditatem beneficio reſtitutionis ab inteſtato minore non poſſit eam conſequi? *ibid.*
43 Subſtitutio vulgaris ſibi ipſi facta valétne? 11
44 Subſtitutio vulgaris potéſtne in legato fieri? *ibid.*
45 Si filius qui eſt in poteſtate,& quæ inſtitutus eſt,recuſet hæreditatem, patet excludétne vulgariter ſubſtitutum? *ibid.*
46 Prælegata veniúntne in vulgari ſubſtitutione? *ibid.*
47 Veníune vulgaris ſubſtitutus ſi inſtitutus noluit parere conditioni ſub qua fuit inſtitutus? *ibid.*
48 Si ſubſtitutio vulgaris fiat ſub duplici conditione ad hoc vt illa valeat,debéntne ambæ impleri? *ibid.*
49 Tota ſubſtitutionis vulgaris natura quomodo breui compendio explicari poteſt? 12

De Subſtitutione Pupillari.

50 Quid eſt Subſtitutio pupillaris,& vnde dicta? *ibid.*
51 Quomodo differt ſubſtitutio pupillaris à vulgari? *ibid.*
52 Vt ſubſtitutio pupillaris vim habeat quænam requiruntur? *ibid.*
53 Potéſtne ſubſtitutio pupillaris fieri in teſtamento imperfecto inter liberos facto? 13
54 Si teſtamentum patris vitio aliquo laboret,an nihilominus valebit pupillaris ſubſtitutio? *ibid.*
55 Quandiu valet ſubſtitutio pupillaris? *ibid.*
56 Pupillaris ſubſtitutio potéſtne fieri ex interuallo,aliâ hora ſeparata poſt teſtamentum patris,& aliâ formâ *ibid.*
57 Si conſtet inſtitutum deceſſiſſe,tamen non conſtet in qua ætate, pro quo erit præſumptio, an pro ſubſtituto,vt præſumatur in pupillari ætate deceſſiſſe inſtitutus, vel pro legitimis hæredibus,vt præſumatur poſt pubertatem mortuus? 14
58 Si pater filio impuberi ſubſtituerit,deinde ab hoſtibus captus apud eos deceſſerit defuncto poſteà impubere in ciuitate,præferetúrne ſubſtitutus hæredi legitimo? *ibid.*
59 Pupillaris ſubſtitutio verbis pupillaribus & directis facta, potéſtne poſt pubertatem in fideicommiſſariam transformari? *ibid.*
60 Potéſtne ſubſtitui filio impuberi etiam naſciturus poſt mortem ipſius filij? *ibid.*
61 Valétne ſubſtitutio pupillaris etiamſi pupillus non fuerit hæres inſtitutus? *ibid.*
62 Si pupillaris ſubſtitutio non contigerit veniente ſubſtituto,poterítne in hæredes ſubſtituti tranſmitti? *ibid.*
63 Auus potéſtne pupillariter ſubſtituere nepotibus recaſuris in poteſtatem patris poſt mortem ſuam? *ibid.*
64 Pupillariter ſubſtitutus potéſtne ſeparare hæreditatem pupilli à patris hæreditate? *ibid.*
65 Patruus ſubſtitutus excludítne liberos nepotis? *ibid.* & 15
66 Si teſtator inſtituat filium & his verbis ei ſubſtituat, quandocunque filius meus deceſſerit, lego Titio mea bona,erítne hæc ſubſtitutio pupillaris an fideicommiſſaria? 15
67 Emancipatis naturalibus & ſpuriis potéſtne pupillariter ſubſtitui? *ibid.*
68 Mater potéſtne pupillariter ſubſtituere? *ibid.*
69 Si ſubſtitutio pupillaris pluribus ſit facta quando admittetur ſubſtitutus? *ibid.*
70 Quodnam tempus ſpectandum in pupillari ſubſtitutione quoad poteſtatem patriam? 16
71 In pupillari ſubſtitutione ſúntne plura teſtamenta an vnum tantùm? *ibid.*
72 Pater debétne primò impuberi filio,deinde ſibi facere teſtamentum? *ibid.*
73 Quntuplex eſt ſubſtitutio pupillaris? *ibid.*
74 Tacita pupillaris continetúrne ſub expreſſa vulgari, & contrà pupillaris expreſſa ſub tacita vulgari? *ibid.*
75 Subſtitutio pupillaris excludítne matrem? 17
76 Clauſula codicillaris teſtamento adiecta trahítne ſubſtitutionem pupillarem extraneo factam ad fideicommiſſum? *ibid.*

QVÆST. VI. *Quid eſt actionis editio?*

Actionis Editio.

Eſt demonſtratio quâ actor oſtendit quomodo agere velit, vt exinde ſciat reus vtrum cedere an contendere vltrà debeat, & ſi contendendum putet, inſtructus veniat ad litigandum & defendendum, *l.3. C. de eden. l.1. in princ.* D. *eod.* ne inſcius & imparatus lite implicetur, perſpiciat etiam Iudex futuræ litis ſpeciem *l. edita actio, C. de edend.* Ergo actionis editio fieri dicitur, cùm ante iudicium reo demonſtratur futuræ litis ſpecies, cùm reus eam ſpeciem actionis cognoſcit, ſiue intelligit, quam actionem contra ſe actor intendere velit, *d.l.3. & d.l.1.*

QVAEST. VII. *Quænam ſunt libelli ſignificata, & quæ eius definitio, atque notatio?*

Quoniam libellus factum ex quo actio edenda reſultat, comprehendit, ideò de eo nonnulla hîc veniunt adiicienda.

Libelli ſignificata octo.

Libellus varia habet ſignificata, I. Sumitur pro oratione à Principe ad Senatum facta, aut pro punctis & articulis qui in conſultationem proponebantur ab Imperatoribus. vt in *l. item veniunt, 29. §. præter hæc, 6.* D. *de petit. hæred.*

II. Significat Epiſtolam aſſertoriam quam vulgò certificationem appellamus, vt in *l. excuſare, 25. ff. de excuſat.*

III. Significat panem album azimum & ſubcinericium, eſt enim diminutiuum libi vel libæ, *id eſt*, panis albi, *l. iudices, C. de Epiſc. aud.*

IV. Significat ſcripturam priuatam ad alicuius infamationem factam, vt *l.1. C. de famo. lib.* & dicitur libellus famoſus.

V. Significat ſcripturam quam vir dat vxori quam repudiat, & appellatur libellus repudii, quo alter alterius conditioni renuntiat.

VI. Sumitur pro precibus Principi oblatis, *C. quand. libel. Princ. obla. lit. conte. fa*

VII. Significat paruum librum ad differentiam libri magni.

VIII. Significat petitionem & aſſertionem actoris, vulgus requeſtam vocat, & eſt duplex, quidam eſt accuſationis & ille in criminibus locum habet. & quidam conuentionis, & ille in ciuilibus, vt eſt *gl. vn. in princ. c. 1. de lib. ob a.* In qua ſignificatione ſumitur in *auth. offeratur, C. de lit. conteſt.* hoc modo hic ſumitur, & eſt totius litis fundamentum, *auth. offeratur, C. com. ?tu d*

Libellus eſt litis fundamentum.

Libelli definitio.

Definitur libellus ſcriptura breuis, clara, certa, rectè diſpoſita, non vaga, non obſcura, varia aut generalis, actoris intentionem continens atq; demonſtrans, Cyn. *in l. edita, n.2. C. de eden. & in auth. offeratur, C. de lit. conteſt.* Debet libellus eſſe breuis, quia ligatores & libellorum conditores verboſis non debent vti aſſertionibus & narrationibus, ſed compendioſis: nihil debet ſuperflui continere, *l. ampliorem, 39. C. de appell. & conſu. & l. actor, C. de probat.* Debet eſſe rectè diſpoſitus & ordinatus, ita vt concluſio narrationem non præcedat: clarus & certus, *l. ampliorem, §. in refutatoriis, C. de appell. auth. de teſt. imperfect. §. nos igitur, col. 8. l. certum, ff. de conf.* non vagus, non obſcurus, & varius, vtpotè ſi vnum ponatur in narratione & aliud diuerſum in concluſione: non generalis, quia omnis generalitas parit obſcuritatem *pen. ex r de confir. vtil. vel inutil. l. ita fiaei ff. de iur. fiſc. l. in tradendis*, D. *com. prædior.* Dicitur libellus eſſe ſcriptura, quia ſcriptura eſt de eſſentia libelli, *auth. offeratur, C. de litis conteſt.* Debet continere & demonſtrare actoris intentionem, vt poſſit deliberare reus, an cedere vel contendere velit, *l.1.* D. *de eden.* & iſte eſt finis editionis: nam, vt rectè ait Paul. *in l.5. §. 6.* D. *de dol. & met. except.* actor quidem in ſua poteſtate habet quando vtatur ſuo iure: is autem cum quo agitur non habet poteſtatem quando conueniatur. *Editionis finis.*

Dictus eſt libellus à libro diminutiuè propter ſui breuitatem, ſicut codicillus à codice: vel dictus eſt à libra, *id eſt*, Iuſtitia, vnde Iudex debet ſtateram æqua lance miniſtrare, 45. *ſiſtin. omnis.* *Libelli etymon.*

QVAEST. VIII. *Quæ ſunt libelli partes?*

Libelli duæ ſunt partes generales: I. Narratio facti: II. Narrationis concluſio. In prima, debet primò fieri mentio Iudicis coram quo lis eſt mota, ita vt vel nominetur, vel aliquo modo deſignetur aut demonſtretur, non per nomen proprium, ſed per nomen ſui officii: Secundò, mentio debet fieri actoris libellum producentis, agentis, aut accuſantis. Tertiò, rei conuenti contra quẽ producitur, & à quo aliquid petitur: Quartò, cauſæ agitandæ: Quintò, rei aut quantitatis quæ poſtulatur & petitur, Vultei. *in princ. de action num. 50 Inſtit.* Petr. Ferrar. *form. libell. action. real. gloſſ. 2.* Specul. *de libello. num cõ. ertione, §. 4. n. 1* Horum ſi vnũ deficiat, libellus eſt imperfectus, & malè compoſitus, vnde Diſtich. *Libelli partes.*

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,

Rectè compoſitus quiſquis libellus habet.

In ſecunda, actor qualitatem intentatæ actionis demonſtrat, petitque ſibi adiudicari intentum: quod vt faciliùs obtineat, quibuſdam clauſulis omninò

Clauſula libelli.

neceſſariis, & in libello apponi ſolitis vtitur: quarum prima eſt hæc, *ſuper quibus omnibus peto ius & iuſtitiã mihi adminiſtrari*: quæ verba libellum ab omni ineptitudine & generalitate ſaluant, *Dd. in c. cùm dilectus, de ord. cogn. &* Alex. *in conſ.* 121. *col. pen. in* 1. *vol.* Guid. Pap. *quæſt.* 263. Secunda clauſula eſt illa, *omni meliore modo &c.* quæ optatur, vt in caſu dubio libellus in fauorem actoris intelligatur. Tertia clauſula eſt illa, quâ actor dicit ſe non aſtringi probare quicquam quod ſuperfluum ſit, Bart. & Dd. *in l. Diuus, ff. de re iud.* Quarta clauſula continet proteſtationem de expenſis, quæ aſtringit Iudicem ad condemnandum victum victori in expenſis, in quibus illum non condemnaret niſi peterentur, Bart. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra, col. f. C. de iud.* Iſtas omnes clauſulas non eſſe neceſſarias diſputat Giphan. *ad l. edita actio,* 3. *C. de eden.* aſſeritque tres eſſe libelli partes, narrationem facti, petitionem, & concluſionem.

Qvaest. IX. *Libellus poteſtne mutari, emendari, & augeri?*

Hæc quæſtio vt enodetur, ſciendum quid ſit mutare, emendare, & addere:

Mutare libellum quid ſit.

mutare, eſt ab actione edita in totum recedere, vel veteri actione relicta nouam inſtituere, *gloſſ. emendari, in l. edita,* 3. *C. de eden.*

Quid emendare.

Emendare, eſt libellum malè conceptum & compoſitum reformare, ſuperflua reſecando, mutilata & truncata ſupplendo, confuſa diſtinguendo, & obſcura explicando, *arg. C. de emend. Iuſti. Cod.* vel eſt plus aut minus petere quàm anteà petitum fuerat, *gloſſ. emendari, in l. edita, C. de eden.*

Quid addere.

Addere, eſt actioni propoſitæ aliam applicare atque adiicere, vt *l. vn. §. 2. ibi adiicientes,* C. *de no. Cod. facien.* & ita actiones cumulare.

Olim libellus ante conteſt. permittebatur emendari aut mutari.

His poſitis, dicendum veteri quidem iure ante Zenonis conſtitutionem ita receptum fuiſſe vt ante litem conteſtatam liceret actori ſuam actionem emendare aut mutare, poſteà non item: emendare, vt pro 5. ponere 10. detrahere ſcilicet aliquid aut adiicere quantitatem vel qualitatem, vt in *l. 4. in delictis, §. ſi detracta, ff. de noxal. act.* mutare verò petendo ex alia cauſa, v. g. ex ſtipulatu, cùm priùs petitum fuiſſet ex teſtamento: condictione certi, cùm priùs ex locato actum fuiſſet.

Hodie mutari & emendare poteſt ante & poſt conteſtationē.

Hodie verò iure nouo ex conſtitutione Zenonis libellum emendari & mutari poſſe tenendum, & ante & poſt litem conteſtatam, §. *ſi quis aliud,* Inſtit. *de act. & in praeced. §. vſque ad ſententiam*, prout Edicti perpetui monet authoritas vel Iudicis decernit æquitas, *l. edita,* 3. C. *de eden.* Plurimùm enim arbitrio Iudicis tribuitur cùm agitur de libelli aut mutatione aut emendatione, Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quaſt. caſu* 176. §. *ſi minùs, Inſtit. de act.* Quod gloſſa *emendari, in l. edita, C. de eden.* dicit eſſe intelligendum de iudicio vniuerſali & generali, non de ſingulari, niſi vſque ad litem conteſtatam, nimis enim durum eſſet, ſi quando per errorem aliud pro alio petitum fuit, aut ex alia cauſa quàm deberetur, non poſſet mutari aut emendari libellus: attamen eiuſmodi mutatio aut emendatio non eſt permittenda niſi refundantur expenſæ ſi quæ factæ ſint, & à reo petantur, *l. eum quem,* 79. *in princip. ff. de iudic.* Accurſ. & Dd. *in l.* 3. C. *de edend.*

Qvaest. X. *Poſſúntne vno eodémque libello duæ & plures actiones coaceruari & cumulari?*

Magnum in libellis componendis committitur vitium, cùm vno eodémq; libello duæ & plures actiones coaceruantur & cumulantur contrariæ & incompatibiles, Fab. *def.* 8. *n.* 2. *C. vnde vi.*

Actio perſon. & hypoth. cumulari poſſunt.

Simul tamen cumulari poſſunt actio perſonalis & hypothecaria in eodem libello contra principalem debitorem, vel eius hæredem ſi rem hypothecariam poſſideat, Imbert. *Inſtit. forenſ. lib.* 1. Ratio eſt, quia hypothecaria eſt ad perſonalem acceſſoria, *l. res hypotheca,* D. *de pign.* Mynſing. *cent.* 1. *obſeru.* 58. & Gaill. *obſeru.* 63. *l.* 1. Multi plurium actionum in eodem libello putant coaceruationem iuri ciuili eſſe conſentaneam, vt *l. cũ fundum,* 18. §. 1. *item l. ſi idem,* 11. *ff. de Iuriſd. l. hæredes,* 25. §. 3. *ff. famil. erciſc. l. non eſt nouum,* D. *de act. empt. l. quia dicitur,* 32. §. 1. *ibi, nam etſi de vtroque,* D. *de euict. & l. contra,* 16. *C. de inoffic. teſtament.*

Verùm

An duas actiones in eundem libellum poſſint conijci.

Verùm dicendum ex his & eiuſmodi alijs legibus non inſerri duas actiones eodem libello contineri, aut in eundem libellum coniici poſſe, ſed tantùm poſſe de duabus rebus ſimul agi contra eundem, vt de duobus delictis, de duobus debitis, ideo dicit Paulus in *l. ſingulis*, 6 *ff. de except. rei iud.* ſingulis controuerſiis, ſingulas ſufficere actiones, vnúmque iudicati finem, ne aliter modus litium multiplicatus, ſummam atque inextricabilem faciat difficultatem, maximè ſi diuerſa pronuntiarentur. Ad hoc facit *l. nemo ex his*, 43. §. *quo tes*, *ff. de reg. iur.* vbi hæc habentur, Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine vnâ quis experiri debet: nullum enim eſt dubium quin de eadem re plures competere poſſint actiones, vt vel plures pœnales, quaſi ex pluribus factis ortæ, §. *ſi. Inſtit. ſi quadr. paup. feciſſ. dic.* ita tamen vt vna actio aliam non conſumat, *l. nunquam*, 172. *ff. de reg. iur. l. nunquã*, 60. *ff. de oblig. & act.* quarum duarum legum ſenſus eſt, vt vna non impediat alteram oriri, ſed vtraque poſſit competere, alterâ tamen ſolùm agi queat quâ cõtẽti eſſe debeamus, *l. licèt*, 6. §. *poſſumus*, 4. *ff. naut. caup. ſtab.* Et ſanè ſi vna actione actum ſit, & aliquid ſoluendum reſtet, aliâ actione agi poterit ad id quod reſtat conſequendum, *l. qui ſeruum*, 34 *ff. de oblig. & act.*

Qvæst. XI. *Quotuplex eſt libelli effectus?*

Libelli effectus duplex.

Libelli effectus eſt duplex, 1 vt ſentẽtia libello conformis reddatur, *c. qualiter, extr. de accuſ. c. licet Heit. de Simonia, arg. l. vt fundus, ff. comm. diuid.* 2 vt interrumpat præſcriptionem quæ currere poſſit ratione rei in ipſo contentæ, *l. ſicut in rem*, C. *de præſcr. 30. vel 40. annor. l. ſi ex multis*, C. *de annal. exc ept.*

Qvæst. XII. *Quid eſt inſtrumentum, & quid inſtrumentorum editio?*

Inſtrumẽtum quid.

Inſtrumenti vocabulum vel ſumitur generaliter, vel ſtrictè: generaliter pro iis omnibus quibus cauſa inſtrui poteſt, & ideo tam teſtimonia quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur. Strictè pro ſcriptura quæ fit ad probationem alicuius rei in futurum faciendam, vel ſcriptura ad memoriam rei alicuius confecta.

Inſtrumẽtorum editio.

Inſtrumentorum Editio, eſt eorum communicatio ſiue productio, *Fab. defin.* 2. *n.* 3. *C. de eden.* vt appareat quomodo actor intentionem, & reus exceptionem fundet, cognoſcátque reus actoris iura atque fundamenta: inſtrumentum enim edere debet quiſquis ex inſtrumento agere vult, & vincere, *l.* 1. §. *edendi*, *vbi doct. ff. de eden.* nam inſtrumentum non editum aut productum in iudicio non dicitur iudici cognitum, *c. vlt. de fid. inſtrum. extr. in l. eius*, *ff. de adoptione.*

Qvæst. XIII *Quotuplex eſt inſtrumentorum editio?*

Duplex inſtrumẽtorum editio.

Duplex, prima de qua hic agitur, & explicatur ſub titulo de Edẽdo, nempe *l.* 1. §. *editiones*, & 11. *ſeqq. in ff. & in l.* 1. 2. & *ſeqq. C.* pleræque enim leges *tit. de eden. in ff. & C.* ſunt de inſtrumentorum editione, paucæ de editione actionis, nempe *l.* 1. *in princ. & l. vlt. ff. & l.* 3. Secunda explicatur ſub *tit. de probat. & tit. de fid. inſtrum. ff. & C.*

Qvæst. XIV. *Quomodo debet fieri inſtrumentorum editio, & à quo?*

Inſtrumẽtum cum libello edendum.

Editio inſtrumentorum fieri debet cũ libello vt ſtatim deliberet reus apud ſe an reſiſtere velit, aut cedere, vel cum actore tranſigere, *l.* 1. *ff. de eden.* Tamen inſtrumenta vſque ad concluſionẽ in cauſa, vt loquuntur atque adeò etiam poſt, in quibuſdam caſibus, edi atque produci poſſunt, quod Felinus congerit ad *c. cum dilectus*, *ext. de fid. inſtrum. ibi ſimque Mynſ. cent* 6. *obſ.* 56. *Boer. conſil.* 27. *n.* 18. Eo autem inſtrumẽto quod quis edere noluit, poſteà vti non poteſt, *l. vlt.* § 1 *ff. de appellat. Fab. defin.* 2 *n* 2. C. *de edẽ* & alia inſtrumenta quis edere non cogitur quàm quibus in iudicio vti velit, *l.* 1. §. *edenda ſunt*, *ff. de eden.*

Inſtrumẽta ſemper edenda.

Nemo poteſt inſtrumento vti quod edere noluit.

Debent edi inſtrumenta cum anno, menſe, die, & notarij ſubſcriptione, iure municipali, quod rationi naturali & æquitati conſentaneum, nihil obſtante iure communi, in *l.* 1 §. *editiones*, *ff. de eden. Pet. Ferrar. form. peten. cop. inſtr. tit.* 14. *gl.* 2. *n.* 1. Quòd ſi quis inſtrumentum aliquod truncatum proferat, aut partem chartæ ex cuius ſcriptura appareat in alia parte quæ abſciſſa eſt, aliquid ſcriptum fuiſſe, magna doli præſumptio cõtra producẽtem, vt ei nocere potiùs quàm prodeſſe debeat talis editio, vt in term. *Fab. defin.* 2. *n.* 3. *C. de eden.* Edenda demum ſunt inſtrumenta vel iure actionis, vel officio

Iudicis, nobili aut mercenario præcedente lite, *l. quædam, cum ibi not. ff. de eden.*

Quare ab actore fiat editio inſtrumẽti.

Debet ab actore illa editio fieri vt probet intentionem, nam actore non probante reus obtinebit, *l. qui accuſare, C. de eden.* Actor enim eſſe paratus & probatione inſtructus venire debet, *Angel. l. ſi in rem, n. 4. ff. de rei vend.* nec tantum ab actore, ſed etiam à reo, ſi quę habeat ipſe inſtrumenta, quibus apud Iudicem vti velit ad exceptionem probandam & adiuuandam, non ad intentionem actoris fundandam, *l. 1. §. edenda, ff. de eden. l. 4. & l. fin. C. de eden.* niſi ex iuſta cauſa in iure expreſſa officio Iudicis indaganda, vt ſi agatur de Eccleſia, matrimonio, dote, alimentis, libertate propria, libro mercatoris, vel alio ex neceſſitate officio conficiendo, *Ripa in l. 1. n. 13. ff. de eden. Iaſ. in l. 1. C. de eden. n. 55.* v. g. Titius petebat pecuniam à Seio quam dicebat ſe apud eum depoſuiſſe, cùm autem id Titiꝰ vt actor probare deberet, nec poſſet, petiit à Seio vt ipſe ſuas rationes domeſticas exhiberet, & ſic ex iis probari poſſet depoſitum, quod ille noluit, Titius ſupplicat Principi vt compellatur Seius, ipſi edere ſiue exhibere ſuas rationes, Reſcribit Princeps, hoc eius deſiderium poſſe quidem interdum ex cauſa recipi, ſed regulariter eſſe inciuile: & ipſum quidem vt actorem cogitare debere de probationibus, *l. 1. l. 7. ff. C. de eden.* Adde quòd graue, & inciuile ſit petere vt aduerſarij inſtrumenta ſibi edantur ad aduerſarium opprimẽdum, nemo enim cogi debet ad aliquid contra ſeipſum edendum, *l. 2. ff. de probat. l. nimis graue, 6. C. de teſtib.* Potiſſimùm debet reus inſtrumentum edere cuius vſus eſt communis vtrique parti, *l. procurator, 7. vbi Bald. Alciat. Iaſ. & Dd. C. de Edẽ. Fab. defin. 14. C. de eden.* Dicuntur autem communia & propria cuiuſque conſortis quæ ab illo vel illis ſcripta, ſubſcripta, vel de eorum rebus, & illorum nomine ſunt confecta, *l. 4. l. 6. vbi Iaſ. & Dd. ff. de Eden. VVeſenbec. conſ. 188. n. 43.*

Inſtrumẽtum etiā à Reo edendum.

Inſtrumẽtum commune eſt edendum à Reo.

Si in inſtrumento fiat mentio alicuius inſtrumenti, edendum etiam erit à partibus litigantibus inſtrumentum relatum, quia non creditur referenti niſi conſtet de relato, *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Bald. in l. inciuile, circa fi. ff. de leg.*

Inſtrumẽtum a lio relatū eſt edendum.

Non tantùm litigatores, ſed etiam notarij edere & expeditionem condere coguntur quotieſcunque inſtrumenta quæ receperunt & conſcripſerunt petuntur à contrahentibus, vel à domino directo ius laudimij habente, *Fab. defin. 3. C. de eden.* & ſi ſuſpectum ſit inſtrumentum ita vt falſi accuſatio inſtituatur, edendum erit protocollum cui fides habebitur, *id. ibid. defin. 18. Guid. Pap. quæſt. 19. n. 5.* & editionis inſtrumentorum ius tranſit in hæredes, ac alios ſucceſſores, etiam ſingulares, *l. 9. §. 1. l. ſi quis, 6. §. 10. l. quædam. §. nihil intereſt, & §. vlt. ff. de eden.*

Notarij debent edere.

Ius editionis inſtrũ. tranſit in hæredes.

QVÆST. XV. *Qui ſemel inſtrumentum edidit, poteſtne illud reuocare, quaſi per errorem editum?*

Poteſt, ſi res ſit adhuc integra, ſed non ſi copia parti fuit exhibita, & ius parti ſit acquiſitum, nam factum eſt tale inſtrumentum commune, *Guid. Pap. quæſt. 243. cum ibi annot. Boer. quæſt. 252. n. 3.*

Inſtrumẽtum editũ an reuocandum.

QVAEST. XVI. *Quid eſt Editio rationum?*

Eſt rationarij, ſiue libri rationum productio in quo accepti & expenſi conſcripta eſt ratio cauſâ negotiationis cõmunis, *l. ſi quis. 6. §. rationem, 3. ff. de eden. gloſſ. rationes, in l. 1. C. de eden.* Ratio accipitur de datis, acceptis, *hoc eſt*, rationario, quod vulgò regiſtrum vocamus.

Rationũ editio.

QVAEST. XVI. *Quinam coguntur rationes edere?*

Coguntur edere Mercatores rationes ſuas priuatas & libros rationum reo vt appareat veritas, & quid debitũ ac creditum, quid ſolutum ac ſoluendum, *l. non eſt nouum, 5. C. de eden. Fab. defin. 16. C. de eden.* Rationes etiam publicas eandem ob cauſam edere debet fiſcus, *l. iuſtum eſt deſiderium, 6. C. de eden.* Item Argentarij & Numularij, qui vulgò Cãpſores dicti ſunt pecunias ſub fide publica permutantes, & illi omnes qui officiũ publicum gerunt, *l. argentarius, 10. ff. de eden.* Argentariis autem ſimiles ſunt Numularij, ac Tabelliones qui adminiſtrationis ſuæ rationes edere erunt cogendi cùm opus fuerit, *l. argentarius, 10. & ibi gloſſ. ab ſimiles, ff. de eden.* Argentarius rationes edere cogitur, ſiue cum ipſo controuerſia ſit ſiue cum alio, *l. argentarius, 10. ff. de eden.* etiam contra ſe, quia illæ rationes ſunt communes, *gloſſ. 1. in d. l. argentarius*: tenetúrque edere ſcripturam in qua continetur conſtitutum, eo quòd ex argentaria pendeat conſtitutum, *l. ſi quis, §. rationem, ff. de eden.* Et ſi dolo vel lata cul-

Mercatores debent libros rationum edere.

Fiſcus rationes edere debet.

Item argentarius.

tâ culpâ non edat, damnabitur in id quod interꝛerit petentis, *l.8.ff.de eden.*

Ceſſionarius edere debet librum rationum.

Ceſſionarius etiam tenetur edere librum rationum, & hoc ipſum quod cedens edere cogebatur, *Fab. deſin.* 17. *C. de eden.*

QVAEST. XVII. *Quando fides eſt adhibenda rationum libris, & quando non?*

Requiſita in libris mercatorũ vt fidẽ faciant.

Vt libris Mercatorum fides habeatur, notanda ſunt illa ſex adminicula, de quibus *Guid. Pap. quæſt.* 441. Primò ſi mercator fuerit legalis homo, & talis habitus, ſecundùm *Bart. in l.admonendi, ff. de iureiurand. & l.nuda, ff. de donat.*

Secundò, ſi propriâ manu rationes ſcripſerit, iuxta *l.generaliter*, *C. de non num.pecun.*

Tertiò, ſi ipſe veritatem ſcribere cõſueuit, *l.vniuerſo, ff. de pignor. actio. & l.qui ſemiſſes, ff. de vſu.*

Quartò, ſi cauſa debiti adiecta fuerit; *Bart. in l.inſtrumenta*, *C. de prob.*

Quintò, ſi ipſe mercator, multa debita contra ſe in eodem libro ſcripſerit.

Sextò, ſi ex veriſimilibus circumſtãtiis præſumi poſſit eſſe verum quod ab ipſo ſcriptum reperitur.

Adde ſi conſuetudo & Statutum loci diſponat vt libro rationum credendum ſit, *Maſc.concl.976.n.16.*

Deinde ſi mercator inculpatæ ſit vitę.

Libri mercatorũ debent recognoſci.

Libris Mercatorum non recognitis nulla habetur fides, neque habent illi executionem paratam, *tit. de tutel. & ratio. diſtrahend. & tit. de bon. vacant. & l.officiales rationes, 4. C. de Epiſc. & Cleric. Rebuff. in l. inſtar*, *C. de iur. fiſc.* Contra quos libros opponitur præſcriptio poſt 6. menſes, *Expill. fol.* 157. niſi fuerit ſchedula, obligatio, aut interpellatio iudicialis, *Lud.* XII. 1512. *art.* 68. *Franc.* I. 1539. *art.* 20.

Priuata ſcriptura quando fides habeatur.

Priuatis aliorum ſcripturis & rationibus expenſi, quibus quis debitorem ſibi conſtituit, niſi adſint adminicula, non creditur, *l.inſtrumenta*, 5. *C. de probat.* aut niſi tres idonei adſint teſtes, nam tribus teſtibus idoneis ſcriptura priuata ſubſcripta inſtrumento publico comparatur, *l.ſcripturas, 11. C. qui potio. in pign. hab.* aliàs ſi ſcripturæ priuatæ & nudæ vtilitatem ſcribentis ſpectanti credendũ eſſet, facile eſſet vnicuique diteſc[illegible]e, *l.rationes, 6. l.exemplo, 7. C. de probat. Petr. Ferrar. form. oppon. contra inſtrũ. tit. 15. gloſſ. 20. n. 2. Maſc. concl. 976. n. 1.* Ex rationibus accepti reus fidem facit ſolutionis, *l.non eſt nouũ, 5. C. de eden. gloſſ. in l.inſtrumenta, 5. C. de probat.* Ergo priuata ſcriptura non facit fidem niſi contra ſcribentem, *Boer. deciſ.* 105. *n.1.* nec ex propria ſcriptura creditoris conuincitur debitor, etiam in fiſcali, *l.exẽplo, C. de probat Pap. li.9. tit.7. art.4.*

Scriptura priuata probat cõtra ſcribentem.

Libri ciuitatum probant.

Libri rationum Ciuitatum in quibus ratiocinatores, omnes reditus, taleas, & omnia quæ veniunt in communi, inſcribunt, plenam fidem faciunt, *Petr. Ferrar. form. opp. contra inſtrum. tit. 15. gloſſ. 20. n. 7.*

Idem dicendum de libris repertis in archiuis Eccleſiæ, dummodò illis archiuis præſit aliquis officiarius, vel notarius publicus, & interueniat Iudicis, vel Regis authoritas, adeóque pars vocetur, cùm aliquid venit extrahendum, *Boer. deciſ. 105. n. 13.*

Rationibus Argentarij creditur quatenus contra ipſum faciunt, non pro ſe, *l.12. § 1. & ibi, add. marg. ff. de interrog. act.*

QVÆST. XVIII. *Debétne edi totus rationum liber?*

Non edẽdus totus liber.

Non, ſed tantùm ea rationum pars quæ ad aliquem inſtruendum pertinet, cum die & conſule quæ ſunt in capite, *l. argentarius*, 10. *§. edi autem*, 2. *ff. de eden. l.* 1. *§. rationes, 2. ff. eod.*

QVÆST. XIX *Súntne acta edenda?*

Acta ſunt edenda.

De actorum editione inſtituta eſt lex, *Is apud quem*, 2. *C. de eden.* ſanciẽs acta publica tam ciuilia quàm criminalia eſſe exhibenda ad veritatis fidẽ inueſtigandam, *gloſſ. agatur, in l.2. §.2 C. de iur. fiſc.* & Actuarium ſuum, *id eſt*, eũ qui acta actionéſque deſcribit, & deſcripta recitat, debere cogere Iudicem tradere appellanti omnia cauſæ acta, *l.à Proconſulibus*, 19. *& l.nec cauſas*, 15. *C. de appellat.*

QVÆST. XX. *Quid intelligendum eſt per acta?*

Acta quid ſint.

Per acta intelligere debem⁹ ea omnia quæ publicè fiunt corã Iudice, *Bart. in l. illud, n.1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* nempe ſcripturas coram Iudice, & eius iuſſu per Notariũ confectas, eorum quæ apud Iudicem acta vel dicta ſunt, ad naturam Iudicij pertinẽtes *gloſſ. actorum, in l.illud quod*, 19. *C de Sacroſ. Eccleſ.* Nomine enim actorum continetur quidquid factũ eſt in Iudicis præſentia, *Bart. in l.interrogatã, C. de libera. cauſ.* etiamſi non in figura iudicij, vt *not. gloſſ. in l.acta ff. de re iudic. Boer. conſ. 44. n. 8. Iaſ. in l.2. n. 4. C. de edẽ. per Bald. l. interrogatã poſt gloſ. ibi, C. de lib. cauſ.* ſententia quoque venit actorum appellatione, *text. cum gloſſ. & Bart. in l.in fraudem, §. neque, ff. de iur. fiſc.* Item ſcriptura Tabel-

Digitized by Google

lionis coram Iudice, vel Iudice mandante, facta, *Bald. in auth. quæ ſupplicatio, col.1. verſ. item licet ſcriptura, & c. C. de prec. Imp. off.* Ergo acta ſunt proceſſus & figura iudiciorum, *l. vn. §. antequam. C. de lat. lib. c. quoniam, 11. de probat.*

QVAEST. XXI. *Cui debent edi acta?*

Acta vtrique parti edenda.

Acta quæ in Iudicio fiunt, vt atteſtationes, & confeſſiones publicandæ, cōmunia ſunt, ideo vtrique parti edi debent, *gl. 2. in l. 2. C. de lite pend.* & *gl. 2. in l. 3. C. de his quæ ſine certa quant.*

Edenda quā ſunt acta Iudici & fiſco.

Actorum editio non tantùm debet fieri partibus litigantibus, ſed etiam Iudici, & mortuo vel remoto Iudice, eius ſucceſſori, item fiſco, *gloſſ. fi. in l. is apud quem, C. de eden.* fit enim actorum editio ad inueſtigandam veritatem, *text. in l. is apud quem, 2. C. de eden.* nam habitâ copiâ faciliùs poteſt quis reſpondere confitēdo vel obiiciendo, & ſic merita cauſarum partium aſſertione panduntur, *l. fi. C. ſi per vim vel alio modo.*

Fit illa editio cuicunque cuius intereſt, *l. 2. ff. de eden. vbi Iaſ. n. 5. & Dd.* dummodò non fiat editio contra Remp. cuius acta ſunt, *l. in fraudem, 45. §. neque, ff. de iur. fiſci.* & fit regulariter editio ſumptibus petentis, excepto primo libello, exceptis etiam actis ab agente productis, quæ debent ſumptibus actoris edi, *gloſ. in l. 2. in verſ. oblatos, de app.*

QVAEST. XXII. *Quomodo debent edi acta?*

Acta edēda cum die & cōſule.

Acta debent edi cum die & conſule, loco, & tempore *not. Bald. & Doct. in l. 2. C. de eden. Alex. in l. 1. §. edit. col. 2. ff. de edit. & text. eſt in c. quoniam contra, & ibi gloſſ. in verſ. tempora, de prob. & habetur in c. abbate ſanè, circa fi. de re iu. lib. 6.*

QVAEST. XXIII. *Acta faciūntne fidem?*

Acta probant.

Actuarij Regiſtrum tantum probat quantum tres teſtes, vt ait *Bald. in l. ſancimus, n. 4. C. de teſtament.* imò quæ in actis publicis regiſtrata comperiuntur, notoria eſſe cenſentur, *Innocēt. c. ex inſinuat. in fi. de appellat. Bald. in l. 1. num. 9. C. quomod. & quand. iud.* ita vt alia non indigeant probatione. *Bald. in l. ciues, C. de appellat.* Et certum eſt acta notorium facere inter partes, *Iaſ. in l. eius qui, n. 3. ff. ſi cert. petat. & Socin. l. 1. n. 5. de except.* Probant etiam acta vnius iudicij contra eoſdem, vt & in alio, *Bart. & Dd. in l. 2. C. de eden.* at non contra tertium, *Iaſ. & Dd. in l. 2. C. de eden. & auth. ad hæc, C. de fid. inſtrum.* iuxta regulam, Res inter alios acta, *tot. tit. C. res inter alios. & l. ſæpe, ff. de re iudicat.*

HÆC DE EDITIONE BREVITER DIXISSE SVFFICIAT.

FINIS.

PARTIS SEXTAE QVÆSTIONES XXX.

In Titulum D. & C. De in ius vocando, Secundum Iudiciorum Præparatorium.

QVAEST. I. *Quomodo connectitur iſte Titulus cum præcedenti?*

Connexio huius Tituli cum præcedenti.

IN parte quinta dictum eſt primum Iudiciorum actum & præparatorium fuiſſe olim Editionem, ſecundum, in ius vocationem, & hunc ordinem in Codice fuiſſe obſeruatum, quia edito libello Iudici ab ipſo actore, ſi Iudex æquam actoris petitionem eſſe videat, contra eum quem actor, in ius vocari vult, decernet: inde patet huius tituli iudiciorum præparatorii cum præcedenti connexio.

II. *Vnde dicta eſt vocatio in ius?*

Vocationis in ius origo.

Vocationem in ius à Græcis deſumpſerunt Romani, nam καλεῖν, & calare, eſt vocare, ideo calata dicebantur comitia, vt §.1. *inſtit. de teſtament. ordin.* cùm nempe populus per præconem vel cornicinem conuocabatur.

III. *In ius vocatio quomodo aliter appellatur?*

Vocationis in ius variæ appellationes.

Vocatio in ius aliter appellatur citatio, quibus duobus vocabulis hodie promiſcuè vtimur, imitantes ius Canonicum: olim in ius vocatio diſtinguebatur à citatione: nam citatio fiebat præconis voce, iudicis iuſſu, *l. diuus*, 7. D. *de in integ. reſtit.* in ius vocatio non item: citatio fiebat ad Iudicem datum, vocatio in ius ad Magiſtratum aut Prætorem: hæc fiebat ſuper facto litigandi causâ: illa, iuris experiundi gratiâ: citationem dabat Iudex, ſiue apparitor: vocationem in ius ipſe qui acturus erat, Vultei. *ad princ. Inſtit. de action. num.* 54.

Citatio.

Denuntiatio.

Aliàs appellatur denuntiatio, non quòd omnis in ius vocatio ſit denuntiatio, vel omnis denuntiatio ſit in ius vocatio: nam illa tantùm in ius vocatio eſt denuntiatio quâ aliquis accuſatus vocatur in ius ob crimen aliquod, cuius ratione fit inquiſitio, vel quando quis prætendit intereſſe aut cõmodũ, vt cùm quis opprimitur, Marant. Spec. *aur. part. 6. de denuntiatione, &c.* Deinde denunciatio non ſemper in hunc finem fit, vt quis in ius veniat, & ſe coram Magiſtratu ſiſtat, ſed multas alias ob cauſas, vt cùm denuntiatur vicino ædificanti nouum opus, *l.* 5. §. 4. *D. quod vi aut clam.* & non tam appellatur denuntiatio quàm nuntiatio: item cùm quis denuntiat alteri ne rem vendat, *l.* 2. *C. de debitor. vend.* vel ne ſoluat, *l. hæres*, D. *ad Trebell.* vel ne manumittat, *l.* 30. D. *mand.* vel ne hæreditatem adeat, *l. vtilis*, 8. §. *ſi adieris, D. de leg. præſtand.*

Adiornamentũ.

Appellabatur quoque vocatio in ius, & quidem vulgò, adiornamentum, quæ vox Gallicismum ſapit, & eâ vtitur Maſuet. *Practica ſua tit.* 1. *de adiornamentis.* Harum appellationum meminit Ioh. Fab. *in* §. *fin. Inſtit. de pæn. tem. litig.*

IV. *Quid eſt in ius vocatio?*

In ius vocare quid ſit.

In *l.* 1. D. *de in ius voc.* Paulus definit in ius vocationem hoc modo, In ius vocare, inquit, eſt iuris experiundi cauſâ vocare: ita vt in ius vocatio ſit actus iudicialis quo quis in Iudicium &

in conſpectum Iudicis vocatur, vt experiatur actor an ius ſibi competat necne, adeóque litem & actionem ſuam exerceat, nam experiri eſt actionem in iudicio intendere, qui autem contra aliquem litigare vult, debet ante omnia aduerſarium ſuum in ius, vel ad ius dicentem vocare, *l. 2. ff. qui in ius voc. non ter. ſic Soc. in conſ. 12. col. 2. in 1. vol.* dicit, exempli gratiâ, Deum citaſſe vel vocaſſe Adamum, *Geneſ. cap. 3. v. 9.* idem dicit Damhond. *prax. rer. ciuil. cap. 20. n. 2.*

V. *Quænam eſt neceſſitas Vocationis in ius?*

Vocationis in ius neceſſitas. Neceſſaria eſt in ius vocatio in quolibet actu iudiciario, ne quid in detrimentum partis abſentis & non auditæ à Iudice fiat ſed ille vnam aurem actori & accuſatori, alteram reo & defenſori præbeat. Nou. 90. c. 8 & ne quis condemnetur indictâ causâ: itaque eâ omiſsâ quidquid fiet pro nullo habebitur, *argum. l. ie v roque que, 47. in princ. ff. de re iudic.* Adde quòd humanum ſit eum qui in ius vocandus eſt monere, & ei denuntiare ſibi litem cum eo futuram, niſi præſtet quod debet, *l. debitoris, C. de pignorib.* Citationis neceſſitas fundatur *in c. inter quatuor extra. de maior & obedient. tum in l. Arrianus Seuerus, D. de iur. fiſci.* & ſic iure diuino, naturali, canonico, & ciuili introducta eſt in ius vocatio ſiue citatio, vt pars audiatur, & vtrinque cauſa cognoſcatur, ſeu vt loquitur Bald. *cùm fratres num. 9.* C. *de his quib. vt indign.* ad effectum præparandæ defenſionis.

VI. *A qua vel cuius mandato fieri debet in ius vocatio?*

Citatio fit mandato iudici. In ius vocatio hodie non fit ab ipſo actore, vt olim: ſed requiritur commiſsio ſiue mandatum Iudicis competentis, *l. neminem, cum ibi notatis, C. de exhib. reis, Auth. de quæſtore, circa medium, col. 1. de hared. & falcid. in §. ſi quis verò plures, colla. 1. authent. de manda. Princip. §. eo non permittendo*, Nou. 17. Nemo enim eſt citandus abſque Iudicis iuſſu, *l. ſed ſi, §. prætor, de in ius voc.* etiam in criminalibus, *l. nullus, & l. neminem, C. de exhib. re.* Iudex ergo decernere debet Edictum ſiue mandatum de citando ad Inſtantiam partis *not. in l. omnes, §. ſi apparitor, C. de Epiſc. & Cler.* De quo quidem mandato conſtare debet, *l. 1. C. de curi. lib. 12. l. ea quidem C. de accu. cum ibi notat.* niſi conſtet de relato, *authent. ſi quis in aliquo, C. de eden.* Iudex autem non debet concedere commiſſionem ad citandum, niſi priùs videat actoris libellum, Iaſ. *in rubr. C. de in ius voc.*

VI. *Quinam in ius vocari poſſunt, & qui non?*

In ius vocandi. Generaliter illi omnes in ius vocandi ſunt qui in libello ſunt comprehenſi, & contra quos dirigitur principalis petitio, *c. inter quatuor, de maior. & obed. l. 1. §. denuntiari.* D. *de vend. inſp.* Tamen notandum quoſdam vocatos cogi venire, quoſdam non eſſe vocandos, vel vocatos cogendos non eſſe venire: quoſdam vocari poſſe, non tamen ſine Prætoris venia ex cognitione duorum poſteriorum ordinum, cognoſcetur.

Quinam non debeant in ius vocari. Non debent in ius vocari Magiſtratus, gladii poteſtatem habentes, durante officio, *l. 2. D. de in ius vocan.* ita quidem poſt officium finitum, vt pro delictis in officio commiſsis, pro furtis, & aliis caſibus, de quibus Iaſ. *in d. l. 2. num. 2. &* 3. Neque ſacerdotes, quandiu ſacris incumbunt, & operantur, *d. l. 2.* at cùm ſacra fuerint finita, rectè conuenientur ſecundùm ius, *gloſſ. Pontificem in d. l. 2.* Neque illi qui ob publicam cauſam equo publico tranſuehuntur, *d. l. 2.* Vbi notandum Imperatorem quondam per loca certa equos habuiſſe, qui publico ſumptu alebantur, vt ſi quid forſan ſubiti negotii incidiſſet, mutatis celeriter equis, quò vellent Imperatores, poſſent mittere quemcunque nuntium. Hodie vulgò Poſtæ appellantur. Ergo per eos qui equo publico tranſuehuntur, intelligit Vlpianus nuntios. Alii per tranſuectos intelligunt Equites qui ſolenniter recenſeri ſolent in Monſtris. Neque vxorem ducens in ius vocari poteſt, interim dum ducit, aut nubens marito interim dum nubit, *d. l. 2.* propter ſpeciale priuilegium. Neque Iudex, dum de re cognoſcit: Neque apud Prætorem cauſam agens, dum agit, *d. l. 2.* Neque funus ducens familiare: & iuſta mortuo faciens, *d. l. 2.* Vbi per iuſta, intelliguntur exequiæ, *id eſt*, ſacrificia quæ mortuis impendi ſolebant, adeóque funerandi ſolennitates: ſolebant enim veteres mortuorum corpora lauare & vngere.

Neque

Neque cadauer proſequens, ſcilicet, familiare, *l.3.& ibi gloſſ.ff.eod.* Neque qui litigandi cauſa debet neceſſariò ſeſe in iure, aut certo loco ſiſtere, *l.4.ff.eod.* niſi ad maius vocetur auditorium, *gloſſ. in d.l.4.* Neque furioſi, & infantes, *d.l.4.* niſi in perſona Curatorum aut Tutorum, Fab.*defin.3.num.1.C. de in ius vocan.* Neque Præco vadens per vrbem præconizando, Iaſ.*in l.in ius vocari, 2.* D. *de in ius voc.*

Quinam ſine venia in ius non vocandi.

Sine venia in ius vocari non poſſunt à liberis parentes vtriuſque ſexus in infinitum, ſiue liberi in poteſtate ſint, ſiue emancipati, *l.qui in poteſtate, C. de in ius voc.* & quidem propter reuerentiam parentibus debitam, honorem, ac pietatem, *l.parentes, 6.l.generaliter, 13.* D. *de in ius vocand.* Si tamen parentes ſponte compareant, & nihil opponant de venia non impetrata, valebit in ius vocatio, Iaſ. *in l.qui in poteſtate, 3. C. de in ius voc.* Neque nouerca à priuigno, quia loco matris eſt, §.*ſocium, Inſtit.de nupt.* Iaſ.*in l. 1.C.de in ius voc.* Neque præceptor à diſcipulo, dominus à vaſallo, Princeps à ſubdito, ſuſceptor à ſuſcepto in baptiſmo: idq; ob reuerentiam illis debitam. Neq; Doctor in pompa ſiue proceſſu Doctoreo. Ex dictis patet quoad in ius vocationem, naturam & publicam honeſtatem dictare vt perſonarum quarundam habeatur ratio, quæ ſi contemnatur, actio pœnalis conſtituetur, vt ait Oldend. *claſſ.1.act.4.*

VII. *Per quem debet fieri in ius vocatio?*

Per quem fiat citatio.

Regulariter fieri debet per nuntium, ſiue apparitorem publicum officium habentem, & Iudicis commiſſionem, coram teſtibus, in renuntiatione inſcriptis ad fraudes vitandas, *Conſtit. Abentl. art.* 420. cuius nuntii relationi credendum eſt propter fidem publicam, *l.magis puto, §.ne tamen,* D. *de reb.eor.. l.ſi quis decurio, C.de fal.* Reus tamen auditur volens probare contrarium propter eius abſentiam, *l.optimam, C.de contrah.& committ.ſtipul* Maſc. *concl.* 291.*num* 18.

Nuntio credendum.

Poteſt etiam ipſemet Iudex pro Tribunali ſedens citare partem, vt hoc vel illo die coram ſe compareat, *text.eſt & ibi Bald.in l. ceſſante. colum.*1. C. *quomodo & quando Iudex.* Aliquando fit in ius citatio per Edictum, aliquando per proclamationem, aliquando per campanam, ſeu tubam.

VIII. *Quænam ſunt nomina & appellationes eorum qui in ius vocant?*

Nomina eorum qui in ius vocant.

Illi qui in ius vocant variis inſigniuntur nominibus, vel enim vocantur apparitores: quia partem apparere faciunt in iudicio, aut quia apparet & præſto eſt, obſequitúrque magiſtratui cuius miniſter eſt: Tria ſunt apparitorum genera, quidam Magiſtratibus præſto adſunt, & obſequuntur: quidam ſunt regii miniſtri, regis latus claudentes, & adſtantes, quaſi corporis ſtipatores: quidam in ius vocant; & eorum officium appellatur apparitura.

Tria apparitorum genera.

Vel vocãtur nuntii, à nuntiando ſiue denuntiando dicti, quia cauſam citationis ſi petatur ab aduerſario, exprimere coguntur, Petr.Ferr. *form.lib.in act.nou.oper. tit* 32.*gl.*4.*n.*9. vbi agitur de noui operis nuntiatione, quæ etiam per nuntium fieri poteſt ad hoc miſſum, *id.n.*6 Vocantur etiam ſatellites, oſtiarii, executores, miniſtri, aut miniſtratores, officiales, viatores, cæſariani, Catholiciani, & ſeruientes, Chaſſan *in conſuet.Burg.tit.de Iuſtitiis*, §.6 *n* 1. Solent iſti omnes quædam ſigna portare, vt cognoſcantur, ſicuti *not. Dd. in c.cùm parati, & c. ſignificauit.de app.*

IX. *Qualis debet eſſe in ius vocatio?*

Tribus modis fit in ius vocatio, vel viua voce, vel ſcripto, vel re ipſa: viua voce, vt quando iudex proprio ore mandat nuntio vt aliquem ſine literis in ius vocet, quæ fuit vetus Iuriſprudentia, *l.ceſſante, & ibi gloſſ.* C. *quomodo & quando Iud.*

Citatio verbalis.

Scripto, vt cùm Iudex citationem in ſcriptis conſiſtentem committit nuntio, vt aliquem in ius vocet.

Citatio ſcripta.

Reipſa, vt cùm perſona reipſa & facto in carcerem adducitur, detinetur, capitur, aut atteſtatur, ſi ita loqui liceat, Bar.*in vulg.l.plerique, cum l.ſeq.ff. de in ius voc.* Hæc citatio vltima locum habet in cauſis criminalibus, non in ciuilibus, niſi conſtet reum in fuga eſſe, aut probari poſſit reum meditatum eſſe fugam: nam ſi in ædibus ſuis latitet, non poterit extrahi & per vim abripi ob ciuilem cauſam, cuiuſmodi eſt debitum pecuniariũ, *l. nemo de domo, ff.de reg. iur.*

Citatio realis.

Hinc eſt vt domus dicatur tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum, vel à Græcis οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, dom⁹ amica, domus optima: poterit tamen extrahi ob cauſam criminalẽ,

Domus tutiſſimũ cuique refugium.

l.1.C.de rap.virg. & l.ſi quis in ſerui. in fin. ff. de furtis.

Citatio generalis.

Rurſus vel in ius vocatio fit generaliter, vel ſpecialiter: generaliter vt cùm generali citatione omnes creditores, v. g. vel cohæredes vocantur in iudicium ad diem certum vt ius ſuum proponant, *auth.ſi omnes, C.ſi mi.hare. abſti.* de hac citatione generali loquitur Gail. *lib.1.obſ.* 57. & hæc plerunque fit Edicto vel programmate, aut per ſonum tubæ vel campanæ, aut in publicis locis, affixis literis, *gl.in l.hac autem, ff. quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eat.*

Citatio ſpecialis.

Specialiter, vt cùm quis ad ſpecialem actum citatur, vel ante litiſconteſtationem ad ipſam perſonam, partis aut domiciliũ, vt dicetur poſteà, vel poſt litisconteſtationem, ad perſonam procuratoris, qui in cauſa occupauit, *l.ſi dictum, §.ſi præſente, ff.de euictionibus.*

X. *Quanam continere debet omnis vocatio in ius?*

Requiſita in citatione.

Iſta ſex, nomen Iudicis competentis, cuius authoritate fit, nomen vocati, nomen eius ad cuius inſtantiam fit vocatio: cauſam vocationis, ita vt commiſſio libellata ſit, nam nemo ſine cauſa debet citari: tum locum & tempus, Boer. *deciſ.235.numer.1. per no. in c.olim. & in c. fin. de reſcrip.*

XI. *Quando debet fieri in ius vocatio?*

Non fit citatio die feriato.

Fieri debet die iuridico, & non feriato, alioqui non valebit, *l.ex quacunque, ff.ſi quis in ius voc.non ie. l.fin. C.de fer.* niſi citatio fiat ob cauſam quæ die feriata expediri queat, cuiuſmodi cauſa multiplex adducitur in *l.2. & 3. ff.de fer.* Quòd ſi quis in ius vocetur vt compareat ad diem feriarum certum, & à iudice expreſſum, non valebit citatio, quia tractum erit in citatione, *l.certum, ff. ſi cert. pet.* Si verò in ius vocetur aliquis ad comparendũ ad 10. dies, & vltima dies ſit feriata, ex communi vſu, ſtylo, & obſeruatione Curiarum, valebit citatio pro ſequenti die, quo debet citatus comparere, Bald. *in l.ex quacunque, col.fin. ff.ſi quis in ius vo. non ie.*

XII. *Vbinam debet fieri in ius vocatio?*

In quo loco citare debeat nuntium.

Hæc quæſtio duo includit capita, Primum, vbi, *id eſt*, in quo loco debet nuntius citare: Secundum, vbi, *id eſt*, in quo loco debeat citatus comparere. Quod ad primum caput attinet, dicendum citari debere vnumquemque aut in perſona ſi reperiri poſſit, aut in domicilio ſuo ſolito & actuali exiſtenti in tali loco, cùm factâ diligentiâ non reperitur, Bart. & Dd. *in l.3. §.prætor, ff. de damn. inf.* & tùnc debet affigi cedula citatoria in ianua domus, perinde enim erit ac ſi perſonaliter citatio facta eſſet, Alex. *in l.plerique, col.2. ff. de in ius voc.* facta quippe ad domicilium citatio præſumitur ad notitiam domini deueniſſe, Bart. *in l.ſi tutor, C.de per.tut.* Fab. *defin.1. C.de in ius vocan.* Quòd ſi vocandus neque domicilium habeat neque ſciatur vbi ſit, tunc per publicam proclamationem, vel publicum Edictum erit vocandus, Bald. *in l. ſi quando, in 11.q.C.de teſt. & in l. ſi accuſatoribus, col.fi.* C. *de accuſ.* Et ſi abſit à prouincia ad confines Prouinciæ citabitur, Fab. *defin.2.num.1.C.de in ius vocan.* vel aſſignabitur ei curator qui poſtmodum citetur, *ibid.num.9.*

Vnuſquiſque citandus aut in perſona, aut in domicilio.

In quo loco debeat citatus comparere.

Quoad ſecundum caput, dicendum citati quem debere in actione perſonali, vt compareat coram Iudice domicilii ſui, quia in actionibus perſonalibus actor ſequitur forum rei, *l.2. C.de Iuriſdict. omn.iudic.& for. comp. l.vltim. C vbi in rem actio.* Et in actione reali, vt compareat in illa Iuriſdictione in qua bona controuerſa ſita ſunt, ex Bart. *in §.Prætor ait, numer.4. ff.de dam.infect.* Auffrer. *in ſtylo Parlam. tit. de adiorna. §.fallit hoc, & §. item fallit.*

XIII. *Qui præſens eſt in iudicio debétne citari?*

An præſens in iudicio ſit citandus.

Bart. & Bald. *in l.1. ff.de in ius voc.* aſſerunt quòd ſi ille quem quis conuenire vult, ſit præſens in iudicio, tunc in iudicium non veniet vocandus, quia venire in iudicium eſt finis vocationis: quod intelligendum, ſi velit litigare, nam alioqui dicere poterit ſe non fuiſſe vocatum, & ſe eo animo non veniſſe in iudicium vt aduerſario reſpondere compelli poſſet. Quòd ſi lubens reſpondere velit, & ſe in iudicium non citatum trahi minimè grauetur, poterit ad deliberandum indicias petere, iuxta *auth. offeratur, C. de lit. conteſtat.* Iaſ. *in l. 1. numer.* 8. D. *de in ius voc.* intereſt enim citati habere dilationem ad quærendum aduocatũ & procuratorem, quorum

rum conſilio ille reſpondeat, *l. ab hoſtibus, §. fi. ff. ex quib. cau. Moio. &c.*

XIV. *In literis citatoriis debéne apponi dies quo citatus comparere debet?*

In literis citatoriis non apponitur dies ſed nũtium aſſignat.

Dictum fuit ſuprà vocationem in ius continere regulariter nomen Iudicis, nomen vocantis, nomen vocandi, cauſam ob quam, locum, & tẽpus: tamen in literis citatoriis non ſolet apponi dies, iuxta communem obſeruantiam Curiarum Gallicanarũ, ſatis eſt ſi per ipſas, mandetur nuntio vt vocet in ius talem vel talem ad inſtantiam, & requeſtam impetrantis: tunc ipſe nuntius aſſignabit diem coram Iudice mandante, vt compareat loco & horâ curiam teneri ſolitis, & cauſas agitari conſuetis, *Boer. deciſ. 235. n. 3.*

XV. *Si nuntius falſam fecerit relationem quomodo erit puniendus?*

Nuntius falsò referens puniendus.

Tenebitur crimine falſi, & priuabitur officio, vt aſſerit *Maſuer. de adiornam. n. 11. poſt Bert. in l. qui nomine, ff. de falſ.*

XVI. *Quomodo procedendum cùm corpus aliquod eſt in ius vocandum?*

Corporis alicuius citatio.

Cùm Cõuentus eſt citandus, ſatis eſt ſi citatio fiat in perſona Prioris ſi præſens ſit, aut in perſona alterius qui ſit de gremio vel familia citandorum. Cùm Ciuitas eſt citanda, ſufficit ſi Conſules & Adminiſtratores citentur, *Maſuer. de adiornam. n. 18. & 19.* Ergo in perſona maioris communitatis ſiue corporis vt Prælati, vel Syndici, rectè communitas, corpus, ſiue collegiũ citatur, *l. aliud 120. §. refertur, ff. de reg. iur. c. ſi capitulo, de conceſ. præben. lib. 6. l. municipib. de condi. & demonſtr.*

XVII. *Quid eſt clauſula requiſitoria in literis citatoriis aliquando apponi ſolita?*

Clauſula requiſitoria.

Eſt, quâ Iudex aliquis ab altero Iudice petit vt permittat eum qui non eſt ſuæ, ſed ipſius Iuriſdictionis, citari, vel permittat vt mandatum executioni tradatur ſi res de qua agitur in ipſius Iuriſdictione ſita ſit. De literis requiſitoriis loquitur Iuſtinianus, *Nouell. 17. De Mand. Princip. c. 14. §. 1. & in Nouell 134. cap. 5. ibi, ſi verò cognoſcatur, Et in Gloſſ. marg.* dicitur quòd literæ requiſitoriæ mittuntur ad vicinos Iudices, vt rei & fugitiui conquirantur, & prehendantur. Talis clauſula apponitur ne turbentur Iuriſdictiones. Latè *Rebuff. de literis requiſitoriis in tract. de lit. requiſit. ſeu rogat.*

XVIII. *Quinam ſunt effectus vocationis in ius?*

Effectus citationis.

Hi præcipuè: I. Eſt comparitio, ideo enim in ius vocatur quis, vt compareat vel per ſe, vel per procuratorem, *Berb. Viator. iur. part. 4. rub. 1. de Iudic. n. 16.* II. Eſt præſcriptionis interruptio in cauſis criminalibus & ciuilibus. *Bart. in l. 2. §. ſi rem, ff. pro empt. & in l. omnibus, de oblig. & act.* III. Eſt perpetuatio Iuriſd. deleg. *Iaſ. in rubr. C. de in ius vocan. n. 1.*

XIX. *Quando plures ſunt litis conſortes debéntne omnes citari?*

Debent omnes citari, *Fab. defin. 8. C. de in ius vocan.* cùm omnium æquè principaliter interſit, *l. de vnoquoque, de re iudic.* & quod omnes tangit ab omnibus approbari debeat, *l. fin. C. de auth. præſtand.*

XX. *In ius vocatus debétne ipſe ſe ſiſtere coram Iudice, aut alium mittere qui ſatiſdet ipſum ſiſtere?*

Olim in ius vocatus ad euitandã mulctam, vel ipſe ibat, vel alium mittebat, qui ſatiſdaret ipſum ſiſtere, *tot. tit. ff. in ius voc. vt eant, aut ſatis. &c.* Hodie neceſſe eſt vt vocatus perſonaliter ſe ſiſtat, aut ex ſua perſona ſatiſdet fideiuſſoribus interuenientibus, vel caueat ſine fideiuſſoribus Deinde vel debet vocat⁹ ipſe venire, vel Procuratorẽ mãdato inſtructum mittere in cauſis ciuilibus: at in criminalibus ipſemet debet venire, aut ſi ægrotet, vel aliàs legitimè ſit impeditus, aliquem mittere, qui legitimas impedimenti cauſas referat, vel abſentiæ cauſas alleget, *l. pen. §. fi. de pub. iud. l. abſens, 71. de procur. Marant. Spec. aur. part. 4. diſt. 1. n. 42.*

Vocatus quomodo debeat cõparere.

XXI. *Quid iuris ſi quis eximat vi in ius vocatum, aut dolo malo faciat, quo magis eximatur?*

Duob. modis impeditur Iuriſdictio.

Duobus modis impediri poteſt Iuriſdictio, nempe, ſi quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat, vnde exiſtit *Tit. ff. ne quis eum, qui in ius voc. &c.* Deinde ſi quis dolo malo faciat, quo magis in ius vocatus eximatur, vnde eſt *tit. ff. de eo, per*

qu m fact.erit, &c. Qui autem ita Iuriſdictionem impediuerit, is incidet in pœnam Edicti, quæ eſt id quod intereſt, *gloſſ. in rubr. ff. de eo per quem, &c.*

XXII. *Illegitimè citatus ſi compareat, an actus citationis inualidus inſtificabitur?*

Comparitio eſt citationis inualidæ iuſtificatio. Sic, quia ex præſentia partis purgatur omnis defectus citationis, ſicut etiam ex comparitione, ita *VVeſenbec. conſil.* 142. *num.* 24. *&* 25.

XXIII. *Pars procuratorem habens in Curia an eſt citanda?*

An Procurator citandus ſit. Si Procurator à parte citata conſtitutus fuerit, hæc non eſt ampliùs citanda ad ſententiam audiendam, *Andr. Geyl. obſ.* 1. 9. *n.* 3. 4. *lib.* 1. nec ad videndum iurari, aut ad alios actus iudiciarios, *Philip. Franc. c. cùm in poſitionibus, n.* 3. *de iureiuran.* cùm eiuſmodi per procuratorem, ſpeciale mandatum habentem, expediantur, *Ioan. Plot. l. ſi quando, §.* 32. *n.* 5. *per Iacob. Pet. l. admonendi, n* 29. *de iuretur.* & ita ſufficit procuratorem citari atque adeſſe, *Geyl. ibid.* Quòd ſi lata ſit ſententia definitiua à qua appellatum ſit, meliùs erit citare dominũ, ſiue partẽ quàm procuratorem, ſecus ſi interlocutoria lata ſit ſententia, nam tunc ſufficiet procuratorem citari tanquam dominum litis, *Fab. defin.* 4. *C. de in ius voc.*

XXIV. *Citatus qui non adeſt ad diem dictum & aſſignatum quomodo puniendus?*

Contumaciæ pœna. Citatio obligat & actorem & reum ad ſeſe coram Iudice ſiſtendum, ne cõtemnatur Iudex qui eam emiſit. Si actor qui citationem impetrauit ſit cõtumax in cauſa ciuili, liber bitur reus, & euaneſcet citatio, adeóque perimetur Inſtantia, *l. & poſt Edictum, §* 1. *ff. de iu i.* nec non in expenſis condemnabitur, quas tenebitur reficere antequam iterum agere queat. *Marant. Spec. aur. part.* 6. *mẽbr.* 2. *de Contumacia, n.* 37. In criminali cauſa accuſator non comparens, vltra condemnationem expenſarum vlteriùs punietur, *ibid.*

Reus etiam in cauſa ciuili non comparens, nullo iuſto impedimento impeditus, debet ſoluere omnes expenſas contumaciales, antequam audiatur, *l. ſancimus, C. de iudi. Guid. Pap. quaſt.* 66. & mittetur actor in poſſeſſionem bonorũ mobilium aut immobilium, quorũ verus poſſeſſor declarabitur, niſi reus intra annum compareat, & expenſis refuſis contumaciam purget, *Anton. Matth. in quæſt.* 99. *nu.* 4. *P.* 19.

In cauſa criminali, ſi legitimè citatus reus non comparuerit, habebitur pro conuicto & confeſſo, *Marant. vbi ſuprà, n.* 25. *&* 36. *Fab. defin.* 44. *n.* 1. *C. de Iuriſdict. omn. &c.* non enim contumacia minùs odioſa videri debet quàm ipſum crimẽ, nam abſentia & iudicij fuga, criminis participationem & iuſtum aliquem accuſationis metum indicat, *Rebuff. rer. iud. lib.* 1. *cap.* 10 Olim contumacia puniebatur vel pœnâ exilij, vel pœnâ pecuniaria mille drachmarum, hodie in contumaces ex criminis & delicti qualitate atque grauitate irrogatur pœna, quæ auget contumacia. *Fab. defin.* 16. *n.* 1. *C. de pœnis per l. ſi elegati,* 4. *in fi. ff. de pœnis.*

XXV. *Quis dicitur Contumax?*

Contumacis definitio. In, *l. Contumacia, §* 1. *ff. de re iudic.* ICtus definit contumacem, dum dicit eſſe eũ, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit. Ergo nomen contumacis deductum eſt à contemnendo, *Contumax vnde dictus.* quia contumax Prætorem contemnere videtur, dum ſui copiam & præſentiam facere contemnit, *l. de ætate,* 11. *§. qui tacuit,* 4. *ff. de interrog.* In Gallia citatus, duo Edicta negligens, pro contumace habetur, *Franc. I. art.* 24. *Imbertus, cap.* 8. *&* 9. *Inſtit. Forenſ. tit.* aliquando contumacem vno edicto fieri, plerunque duobus, interdum quatuor. Nota vt aliquis ſit contumax duo requiri, primò quòd ſciat ſe citatum: deinde quòd potuerit comparere, ſed ſine cauſa non comparuerit: horum ſi vnum deſit, non erit propriè quis contumax, *Bart. in l. ex conſenſu, §. cum qui, ff. de appell.*

XXVI. *Contumax appellare, aut in integrum reſtitui volens, an ſit ne audiendus?*

Contumax appellare volens aut reſtitui non audiendus. Si contumax verè ſit citatus in propria perſona, & citationem ludibrio habuit, nec comparuit, vel ſi comparuit, at iudicem contempſit, quo caſu poteſt Iudex eum condemnare ſine vlla alia citatione, ſi modò de tali contumacia & inobedientia conſtet, *l. Fulcinius, §. fin. ff.*

quib. ex

quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur, non audietur poſteà condemnatus appellare volens, aut in integrum reſtitui, *l. diuus, & l. ſeq. ff. de reſt. in integr. Boer. quæſt. 206. n. 8. Franc. I 1539. art. 28. & 29.* Ratio eſt, quia ille eſt verus contumax, vtpotè in vero dolo, qui excuſari non poteſt, nec ſubeſt quædam cauſa à contemptu excuſans, verùm cùm potuerit venire, dolo malo venire contempſit:

Verus cōtumax.

Aliter ſe res habebit de ficto, aut non vero contumace, qui eſt in dolo præſumpto, qualis eſt ille qui non vtitur ludibrio & inſolentibus verbis, tamen nihil reſpondet nuntio, nec comparet, nec impedimentum quod illum retinuit, allegare dignatur, de quo *Speculat. in tit. de contum.*

Cōtumax fictus.

XXVII. *Quandò purgari poteſt contumacia?*

Iure Romano contumaci licebat ſui copiam facere, crimen refellere, innocentiam ſuam aſſerere, & legitima impedimenta proponere intra annum, *tot. tit. ff. de requ. reis. & l. 1. C. eod.* computato anno à tempore adnotationis bonorum. Iure Gallico quinquennium à tempore damnationis contumaci indulgetur, niſi Senatus authoritas condemnationi acceſſerit, *Carol. IX. Molin. 1566. art. 28.*

Cōtumaciæ purgatio

XXVIII. *Citatio inducitne litiſpendentiam?*

Vt citatio inducat litiſpendentiam, *Guid. Pap. quæſt. 488.* dicit ſex requiri, 1. quòd citatio emanauerit. 2. quòd à cōpetenti iudice. 3. quòd ad citatum peruenerit; vel per eum ſteterit. 4. quòd plenè per eam inſtruatur reus ad quid citatus ſit. 5. quòd citatio ſit apta. 6. quòd nuntius ſufficienter eam intimauerit. *Ranch. in eandem quæſt.* ſeptimum requiſitum adiicit, nempe vt poſt factá citationem, defectus ſiue contumacia accuſetur in iudicio die certa & ſtatuta, *per Rebuff. in ſuis com. in titu.* de contumacia & defectu, *art. 1. glo. 1. n. 4.* Quæ omnia intelligenda ſunt dummodò citatio non fuerit circumducta, & actor comparuerit, nam ſi actor in termino emiſſæ citationis non compareat, per eiuſmodi citationem circumductam litiſpendentia non inducitur, *Matth. de Afflict. decis. 366. n. 14. Mynſing. cent. 4. obſeru. 26. n. 6. ſub fin. verſ. illud rectè.*

Requiſita in citatione vt litiſpendentiam inducat.

XXIX. *Simplex citatio interrumpitne præſcriptionem?*

In quæſt. 18. ſupr. dictum eſt ſecundum vocationis in ius effectum eſſe interruptionem præſcriptionis: quæ eſt opinio *Guid. Pap. quæſt. 416. n. 2. & 488. n. 9.* Quod intelligendum eſt de citatione legitimè facta, nam citatio circumducta & inualida, non interrumpit præſcriptionem, *Ia. in Rubr. de in ius voc. n. 5. & 6.* nihilque operatur, *Marg. gloſ. in l. ſi accuſatoribus, C. de accu.*

Citatio interrūpit præſcriptionem.

XXX. *Quicunque in ius vocatus eſt tenetúrne ſeſe ſiſtere?*

Tenetur, etiamſi ſua non interſit, ſaltem, vt petat ſe liberari tanquam malè citatum, *l. 2. ff. ſi quis in ius voca. l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic.* & id propter Iuſtitiæ authoritatem, quæ ſancta ſemper & inuiolabilis eſſe debet, *Ant. Fab. defin. 4. C. de exhib. vel tranſmitt. reis.*

Vocatus debet ſe ſiſtere.

HÆC BREVITER DE IN IVS VOCATIONE dicta ſufficiant ad Dei opt. max gloriam.

FINIS.

Digitized by Google

PARTIS SEPTIMAE

TRIGINTA LEGVM

C. DE PACTIS EXPLANATIO.

LEX I.

C ONDITIONIS *incertum inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum eſt. Cùm igitur verbis fideicommiſſi petitum à patre tuo profitearis, vt ſi vitâ ſine liberis decederet, hæreditatem Lucinio Frontoni reſtitueret, pactum eo tempore de ſextante Licinio Frontoni dando, cùm liberos Philinus non ſuſtulerit, interpoſitum, non idcircò poteſt iniquum videri, quòd facta (ſicut placuit) diuiſione diem ſuum, te filio eius ſuperſtite functus eſſet. PP.* VII. *Kalend.* Decemb. *Seuero A.* II. *& Victorino Coſſ.*

AD L. CONDITIONIS I. C. DE PACTIS.

Argumentum legis. INSTITVTA eſt iſta Lex, inſignis & quodammodò difficilis, de fideicommiſſo futuro & conditionali, quod pendente conditione per pactum remitti poteſt, & datum non repetitur, etiam conditione defecta.

Sententia Sententia Legis: fideicommiſſum per pactum alteri fratri relictum poteſt ab altero fratre remitti ſub conditione, ſi is ſine liberis decederet, ita vt remiſſione pars aliqua detur, vt duæ fideicommiſsi vnciæ, tale pactum vt æquum, non rumpitur, quamuis alter fratrum poſteà ſine liberis deceſſerit. Corraſ. *lib.* 2. Miſcell. *c.* 13. Barr. *conſil.* 212. 72. Quod vt meliùs intelligatur, finge hoc apud te.

Caſus. Caſus Legis: Titius pater duos filios, Seium & Sempronium, hæredes inſtituit, & rogauit eos, vt ſi alter eorum ſine liberis moriatur, alteri portionem ſuam reſtituat: Seius multos habebat liberos, Sempronius nullos, & cùm Sempronius videret Seium & eius liberos nihil magis in votis habere quàm vt ille moreretur propter ſpem fideicommiſsi, mortis periculum vitare cupiens, cum fratre ſuo pactum iniit de dandis duabus vnciis, & ita fideicommiſſum remiſit. Poſteà Sempronius ex alia iuueni vxore, poſt mortem primæ, quæ ad ſenium erat perducta, habuit filium, qui fecit ceſſare conditionem fideicommiſsi, qui quidem filius poſt mortem patris voluit rumpere pactum: Quæritur an filius duas illas vncias tantùm reuocare poſſit, cùm pater ſuus ſine liberis non deceſſerit? Reſpondetur negatiuè: 1 Quia incerta fuit conditio, incertum, nempe an alter liberorum eſſet habiturus liberos, propter quam incertitudinem fieri potuit vt pro incerto certum daretur: 2. Quia hoc pacto ſublatus fuit inſidiarum metus. 3. Quia tali pacto conſeruata fuit fratrum concordia:

Digitized by Google

quia vnuſquiſque poteſt iuri ſuo renuntiare ſiue præſenti, ſiue futuro, Carond. *lib.* 10. *reſp* 25.

Obiect. 1.

Contra hoc pactum ſic primò obiicitur: Pactum iſtud fuit potiùs tranſactio quàm pactum: Ergo iſta lex non debuit poni in hoc titulo de pactis, ſed in ſequenti de tranſactionibus.

Reſp.

Reſpondendum, omnem tranſactionem eſſe pactum: Deinde non fuiſſe propriè tranſactionem, quia non fuit de re dubia: denique quæſtionem eſſe hîc, de iuſtitia ſiue iniquitate pacti, ac proinde legem hanc collocandam fuiſſe in titulo de pactis.

Obiect. 2.

Secundò, Ius nondum quæſitum non poteſt remitti pacto, ſicut hæreditas nondum delata non poteſt repudiari, *l. qui ſuiiuris* [illegible], 94. D. *de acqu. hæred. l. ita ſcriptum*, §. 1. *D. de leg.* 2. Sed fideicommiſſum nondum fuit quæſitum: Ergo non potuit remitti pacto.

Reſp.

Reſpondendum aliud eſſe paciſci, aliud repudiare: Nam repudiamus id quod noſtrum eſt, aut nobis delatum, vel acquiſitum, *l. is poteſt*, 18. *& l. in repudiandâ*, *ff. de acqu. hæred.* Sed paciſcimur de iure futuro, vt, nos non petituros legatum aut fideicommiſſum, quod pactum duorum conſenſu confirmatur, *l.* 1. §. *& eſt pactio*, 2. *D. de pactis*, cùm repudiatio ab vnius tantùm conſenſu dependeat.

Repudiamus quod noſtrum eſt.

Paciſcimur de iure futuro.

Obiect. 3.

Tertiò, nemo de iure alieno debet paciſci: Sed ius fideicommiſſi fuit alienum, pertinet enim ad liberos paciſcentium: Ergo non potuerunt fratres de iure fideicommiſsi paciſci.

Reſp.

Reſpondendum, imò paciſcentes, de ſuo iure fuiſſe pactos, quia fideicommiſſum ipſis fuit relictum, & ad eos pertinuit, liberi quippe in conditione poſiti, non ſuccedunt ex teſtamento, ſed ab inteſtato.

Obiect. 4.

Quartò, pactum de hæreditate futura non valet, *l. vltima, hoc tit.* ſed hoc pactum eſt de hæreditate futurâ: Ergo non valet.

Reſp.

Pactum tantùm de hæreditate mortui valet.

Reſpondendum pactum de hæreditate viuentis non valere, quia inducit votum captandæ mortis, *l.* 15. *hoc tit. & l. fi. eod.* Ita quidem pactum de hæreditate mortui, qualis fuit pater paciſcentium, quod remouet tale votum, *d. l. fin.*

Obiect. 5.

Quintò, Si non potuit remitti fideicommiſſum, non valet hoc pactum: Sed prius eſt verum, quia deficiebat conditio fideicommiſsi, ſub qua fideicommiſſum fuit relictum: Ergo & poſterius.

Reſp.

Reſpondendum pactum nòn fuiſſe initum ob remiſsionem fideicommiſſi, ſed ob remiſſionis ſpem, vt patet ex illis verbis, *conditionis incertum*.

Obiect. 6.

Sextò, pactum continens deceptionem & læſionem eſt reſcindendum: ſed iſtud pactum continet læſionem manifeſtam, quia legitima, fuit triens, hoc eſt, tertia hæreditatis pars, & ita quatuor vnciæ: ergo eſt reſcindendum.

Reſp.

Reſpondendum non continere læſionem: nam tempus contractus eſt conſiderandum, tempore autem contractus non erat læſio, propter dubium, & incertitudinem, *l.* 2. C. *de reſcindend. vendit.* facit lex *de fideicommiſſo*, *C. de tranſact.*

Obiect. 7.

Septimò, ſi reuocari poteſt donatio propter liberos ſuperuenientes: poterit etiam reuocari pactum propter filium poſteà ſuſceptum: Sed prius verum, *l. ſi vnquam*, 8. C. *de reuoc. donat.* Ergo & poſterius.

Reſp.

Reſpondendum, negando maiorem, quia hîc non èſt mera donatio, de qua loquitur *d. l. ſi vnquam*: ſed potiùs tranſactio quædam: frater enim dedit fratri ſextantem, vt fideicommiſſum non peteret.

Obiect. 8.

Octauò, Pactum contra voluntatem defuncti factum eſt prohibitum: ſed iſtud pactum tale eſt: Ergo eſt prohibitum.

Reſp.

Reſpondendum, neque eſſe contra legem, neque contra voluntatem defuncti: quia non conſtat de prohibitione vlla, ſatis eſt vt agi potuerit pro fideicommiſſo.

Obiect. 9.

Nonò, ſublatâ causâ tollitur effectus, vt eſt prouerbialis iuris regula, *l. in omni*, 13. *vbi* Bart. *D. de adoption. l. action.* 65. §. *item ſi alio* 10. D. *pro ſocio.* Sed cauſa huius pacti fuit quòd frater decederet ſine liberis, quæ cauſa non eſt ſequuta, quia habuit filium: Ergo pactum eſt tollendum.

Reſp.

Sublatâ cauſâ f[illegible]

Reſpondendum, hanc cauſam fuiſſe pacti impulſiuam, non finalem: ceſſante autem cauſa impulſiuâ non ceſſare

[...]nali tolli-tur effe-ctus. ſate effectum, ita quidem ceſſante cauſâ finali.

Vſus legis. Vtilis eſt iſta Lex: vt ſciamus, ius fideicommiſſi potiſſimùm conditionalis, ante conditionis euentum, etiamſi cognita & lecta ſint verba teſtamenti, non poſſe remitti, niſi conſtet aliquid pro tali remiſſione fuiſſe datum Fab. *defin.* 5. *C. de pactis:* neque etiam eum vel eam, qui aut quæ renuntiauit bonis paternis & fraternis, remiſiſſe ius debiti fideicommiſsi, in paterna, vel fraterna hæreditate, quia tale fideicommiſſum eſt extra illam hæreditatem. Si tamen aliquis renuntiet ſucceſſioni aliquo dato, & ad renuntiandum grauis vrgeat neceſſitas, vt potè annonæ caritas, is poterit in integrum reſtitui, ita iudicatum Pariſiis penult. Ian. 1494.

Lex II.

POST *venditionem hæreditatis à te factam, ſi creditores contra emptores Actiones ſuas mouiſſe probare poteris, eóſque eas ſpontanea voluntate ſuſcepiſſe, exceptione taciti pacti non inutiliter defenderis, PP. prid. Id. Februar. Seuero III & Anthonino AA. Coſſ.*

AD L. POST VENDITIONEM 2. C. EOD.

Argum. ISta lex inſtituta eſt de creditore hæreditario, qui conueniens emptorem hæreditatis, tacitè pactus eſt de hærede non ampliùs conueniendo.

Sententia. Sententia Legis: ſi creditores hæreditarii conueniant emptorem hæreditatis ſponte ſuſcipientem iudicium, intelliguntur tacitè paciſci de non petendo ab hærede, qui eos repellere poſteà poterit exceptione pacti taciti. Fran. Curt. *conſ.* 91.

Caſus. Caſus Legis: Titius inſtituit hæredem Seium, poſt mortem Titii Seius vendidit hæreditatem Sempronio, in quem ea cum omnibus oneribus tranſiit: creditores hæreditarii conueniunt Sempronium, qui ſponte actionem ſuſcipit, Quæritur an illi creditores poſteà Seium conuenire poſſint? Reſpondetur negatiuè: Ratio, eſt tacitum pactum, videntur enim cum Sempronio tacitè conueniſſe de Seio non conueniendo, conuento emptore.

Contrà primò obiicitur *Lex* 2. *C. de hæred. & act. vend.* vbi hæres, & non emptor hæreditatis, à creditoribus hæreditariis conueniri dicitur. *Obiect. 1.*

Reſpondendum hæreditatis emptorem non poſſe à creditoribus conueniri ipſo iure, exigente vt hæredes creditoribus hæreditariis teneantur, *l. fin. C. de hæred. action.* poſſe tamen conueniri ſi ſpontaneâ voluntate actionem ſuſceperit & tacito pacto in ſe actiones ſuſceperit, vt hîc. *Reſp.*

Secundò: Si pacto hæredis nullum adferatur creditoribus præiudicium, poterunt creditores hæreditarii non obſtante venditione hæreditatis, agere contra hæredem: Sed prius eſt verum, *l. pacto*, 26. C. *de pactis:* ita enim ſunt actiones actiuæ & paſsiuæ hæreditatis oſsibus hæredis affixæ, vt nullo pacto tolli queant: Ergo & poſterius. *Obi. 2.*

Reſpondendum, *d. l. pacto*, obtinere niſi aliud conuentum ſit, vt hîc. *Reſp.*

Tertiò Verum pactum requirit præſentiam vtriuſque partis, aut ſaltem debet fieri per nuntium, vel epiſtolam, *l.* 1. *& l. liber.* 2. *D. de pictur.* Sed hæres fuit abſens: ergo non poteſt tale pactum valere. *Obiect. 3.*

Reſpondendum propoſitionem veram eſſe de pacto vero expreſſo, ſed non de vero tacito inducto à lege, de non petendo ab hærede, vt hîc. Deinde dicendum requiri conſenſum, ſaltem præſumptiuum, ſi agitur de damno abſentis, non ſi agatur de abſentis vtilitate, vt hîc. *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus pactum aliud eſſe expreſſum, quod verbis fit, aliud tacitum, quod ſolo facto ſine verbis initur, vt cùm creditor reddidit ſuo debitori chirographum, ſignum eſt eum cum ipſo conueniſſe de non petendo, ita vt debitori profutura ſit conuentionis exceptio, *l. Labeo ait*, §. *fin. ff. de pactis.* vel ſi chirographum concellatum reperiatur apud debitorem, *l. ſi chirographum*, 24. D. *de probat.* Fab. *de-* *Vtilitas.*

Digitized by Google

ſit. 6. C. de pactis. Tamen debet debitor qui penes ſe habet chirographum iurare ſe ſoluiſſe, Capell. Tholoſ. *deciſ. 230. Senatuſc. Thol. 17. Apr. 1560.*

In Gallia abrogara creditur iſta Lex, quia ibi renuntiatio non fit niſi expreſſis verbis, aut niſi actus ſint contrarii, tunc vno electo alter videtur remiſſus.

Lex III

SERVVS *creditoris meliorem cauſam domini facere poteſt: in deterius autem reformare nouo pacto non poteſt obligationem rectè conſtitutam.* PP. VIII. *Kal. April. Sembo* III. *& Antonino* AA. *Coſſ.*

AD L. SERVVS CREDITORIS, 3. C. EOD.

Arg. LEx iſta eſt de ſeruo qui paciſcendo facit conditionem domini meliorem, non deteriorem.

Sententia Sententia Legis: Seruus ſiue ſuo ſiue alieno nomine paciſcatur, alteri non poteſt inferre detrimentum, & ſic domini ſui poteſt quidem cauſam facere meliorem, in deterius autem nouo pacto obligationem rectè conſtitutam reformare non poteſt.

Caſus. Caſus Legis: Seruus creditoris fecit pactum cum debitore de non petendo, quæritur an tale pactum creditori domino ſuo noceat? Reſpondetur negatiuè: Ratio eſt, quia ſeruus poteſt facere conditionem domini meliorem, vt paciſcendo de petendo, *l. Si debitor* 55. *ff. de pactis*, *l. melior*, 175. D. *de reg. iur.* non deteriorem, *l. ſeruus tuus*, 33. *D. depoſiti in princ. inſtit. de noxal. act.*

Seruus facit conditionem meliorem non deteriorem.

Obiect. 1. Contrà ſic obiicitur primò, in *l. fi. C. de acq. & ret. poſſeſſ.* per ſeruum poteſt domino conditio fieri deterior.

Reſp. Reſpondendum id verum eſſe in quærendis, non in quæſitis, *gloſſ. fin. in noſtram l.* 3.

Obiect. 2. Secundò, ſi peculii actio inuitum dominum obliget, poterit ſeruus conditionem domini facere deteriorem: ſed prius verum, *l. ſi quis ſeruum*, 29. §. *etiam, ff. de peculio*: Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum ſeruum in re peculiari poſſe conditionem domini facere deteriorem, ſed non in re dominica.

Obiect. 3. Tertiò, *in l. 1. §. quod agitur, ibi cum ſeruus hoc modo, ff. de vi & vi armata*, ſeruus dicitur poſſe domini conditionem facere deteriorem.

Reſp. Reſpondendum ibi ſeruum delinquendo facere deteriorem domini cõditionem, quantum eſt in ſua perſona, vt pro noxa detur.

Vtilitas. Lex iſta eſt vtilis, vt ſciamus meliorem per ſeruum fieri poſſe domini conditionem, non deteriorem, in contractibus, non verò in delictis, *l. 1. §. quod igitur*, 15. *ff. de vi & de vi arm.* nam iniquum eſſet nequitiam ſerui vltra eius corpus domino eſſe damnoſam, cùm crimina ſequantur authores, niſi ſciente domino, iubente, aut non prohibente, cùm prohibere potuiſſet, contractus fuerit celebratus, aut commiſſum delictum, *l. 2. cum trib. ſeqq. ff. de noxal. action. & l. penult. C. eod.* Quòd etiam nedum à ſeruo, ſed à nemine, non tantùm domini, verùm neque alterius conditio fieri poſſit deterior, *eſt l. 2. ff. quod vi aut clam, & l. nam ita: ff. de adopt.* Quòd ſi ſeruus domini conditionem non poſſit facere deteriorem, non poterit pactum de non petendo à ſeruo factum creditori domino nocere.

Lex IV.

POSTQVAM *liti de prædio motæ renuntiaſti cauſam finitam inſtaurari poſſe, nulla ratio permittit.* PP. IV. *Id. Feb. Albino & Æmiliano Coſſ.*

AD L. POSTQVAM LITI, 4. C. EOD.

LEx iſta neque difficilis, neque valde celebris, inſtituta eſt de eo qui renuntiando liti, eam poſteà reſtaurare nõ poteſt. *Argum.*

Sententia legis: Lis finita per renuntiationem, vel pacto, vel ſolo vnius conſenſu factam, reſtaurari nequit, aut quoad cauſæ proceſſum, aut quoad cauſam in Iudicium deductam. *Sentẽtia.*

Caſus legis: Titius poſſidebat prædium meum, ipſum cõueni vindicatione, ante ſentẽtiam vel expreſſo pacto, vel tacito renuntiaui liti, poſteà volo reſtau- *Caſus.*

Digitized by Google

reſtaurare eandem litem ad vindicandum prædium motam, quæritur an poſſim? Reſpondetur negariuè: Ratio eſt, quia nullus eſſet litium finis, ſi ſemel extinctæ reuocarentur, *l. fratris, 10. C. de tranſact.* Deinde pacta ſunt

Pacta ſunt ſeruanda. ſeruanda, *l. 1. D. de pactis, l. quod ſemel, D. de reg. iur.*

Obiect. 1. Contrà ſic primò obiicitur, lex iſta malè continetur ſub hoc titulo de pactis, cùm renuntiatio ſit quædam tranſactio, vel tranſactioni ſimilis, & ſic ad tit de tranſactionibus pertineat.

Reſp. Reſpondendum renuntiationem hanc non eſſe tranſactionem, eo quòd renuntiatio fiat nullo dato, aut promiſſo, tranſactio non item, *l. tranſactio, 38. C. de tranſact.*

Obi. 2. Secundò, Obiicitur Nouell. 112. *cap.* 3. vbi dicitur, quòd Actor cogendus eſt litem inchoatam perſequi.

Reſp. Reſpondendum Nouellam intelligendam eſſe ſi actor nolit liti renuntiare, aut ab eâ deſiſtere, quia dilatio prohibetur, non renuntiatio, *l. deſtitiſſe, in fine, D. de iudic.*

Obiect. 3. Tertiò, in *l. properandum, C. de iudic. & in auth. qui ſemel, C. quom. & quand. iud.* dicitur quòd ille qui liti renuntiat expreſsè, aut tacitè, auditur volens iterum agere. Ergo reſtaurari poteſt lis cui renuntiatum eſt.

Reſp. Reſpondendum in illa *l. & auth.* agi de illis qui renuntiarunt ſoli inſtantiæ, qui refuſis expenſis poſſunt iterum agere ſi velint: in l. verò noſtra, agi de eo qui renuntiat liti vel cauſæ.

Obiect. 4. Quartò, Pactum non eſt porrigendum ad aliam rem quàm ad eam de qua actum eſt, *l. ſi vnus, §. pater, verſ. & in ſumma, D. de pactis*: Sed ſic fuit tantùm liti renuntiatum, *id eſt*, Inſtantiæ: Ergo non debet porrigi ad ius actionis, quaſi illud videatur eſſe commiſſum.

Reſp. Reſpondendum pactum ſiue renuntiationem non porrigi ad rem aliam, nam non renuntiatur liti, niſi intelligatur renuntiatum cauſæ & iuri.

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus litem, Inſtantiam, & cauſam aliquando confundi, ita vt qui vni ſimpliciter renuntiauit, alii renuntiaſſe dicatur, in cauſis ciuilibus, refuſis expenſis, *l. properandum, C. de iudic.* cùm alias diſtinguantur: nam inſtantia eſt omnis a-

Inſtantia. ctio quæ mouetur vſque ad litis con-

Lis. teſtationem: Lis propriè ſignificat actionem realem, aut perſonalem quæ incipit à litis conteſtatione:

Cauſa. cauſa omnem actionem comprehendit & ante & poſt litis conteſtationem, *not. in auth. qui ſemel, C. quand. & quom. Iudex.*

Renuntiare Inſtantia. Ergo renuntiare Inſtantiæ, eſt propriè renuntiare actis, & cœptis omnibus vſque ad litis conteſtationem:

Renuntiare liti. renuntiare liti, eſt renuntiare propriè omnibus actionibus à litis conteſtatione vſque ad definitiuam:

Renuntiare cauſa. renuntiare cauſæ, eſt omnia in cauſa acta, imò & cauſam ipſam deſerere, Damhond. *prax. cap.* 202. Perr. Ferrar. *form. libell. act. real. tit. 2. gloſſ. 29. num. 2. & 3. & form. lib. quo agitur, tit. 36. gloſſ. 4. num.* 28. Deinde probatum fuit ſuprà in 1. part. ad tit. de iniuriis, in fin. actiones ſuas remittentibus non eſſe dandum ad eas regreſſum, & neminem contra proprium factum venire debere.

Lex. V.

CREDITORI *tuo ſi partem pecuniæ exoluiſti, de parte verò non petenda inter te, & eum conuenit ob cauſas, negotiáque eius tuo patrocinio fidéque defenſa: ea obligatione partim ciuili iure, partim honorario liberatus es. Nam exceptio perpetua pacti conuenti, vel doli, reſidui petitionem repellit: cùm & ſolutum per ignorantiam, repeti potuiſſet. PP.* VIII. *Kalend. Aug. Romæ, Antonino A.* IV. *Balbino Coſſ.*

AD LEGEM CREDITORI, 5. C. EOD.

Argum. LEx iſta eſt de obligatione quæ tolli poteſt partim per ſolutionem, partim per pactum.

Sententia legis. Sententia legis: Si debitor creditori ſuo partem debiti ſoluerit, & de reliqua parte non petenda cum eo conuenerit, propter patrocinium à ſe creditori præſtitum, illa obligatio tam iure ciuili quã prætorio ſublata erit, nempe partim ſolutione, partim pacto de non petendo, ita vt cui datur actio, etiam exceptio.

Caſus. Caſus Legis: Tirio debebam 100, ſolui 50. & de reliquis 50. pactum fuit inter nos initum, vt eam mihi Tirius remitteret pro patrocinio ipſi præſtito, vel præſtando. Quoad prima 50. obligatio fuit ſublata per ſolutionem: quoad alia, per pactum de non petendo. & ſi poſt remiſſionem per ignorantiam ſoluero, mihi competet condictio indebiti.

Digitized by Google

Obiect. 1. Contrà ſic obiicitur: Primò, Si debitor non liberatur ipſo iure per pactum de non petendo, tale pactum non extinguet obligationem: Sed prius verum, vt ait Iaſ. *in hanc l.* 5. *num.* 7. Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum non liberari debitorem ipſo iure ciuili per pactum de non petendo, ſed iure prætorio, vt colligitur ex hac l.

Obiect. 2. Secundò, pactum quod non parit actionem vel obligationem, non patit exceptionem: ſed pactum nudum non parit actionem, neque obligationem, *l.* 7. §. *ſed cùm nulla, ff. de pactis.* Ergo neque exceptionem, ac proinde pactum de non petendo non tollit obligationem.

Reſp. Reſpondendum pactum nudum cui nulla ſubeſt cauſa, *id eſt*, datio, aut factum, non valere, nec parere actionem, vel obligationem, vt hic, ac proinde neque exceptionem, ita quidem pactum non nudum, & veſtitum re, verbis, literis, conſenſu, cohærentiâ contractus, & rei interuentu, *gloſſ. quinimò, in d. l.* 7. §. 5. *ff. de pactis*, quale eſt pactum de quo in hac lege, quod parit liberationem.

Pactum nudum & veſtitum.

Obiect. 3. Tertiò, Si poſterior pars debiti ſublata fuit compenſatione, erit ſublata iure ciuili, non prætorio, quia compenſatio eſt iuris ciuilis, §. *in bonæ fidei*, 30. *Inſtit. de action.* Sed ſublata fuit compenſatione, nam patrocinium à debitore præſtitum compenſatum fuit cum altera parte: Ergo fuit ſublata iure ciuili, & non prætorio.

Reſp. Reſpondendum illud patrocinium ſiue honorarium non fuiſſe cum parte reſtante compenſatum, quia non fuit liquidum & certum, illiquidi autem ad liquidum nulla eſt compenſatio, *l. vlt. & ibi Dd. C. de compenſat.*

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus pactum de non petendo æquipatari ſolutioni & acceptilationi, non quidem ſimpliciter, ſed tantùm reſpectu paciſcentis: nam cùm agitur de præiudicio alius perſonæ, diuerſa eſt ratio inter pactum & ſolutionem, *l. ſi vnus ex argen.* §. *ſed cùm mihi, & ibi* Iaſ. *num.* 3. D. *de pactis.* Facit *l. Stichum*, 95. §. *naturalis*, 4. *ff. de ſolut.* vbi naturalis obligatio iuſto pacto tolli poſſe dicitur, ita vt liberatus in priſtinam obligationem reponi abſque nouo conſenſu non poſſit, *l. vltim. ff. de pact. l. ſi poſt mortem, in fin. ff. de contra tab. & l. qui res*, §. *aream, ff. de ſolut.*

LEX VI.

PACTA, *quæ contra leges conſtitutionéſque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati iuris eſt.* P P. *Kalend. Auguſt. hiſdem Coſſ.*

AD L. PACTA: 6. C. EOD.

Arg. ISTA Lex eſt de inualiditate pacti contra leges, conſtitutiones, & bonos mores facti.

Sententia pactum inualidū. Sententia Legis: Pacta contra leges, conſtitutiones, vel contra bonos mores facta, nullius ſunt momenti.

Caſus. Caſus Legis: Titius & Seius pactum inierunt de fundo dotali inuita muliere alienando, vel de patrocinio præſtando pro quota litis, vel de diuidenda hæreditate alicuius viuentis, de homicidio, aut ſacrilegio committendo: Quæritur an valere debeant eiuſmodi pacta? Reſpondetur negatiuè. Et hoc confirmatur per *princip. Inſtitut. quib. alien. lic. vel non. per l. generaliter*, 26. *& ſeqq. ff. de verb. obligat. l. vltim. C. de pactis, l.* 7. §. *ait prætor*, D. *de pactis, l. contra*, 28. D. *eod. l. non dubium, C. de leg. & conſtitut.* vbi dicitur, fundum dotalem non poſſe à marito alienari, nedum conſentiente vxore: turpes ſtipulationes ipſo iure nullas eſſe, & eas quæ ſunt contra bonos mores: neque pacta valere quæ aduerſus iuris regulas, leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, edicta, & decreta Principum facta ſunt.

Obiect. 1. Contrà ſic primò obiicitur, Si donatio facta inter maritum & vxorem, conſtante matrimonio valeat, valebit pactum contra legem factum, nempe contra *l.* 1. D. *de donat. inter vir. & vxor.* ſed talis donatio valet, quia morte confirmatur, *l. Papinianus* 23. D. *de donat. inter vir. & vxor.* Ergo pactum factum contra legem valet.

Reſp. Reſpondendum valere talem donationem ſi traditio præceſſerit mortem: non contrà: Deinde ſi donatio

in

in cauſam dotis facta ſit, vt *gloſ. in d. l. Pauintanus.*

Obi. 2. Secundò, Pactum iuramento confirmatum valere debet, *l. 1. & auth. Sacramẽta, C ſi aduerſ. vendit.* præcisè enim ad factum obligat iuramentum, *gl.* ſingularis, *neceſſe habeas*, communiter recepta, in *l. ſi pecuniam, in prin. ff. de cond. cauſ. dat.* ſed pactum contra leges, & bonos mores eſt iuramento confirmatum. Ergo valere debet.

Reſp. *Iuramentum quãdo ſeruandum.* Reſpondendum iuramentum contra bonos mores ciuiles eſſe ſeruandum, ſi non vergat in ſaluris æternæ diſpendiũ, nec redundet in præiudicium ſeu detrimentum alterius, *c. cum contingat, 28. ext. de iureiur. c. quamuis, 2. de pactis, in 6.* ſed nõ iuramentum contra bonos mores naturales & canonicos, quod periculum ſalutis inducit.

Deinde dicendum abſolutionem à iuramento eſſe concedendam, quia non debet iuramentum eſſe vinculum iniquitatis, *c. quãto, 18. §. ſi falſa n, & c. 1. § quia vero, de iureiur. in 6. can. inter cætera, 12. cauſ. 22. quæſt.* 4. & ante abſolutionem à iuramento conceſſam durare vim iuramenti, & pactum iuramento vallatum, poſt abſolutionem, virtutem iuramenti ceſſare, *Fachin. lib. 2. controu. iur. cap. 7. verſ. ſexta & poſtrema eſt ſententia, Rebuff. in tract. de reſciſ. contract. art. vn. gloſſ. 15. n. 47.*

Obi 3. Tertiò, ſi pactum per quod tollitur ius valeat, valebit pactum contra legẽ: At prius eſt verum, *l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar, ff. de pactis.* Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum pactum contra ius priuatum valere, vt in *d. §. paciſcar*, ſed nõ contra ius publicum, ſiue publicam vtilitatem, vt hic.

Obi. 4. Quartò, in *l. paciſci, ff. de pactis.* dicitur, quòd contra ædilium curulium edicta licet paciſci: Ergo malè hîc dicitur non valere pactum contra leges, & conſtitutiones.

Reſp. Reſpondendum ibi legem loqui de pacto præter edictum aut legem, exponit enim gloſſa, contra, *id eſt*, præter: hîc de pacto contra legem: vel in *d. l. paciſci*, intelligendum eſſe pactum contra edictum, id eſt, contra edicti beneficium, vt *ibi gloſſ.*

Obi. 5. Quintò, obiicitur *l. ſtipulatio iſta, § alteri. ff. de verb. oblig.* vbi ſtipulatio alteri facta admittitur.

Reſp. Reſpondendum in illa l. eſſe pactum præter legem, hic verò ſermonem eſſe de pacto contra legẽ, ita *Bart. ad hãc l. n. 1.*

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus pacta turpia, contra publicam honeſtatem, leges, conſtitutiones, bonos mores, illicita atque reprobata, in contractibus apponi non poſſe. v. g. ſi apponeretur pactum in ſocietate, vt vnus ſocius lucrum haberet, alter damnum, eſſet enim leonina ſocietas: vel ſi in contractib. commodati apponeretur pactum de ſoluendo pecuniam pro re commodata, *§. item is cui, in fi. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.* Vel ſi fiat pactum vt non transferatur dominium in venditione, tale enim pactum deſtruit venditionem, quia eſt contra bonos mores & contra æquitatem, æquitas quippe ſuadet, vt ſi ego tibi do pecuniam, tu è contra mihi des rem emptam, *Cagno. in l. curabit, in ratione decidendi, à contrario ſenſu, num.* 22. *C. de act. empt.* Deinde ille qui emit, videtur emere ratione dominij, *l. ſi aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ.* Pactum etiam quo quis adſtringitur in aliqua ciuitate perpetuò morari, eſt inualidum, quia libertatem reſtringit, atque infringit, *l. Titio centum, 71. §. Titio centũ, ff. de cõd. & demonſtr.* attamen pœna in illo pacto appoſita nomine intereſſe, valebit, vt docent relati à *Thom. Sanchez. lib. 1. de matrimon. diſput. 30. & ſeq.* Denique pactum, ne quis ingrediatur aliquam ciuitatem, videtur eſſe inualidum, vtpotè libertatem reſtringens, & contra bonos mores, *Ambaran. conſ. 75. n. 3. Farinac. 3. part. prax. crim. quæſt. 107. art. 20. n. 262.*

Lex VII.

Debitori *tuo, ſi hæres extitiſti, actio quam contra eum habuiſti adita hæreditate confuſa eſt. Sed ſi eam hæreditatem poſteaquam in iudicio obtinuiſti, ei tradidiſti, quem ſententia ſuperaueras ex conditione, pactóque, vt tam cæteris creditoribus, quàm tibi in eo, quod tibi deberetur, ſi eam hæreditatem non adiſſes, ſatiſfaceret, pacti, conuentioniſque fides ſeruanda eſt: quæ ſi non ſeruatur, ex ſtipulatu (ſi modò pacto ſubiecta eſt) dabitur actio, [vel præſcriptis verbis ſi ſtipulatio non interuenit] PP. III. Kalend. Aug. Antonino A. IV. & Balbino Coſſ.*

AD L. DEBITORI, 7. C. EOD.

Argum. LEx iſta quæ difficilis, eſt de extinctione obligationis per confuſioné, & de pacto inter creditorem, & poſſeſſorem hæreditatis, in iudicio victum, ſeruando, quo conuentum eſt vt poſſeſſor omnibus creditoribus ſatisfaceret, & ſic conueniri poſſet actione præſcriptis verbis, aut ex ſtipulatu.

Sententia. Sententia legis: ſi creditor debitoris ſui factus ſit hæres, & hæreditatem adierit, actio illius confuſa manebit, & ſi creditor quoad hæreditatem traditam ei qui illam poſſidebat, in iudicio petitione hæreditatis victo, cum eo poſſeſſorem conuenit, vt poſſeſſor omnibus creditoribus, nempe & ſibi & aliis ſatisfaceret, tale pactum ſeruandum erit, ita vt ex pacto poſſeſſor conueniri poſſit actione præſcriptis verbis, aut ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio adiecta ſit pacto, *Guid. Pap. conſil. 226. Romanus conſil. 276.*

Caſus. Caſus legis: Titius tibi debebat centũ, ille te inſtituit hæredem, & hæreditatem adiiſti, tunc confuſione extincta eſt actio, quam contra Titium habebas: deinde Seium qui illam hæreditaté poſſidebat, conueniſti actione petitionis hæreditatis, & ſuccubuit, cum eo pactum iniiſti, vt ei hæreditatem reſtitueres, & tam reliquis creditoribus quàm tibi, in eo quod tibi deberet ſi illam hæreditatem non adiiſſes, ſatisfaceret, quod pactum eſt ſeruandum, & ſi non ſeruetur, Quæritur quâ actione eum conueniri poſſis? Reſpondetur actione præſcriptis verbis, ſi ſtipulatio non fuit pacto adiecta, & actionis ex ſtipulatu, ſi adiecta fuit. Et hoc confirmatur per *l. venditor, 2. §. cùm quis debitori, 18 ff. de hæred. vel act. vend. l. Stichum, 95. §. aditio, ff. de ſolut.* Vbi dicitur, quòd cùm *Confuſione debitũ eſſe deſinit.* creditor debitori ſuo hæres exiſtit, confuſione creditor eſſe deſinit.

Obi. 1. Contrà ſic primò obiicitur, Lex quæ actionem extinctam reſuſcitat, non eſt admittenda, *l. poſtquam, 4 C. h. tit.* ſed iſta lex actionem extinctam reſuſcitat. ergo non eſt admittenda.

Reſp. Reſpondendum hàc l. non reſuſcitari priorem actionem in iudicio extinctã, ſed nouam dari ex pacto, nempe actionem præſcriptis verbis.

Obi. 2. Secundò, ſi ex pacto nudo non naſcitur actio, ex pacto inter creditorem & poſſeſſorem hæreditatis inito, non naſcitur actio præſcriptis verbis ſed ex nudo pacto non naſcitur actio, *l. 28. ff. de tranſact.* ergò, &c.

Reſpondendum pactum de quo in hac l. non eſſe nudum, ſed veſtitum, quippe cui cauſa ſubſit, traditur enim poſſeſſori à creditore hæreditas, vt ſatisfaciat creditoribus, & ſic eſt pactum veſtitum, & præſcriptis verbis, do vt des, vel facias. *Reſp.*

Tertiò, ſi ſibi paciſci non liceat, creditor cum poſſeſſore in hac lege non potuit paciſci cæteris creditoribus ſatisfaciendum eſſe: ſed prius eſt verum, *l. ſi tibi decem, 17. §. ſi pactis, 4. ff. de pactis, gloſſ. actio, in l. cum res, 22. C. de donat.* Ergo & poſterius. *Obi 3.*

Reſpondendum creditorem poſſe cũ poſſeſſore paciſci pro omnibus creditoribus, eo quòd ſua interſit vt omnibus ſatisfiat, cùm ille ſit de numero creditorum: deinde quòd ſua interſit, cùm ſit hæres, vt omne æs alienum ad quod ipſe tanquam hæres tenetur, diſſoluatur. *Reſp.*

Quartò, Quod tradi non poteſt, id malè à creditore traditum dicitur in hac lege: ſed hæreditas tradi non poteſt, eo quòd ſit res incorporalis, & in iure conſiſtat, *§. incorporales, 2. Inſtit. de reb. corpor. & incorpor, l. ſeruus, §. incorporalis, ff. de acquir. rer. dom.* Ergo malè à creditore tradita dicitur in hac lege. *Obi. 4.*

Reſpondendum non fuiſſe à creditore traditam hæreditatem ſumptam pro iure hæreditario, quod incorporale eſt, ſed ſumptam pro rebus hæreditariis, quæ corporales ſunt. *Reſp.*

Quintò, Quod eſt certum non poteſt peti actione ex ſtipulatu, *l. ſi quis certum, 24. ff. ſi cer. pet.* ſed quod creditoribus debitum fuit certum, vtpotè conſiſtens in certa quantitate: Ergo creditoribus debitum non poteſt peti actione ex ſtipulatu. *Obi. 5.*

Reſpondendum debitum paciſcenti creditori eſſe quidem certum, ſed non debitum aliis creditoribus pro quibus ſtipulatur, *l. liber homo, 118 §. fi. ff. de verb. Oblig.* *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus facto hæredis, & non authoritate iudicis, aut ipſo iure fieri hæreditatis traditionem, & verè manere hæredem eum qui hæreditatem tradit, nec effici hæredem eum qui hæreditatem accipit, quia hæres pacto non efficitur, neque venditione, *l. 2. ff. de hæred. vel act. vend. l. hæreditas, C. de pact. conuent. Giphan. in noſtram. l.* Eſt *Vtilitas.*

quo-

quoque vtilis, vt ſciamus ſucceſſionem & aditionem hæreditatis haberi loco ſolutionis, *l. debitari creditor, 50. ff. de fideiuſſ. & l. Stichum, 95. §. aditia, 2. ff. de ſolut.* Ratio eſt, quia æquitas eſt cauſa inducendæ fictionis, *l. poſtliminium in princ. ff. de capti. & poſtli. reu.*

Lex VIII.

SI paſcenda pecora partiaria, id eſt, vt fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & paſtorem diuidantur, Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur, fidem pacto præſtare per Iudicem compelletur. PP. IV. Kal. Octobr. Alexandro, A. II. & Marcello Coſſ.

AD L. SI PASCENDA, 8. C. EOD.

Argum. LEx iſta eſt de pacto appoſito ſuper fœtibus pecorum inter dominū & paſtorem diuidendis.

Sententia. Sententia legis: quādo interuenit pactum inter dominum & paſtorem de naſcituris fœtibus etiam inæqualiter diuidendis, illud eſt ſeruandum, *Bald. conſ. 93.*

Caſus. Caſus legis: pactum fuit initum inter me & paſtorem meum de fœtib9 pecorum meorum, æqualiter, aut fortè inæqualiter diuidendis, paſtor non vult ſtare pacto, Quæritur quid iuris? Reſpondetur pactum eſſe ſeruandum, & paſtorem à Iudice eſſe compellendum vt fidem pacto præſtet, ac proinde dari actionem pro ſocio, *l. cum duobus, 52. §. ſi in coeunda, 2. ff. pro ſocio.* vel actionem præſcriptis verbis ex contractu innominato, *l. ſi tibi rem. 13. ff. de præſcript. verb. gloſſ. compelletur.* Nam regula eſt quòd pacta circa paſcenda pecora ſint ſeruanda, *Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de iurib. §. 23. n. 66.*

Obi. 1. Contrà ſic primò obiicitur, pactum iniquum non eſt ſeruandum: ſed pactum inæquale eſt iniquum Ergo non eſt ſeruandum.

Reſp. Pactum inæquale valere poteſt. Reſpondendum pactum inæquale nō eſſe iniquū, quia ſemper valet iure pacti, & quatenus paciſcentes ita voluerunt, ſic quamuis illud ſit naturale & ſubſtantiale in ſocietate, vt omnes ſocij æqualiter lucrum & damnum ſentiant, §. 1. 2. & 3. *Inſtit. de ſocietate*, vbi nihil conuentum eſt de damno & lucro, tamen ex pacto poteſt aliquando aliter ſe res habere, ita vt vnus duas partes lucri habeat, tertiam damni, alter verò duas dāni, & tertiá lucri, ratione æqualis cōtributionis. *l. ſocietatē, 76. & ſeq. ff. pro ſocio.*

Obi. 2. Secundò, ſi pacto ſtare recuſans poſſit compelli per actionem pro ſocio, ſi paciſcentes voluerint eſſe ſocij, aut per actionem præſcriptis verbis, Si contractus ſit innominatus, do vt facias, non erit per iudicem compellendus: ſed prius eſt verum, vt dictum eſt: Ergo & poſterius

Reſp. Reſpondendum compelli per actionem ipſum recuſantem, & non per iudicis officium, quamuis legis verba ad iudicem dirigantur, *gloſſ. marg. in h. l.*

Vtilitas. Iſta lex eſt vtilis vt ſciamus quomodo animalia eorúmque fœtus diuidi debeant inter paſtorem & dominum, ad quem pertineant dominium, periculū, & vtilitas, ita vt omnia debeant procedere æqualiter aut inæqualiter iuxta pactum inter vtrumque initum, & quāuis capitale ſit inæquale, poſſe fieri pactum & valere, vt partes ſint æquales lucri, *Crauet. conſ. 173. col. 1. verſic. ſed ad præmiſſa. Menoch. de arbit. iud. caſ. 125. & contrà.*

Guid. Coquil. *in cap. vlt. Inſtit. Iur.* agit de periculo pecorū ad nutriendum datorum, vbi per *l. pignus, C. de pign. act.* dicit cuique rem ſuam petire & pro ea parte, & eo iure quo ſua eſt, & ex ignotis ſupplendum eſſe gregem, *l. vetus, cum legib. ſeq. ff. de vſuf.* adeóque ſi totus grex perierit per incurſum hoſtium, vel vim maiorem ſine culpa, vnumquemque perdere id quod in grege habet.

Lex IX.

CVM poſteaquam aduerſarius matris tuæ victus eſſet, matrem tuam circumuenerit, vt ei caueat, nullam ſe controuerſiam de ſeruis moturam: id pactum mala fide factum, irritum eſt, & cùm ex ea conuentione cum matre tua agi cœperit, Iudex eam liberabit. PP. prid. Id. Septembr. Alexandro, A. II. & Marcello Coſſ.

AD L. CVM POSTEAQVAM, 9. C. EOD.

Argum. ISta lex eſt de caſu quo quis venire poteſt contra pactum ſuum, nempe propter dolum.

Sententia. Sententia legis: ſi quis per dolum aduerſarij pacto remiſerit ius quod habet ex ſententia, ille non perdet ius ſibi ex illa ſententiâ quæſitum, ſed recedens à pacto, poterit ex condemnatione agere.

Caſus. Caſus legis: Mater mea à te poſſidente vindicabat quoſdam ſeruos tanquam ſuos, illa obtinuit, poſt ſententiam eam dolo adduxiſti ad paciſcendum, vt patuâ pecuniâ datâ, remitteret tibi cõdemnationem, & promitteret ſub certâ pœnâ ſe nullam in poſterum controuerſiã contra te moturãm de iſtis ſeruis, Quæritur an illud pactum valeat? Reſpondet Imp. quòd non.

Pactum nullũ cui dolus cauſam dedit. Ratio eſt, quia dolus dedit cauſam pacto, ac proinde ipſo iure nullum eſt. Videatur *Cuiac. obſ. 11. cap. 17.*

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, primò, in *l. tranſactionem*, 30. C. *de tranſact.* dicitur quòd non poteſt peti reſciſio tranſactionis ratione doli: Ergo pactum de quo in hac l. etiamſi dolus ei cauſam dederit, ſeruandum eſt.

Reſp. Reſpondendum d. l. 30 eſſe intelligendam de eo qui dolum adhibuit, is enim non poteſt inuito decepto contra tranſactionem venire, quia allegans dolum, ſuam turpitudinem allegat: Ergo pactum dolo initum reſcindi poteſt ſi deceptus velit, non ſi decipiens, *gloſſ. Marg. in l. iuriſgentium*, 7. §. *ait prætor*, 7. *ff. de pactis.*

Obi. 2. Secundò, nihil tam congruum eſt fidei humanæ, quàm ea quæ inter homines placuerunt ſeruare, *l. 1. in princ. & l. iuriſgẽtium*, 7. §. *ait prætor*, 7 *ff. de pactis.* Ergo nemo poteſt contra pactum venire.

Reſp. Reſpondendum pacta eſſe ſeruanda quæ neque dolo malo, neque contra leges, Plebiſcita, Senatuſcõſulta, Principũ edicta facta erunt, *l. pacta*, 6. *C. de pactis. Iaſ. in l. iuriſgentiũ*, §. *prætor. ait. n. 1. ff. de pactis.* dicit tria eſſe neceſſaria ad hoc vt pactũ valeat, 1. quòd non ſit initũ dolo: 2. quòd non ſit contra legẽ, vel aliquam iuris partem: 3. quòd non ſit factum in fraudem legis, & tribus his concurrentibus, Edictum prætoris, quod tale pactum debeat ſeruari.

Vtilitas. Vſus iſtius legis eſt, vt ſciamus dolum dantem cauſam pacto liberatorio, & in genere cuicunque contractui, reddere eum ipſo iure nullum, vel ſaltem auxilium reſtitutionis inducere, *Ant. Fab. defin. 1. n. 9. C. de non numer. pecun. per l. & elegantem*, 7. *C. de dolo.* quia ex dolo non debet quis lucrari, *l. qui cum tutoribus*, §. 2. *ff. de tranſact. l. tres fratres, ff. de pactis. Tuſch. tom. 2. verb. dolus concl.* 581. *n.* 1. *& ſeqq.* & dolo inductus dicitur, qui errando per aduerſarij fraudem, in id conſenſit, cui aliàs re cognita non fuiſſet aſſenſurus, *Bart. in l. & elegantem*, 7. §. 1. *num. 6 ff. de dolo malo.*

Lex X.

LEGEM *quam dixiſti, cùm dotem pro alumna dares, ſeruari oportet: nec obeſſe tibi poterit, quod dici ſolet, ex pacto actionem non naſci: tunc enim hoc iure vtimur, cùm pactum nudum eſt: alioquin cùm pecunia datur, vt aliquid de reddenda ea conueniat, vtilis eſt condictio. PP. III. Calend. Martij, Albino, & Maximo. Coſſ.*

AD L. LEGEM QVAM DIXISTI, 10. C. EOD.

Argum. Iſta lex eſt de pacto veſtito traditione, quod actionem producit, cùm cõtrà, nudum pactum nullam producat, ſed tantùm exceptionem.

Sententia. Sententia legis: pactum appoſitum iuxta traditionem rei, ab ipſa rei traditione veſtitur, & actionem producit, nempe condictionem. *Guid. Pap. conſ. 12. Cuiac. li. 11. obſ. c. 17.*

Caſus. Caſus legis: Centum pro alumna futuro marito in dotem dediſti, & pactum cum eo iniiſti, quòd ſoluto matrimonio reſtitueret tibi ſummam, deceſſit alumna, maritus pacto ſtare non vult, eo quòd ſtipulatione non ſit vallatum, Quæritur quid iuris? Reſpondetur pactum nihilominus ſubſiſtere, nam quamuis ſtipulatio nõ interuenerit, ſatis eſt, ſi rei, dotis nempe, traditione factum ſit, & ſic poteris agere contra maritum certi condictione generali, & vtili. Confirmatur lex iſta per textum iiſdem verbis conceptum, in *l. 1. C. de pact. conuent. & l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* Ratio cur lex ciuilis noluit ex pacto nudo dare actionem, eſt quia præſumit quòd promittens ſine deliberatione promittat & non animo ſe obligandi.

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, primò, Pactũ per cohærentiam traditionis non veſtitur, *l. ſi tibi*, 27. *C. de loc. & conduct.* Ergo malè hic dicitur pactum iuxta traditionem rei appoſitum veſtiri.

Reſp. Reſpondendum ſecundum *d. l. ſi tibi*, non veſtiti pactum per cohærentiam tradi-

Pactum quando veſtiatur per cohærentiam traditionis. traditionis, quando agitur de pacto inito cum alio quàm cum eo cui res eſt tradita, & ſecundum noſtram l. veſtiri pactum per traditionis cohærentiam, cùm agitur de pacto inito cum eo cui facta eſt traditio: ergo veſtitur pactum inter eoſdem, non inter alios, *vt gloſſ. in d. l. ſi tibi.*

Obi. 2. Secundò in *l. Iuriſgentium, 7. §. quinimò. 5. ff. de pactis.* & in *l. lecta. ff. ſi cert. petat.* pactum nudum dicitur parere actionem: Ergo malè in hac l. contrarium aſſeritur.

Reſp. Reſpondendum regulariter nudum pactum non parere actionem, vt in hac l. excipi tamen aliquos caſus, de quibus in *d. l. Iuriſgentium, & d. l. Lecta, cum gloſſ. & Iaſ. in d. l. Lecta, n. 12. & in h. l. n. 2. & 3.*

Obi. 3. Tertiò, obiicitur cap. 2. extrà, de pactis, & *Gofr. in ſumma, & ibi Innoc.* vbi nudum pactum actionem producere dicitur.

Reſp. Reſpondendum nudum pactum de æquitate canonicâ producere actionem, vt in d. cap. ſed de iure ciuili non producere, etiam iuratum, *Iaſ. in l. Iuriſgentium, §. ſed cùm nulla col. 5. ff. de Pactis, & in l. ſi quis maior, C. de tranſact.*

Vtilitas. Lex iſta valdè eſt vtilis, vt ſciamus quando pactum ſtipulatione non vallatum, valere poſſit, nempe ſi appoſitum ſit pactum iuxta traditionem, *l. in traditionibus ff. de pact. & l. cum res, ff. de donat.* deinde ſi factum ſit pro eo qui tradit, *d. l. in traditionibus, & l. 2. ... vend.* denique ſi traditio ſit voluntaria, non neceſſaria, *gl. in d. l. in traditionib. & l. ſi ... ff. de pactis*, quæ tria requiruntur vt pactum cohærentiâ traditionis veſtiatur.

Lex XI.

Ex conuentione quidem, quâ pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cùm fundũ in dotem daret, vt creditoribus, quibus fuerant prædia obligata, vſuras ſolueret, actio tibi aduerſus eam competere non poteſt, & ſi pactum in ſtipulationem deductum probetur. Sed ſi fundus æſtimatus (ita vt pars inſtrumenti ſignificat) in dotem datus eſt, ex vendito actio, vt placitis ſtetur, Competit. PP. Non. Decembr. ipſo A. III. & Dione II. Coſſ.

AD L. EX CONVENTIONE, II. C. EOD.

Argum. Ex iſta eſt de pacto quo ad fundum obligatum creditori, æſtimatũ aut inæſtimatum in dotem derum, an pactum ad alium porrigi queat, & an alius ex eo agere poſſit.

Sententia. Sententia legis: Cùm fundus dotalis datus fuit inæſtimatus, ſi ſoluto matrimonio reuertatur ad nouercam, ipſa tenebitur ſoluere vſuras creditoribus illius fundi, ideo pactum de releuando maritum ab huiuſmodi vſuris, ad hæredes non tranſit: aliud ſi datus ſit æſtimatus, quia fuit emptio & non reuertitur fundus ad nouercam, ac proinde ad hæredes tranſit. *Æſtimatio facit emptionem.*

Caſus. Caſus legis: patri tuo nouerca tua nubens fundum in dotem creditori obligatum dedit, & pater cum ea pactum iniit, vt ſortem & vſuras ſolueret: Quæritur an poſt mortem patris agere poſſis vt illa ſoluat? Reſpõdetur per diſtinctionem, aut fundus datus fuit æſtimatus, aut inæſtimatus: priori ſenſu fuit emptio, & ita ages ex empto, vt faciat quod per pactũ promiſit: poſteriori ſenſu, tua non intereſt, & ſic non ages, quia fundus ad nouercam reuertitur: confirmatur iſta *l. per l. 1. l. quoties, l. ſi inter, C. de iur. dot. l. ſi æſtimatis, ff. ſolut. matrim.* *Fundus æſtimatus fuit emptus.*

Obi. 1. Contrà ſic primò obiicitur, in *l. 1. C. ſine cenſ. vel reliq. &c.* dicit Imp. ex vendito non competere actionem filio vt placitis ſtetur, etiamſi ſtipulatio interceſſerit: ergo non potes agere contra nouercam ex empto vt faciat quod per pactum promiſit.

Reſp. Reſpondendum nõn competere actionem ex vendito in præiudicium fiſci, vt *d. l. contraria*, ſed competere in præiudicium contrahentium, vel promittentis, vt in hac lege, & ita conciliantur iſtæ duæ leges, reiectis aliis conciliationibus, de quibus *Nich. de Paſſis. à Genoa in Concil. leg. in Iur. contrar.*

Obi. 2. Secundò, per gloſſ. quã Iaſ dicit ſing. in *l. in reb. in princ. C. de iur. dot.* æſtimatio rei non facit emptionem, & adueniente caſu reſtitutionis vxor poteſt repetere dominium rei æſtimatæ: ergo fundi in dotem dati æſtimatio non facit emptionem.

Reſp. Reſpondendum illam gloſſam loqui tantùm in caſu quo maritus eſt non ſoluendo, non contrà. *Obi. 3.* Tertiò, ſi res etiam æſtimatæ remaneant in dote, & æſtimatio non valeat, æſtimatio fundi dota-

iuri antè ex alio contractu quæſito nihil decerpere poteſt: nam res inter alios acta alii non nocet, *tot. tit. C. res inter alios acta*. Hanc verò l. eſſe de pacto ſequenti facto inter eaſdem perſonas.

Vtilitas. Vſus iſtius legis eſt, vt ſciamus, quando pacta ſunt contraria, facta ab habili perſona, ita vt prima non ſint derogatoria poſteriorum, ſemper poſteriora derogare prioribus: & hoc locum habere non tantùm in pactis, ſed etiam in vltimis diſpoſitionibus, contractibus, ſententia interlocutoria, reſcriptis, iuramentis, ſtatutis, & aliis, de quibus Iaſ. *in h. l.* Sciamus quoque pacta quamuis ſcripta non ſint, prioribus ſcriptis derogare, etiam in iis in quibus ſcriptura non requiritur, cuiuſmodi ſunt contractus, exceptis iis de quibus in *l. contractus*, 17. *C. de fid. inſtrument.* Ant. Fab. *defin.* 5. *C. de contrah. empt.*

Lex XIII.

IN *bonæ fidei contractibus, ita demùm ex pacto actio competit, ſi in continenti fiat. Nam quod poſteà placuit, id non petitionem, ſed exceptionem parit.* P P. V. *Id. Ian. Maximino* A. *& Africano Coſſ.*

Ad L. In bonæ fidei, 13. C. eod.

Argum. ISta lex inſignis, ſubtilis, & difficilis, eſt inſtituta de pacto accedente contractui, vel incontinenti ex quo oritur actio, vel ex interuallo, ex quo non paratur exceptio.

Sententia. Sententia legis: ſi pactum contractibus bonæ fidei, de quibus in §. *actionum, Inſtitut. de actionib.* accedit, in continenti parit actionem, & exceptionem: Si accedit ex interuallo, tantùm parit exceptionem. Ratio eſt, quia pactum incontinenti factum, *id eſt*, in actu ſimul ſe tenenti, vel in ingreſſu, aut egreſſu contractus, ſine diuerſione ad alia, contractui verè & propriè ineſſe, vel contractus pars eſſe dicitur, eique dat formam, Nou. 136. *cap.* 1. *in fin.* ac proinde actionem parit, nempe eandem quam ipſe contractus, cui adiicitur, & cuius pars eſt, vel certè cuius cohærentiâ veſtitur, ſecus ſi ex interuallo adiiciatur, tunc enim tantùm parit exceptionem, quia tale pactum longo pòſt interuallo adiectum non videtur eſſe pars contractus, ac proinde ſine contractu conſideratur. *Pactum contractibus bonæ fidei adiectum in continenti parit actionem, ſed non ex interuallo adiectum.* Hodie tamen ex pactis etiam nudis seriò, & poſt deliberationem initis, actio datur, vt ait Weſembec. *in paratit. ff. de pactis, numer.* 10. *poſt multos.* *Pactum hodie nudum parit actionem.*

Caſus. Caſus legis: Titius mihi fundum vendidit, & in continenti mecum pactum iniit vt illi traderem ad colendum: Quæritur an ex tali pacto agere poſſim? Primâ fronte videbatur quòd non, eo quòd videretur eſſe nudum pactum quod actionem non parit: Sed reſpondetur quòd ſic, quia tale veſtitum eſt cohærentiâ contractus: quòd ſi ex interuallò initum ſit pactum, non actionem, ſed exceptionem producet. Confirmatur hoc per *l. Iuriſgentium*, 7. §. *quinimò*, *D. de pactis.*

Obiect. 1. Contrà obiicitur, Primò, *l. ſeruus*, 7. *D. de ſeru. export.* vbi dicitur, ex pacto incontinenti venditioni adiecto, vt ſeruus exportetur, non naſci actionem.

Reſp. Reſpondendum in odioſis, cuiuſmodi eſt vindictæ ratio, quæ libertati repugnat, de qua in *d. l. ſeruus*, pacta eſſe reſtringenda, in fauorabilibus verò, vt in hac l. pacta eſſe amplianda, *l. cùm quidam, de l.b. & poſth.*

Obiect. 2. Secundò, obiicitur *lex ſi venditor*, 10. *cum ſeqq. ff. de relig. & ſumpt.* vbi pactum incontinenti eſt venditioni fundi adiectum, ne quis in fundum inferatur, tamen eiuſmodi pactum non producit actionem, quia ſtipulatione opus eſt.

Reſp. Reſpondendum eodem modo quo ſuprà, eſt enim tale pactum odioſum: quia eſt contra religionem.

Obiect. 3. Tertiò, obiicitur *l. pacta*, 72. *ff. de contrah. empt.* vbi dicit Papinianus, pactum ex interuallo adiectum contractui actionem parere, & non tantùm exceptionem.

Reſp. Reſpondendum pactum ex interuallo in accidentalibus contractus adiectum actionem non parere, ſed tantùm exceptionem, vt in hac *l.* 13. v. g. vt venditor cum fideiuſſore dupli cautionem de rei euictione præſtet: At ſi pactum ſub- *Pactum vel reſpicit ſubſtantialia, vel accidentalia contractus.*

iunctum ſubſtantiam contractus reſpiciat, vt auctionem vel diminutionem pretii rei venditæ, illud pactum reformare contractum, & actionem parere, vt in *d.l.72*.

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt dignoſcamus modum quo pacta interponuntur circa ſubſtantialia vel accidentalia contractus alicuius: modus in hoc ſpectatur, an videlicet pacta appoſita ſint in continenti, aut ex interuallo: In continenti fiunt quæ ſimul cum ipſo contractu expreſſa vnà cum conuentione concluduntur, vt pactum de redimendo, pactum de pretio augendo, aut diminuendo, vnà cum contractu venditionis: Ex interuallo fiunt quæ non in ipſo contractu, ſed aliquanto tempore poſt contractum perfectum interponuntur. Si ergo in continenti apponantur, producent actionem efficacem: ſi ex interuallo, tantùm exceptionem, v. g. venditor ex interuallo promiſit nudo pacto ſe daturum fideiuſſorem, ideò quia nudum eſt pactum, factum ex interuallo, nullam producit actionem, ſed exceptionem, ac proinde ſi emptor conueniatur ad pretium, rectè excipiet de fideiuſſoribus.

Notandum in Gallia omnes contractus eſſe bonæ fidei, & clandeſtinas repromiſſiones extra contractum matrimonialem eſſe reprobandas, Confer. Automn. *in h.l.*

Lex XIV.

S*I pacto quo pœnam aduerſarium tuum promiſiſſe proponis, ſi placito non ſteriſſet, ſtipulatio ſubiecta eſt: ex ſtipulatu agens, vel id quod in conuentionem deuenerat, vt fiat, conſequeris, vel pœnam ſtipulatione comprehenſam more iudiciorum exiges: nam bona aduerſarij tui in te transferri citrà ſolemnem ordinem, fruſtrà deprecaris.* P P. *Kalend. April. Gordiano A.* II. *& Pompeiano Coſſ.*

AD L. SI PACTO, 14. C. EOD.

Argum. Lex iſta, quæ inſignis, & ſubtilis, & quæ ſcrupuloſam continet materiam, eſt inſtituta de pacto pœnali cui adiecta eſt ſtipulatio.

Sententia legis: ſi pactum ſtipulationi, quæ ſtricti iuris contractus dicitur, ſubiicitur ſiue præcedat ſiue ſequatur, vel ſtipulatio ad pactum accedat, tunc actio ex ſtipulatione competet. Ratio eſt, quia tale pactum quaſi præfatio in ſtipulatione repetitum cenſetur, & in ſtipulationem conuerſum. *Sententia. Pactum ſtipulationi adiectū parit actionem.*

Caſus legis: Conueni cum Titio de permutando equo meo cum ipſius mulo, nudo pacto ſine traditione, & hoc eſt primum pactum nudum de permutatione: Deinde Titius conuenit pacto de præſtanda pœnâ, ſi non fiat quod in principio conueni, & eſt ſecundum pactum de pœnæ præſtatione: Denique conuenit de pœna præſtanda per ſtipulationem, ſi non fiat quod conueni, quod eſt tertium pactum veſtitum verbis: Quæritur quo pacto iſtorum Titium conuenire poſſim, ſi pactum primum non adimpleat? Reſpondetur quòd illum conueniam ex tertio pacto vt conſequar mulum permutatum, vt propter metum pœnæ ſatiſfiat conuentis, aut cum effectu agam pro pœna in ſecundo pacto appoſita, nec potero mitti in poſſeſſionem bonorum Titii citrà ſolennem ordinis iudiciarii obſeruationem. Lex iſta confirmatur per *l. petens*, 27. *eod.* Vbi pactum cohærens contractui ſtricti iuris, cuiuſmodi eſt ſtipulatio, illum informare dicitur, adeò vt detur actio ad id quod in pactum deductum eſt conſequendum. *Caſus.*

Contrà ſic obiicitur, Primò, actio ex ſtipulatu datur de rebus incertis: v. g. de eo quod intereſt: ſed pœna non eſt incerta: Ergo non debet dari hîc actio ex ſtipulatu, ſed condictio certi, *l. ſi quis certum*, 24. *ff. ſi cert. pet.* *Obiect. 1*

Reſpondendum hæc verba legis noſtræ, *ex ſtipulatu agens*, accipienda eſſe generaliter quatenus comprehendunt & ſtipulationem incertam, & certi condictionem, vt in *l. pecunia*, D. *de vſur.* *Reſp.*

Secundò, videtur potiùs agendum ex pacto primo tanquam veſtito cohærentiâ contractus, vt *in l. ſi pacto ſupra ead.* *Obiect. 2.*

Reſpondendum, pactum nudum nunquam veſtiri cohærentiâ contractus veſtiti acceſſorii, vt hîc fuit pœnalis ſtipu- *Reſp.*

ſtipulatio, vt *l. nuda, C. de contrab. & commit. ſtipul.* ſed veſtiri cohærentiâ contractus veſtiti principalis.

Vtilitas. Vſus iſtius legis in hoc conſiſtit, vt ſciamus quòd quando ſtipulatio pœnalis pendet à nudo pacto, debet pœna peti, à qua non liberabitur reus niſi ſoluat quod in nudum pactum deductum eſt, & bona debitoris non ſeruantis conuenta, non transferentur in creditorem ſine ordine iuris ſeruato: poſſeſſio enim nemini eſt deferenda de facto ſine cauſæ cognitione, parte non citata: vt ſciamus etiam olim ſtipulationem pœnalem nouaſſe præcedentem obligationem naturalem, ortam ex nudo pacto, niſi eſſet actum in contrarium: hodie non, niſi expreſsè ſit actum, *gloſſ. fi. in h. l.*

Lex XV.

PACTVM *quod dotali inſtrumento comprehenſum eſt, vt ſi pater vità fungeretur, ex æqua portione ea quæ nubebat, cum fratre hæres patri tuo eſſet, neque vllam obligationem contrahere, neque libertatem teſtamenti faciendi mulieris patri potuit auferre.* PP. X. *Kal. Martij, Aemiliano & Baſſo Coſſ.*

AD L. PACTVM QVOD DOTALI, 15. C. EOD.

Argum. LEx iſta célebris, non tamen difficilis, introducta eſt de pacto dotali inito de hæreditate viuentis, quod valet, nec obligationem parit.

Sententia Sententia legis: pactum dotale, vt filia nubens æqualiter ſuccedat patri morienti cum fratre, neque obligationem parit, neque patri liberam reſtandi facultatem auffert. *Pactum inualidum.* Ratio eſt, quia hoc pactum continet votum captandæ mortis, & teſtandi libertatem adimit aut reſtringit, quod per pactum fieri nequit.

Caſus. Caſus legis: Filiæ tuæ cuidam viro nubenti dotem aſſignaſti, ſed hoc pactum cum ea feciſti, vt tibi cum fratre ſuo æqualiter ſuccederet: Quæritur an ex hoc pacto obligatus ſit? Reſpondetur quòd non, neque ciuiliter, neque naturaliter. Ratio multiplex huius legis aſſignari poteſt: Prima eſt quòd tale pactum ſit contra bonos mores, *l. donari videtur, §. fin. D. de donat.* ita vt eo non obſtante liberè teſtari poſſis: Secunda ratio eſt, quia teſtandi & inſtituendi forma iuris publici eſt, ideo pacto mutari non poteſt, *l. 3. ff. de teſtament. l. teſtandi C. eod.* Ius autem publicum pactis priuatorum lædi nullo modo poteſt, *l. ius publicum, ff. de pactis, l. quod de bonis, §. fin. D. ad leg. falcid.* *Ius publicum non læditur priuatorum pactis.* Tertia, quia ſupremum hominis iudicium pactis conſtringi non poteſt, vt ait Iuriſc. Vlp. *in l. ſi fratres, §. idem reſpondit, ff. pro ſocio.* Quarta, quòd captatoriæ inſtitutiones pendentes ex alterius arbitrio prohibitæ ſunt, *l. illa inſtitutio, l. ſi quis Sempronium, l. captatoria, D. de hæred. inſtitut.* atqui quoties pactum de ſuccedendo fit, non à voluntate vnius, ſed à duorum placito & conſenſu pendet, quod nulla iuris ratio patitur. Denique eius quod non eſt, nulla eſt hæreditas: ergo de illius hæreditate nullum pactum. Confirmatur lex iſta, *per l. cùm donationis, 34. C. de tranſaction. l. ſtipulatio hoc modo concepta, 61. D. de verb. oblig. l. ex eo C. de inutil. ſtipul.* vbi dicitur, ſtipulationes contra bonos mores non valere. *Stipulationes contra bonos mores nullæ.*

Obiect. 1. Contrà ſic obiicitur, primò, magnus eſt dotium fauor, magnúmque priuilegium, *l. 1. vbi Dd. ff. ſol. matr.* Ergo hæreditas poteſt relinqui pacto in cauſam dotis.

Reſp. Reſpondendum fauorabiliorem eſſe cauſam libertatis in teſtatore: deinde iſtud pactum non eſſe de dote, ſed de hæreditate: denique eſſe contra bonos mores, ac proinde non valere, *l. illud, 5. ff. de pact. dot.*

Obiect. 2. Secundò, Diuiſio à patre facta inter liberos valere debet, etiam in teſtamento imperfecto, *l. fin. C. famil. erciſc. & Nou. 107.* Ergo pactum dotale continens diuiſionem bonorum patris inter liberos valet.

Reſp. Reſpondendum patrem non diuiſiſſe bona, ſed pactum iniiſſe, aliud autem eſt diuidere, & aliud paciſci de hæreditate ſua alteri relinquenda.

Obiect. 3. Tertiò, ferè vbique gentium receptum eſt vt pactum in contractu dotali de futura ſucceſsione valeat: Ergo lex iſta non eſt admittenda.

Reſp. Pactum dotale de Reſpondendum de iure ciuili pactum dotale de futura ſucceſsione non

futura ſue ceſſione viuentis iure ciuili non valet ita conſuetudinario. va'ere, ita quidem de iure conſuetudinario, Ant. Fab. *defin. 6. C. de pactis conuent.* Franciſc. Barr. *in tract. de ſucceſſ. &c. lib.2.tit.3.num.9.* Ioh.Harppreƈt. *in princip. inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer. num.29. 30.31.32.& 33.*

Obiect. 4. Quartò, ex *l.non debet,ff. de reg. iur. c. cuilicet,de reg.iur.in 6.* cuilicet quod plus eſt, multò magis quod minus eſt licere debet: atqui licet patri totas ſuas facultates donare filio, *l ſi totas,C.de inoffic. donat.auth.vnde ſi parens,C.de inoffic.teſtam.* ergo licet etiam patri filium vel filiam hæredem pacto facere.

Reſp. Reſpondendum patrem quidem omnia ſua bona donare poſſe, ſi modò donatio fiat ſine impedimento vltimæ voluntatis, *hoc eſt*, ſi donator aliquid ſibi reſeruet de quo teſtari poſſit paciſcens.

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus pacta contra bonos mores & contra liberam teſtandi facultatem, neque valere, neque obligationem vllam ciuilem aut naturalem inducere: etiamſi iuramentum interuenerit. vt ſciamus etiam, iuxta *h.l. & l. ſi quis mihi,25.§. an nominatim,16. ff.de acqu, hæred.* adeóque ſecundum ius ciuile, pacta omnia quacunque forma, & quibuſcunque modis concepta, ſiue dotali inſtrumento contineantur, ſiue alia quauis pactione viuentis hæreditatem diuidant, aut quauis alia ratione diſtribuent, valere & ſubſiſtere non poſſe, niſi fortè iure conſutudinario.

Lex XVI.

CVm proponas filios teſtamento ſcriptos hæredes rogatos eſſe, vt qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hæreditatis reſtitueret: quoniam precariam ſubſtitutionem fratrum conſenſu remiſſam aſſeris: fideicommiſſi perſecutio ceſſat. PP. IV. Id. Feb. Maximo II. & Aquiliano Coſſ.

AD L. CVM PROPONAS, 16. C. eod.

Argum. LEx iſta eſt de ceſſatione perſecutionis fideicommiſſi ſi precaria ſubſtitutio pacto ſit remiſſa.

Sententia. Sententia legis: fideicommiſſum reciprocum ſub conditione fratribus iniunctum poteſt pacto per eos inuicem remitti. Ratio eſt, quia fauori ſuo poteſt quilibet renuntiare: & remittenti actiones ſuas non datur regreſſus ad eas, Guid.Pap.*quæſt.*232. vbi tractat hanc quæſtionem, An ius fideicommiſſi per pactum poſſit remitti à filia de illo certiorata, & dicit iudicatum fuiſſe Gratianopoli menſe Decemb.1459. quòd ſic quamuis ipſe in contraria fuerit opinione poſt Bart. *in l. qui Roma, §. duo fratres, ff.de verb. obligat. in quæſt.quæ incipit, quintò quæro.*

Caſus legis: Titius duos filios hæredes inſtituit, & eos inuicem ſubſtituit: illam ſubſtitutionem reciprocam ad inuicem pacto remiſerunt, Quæritur an tale pactum valeat? Reſpondetur valere, Quod confirmatur per *l. 1. C. eod. l. de fideicommiſſo, C. de tranſaction. non. 159.l.qui Roma. §. duo fratres*, D. *de verb. oblig.* *Caſus.*

Contrà ſic obiicitur, primò, ſi iuri de futuro per repudiationem renuntiari non poſſit, neque fratres inuicem ſubſtituti poterunt per pactum remittere fideicommiſſum: ſed prius eſt verum, *gloſſ. fin. in l.homine, D. de opt. leg.* Ergo & poſterius. *Obiect. 1.*

Reſpondendum poſſe renuntiari iuri ſuo de futuro per pactum, ſed non per repudiationem, ſi repudiatio fiat extra iudicium, *d. gloſſ.* *Reſp.*

In quibus cauſis renuntiari poſſit iuri ſuo, latè *gloſſ. in l. ſi quis in conſcribendo, hoc tit.*

Secundò lex iſta videtur eſſe ſuperflua, cùm l 1.ſup.eod. idem ſtatuat. *Obiect. 2.*

Reſpondendum ibi alterum tantùm eſſe rogatum, hîc vtrumque, ibi vnum ſolum remiſiſſe, & non totum: hîc vtrumque, & totum, *gloſſ.hic.* *Reſp.*

Vtilitas iſtius legis in eo conſiſtit, vt ſciamus fratribus & aliis licere reciprocum fideicommiſſum ſibi iniunctum pacto remittere, eo quòd vnicuique liceat ſuo iuri, fauori, priuilegio, & beneficio renuntiare, vt in *l. ſi quis in conſcribendo,29.eod.& in c. ſi diligenti,extra,de foro compe.*& quidem tam præſenti quàm futuro, *Dd.in l.1.C.de pactis.* *Vtilitas.*

Lex XVII.

PActvm quod bona fide interpoſitum docebitur: etſi ſcripturâ non exiſtente, tamen ſi aliis probationibus rei geſtæ veritas comprobari poteſt, præſes prouinciæ ſecundum ius cuſtodiri efficiet, PP. IX. Kal.Iul. hiſdem Coſſ. quibus ſuprà.

AD

AD L. PACTVM QVOD BONA FIDE, 17. C. eod.

Argum. ISta lex continet formam pacti, conſiſtentem ſimplici conceptione verborum abſque ſolenni interrogatione & reſponſione, interuentione ſcripturæ, & traditione rei.

Sententia. Sententia legis: tantùm valet pactum abſque ſcriptura, quantum cum ſcriptura.

Caſus. Pactum cũ ſcriptura & ſine ſcriptura valet. Caſus legis: Cum Titio pactum inij ſine ſcriptura: Quæritur an tale pactum valeat? Reſpondetur affirmatiuè: & ſic præſes Prouinciæ curabit vt ſeruetur ſecundum iuris formam, ſiue ad agendum ſiue ad excipiendum. Confirmatur iſta lex per *l. cum te, 5. C. de tranſact.* vbi dicitur quòd confeſſio probat & defectus Scripturæ tranſactionem non vitiat. Item per *l. emptorem, 9. C. de Locato tum per l. 2. c. ſi mancip. ven. ne proſtit. Roman. conſ.* 106.

Obiect. 1. Contrà ſic obiicitur, Primò, ſine ſcriptura nihil valet contractus, *auth. hoc ius porrectum, & ibi gloſſ. inſcribatur*, C. *de ſacroſ. Eccleſ.*

Reſp. Reſpondendum legem noſtram non loqui de contractu, ſed de pacto quod ſine ſcriptura fieri poteſt: deinde nedum in omnibus contractibus pro eorum validitate requiri ſcripturam, fallit enim hoc in multis, vt Iaſ. *in l. cum proponas, num. 13. C. de pactis.*

Obiect. 2. Secundò, Pactum debet fieri cum ſcriptura ad hoc vt valeat, vt dicitur in *c. pactum, extra, de verb. ſign. ſi.* Ergo malè hic dicitur pactum ſine ſcriptura valere.

Reſp. Reſpondendum, ad ſubſtantiam pacti non requiri ſcripturam, vt hic, ita quidem ad eius probationem, vt ibi.

Vtilitas. Lex iſta vtilis eſt: vt ſciamus pactum fieri poſſe ſine ſcriptura. vt pactum ſocietatis: vel cum ſcriptura, vt pactum, quòd quis in poſſeſſionem mitti poſſit: illud probare per teſtes: hoc per ſcripturam, quæ ſi eſſet perdita, admitteretur poſteà probatio per teſtes, *l. teſtium, in fin. C. de teſt.* *In pactis & contractibus an requiratur ſcriptura.* In contractibus etiam regulariter non requiritur neceſſariò ſcriptura, niſi expreſsè conuentum ſit vt ſuper contractu ſcriptura fieret, talis enim conuentio ſcripturæ neceſſitatem inducit, ita vt contractus perfectus non ſit niſi ſcriptura ſit perfecti, *§. ſed hac quidem, 1. Inſtit. de empt. & vend. l. contractus, 17. C. de fid. inſtrument.* In Gallia, Conſtitutione Molinæis lata anno 1566. à Rege Carolo IX. cautum fuit vt in negotiis centum libras Turonenſes excedentibus, contractus ſolenni ſcripto concepti conderentur, non autem per teſtes probarentur. Cuius conſtitutionis duplex ratio eſſe poteſt: 1. vt vnuſquiſque ſecuritati ſuæ proſpiciat, qui enim fidem ſine ſcripturæ cautione ſecutus decipitur, is ſibi imputare debet ſi minùs fidelem amicum elegerit, *§. fin. Inſtitut. de ſociet.* 2 Eſt frequens teſtium corruptela, vnde fit vt ſæpe teſtes precibus, pretio aut aliter contra veritatem falſas in iudicio proferant aſſertiones, & falſum teſtimonium perhibeant.

Lex XVIII.

SI creditores veſtros ex parte debiti admiſiſſe quemquam veſtrum pro ſua perſona ſoluentem probaueritis, aditus rector Prouinciæ pro ſua grauitate, ne alter pro altero exigatur, prouidebit PP. VII. *Id. Ianuar.* Diocletiano III. *& Maximiano AA. Coſſ.*

AD L. SI CREDITORES VESTROS, 18. C. eod.

Argum. LEx iſta, quæ inſignis, & valde difficilis, eſt de pacto tacito creditorum recipientium partem debiti ab vno ex correis debendi.

Sententia. Sententia legis: ſi creditores, qui habent duos debendi correos, vnum ex correis pro ſua parte ſoluentem admiſerint, eum ipſum pro altera parte non ampliùs conuenire poterunt.

Caſus. Caſus legis: duo debitores, vtpotè Titius & Seius mihi in ſolidum debebant centum, Titium conueni, & cum partem pro ſua perſona ſoluentem admiſi, Quæritur an poſſim eundem adhuc conuenire pro parte Seii? Reſpondetur negatiuè, quia admittendo Titium pro parte ſine vlla proteſtatione, quem quidem poteram in ſolidum conuenire, tacitè videor cum eo pactus me nihil ampliùs ab ipſo petiturum, videórque obligationem dimiſiſſe, illa etiam verba, pro ſua perſona, ſatis indicant ſolutionem factam fuiſſe pro virili parte, aut pro rata, vnde arguitur tacitũ pactũ. Et hoc confirmatur per *l. liberum*, 16. C. *de*

fideiuſſor. l. amiſsi, § 1. D. *de fideiuſſor. l. ſi per imprudentiam.* §. *fin. ff. de euict.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 5. *numer.* 8. vbi dicitur, ſi creditor partem debiti acceperit ab vno ex correis debendi, tacitè videri eum conueniſſe, vt inter omnes fiat diuiſio, neque quenquam, niſi pro virili ſua portione, poſſe conueniri.

Obiect. 1. Contrà obiicitur, primò, *l. Reos principales*, 23. *C. de fideiuſſ.* vbi creditor ſi eligat, aut principalem, aut acceſſorialem debitorem, non prohibetur ad alium eorum accedere, nec ad electum reuerti.

Reſp. Reſpondendum, has duas leges eſſe in terminis diuerſis: nam in hac l. agitur de alterutro debendi correo qui ſoluit, & partem ſoluit, & pro ſua perſona ſoluit, & quem creditor admiſit, ita vt per receptionem partis, & admiſſionem ſibi præiudicauerit creditor, & diuiſerit: in d. verò l. 13. agitur de creditore petente, vel agente pro parte virili contra vnum ex correis, ita vt petendo non diuiſerit, ſed elegerit, vnde ſibi non præiudicauerit, ſic Iaſ. *in h. l. numer.* 4. qui autem eligit, ſuo iure vtitur, neque à forma & natura obligationis integralis recedit: & ideò ſiue vnus in ſolidum eligatur, ſiue pro parte, non ſibi præiudicat, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 15. *tit.* 5. *numer.* 3.

Obiect. 2. Secundò, obiicitur, *l. ſi ex toto fundo*, 8. § 1. *ff. de leg.* 1. vbi dicitur, per petitionem vel receptionem partis factam ab vno, non induci diuiſionem, ſed liberum eſſe ab alterutro petere.

Reſp. Reſpondendum cum gloſ. hic, in vltima voluntate, de qua *in d. l.* 8. §. 1. illud eſſe ſpeciale: vel dictionem *alterutro*, ſumendam pro *altero*, vt in *l. reſcriptum*, §. *ſi pacto, ff. de pactis*, Iaſ. *in h. l. numer.* 5. *&* 6. non approbat ſolutionem Gloſſæ, quam tamen tenent Bart. Baldic. & Ang. hîc, eo quòd valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, vel contrà quando non eſt vrgens diuerſitatis ratio, *l. ſeruum filij*, §. *eum qui chirographum: & l. quæ de legat. D. de leg.* 1. *l. pactum inter hæredes, vbi not. D. de pactis, princip. Inſtitut. l. Fuſ. can. toll. & l. eum qui ita, in princip.* D *de verb. obligat.* Sed ſoluit argumentum contrarium in num. 3. hîc, dicendo in hac l. correum ſoluiſſe pactum ad ſe ſpectantem, & creditorem ſimiliter recepiſſe, quod propriè innuit textus, ibi, *pro ſua perſona ſoluentem: in d. verò* §. 1. condebitorem ſimpliciter ſoluiſſe: Rationem ſolutionis reddit Iaſ. ibid. quia quando correus ſoluit pro parte ſua tantùm, hoc expreſſo, facit actum contrarium obligationi, quæ eſt in ſulidum, ideò neceſſariò inducitur diuiſio: ſecus quando ſimpliciter, tunc enim cenſetur facta, ad diminuendum cumulum debiti principalis, *argum. l. nouiſſimè, D. quod falſ. tuto. autho.*

Vtilitas iſtius legis eſt, vt ſciamus ex receptione partis debiti ab vno ex correis debendi, induci debiti diuiſionem tacito quodam pacto, ita vt pro virilibus partibus tantùm conueniri poſſint alii: in duobus autem aut pluribus confideiuſſoribus aliter ſe rem habere, nam ſi alter partem creditori pro ſua perſona ſoluat, nihilominus de reſiduo poterit à creditore conueniri, quamuis ſolutionem is acceperit, *l. inter*, 51. §. 1. D. *de fideiuſſor.* Differentiæ ratio inter debendi correos & confideiuſſores, eſt quia à fideiuſſoribus tenetur pactum recipere à reis debendi, non item, §. *ſi plures inſtit. de fideiuſſor.* *Vtilitas.* *Receptio partis debiti inducit diuiſionem.*

Iuxta h. l. & legis ſententiam, atque caſum, iudicatum fuit Pariſiis, 27. Nouemb. 1570.

Lex XIX.

L*ICET inter priuatos huiuſmodi ſcriptum, quo comprehenditur, vt is qui ſuperuixerit, alterius rebus potiatur ne donationis quidem mortis causâ geſta efficaciter ſpeciem oſtendat: tamen cum voluntas militum. quæ ſuper vltimo vitæ ſpiritu, déque familiaris rei decreto, quoquo modo contemplatione mortis in ſcripturam deducitur, vim poſtremi iudicij obtineat, proponáſque te ac fratrem tuum ad diſcrimen prælij pergente ob communem mortis fortunam inuicem eſſe pactos, vt ad eum, qui ſuperſtes fuiſſet, res eius cui caſus finem vitæ attuliſſet, pertinerent, exiſtente conditione, intelligitur ex fratris tui iudicio, quod principalium conſtitutionum prompto fauore firmatur, etiam rerum eius compendium ad te delatum eſſe* PP. XV. *Kalend. Decembr. Sirmij, ipſis* PP. XV. *&* III. *AA. Coſſ.*

AD

AD L. LITIS INTER PRIVATOS, 19. C. EOD.

Argum. LEx iſta ſiogularis, eſt de pacto priuatorúmque & militum de inuicem ſuccedendo.

Sententia Sententia legis: pactum de inuicem ſuccedendo factum inter priuatos non valet, etiá in vim donationis causâ mortis, ſed factum inter milites ad diſcrimen prælii pergentes habet vim vltimæ voluntatis, ob communem mortis fortunam.

Caſus. Caſus legis: duo priuati pactum iniecunt de futura ſucceſſione: duo etiam milites in bellum proficiſcentes pactum inierũt, vt ad ſuperſtitem, bona eius qui in bello cecidiſſet, pertinerẽt Quæritur an duo illa pacta valeant? Reſpondetur prius non valere, nequidem donatione causâ mortis, vtpotè factum contra bonos mores: poſterius valere, in vim vltimæ voluntatis, propter militiæ priuilegium. Ratio eſt, quia militum voluntas quoquo modo appareat, vim poſtremi iudicii obtinet, Cuiac. *in l. 26. ff. de verb. oblig.* Guid. Pap. *conſ.* 234. *Militum voluntas habet vim poſtremi iudicij.*

Obiect. 1. Contrà ſic obiicitur, primò, vbi fit mentio mortis cenſetur donatio causâ mortis: ſed cùm duo priuati paciſcuntur de inuicem ſuccedendo, fit mentio mortis: ergo cenſetur inter ipſos facta donatio causâ mortis.

Reſp. Reſpondetur hoc pactum non poſſe ſapere donationem mortis, eo quòd ſit omnium bonorum, & ſic tollatur libera teſtandi facultas, donatio autem omnium bonorum non valeat, *commun. opinion.* adde quòd in hoc pacto ſit aliquod onus, at donatio non onus, ſed emolumentum adferat, *l. ſi hæreditatem, ff. mand.*

Obiect. 2. Secundò, milites non poſſunt frui priuilegio militiæ, niſi cùm in diſcrimine aut expeditione belli degunt, *l. milites, C. de teſtament. milit.* Atqui pergentes in diſcrimen belli, nondum ſunt in belli diſcrimine aut expeditione. Ergo pergentes in diſcrimen belli non poſſunt frui priuilegio militiæ, & ſic non poſſunt paciſci de inuicem ſuccedendo.

Reſp. Reſpondendum, ſatis eſſe ad hoc vt milites priuilegio militiæ fruantur, ſi in exercitu, & in caſtris ſint, antequam tanta neceſſitate militandi occupentur, ita *gloſſ. in d. l.* pergentes autem in diſcrimen belli, ſunt in exercitu & in caſtris.

Tertiò, Si pactum de inuicem ſuccedendo factum inter priuatos, caſu quo alter præmoriatur ſine liberis, nullo condito teſtamento, non aufferat liberam teſtandi facultatem, illud pactum valebit, quia in *l. pactum quod dotali, 15. C. eod.* hanc ob cauſam non valet pactum dotale, inter patrem & filiam de ſuccedendo æqualiter cum fratre patri: ſed pactum noſtræ legis non auffert liberam teſtandi facultatem: Ergo valet. *Obiect. 3.*

Reſpondendum ſolam illam cauſam non reddere teſtamentum de futura ſucceſſione inualidum, ſed etiam votum captandæ mortis: Ergo etiamſi ceſſet vna cauſa, tamen ſatis eſt ſi alia militet, *argum. l. ſi non lex Aelia Sentia, 85. D. de hæred. inſtit.* *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus hæreditatem non poſſe deferri per donationem causâ mortis, neque per codicillum, ſed tantùm per teſtamentum, quia donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non valet, eo quòd aufferat liberam teſtandi facultatem, *l. ſtipulatio hoc modo concepta, D. de verb. obligat.* Hæreditas autem eſt nomen iuris vniuerſale: vt ſciamus etiam priuatas perſonas non eſſe priuilegiatas, ita quidem milites, potiſſimùm quoad pactum ſeſe inuicem inſtituendi. Facit *Edict. ann.* 1596. *art.* 31. Molin. Bacq. *in tractat. de Iuſtit. cap. 21. num.* 245. Louët. *in lit. R.* *Vtilitas.*

LEX XX.

TRADITIONIBVS *& vſucapionibus, dominia rerum, non nudis pactis transferuntur, PP. Kal. Ian. ipſis, V. & IV. AA. CC. Coſſ.*

AD L. TRADITIONIBVS, 20. C. EOD.

LEx iſta ſatis clara & facilis, eſt de acquirendis rerum dominiis, non nudis pactis, ſed traditionibus, & vſucapionibus. *Argum.*

Sententia legis: dominium nudo pacto non transfertur ſed traditione, ſi tradens eſt dominus, & longi temporis poſſeſſione, atque vſucapione, ſi non eſt dominus, Tiraq. *late in tract. de vtr. retract. 2. par. §. 1. gl. 7. num. 6. n.* Hotom. *in comment. in h. l. verb. tur. in ver pacta. verſ. ſic etiam.* *Sententia.*

Caſus legis: Cum Titio nudum pa- *Caſus.*

ctum inii de permutanda re mea cum re Titii, nullâ ſecutâ traditione, Quæritur an rei meæ dominus factus ſit Titius? Reſpondetur conuentione ſimplici, aut nudo pacto non acquiri dominium, ſed traditione, vel quaſi traditione & vſucapione.

Confirmatur lex iſta per §. *per traditionem Inſtit. de rer. diuiſ. & l. nunquam nuda, ff. de acqu. rer. dom princ. Inſtit. de vſucap. & per ſi. tit. de vſu & habit.*

Obiect. 1. Contrà obiicitur, primò, lex fideicommiſſariæ venditionis, 4. C. de pactis inter vend. & empt. ex qua datur venditori reivindicatio, vnde paret transferri poſſe nudo pacto dominium.

Reſp. Reſpondendum pacto commiſſorio dominium non transferri in venditorem, apud quem dominium remanſit, neque enim fuit perfecta & abſoluta venditio ſed conditionalis.

Pactum commiſſorium. Notandum hoc modo fieri pactum legis commiſſoriæ: vendo tibi domum tali pretio, eámque trado pacto adiecto, quod ſi infra menſem pecuniam non ſolueris, res ſit inempta, quo tempore elapſo, ſi pecunia non eſt ſoluta, inemptam rem dicere poſſum, vel ad pretium te adſtringere, *d. l. 4.*

Obie. Pactum addictionis in diē. Secundò, obiicitur pactum addictionis in diem, de quo in *l. 2. ſi in diem addictio, ff. pro empto. & in l. quoties, 2. in princ. ff. de in diē addict.* quo pacto res venditur ea lege, vt ſi intra certum tempus melior conditio fiat res poſſit repeti, vel ſit inempta.

Reſp. Reſpondendum, propter hanc conditionem dominium non fuiſſe in emptorem tranſmiſſum, ſed manſiſſe apud venditorem, qui proinde non dicitur illud reaſſumpſiſſe, *l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. pro empto.*

Obiect. 3. Tertiò obiicitur pactum ne ancilla proſtituatur, vel pactum manus iniectionis, de quo in *tit. C. ſi mancip. ita venierit, & tit. ſeq.* ex quo pacto ei qui primò vendidit, abducendi poteſtas fuit, *l. ſi quis ſub hoc pacto, 56. ff. de contrah. empt.*

Reſp. Reſpondendum eo modo quo ſuprà, nam pendet conditio.

Obiect. 4. Quartò, obiicitur nudum pactum omnium bonorum communicandorum inter ſocios, quo transfertur dominium ſine traditione.

Reſp. Reſpondendum, eſſe fortaſſe exceptionem à noſtra lege, & regula: vel dicendum interuenire etiam traditionem, non ſpecialiter, & veram, ſed tacitam & fictam, *l. quia licet, 2. ff. pro ſocio,* finguntur enim ſocii breui quaſi manu quiſque ſua alteri tradidiſſe.

Quintò, ſi rem quis mihi accōmodauerit, vel locauerit, aut apud me depoſuerit, poſteà aut mihi vendat aut donet, aut dotis nomine det, eius dominium in me transferetur ſine vlla traditione, §. *interdum etiam, 44. Inſtit. de rer. diuiſ. l. qua ratione, 9. §. interdum, 5. D. de acquir. rer. domin.* Ergo falſum eſt quod dicitur in noſtra lege, dominium non transferri ſine traditione. *Obiect 5.*

Reſpondendum traditionem non ſemper conſiſtere in actu, ſed etiam nuda voluntate, & rei præſentia, quæ in contractu traditionem operatur, *l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. de acquir. poſſeſſ. & l. quod meo, 18. §. ſi venditorem, 2. ff. eod.* *Reſp. Traditio conſiſtit etiam in voluntate nuda & in rei præſentia.*

Sextò, quando dominium rei dotalis ad vxorem redit, transfertur dominium in vxorem ſine traditione. *Obiect. 6.*

Reſpondendum vxorem non amiſiſſe dominium rei dotalis, ac proinde illud non recuperare, habuit enim maritus tantùm vtilitatem, non directum dominium. *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex ad indicandum diſcrimen inter pactum & traditionem atque vſucapionem, nam pacto nudo dominium non transfertur, ita quidem traditione, vſucapione: dominium enim eſt ius in rem quod à poſſeſſione cœpit, poſſeſſio autem non acquiritur nudo pacto, ſed traditione, eo quòd facti ſit, & non iuris, *l. 1. §. ſi vir, & l. 3. in princ. ff. de acq. poſſeſſ.* *Vtilitas. Traditio eſt facti, non iuris.*

Ex hac l. inferendum & colligendum, non deberi laudimia ante traditionem rei venditæ. & poſſeſſionis apprehenſionē, vt iudicatū refert Autom. *confer. in h. l.*

Lex XXI.

Cvm proponas, inter vos ſine ſcriptura placuiſſe, fratrum tuorum ſucceſſiones æquis ex partibus diuidi, & tranſactionis causâ probari poſſis hanc interceſſiſſe conuentionem, exceptione te tueri potes, ſi poſſides. Quòd ſi aduerſarius tuus teneat, ex hoc placito nullā actionem natam eſſe, ſi ſibi ſtipulatione non proſpexiſti, debes intelligere, nec aduerſario tuo tranſactionē vti concedendum eſt, niſi ea quæ placita ſunt, adimplere paratus ſit. PP. Kal. Maij, Fauſto II. & Gallo Coſſ.

AD L. CVM PROPONAS, 21. C. eod.

Argum. Lex iſta inſtituta eſt de nudo tranſactionis pacto.

Senten-

Sententia. Sententia legis: Ex nudo tranſactionis pacto poſſidenti exceptio datur, non verò poſſidenti non datur actio, ſed ad primam actionem redire debet, ſuper qua tranſactum fuerat, ſi aduerſarius pacto non ſtet, & ſi excipiatur de tranſactione, non erit excipiens audiendus, quia frangenti fidem, fides eſt frangenda.

Frangenti ſive ſi dei eſt frangenda.

Caſus. Caſus legis: Acutiſſimus Iaſon ſic ad h. legem n. 1. figurauit caſum, Pater ex prima vxore habuit filium, ex ſecunda, quatuor: mortuo patre iſti quinque fratres manſerunt in communione bonorum, poſteà mortui ſunt tres filij ex ſecunda vxore, ita vt tantum duo ſupereſſint vnus ex prima, & vnus ex ſecunda vxore: inter eos mota eſt ſuper hæreditate trium fratrum præmortuorum cõtrouerſia, quia frater ex vltima vxore dicit totam ad ſe pertinere, cùm ſit ex vtroque latere coiunctus: alter dicebat hæc bona quaſi omnia feudalia eſſe, & quòd in bonis feudalib⁹ frater ex parte patris tantùm, cùm ſit agnatus, ita æqualiter ſuccedat, ſicut alius frater ex vtroque latere: tandem initum eſt nudum tranſactionis pactum inter eos, nempe ſine ſcripturâ, quòd tribus fratribus ambo æqualiter ſuccederent. Quæritur quis ſit huius nudi pacti tranſactionis effectus R. ſpondetur, ſi partem tuam poſſides, tranſactionem habituram effectum, & ſi alter tibi moueat difficultatem quoad poſſeſſionem tuæ partis, te poſſe illum expellere exceptione tranſactionis quæ liti finem impoſuit: & ſi nihil poſſideas, te non poſſe agere ex illa trãſactione, vtpotè facta nudo pacto ſine ſtipulatione, ſed recurrendum tibi eſſe ad primam actionem ſuper qua fuit tranſactum, nempe ad petitionem hæreditatis, & ſi frater velit excipere de tranſactione, non eſſe audiendum, quia cùm ipſe tranſactionem non obſeruet, etiam ipſi non debet obſeruari.

Obi. 1. Contrà ſic Primò obiicitur, Iſta lex pertinet ad titulum de tranſactionibus, quia eſt de tranſactione: ergo malè fuit inter leges huius tituli de pactis collocata.

Reſp. Reſpondendum non eſſe hìc quæſtionem de validitate tranſactionis, ſed an ex pacto nudo tranſactionis naſcatur actio.

Obi. 2. Obiicitur ſecundò *lex cùm mota, 6. C. de tranſact.* vbi non frangitur fides frangenti: ergò malè hìc dicitur quòd frangenti fidem fides frangi debeat, & quòd pactum tranſactionis non producat actionem.

Reſp. Reſpondendum in hac & illa lege eſſe diuerſas rationes, nã hæc vult contra fidem frangentem ſuccurri per reditum ad primam actionem pacto extinctam, ibi verò contra non ſeruantem fidem, ſuccurri per actionem ex ſtipulatione, vel præſcriptis verbis, ſi ſtipulatio non interceſſit.

Obi. 3. Tertiò, obiicitur eadem *lex mota, 6. vbi* ex pacto tranſactionis naſcitur actio: ergo malè hìc dicitur ex pacto tranſactionis non naſci actionem.

Reſp. Reſpondendum cum Iaſ. in d. l. cum mota, n. 29 in fi. in hac l. cùm proponas, ideo ex pacto non agi, quia ſupererat prima actio ad quam fit reditus: ſed cùm in d. l. cùm mota, extincta ſit prima actio, reſtat vt agatur actione vtili præſcriptis verbis.

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus licitum eſſe frangenti fidem fidem frangere, ita vt ſi dominus vaſallo ſuo fidẽ non præſtet, non teneatur vaſſallus ei fidelitatis iuramentum ſeruare, *glo. pe. in c. 1. de noua. for. fidel.* Tamen illa regula eſt intelligenda de fide promiſſa in eodem capitulo, vel connexis, nam in ſeparatis aliud receptum eſt, vt poſt *alic. Fulg. & A ex. dict. Mantic. de tac. & amb. conuent. lib. 3. tit. 17. n. 22.* Deinde etiamſi in re minima vnus contrahentium promiſſis non ſteterit, nihilominus obſeruandus erit contractus, *Alciat. in h. l. cùm proponas.* Denique non habet locum hæc reg. in contractib. nominatis iam ad exitum perductis: nam ſi fundum à me venditum tradidi, non ideo poſſum illum repetere, licèt emptor pretium non ſoluerit, *l. inciuile. & ibi Bald. in princ. de re vẽd.* Rectè deciditur hìc frangenti fidem, licitum eſſe fidem frangere. nam ita ſuſpecti ſunt illi qui ſemel fidem fregerũt, vt ab iis exigi ſoleant fideiuſſores, *l. litibus, vbi Bart. n. 8.* C. *de agric. & cenſit. lib. 11. Mynſing. obſeruat.* 10. *centur.* 2. nec eorum iuramento credatur, *c. 4. vbi Dd. de reſtit. ſpoliator. Bart. & Dd. authent. et qui iurat, C. de bon. auth. iud. poſſid. §. ſancimus, in auth. de teſtib.* iuxta regulam, *ſemel malus. de reg. iur. in 6. & d. §. ſancimus.*

Digitized by Google

Lex XXII.

Pactvm curatoris recipere minorem quantitatem paciſcentis, adultæ ætatis ſuffragium ne nocet, efficiet. Tutores enim, & curatores exigentes pupillis & adultis debitum, etiam non remittentes præſtant obligationis liberationem. PP. XVIII. Kal. Decembr. Sirmij, ipſis VII. & VI. AA. Coſſ.

AD L. PACTVM CVRATORIS, 22. C. EOD.

Argum. Lex iſta eſt de pacto Curatoris cum debitore.

Sententia. Sententia legis: Tutor & Curator poſſunt quidem exigere & recipere id quod pupillo vel minori debetur, ſed nõ poſſunt cum debitore pupilli aut minoris paciſci de non petendo, vel de minori quantitate recipienda, quàm liquidò debeatur.

Caſus. Caſus legis: Curator pactum iniit cũ debitore ſui adulti de non petendo, & de recipiendo minorem quantitatem: & gratis remiſit partem debiti, Quæritur an hoc valere poſſit? Reſpondetur negatiuè: Ratio eſt, quia licèt poſſint Tutores & curatores cum libera poteſtate adminiſtrare bona pupillorum aut minorum, *gl. in l. mandato g. neral. ff. de procurat.* tamen non poſſunt illa donare, & dilapidare, *l. non omni, & ibi gl. ff. C. de admin. tut. à l. cùm in plures*, §. *mulierem, ff. eod. & l. 1. de tut. & rat. diſtr.* ac proinde non poſſunt remittere ius liquidum pacto, *Socin. conſ.* 114. *n.* 2. *per hanc l.*

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, Primò, *In l. ſed ſi vnus*, 17. §. 1. *ff. de iniur.* Tutor, vel curator paciſci poteſt vt iniuriarum actio ceſſet: ergo poteſt remittere ius pupilli, vel adulti.

Reſp. Reſpondendum, hic factum fuiſſe pactum, vt nata actio ceſſaret: ibi, vt non quæreretur, vel naſceretur actio.

Obi. 2. Secundò, Si authore tutore vel curatore iuſiurandum quod eſt loco ſolutionis poſſit deferri debitori, poterit tutor vel curator & paciſci cum debitore, & partem debiti remittere: ſed prius eſt verum, *l. iuſiurandum*, 17. §. 1. *ff. de iureiur.* Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum deferri iuſiurandum cùm non eſt liquidum, vt in *d. l.* 17. hîc verò agi de debito liquido.

Obi. 3. Tertiò, quod de adminiſtratore ciuitatis verum eſt, id etiam de omni alio adminiſtratore verum vt de tutore & curatore: ſed ciuitatis adminiſtrator poteſt tranſigere ſuper debito, *l. Præſes prouinciæ*, 12. *C. de tranſact.* ergo & tutor & curator, ac proinde pacto aliquid remittere de debito.

Reſp. Reſpondendum poſſe quidem tranſigere de re dubia, vt in d. l. præſes, ſed nõ ſuper debito liquido, vt hic, & in *l. Imperatores*, 37 *ff. de pactis*: Nam facere pactum de non petendo ſuper debito liquido, eſt quędam dilapidatio, ſeu donatio, quæ non venit in mandatum, quantumcunque generale, etiam cum libero, *l. contra iuris ciuilis*, §. *fi. ff. de pactis.*

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus quòd ex tutorum & curatorum pacto aduerſus pupillum, vel minorem non detur exceptio, niſi ad ipſorum euidẽs commodum pactum factum ſit, & eos pacto de re à pupillo aut minore non petenda, poſſe quidem pupillo proſpicere, at remittẽdo obligationem, ſeu ius certum, nullum poſſe præiudicium adferre pupillo aut minori *l. tutori*, 15. *& ibi Accurſ. ff. de pactis.* aut enim Paulus in *l. tutor*, 22. *ff. de adminiſtr. & peric. tut.* tutorem ad vtilitatem pupilli, in iudicio agere poſſe, donationes autem ab eo factas, pupillo non nocere.

Tutores quando poſſint alienare aut obligare prædia minorum. Argumẽto hui⁹ legis colligere poſſumus, Tutores nõ poſſe alienare, aut obligare prædia minorum, niſi ex iuſtiſſima cauſa, putà vrgẽte æris alieni neceſſitate, quod aliter diſſolui nequeat, *l. ob æs*, *C. de præd. minor.* & cauſæ eiuſdem cognitione atque decreto magiſtratus interueniente, *l. ſi quidem*, *C. de præd. minor. l.* 3. *& paſſim, ff. de reb. eor.*

Lex. XXIII.

Filivs paciſcendo, aut debitum accipiendo, nihil detrahit patris obligationi. PP. XVII. Kal. Decemb. Sirmij, ipſis VII. & VI. AA. Coſſ.

AD L. FILIVS PACISCENDO, 23. C. EOD.

Argum. Lex iſta eſt de pacto filij in præiudicium patris.

Sententia. Sententia legis: filius non poteſt adferre præiudiciũ patri, & tollere actionem ipſi competentem per pactum de non petendo, vel receptionem ſolutionis, ac proinde nihil detrahit patris obligationi.

Caſus

Caſus Caſus legis: filius cum debitore patris pactum init de non petendo, & recepit ſummam illam quæ patri debebatur; Quæritur an hoc factum ſit in detrimentum patris? Reſpondetur negatiuè: & hoc confirmatur per *l. filiusfamilias, 22. ff. de ſolut. & l. ſi quis, 3. §. ſi filium, ff. ſi cert. pet.* vbi dicitur quòd per filium non poteſt patris conditio fieri deterior.

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, Primò, ſi filius etiam viuo patre quodammodo dominus bonorum paternorum exiſtimetur, poterit paciſci de obligatione patris & debitum recipere: ſed prius eſt verum, *l. in ſuis, 11. ff. de liber. & poſth.* ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum legem illam, tantùm procedere quoad alimenta quæ filius ex bonis paternis percipit; & quoad ſpem certam ac indubitatam futuræ ſucceſſionis, ſi apud patrem bona permaneant, ſed non quoad bonorum patris adminiſtrationem.

Obi. 2. Secundò, Si filiusfamilias ius quoquo modo contrahendi, & bona inter viuos alienandi habeat, poterit paciſci de non petendo, vel recipere ſolutionem in præiudicium patris: ſed prius eſt verum, *l. 1. & tot. tit. ff. de pecul. tot. tit. ff. de in rem verſ. & tot. tit. ff. quod iuſſu.* Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum minorem eſſe veram quoad illa bona quæ omni iure ad filiumfamilias pertinent, ſed non quoad bona patris quæ à filio adminiſtrari non poſſunt, niſi permiſerit, aut iuſſerit pater.

Obi. 3. Tertiò, pater & filius pro vna eademque perſona habentur, *l. ſi. C. de impub. & al. ſubſtit.* ergo quicquid conceditur patri, etiam filio concedi poteſt, pater poteſt exigere & recipere ſolutionem; etiam filius.

Reſp. Reſpondendum patrem & filium dici eandem ferè perſonam, tantùm quoad patriam poteſtatem, hinc eſt vt cùm mater non habeat filium in poteſtate, mater & filius non cenſeantur eadem perſona, *Gomez. in §. actiones, n. 9. Inſti. de action. Menoch. lib. 4. præſumpt. 18. n.* 39. non quoad adminiſtrationem bonorum, & alios actus, vbi fictio vnitatis perſonæ patris & filij ceſſat. *Quomodo pater & filius ſint eadem perſona.*

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus liberationem à filio factam non nocere patri, niſi iuſſu patris, vel tanquam eius procurator liberarit debitorem: & poſt mortem patris non nocebit filio etiam hæreditalis liberatio, ſed poterit agere & exigere debitum ex perſona patris, *Iaſ. in h. l. n. 5.* Sanè filiusfamilias poſſidens cum patre, non ſibi acquirit poſſeſſionem, & fructuum perceptio ipſi nō prodeſt, Pap. lib. 7. tit. 1. art. 6. multò minùs poterit de rebus ad patrem pleno iure pertinentibus vel obligando, vel liberando diſponere propter patriam poteſtatem.

LEX XXIV.

SI actionem legati, vel fideicommiſſi, quam aduerſus hæredes mariti quondam tui habuiſti, te adfectione hæredum aliis remiſiſſe probetur, exceptionem pacti, contra debitores inſtituenti actiones, nocere tibi minime poſſe intelligis. PP. XVII. *Kalend. Ianua. Sirmy* CC. III. *Coſſ.*

AD L. SI ACTIONEM, 24. C. EOD.

LEx iſta eſt de nudo pacto cum quibuſdam celebrato, quod aliis non nocet. *Argum.*

Sententia legis: Si legatarius pactum nudum inierit cum quibuſdam hæredibus de non petendo legatum, tale pactum non proderit aliis cohæredibus, nec ſibi nocuit paciſcens quoad allos. Ratio eſt, quia pactum nec prodeſt nec nocet niſi iis cum quibus factum eſt, *l. pactis, 1. §. pacta, ff. de pact. dot. l. cùm do, 7. ff. eod. l. ſi ex duobus, 15. ff. de tut. & rat. diſtr.* & liberationis ius ſingulari beneficio vni conceſſum cæteris non acquiritur: *l. ſi. ff. de duob. reis. l. 3. §. nunc de effectu, ff. de liberat. leg.* Ergo ille qui pro ſua perſona ſola ſoluens admiſſus eſt ſolus liberabitur, *l. quoties, 77. ff. de ſolut.* *Sententia.* *Pactum tantum reſpicit paciſcentes.* *Caſus.*

Caſus legis: Titius deceſſit, quatuor filios hæredes inſtituit, & vxori legatum ab hæredibus præſtandum reliquit: vxor nudo pacto duobus ex hæredibus actionem ex legato competentem remiſit, Quæritur an pactum illud noceat vxori quo minùs poſſit agere contra alios cohæredes? Reſpondetur negatiuè: & ſi remiſit putatiuis, non ſibi præiudicat contra veros, ita *gloſſ. adfectione hæredum, hîc.* nam pacta perſonalia ad tertium non extenduntur, *l. idem in duobus, 25. §. 1. l. ſi vnus, 27. §. pacta quæ, verſ. ante, omnia, ff. de pactis.* nec conuentiones perſonales perſonas in ſpecie cō-

Digitized by Google

prehenſas egrediuntur , *l.in omnibus, l. priuilegio, ff. de reg. iur. l.10. §. pactorum quadam, & ibi Bart. gl. Iaſ. & alij, l. idem in duob. verſ. perſonale pactum, ff. de pact.*

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, Primò, pactum hæredi putatiuo factum prodeſt vero hæredi, vt in *l. ſi poſt, ff. de conſt. pecu.* Ergo ſi vxor remiſit hæredibus putatiuis, veris remiſit, & ſic ſibi præiudicauit.

Reſp. Reſpondendum l. ſi poſt , loqui de conſtituto, & ſic de pacto obligatorio quod factum eſt poſſeſſori, hæredi putatiuo , quo caſu prodeſt pactum vero hæredi. legem verò hanc loqui de pacto liberatorio quod vero hæredi non prodeſt poſteà, ita Iaſ. hic qui reddit rationem diuerſitatis, nam pactum liberatorium , cùm ſapiat donationem , fit propter affectionem eius cui fit remiſſio, ideo remiſſio facta hæredi putatiuo, non prodeſt vero hæredi , quod innuit iſta lex : ſed pactum obligatorium non fit propter affectionem perſonæ, ideo prodeſt vero hæredi.

Obi. 2. Secundò, pactum factum ei qui putabatur hæres, porrigitur ad eum qui verè eſt hæres, *l. Imperator, 60. ff. de pactis* : ergo pactum vxoris cum putatiuo hærede prodeſt vero hæredi.

Reſp. Reſpondendum remiſſionem factam propter maiorem affectionem hæredi putatiuo, non prodeſſe vero hæredi, vt hic , ita quidem factam citra maiorem affectionem, vt ibi.

Obi. 3. Tertiò, Si pactum poſſit extendi ad alias perſonas, pactum inter duos factum, vel nocebit vel proderit alij : ſed prius verum, *l. ſi ſtipulatus fuerim, 76. ff. de verb. oblig.* ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum pactum extendi ad aliam perſonam quando aliter non poteſt effectum ſortiri, vt *in d. l. 76.* vbi eligendi facultas tranſit in ſtipulatoris hæredem, ſecus ſi aliter ſortiatur effectum, vt in hac l.

Obi. 4. Quartò, pactum factum cum Principe, Ciuitate, aut alio habente poteſtatẽ legis condendæ , omnibus aliis poteſt nocere & prodeſſe, vt poſt *Bart. & Bald. in l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vi. & vxo. dicit Iaſ. in l. Iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pactis* : Ergo malè hic dicitur generaliter pactum inter quoſdam celebratum aliis non nocere.

Reſp. Reſpondendum regulariter verum eſſe pactum cum vno factum nec prodeſſe nec nocere aliis, vt dictum eſt ſuprà, ſed ab illa regula excipi pactum factum cum Principe, Ciuitate, aut poteſtatem legis condendæ habente, quia cùm tale pactum vim legis habeat , aliis nocet & prodeſt.

Vtilitas huius legis eſt, vt ſciamus , 1. pactum cum hærede putatiuo factum nullum præiudicium adferre paciſcenti, *l. ſi tibi, §. cùm poſſeſſor, ff. de pactis.* 2. pactum factum cum aliquibus hæredibus non aliis prodeſſe, *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. eod.* v. g. legatarium, aut creditorẽ qui fecit pactum de non petendo legatum, aut debitum cum vno ex hæredibus, intelligendum tantùm eſſe pro ſua parte, nec extendẽdum ad aliũ, *l. cùm hic ſtatus, 32. §. ſi quis ſponſam, 27. ff. de donat. inter vir. & vx.* adeóque conuentionem in vna re factam , aut cum vna perſona, in alia re, aut alia perſona non nocere, prout iudicatum refert *Robert. rer. iudic. lib. 4. cap. 7.* Vtilitas.

LEX XXV.

DEBITORVM *pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari poteſt. S. IIII. Kalend. Maij, Sirmij CC. III. Coſſ.*

AD L. DEBITORVM PACTIONIBVS, 25. C. EOD.

LEx iſta eſt de plurium debitorum pacto , ratione Iuris creditorum. Argum.

Sententia legis : pactum inter plures debitores factum quòd alter eorum ſoluat omnia debita, non nocet creditoribus quò minus agere poſſint contra vnumquemque pro debita ſua portione, non obſtante pacto. Sententia.

Caſus legis : Titij debitores pactum inter ſe ineunt , quòd vnus pro omnibus creditori ſatisfaceret , Quæritur an illud pactum tollat actionem quam Titius aduerſus alios habet? Reſpondetur negatiuè : Ratio eſt , quia res inter alios acta tertio non nocet, *tot. tit. C. res inter al. act.* & creditor inuitus non poteſt cogi mutare debitorem, quamuis magis idoneus reperiatur , *l. ſi mandato meo, in fi. princ. ff. mand.* Caſus.

Contrà ſic obiicitur, Primò Si creditor hæreditarius qui conuenit emptorem hæreditaris actionem ſuſcipientẽ, non poſſit agere poſteà contra hæredẽ, etiam pactum inter hæredes factum nocebit creditori, & efficiet vt agere nõ poſſit niſi contra eum qui ſolutionem Obi. 1.

pacto

Digitized by Google

pacto in ſe ſuſcepit: ſed prius verum, *l. debitoris pactionibus*, 2. *C. de pactis*. Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum in d. l. 2. agi de creditore qui ſponte conuenit hæreditatis emptorem, in hac verò l. agi de inuito creditore.

Obi. 2. Secundò, obiicitur *l. cùm ab vno*, 53. *ff. de legat*. 2. vbi mulier pro dote tantùm agit contra hæredem grauatum, non contra omnes hæredes.

Reſp. Reſpondendum ibi eſſe aliquid ſpeciale, fauore dotis, vt *Bart. in d. l. cum ab vno*.

Vtilitas. Vtilitas iſtius legis eſt, vt ſciamus, ſi debitores in ſolidum obligati cum creditore pepigerint, vt vnus pro omnibus ipſi ſatisfaceret, non propterea tolli actionem creditoris aduerſus alios, eo quòd pactum inter alios factum aliis non noceat, nec proſit, *l. ſi vnus*, §. *ante omnia*, *ff. de pactis*. eo quòd etiam debitores nullo modo creditorum conditionem deteriorem facere poſſint, *l. vlt. ff. de pact. l. debitorem, C. de pign. & hypothec. l. 12. C. de diſtract. pign. l. habere, ff. de euict.*

Lex. XXVI.

Pacto ſucceſſorum debitoris, ex lege duodecim tabularum æs alienum hæreditarium pro portionibus quæſitis ſingulis ipſo iure diuiſum, in ſolidum vnum obligare creditori non poteſt: quod & in honorario ſuccedentibus iure, locum habet. De chirographis itaque communibus exhibendis cohæredem, vel non perfectis in diuiſione placitis conuenire quanti tua intereſt, potes, PP. III. *Id. Octob. Variani* CC. *Coſſ.*

AD L. PACTO SVCCESSORVM. 26. C. EOD.

Argum. Ex iſta eſt de pacto plurium hæredum ratione iuris creditorum hæreditariorum.

Sententia. Sententia legis: Si hæredes pacto diuidant æs alienum inter ſe, ita vt vnus obligetur in ſolidum creditoribus omnibus, datis ipſi ad hoc chirographis pro exactione, tale pactum nocebit creditoribus, licèt ſeruari poſſit inter cohæredes, qui agere poterunt, vt obligatus exhibeat inſtrumenta communia, vel præſcriptis verbis ſi pactum non impleuit. Patet ergo in præcedenti lege poſitam eſſe regulam generalem de omnibus debitoribus principalibus, & in hac poſitum eſſe regulæ exemplum, hoc ſolo diſcrimine exiſtente, quòd in hac deceſſerit debitor, & in præcedenti creditor, multorum debitorum duobus relictis hæredibus.

Caſus. Caſus legis: Titius teſtamento quatuor hæredes inſtituit, qui poſt mortem teſtatoris diuiſerunt æs hæreditarium tam ſuum quàm alienum, & conuenerunt vt vnus pro omnibus alienum æs ſolueret, qui ideo haberet chirographa debitorum, vt à debitoribus exigeret, Quæritur an tale pactum valeat? Reſpõdetur non valere in præiudicium creditorum hæreditariorum: bene tamen valere inter cohæredes, qui, ſi obligatus placitis non ſtet, agere poterunt contra illum, vt vel exhibeat chirographa, vel præſcriptis verbis ad intereſſe. Et hoc verum eſt in ſuccedentibus iure ciuili, & prætorio. Confirmatur lex iſta per *l. inter*, 42. *ff. de pactis, l. iubet*, 23. *C. fam. erciſc. l.* 1. *C. ſi cert. petat. l. vt debitum & tot. tit. C. de hæred. act.* vbi ſi ſint plures hæredes debitoris qui ſucceſſerint, vel iure ciuili, vel prætorio, diuidi debet debitum inter eos pro rata hæreditariæ portionis, *l. pro hæreditariis*, 2. *& tot. tit. C. de hære. act.*

Contrà ſic obiicitur, In *l. cùm ab vno, ff. de leg.* 2. ſolus hæres ex pluribus legato grauatus debet ſuſtinere onus & conueniri, non autem alij hæredes: Ergo hic non bene dicitur, quòd pactum inter cohæredes factum non noceat creditori. Obi. I.

Reſpondendum hîc agi de creditore inuito, ibi de ſpontaneo, prout iam ſuprà reſponſum, ad eandem dubitandi rationem. Reſp.

Vtilis eſt lex iſta, ad præcedentis legis illuſtrationem per exemplum pacti inter hæredes debitoris, quod ipſi hæredes inter ſe ſeruare tenentur, creditor non item. Vtilitas.

Lex XXVII.

Petens ex ſtipulatione, quæ placiti ſeruandi cauſâ ſecuta eſt, ſeu anteceſſit pactum, ſeu pòſt ſtatim interpoſitum ſit, rectè ſecũdum ſe ferri ſententiam poſtulat. S. VI. *Id. Nouemb. Heracl. a* CC. *Coſſ.*

AD L. PETENS EX STIPVLATIONE. 27. C. EOD.

Ex iſta, cuius materia difficilis, grauis, & ponderoſa, eſt inſtituta de pa- Argum.

cto ſtipulationi, quæ ſtricti iuris contractus dicitur, ſubiecto, ex quo actio ex ſtipulatione competit.

Sentent. a. Sententia legis: ſi ſtipulatio pacti ſeruandi cauſâ ſit adiecta, ſiue pactum præcedat ſtipulationem, ſiue ſtatim ſequatur, illa ſtipulatio produect actionem, & rectè agi poterit ex ſtipulatione. Contrà ſe res habebit ſi pactum ſtipulationi adiiciatur, nam tunc pactum non pariet obligationem, ſed exceptionem, *Cuiac. lib. 10. ob. c. 24. VVeſembec. in paratit. ff. de pactis, n. 9.* licèt alij hîc fluctuent, *Fachin. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 99. facit l. ſi quis ita promiſerit, §. Seia cauit, ff. de verb. oblig. Cuiac. lib. 10. obſer. c. 24.*

Caſus. Caſus legis: Titius ſtipulatus eſt à Seio quod nudo pacto conuenit, vel quod ſtatim conueniet, Quæritur an naſcatur actio ex ſtipulatione? Reſpondetur affirmatiuè

Obiec. Contrà ſic obiicitur, Primò, In *l. in bonæ fidei*, C. *de pactis*, dicitur quòd ſi pactum ex interuallo adiiciatur contractui, illud non producet actionem, ſed tantùm exceptionem: Ergo ſtipulatio adiecta pacto non parit actionem.

Reſp. Reſpondendum in *l. in bonæ fidei*, mentionem fieri contractus bonæ fidei, hîc verò mentionem fieri contractus ſtricti iuris.

Obi. 2. Secundò, Si ſtipulatio adiicitur pacto & contractui, vt vtrumque confirmet, non debet ſtipulatio priori loco poni, ſed ſemper poſteriori, ideo in §. *poſt mortem, Inſtit. de inutil. ſtipul.* præpoſtera ſtipulatio priori loco adhibita, erit inutilis: Ergò malè hîc dicitur pactum & præcedere. & ſequi ſtipulationem.

Reſp. Reſpondendum, quod obiicitur verum eſſe iure veteri, ſed non iure nouo, quo in coniunctis non attenditur ordo, & quo voluntas potiùs paciſcentium & contrahentium quàm ordo ſcripturæ conſideratur, *l. cùm pater, 77. §. 12. ff. de leg. 2. l. 2. §. ſed etſi, 6. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Vtilitas. Vtilitas iſtius legis eſt, vt ſciamus pactum cohærens ſtricti iuris contractui, ipſum contractum informare, ita vt ex eo detur actio ad obtinendum id quod in pactum fuit deductum: Nam ſtipulationes inductæ fuerunt ad obligationes firmandas, fuitque veteribus mos, ſtipulationem pactis ſubiicere, vt ſi minùs ex pacto, ſaltem ex ſtipulatione agi poſſet, *l. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pactis, ita Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 5. n. 7.*

Lex XXVIII.

Si certis annis, quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit: ad præſtandum in poſteram indebitum ſolutum, obligare non potuit eum cui pactum fecit, niſi placitis ſtipulatio interceſſerit. S. III. Non. Decemb. Burto dixi, ipſis VIII. *&* VII. *AA. Coſſ.*

AD L. SI CERTIS ANNIS 28. C. EOD.

Lex iſta eſt de pacto inualido præſtatione longi temporis non confirmato. *Argum.*

Sententia legis: Longi temporis præſtatio non veſtit pactum niſi interceſſerit ſtipulatio. *Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 7. gl. 1. n. 17 Corraſ. lib. 3 Miſcel. c. 15.* *Sententia*

Caſus legis: Titius mihi mutuò dedit centum & inter nos fuit conuentum quòd præſtarem vſuras, quas per decem annos præſtiti, ſed ampliùs præſtare nolo, Quæritur an Titius agere poſſit mecum vt in poſterum ſoluam? Reſpondetur negatiuè, niſi pacto ſubiecta ſit ſtipulatio. Ratio eſt quia tempus non eſt modus inducendi obligationem, *l. obligationum ferè, §. placet, ff. de act. & Oblig.* *Caſus.*

Contrà ſic obiicitur, primò, ex pacto nudo aliquis bene obligatur, vt patet ex *l. in his 5. §. Imperator, ff. de ſolut.* ergo malè hîc dicitur pactum nudum præſtationis vſurarum non obligare. *Obi. 1.*

Reſpondendum pactum nudum non obligare ciuiliter & efficaciter, ita quidem naturaliter, vt colligere eſt ex *d. §. Imperator.* *Reſp.*

Secundò, ſtipulatio non veſtit pactũ ſine traditione rei, *l. legem, 10. C. de pactis, & l. in traditionibus, C. eod.* Ergo etiamſi ſubiecta ſit ſtipulatio pacto ſine traditione, nulla naſcitur actio. *Obi. 2.*

Reſpondendum pactum nudum veſtiri cohærentiâ traditionis, quando pactum reſpicit fauorem tradentis, vt Dd. ll. contrariis, ſecus ſi pactum eſſet contra tradentem, vt hic. *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus nudum pactum præſtatione longi temporis nõ veſtiri, ita quidem ſi ſit ſtipulatione vallatum, nam tunc ex præſtatione decennali poterit debitor in futurum compelli, *Vtilitas.*

pelli, quia præſumetur titulus legitimus, ſic ex patientia decennali præſumetur dominum conſenſiſſe vt emphyteuta ius ſuum alienaret: ex poſſeſſione decẽnali præſumetur titulus diuiſionis inter fratres, qui decem annis diuiſi poſſediſſe reperiuntur, vt patet ex iis quæ dicta ſunt *ſupr. in 1. part. ad tit. de oblig. quæ quaſi ex contract. naſc. quæſt. quænam actio competit ex ſamilia communione.*

Lex XXIX.

SI quis in conſcribendo inſtrumento ſeſe confeſſus fuerit, non vſurum fori præſcriptione propter cingulum militiæ ſuæ vel dignitatis, vel etiam Sacerdotij prærogatiuam: licèt anteà dubitabatur ſi oporteret eandem ſcripturam tenere, & eum qui hoc pactus eſt, non debere aduerſus ſuam conuentionem venire: vel licentiam ei præſtare, diſcedere quidem ab ſcripturâ, ſuo autem iure vti, ſancimus nemini licere aduerſus pacta ſua venire, & contrahentes decipere. Si enim & ipſo prætoris edicto, pacta conuenta, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita ſunt, omni modo obſeruanda ſunt, quare & in hac cauſa pacta non valeant, cùm alia ſit regula iuris antiqui, omnes licentiam habere, his quæ pro ſe introducta ſunt, renuntiare: Omnes itaque iudices noſtri hoc in litibus obſeruent: & huiuſmodi obſeruatio & ad pedaneos iudices, & ad compromiſſarios, & arbitros electos perueniat: ſcituri, quod ſi neglexerint, etiam litem ſuam facere intelligantur. Dat. Kal. Sept. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. VV. CC.

AD L. SI QVIS IN CONSCRIBENDO, 29. C. EOD.

Argum. LEx iſta inſtituta eſt de pacto quo quis conuenit de litigando coram iudice non ſuo.

Sententia. Sententia legis: Si quis renuntiauit priuilegio fori, à lege, aut Principe indulto, ille non poteſt aduerſus ſuam cõuentionem venire, & ſic contrahentem decipere, quòd ſi iudex vel arbiter admiſerit exceptionem fori declinatoriam, ideò non admittendam, quia illi fuit renuntiatum, litem ſuam fecerit. *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. 7. part. 1. declar. n. 1. & 4.*

Caſus. Caſus legis: Titius pacto renuntiauit fori priuilegio quod ſibi propter militiam, aut dignitatem competit, Quæritur an poſſit venire contra ſuam renuntiationem? Reſpondetur quòd non: Ratio eſt, quia ſeſe retractando aduerſarium deciperet, deinde quia quilibet poteſt iuri pro ſe introducto renuntiare. Confirmatur iſta lex per *l. ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſc. & Cler.* & *per l. ſi index. 41. ff. de min.*

Contrà obiicitur lex ſi conuenerit, *ff. de iuriſdict. omnium iud.* vbi ita loquitur Africanus, Si conuenerit, vt alius prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, & priuſquam adiretur, mutata voluntas fuerit, proculdubio nemo cõpellitur eiuſmodi conuentioni ſtare. *Obiect.*

Reſpondendum cum Rebuffo, in *d. l. ſi conuenerit, in princ. & cum Iul. Pacio enantiophan. centur. 1. tit. de Iuriſdict. quæſt. 60.* quòd in caſu l. ſi conuenerit, interceſſit nudũ pactum inter Iudicium factũ inter partes, quod obligationem non parit, *vt l. Iuriſgentium. §. ſed cùm nulla, & §§. ſeqq. ff. de pactis.* ac proinde licere vnicuique parti ab eiuſmodi pacto recedere. In caſu verò *l. ſi quis in conſcribendo*, factum fuiſſe pactum contrahendo, & ſtipulando ſolenniter, vt probant illa verba, *& contrahentes decipere*, ac proinde eſſe pactum veſtitum, à quo reſilire non licet. *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus vnicuique licere iuris fauori pro ſe introducto renuntiare, nempe priuilegio fori ſui, vt hîc: & ſic renuntiari poſſe beneficio *l. ſi vnquam*, C *de reuoc. don.* item beneficio appellandi, *l. fi. § fi. ff. de temp. appel.* rum præſcriptioni 30. vel 40. ann. *Guid. pap. quæſt. 319. n. 2.* & eiuſmodi alij iuri dummodò ſit poſitiuum, non naturæ, vel ſanguinis, dummodò in fauorem renuntiãtis ſit inductum, dummodò non ſit cõtra bonos mores, vel ad delinquendum, & dummodò perſona renuntians ſit libera, *Iaſ. in h. l. n. 14.* Qui ergo iuri ſuo renuntiarit, illud repetere non poterit, *l. 1. §. qui ſemel. ff. de ſucceſſ. edict. l. 15. §. ſi negauerint, ff. ad l. Iul. de adult. l. non videtur. ff. ſi quid in fraud. patron. l. fin. C. de remiſſ. pign. Rol. à Valle, conſ. 57. n. 14. vol. 3. & conſ. 28. n. 41. vol. 4.* *Vtilitas.*

Lex XXX.

DE quæſtione tali à Cæſarienſi aduocatione interrogati ſumus: Duabus vel pluribus perſonis ſpes alienæ hæreditatis fuerat ex cognatione fortè ad eos deuoluenda: pactáque inter eos inita ſunt pro aduentura hæreditate, quibus ſpecialiter declarabitur, ſi ille mortuus fuerit, & hæreditas

ad eos peruenerit,certos modos eadem hereditate obſeruari:vel ſi forte ad quoſdam ex his hereditatis commodum peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur ſi huiuſmodi pacta ſeruari oporteret. Faciebat autem eis quæſtionẽ,quia adhuc,ſuperſtite eo de cuius hereditate ſperabatur, eiuſmodi pactio proceſſit:& quia non ſunt ita confecta, quaſi omnimodo hereditate ad eos peruentura, ſed ſub duabus conditionibus compoſita ſunt: Si ille mortuus fuerit, &, ſi ad hereditatem vocentur hi qui huiuſmodi pactionem fecerunt. Sed nobis omnes huiuſmodi pactiones odioſa eſſe videntur,& plena triſtiſſimi & periculoſi euentus. Quare enim quodam viuente & ignorante,de rebus eius quidam paciſcentes conueniunt? Secundum veteres itaque regulas ſancimus,omnimodò huiuſmodi pacta quæ contra bonos mores inita ſunt, repelli, & nihil ex his pactionibus obſeruari:niſi ipſe fortè,de cuius hereditate pactum eſt, voluntatem ſuam eis accommodauerit: & in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpiritum perſeuerauerit. Tunc enim ſublatâ acerbiſſimâ ſpe, licebit eis illo ſciente & iubente huiuſmodi pactiones ſeruare. Quod etiam anterioribus legibus & conſtitutionibus non eſt incognitum,licèt à nobis clariùs eſt introductum. Iubemus etenim neque donationes talium rerum,neque hypothecas penitus eſſe dimittendas, neque alium quemquam contractum, cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur. Dat. Kalend.Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis.VV.CC.

AD L.DE QVÆSTIONE TALI, 30. ET FI. C. EOD.

Argum. LEx iſta eſt de pacto de hæreditate viuentis,aliquando valido.

Sententia. Sententia legis:pactum de hæreditate viuentis non valet,niſi de cuius hæreditate agitur,conſenſerit,& in eodem conſenſu vſque ad vltimum vitæ exitum perſtiterit.*Cagnol.in h.l.*

Caſus. Caſus legis:duo cognati pactũ inierũt de ſucceſſione auunculi ſui adhuc viuẽtis æqualiter diuidenda,ſiue ad vnum illorum pro parte ſiue in ſolidum perueniat, Quæritur an tale pactum valeat? Reſpondetur negatiuè,vt plenè confirmatur per *Cyn.in h. l.* niſi auunculus cõſenſerit,& in eodem conſenſu vſque ad mortem perſeuerarit. Ratio eſt, quia tale pactum eſt contra bonos mores, éſtque plenũ triſtiſſimi & periculoſiſſimi euentus. Illud autem pactũ quod cõtra bonos mores eſt, à iure improbatur, & inutile eſt, *l. illud conuenire*, 5. *ff. de pact. dot.l.pacta*, 6. C. *de pact.l.non dubium*, 5.C.*de legib.* inuitat quippe ad delinquẽdum. Talis conſenſus interuenire poteſt & cùm ſit pactum, & ante, & poſt, *Ant.Fab.defin.*10.*n.*1.*&* 2.*C.de pact.*

Contrà ſic obiicitur, Primò, In *l. ea verò*,3.§.*de illo*,*ff.pro ſocio*, pactum de hæreditate viuentis valere dicitur: ergo malè illud negatur in h. l. Obi.1.

Reſp. Reſpondendum pactum de hęreditate incertæ peſonæ, vt in *d.* §. *de illo*, vbi non eſt metus captandæ mortis, valere: non pactum hæreditatis perſonæ certæ,vt hic.

Secundò,In *l.venditor*,2.§. *illud*, 2.*verſ. planè*,*ff.de hared.vel act.vend.*licet paciſci de hæreditate impuberis. Obi.2.

Reſp. Reſpondendum ibi particulam *maximè*, abundare,vt ſæpiùs in iure, v.g.in *l.fi.*§.1. C.*de teſt.mi.*

Tertiò, In *l. ſi quis ſeruum*, 23. *ff. de act.empt. & vend.* licet paciſci de hæreditate futura. Obi.3.

Reſp. Reſpondẽdum in illa l. vrgere neceſſitatem venditionis ritè factę,hîc non itẽ.

Quartò,Si parentes paciſci poſſint de hæreditate filij viuentis, poterit etiam filius paciſci de hæreditate patris viuẽtis:at prius eſt verum, quia non ſolent parentes deſiderare mortem filiorum, *l.nam etſi parentibus,ff.de inoff.teſtam.* Obi.4.

Reſp. Reſpondendum quamuis in parentibus iſta ratio ceſſet, tamen aliam generalem militare, nempe quòd de rebus alienis nemo poteſt diſponere.

Quintò, pactum de futura ſucceſſione viuentis factum,conſentiente viuente, tollit liberam teſtandi facultatem: ergo non poteſt valere. Obi.5.

Reſp. Reſpondendum negando antecedẽs, nam tale pactum reuocabile eſt, & habet naturam vltimæ voluntatis,ita vt ille de cuius hæreditate factum fuit pactum, ſemper contra pactum teſtari queat, *Iaſ.in hanc l.n.*12.*l.cum donationis*,33. *C.de tranſact.*

Vtilitas. Vtilis eſt lex iſta,vt ſciamus pacta inter aliquos inita de hæreditate viuentis non valere, niſi conſentiat is de cuius hæreditate agitur,& in illo conſenſu ad mortem vſque perſeueret,nam talis cõſenſus ambulatorius eſt, & reuocabilis ad mortem vſque, licèt ergo tale pactũ ab initio non valeat,tamen conſenſu,& perſeuerantiâ in eo,confirmatur, & validum redditur, *Fab.defin.*10.*C.de pactis.*

FINIS ſeptimæ partis, atque adeò operum Iuridicorum in 7. partes diſtinctorum,

AD DEI OPT. MAX: GLORIAM.

Digitized by Google

DIGEST. LIB. 50.

Tit. XVI. De Verborum Significatione.

1. PAVLVS *libro primo ad Edictum*

VERBVM hoc *ſi quis* tam maſculos quàm fœminas complectitur.

2. Paulus *libro primo ad Edictum.*

VRbis appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latiùs patet.

1 ¶ Cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.

3. Vlpianus *libro ſecundo ad Edictum.*

ITinere faciendo viginti millia paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipienda, vt, ſi poſt hanc dinumerationem minùs quàm viginti millia ſuperſunt, integrum diem occupent, veluti viginti vnum millia ſunt paſſus: biduum eis attribuetur quæ dinumeratio ita demum facienda erit, ſi de die non conueniat.

1 ¶ Eius, qui apud hoſtes deceſſit, dici hæreditas non poteſt, qui ſeruus deceſſit

4. Paulus *libro 2. ad Edictum.*

NOminis appellatione rem ſignificari, Proculus ait.

5. Idem *libro 2. ad Edictum.*

REi appellatio latior eſt, quàm pecuniæ: quàm etiam ea, quæ extra computationem patrimonij noſtri ſunt, continet: cùm pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt.

1 ¶ Opere locato, conducto: his verbis Labeo ſignificari ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, [non ἔργον,] id eſt, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

6. *Vlpianus libro 3 ad Edictum.*

NOminis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

1 ¶ Verbum *Ex legibus* ſic accipiendum eſt: tam ex legum ſententia, quàm ex verbis.

7. Paulus *libro ſecundo ad Edictum.*

SPonſio appellatur, non ſolùm quæ per ſponſus interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſióque.

8. Idem *libro 3. ad Edictum.*

VErbum *Oportebit* tam præſens, quàm futurum tempus ſignificat.

1 ¶ Actionis verbo non continetur exceptio.

9. Vlpianus *libro 3. ad Edictum.*

MArcellus apud Iulianum notat, verbo *Periſſe* & ſciſſum & fractum contineri, & vi raptum.

10. Idem *libro ſexto ad Edictum.*

CReditores accipiendos eſſe conſtat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel perſecutione, vel iure ciuili ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel ex ordinario, ſiue purè, ſiue in diem, vel ſub conditione. Quòd ſi natura debeatur, non ſunt loco creditorum. Sed ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus: creditores accipiuntur.

11. Gaius *libro primo ad Edictum prouinciale.*

CReditorum appellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur.

12. Vlpianus *libro ſexto ad Edictum.*

[VT] ſi cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo debetur, Sed etſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe creditoris loco accipi. Quòd ſi ex populari cauſa, ante litis conteſtationem rectè dicere creditoris loco non eſſe, poſtea eſſe.

1 ¶ Minus ſoluit, qui tardius ſoluit: nam & tempore minus ſoluitur.

13. Idem *libro 7. ad Edictum.*

MVlieris appellatione etiam virgo viripotens continetur.

1 ¶ Res abeſſe videntur [vt Sabinus ait, & Pedius probat] etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata eſt, & ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel transfiguratæ, videri abeſſe, quoniam plerunque plus eſt in manus pretio quàm in re.

2 ¶ Deſinere autem abeſſe res tunc videtur, cùm ſic redit in poteſtatem, ne amittere [eius] poſſeſſionem poſſimus.

3 ¶ Ob hoc, quid furto pridem ſubtracta eſt, abeſt & ea res quæ in rebus humanis non eſt.

14. Paulus *libro ſeptimo ad Edictum.*

LAbeo & Sabinus exiſtimant, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſyphi colliſi, aut tabula raſâ picturâ, videri rem abeſſe: quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi dominus rem, quæ furto ſibi aberat, ignorans emerit: rectè dicitur res abeſſe, etiamſi poſtea id ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt.

1 ¶ Rem amiſiſſe videtur, qui aduerſus nullam eius perſequendæ actionem habet.

15. Vlpianus *libro* 10. *ad Edictum.*

BOna ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt, ſola enim ea publica ſunt, quæ populi Romani ſunt.

16. Gaius *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

EVm, qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus, nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

17. Vlpianus *libro decimo ad Edictum.*

INter publica habemus non ſacra, nec religioſa: nec quæ publicis vſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qua ſunt ciuitatium (velut bona, ſeu peculia ſeruorum ciuitatium) proculdubio publica habentur.

1 ¶ Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, & picariarum.

18. Paulus *libro* 9. *ad Edictum.*

MVnus tribus modis dicitur, vno donum: & inde munera dici, dari, mittíve, altero onus: quod cùm remittatur, vacationem militiæ muneríſque præſtat, inde immunitatem appellari, tertio officium: vnde munera militaria, & quoſdam milites munificos vocari. Igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

19. Vlpianus *libro vndecimo ad Edictum.*

LAbeo libro primo prætoris vrbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et actum quidem generale verbum eſſe ſine verbis, ſiue re quid agatur: vt in ſtipulatione, vel numeratione. Contractum autem vltro citróque obligationem, quod Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

20. Idem *libro duodecimo ad Edictum.*

VErba *Contraxerunt, geſſerunt*, non pertinent ad teſtandi ius.

21. Paulus *libro* 11. *ad Edictum.*

PRinceps bona concedendo videtur etiam obligationes concedere.

22. Gaius *libro quarto ad Edictum Prouinciale.*

PLus eſt in reſtitutione quàm in exhibitione, nam exhibere eſt, præſentiam corporis præbere: reſtituere eſt, etiam poſſeſſorem facere, fructúſque reddere, pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur.

23. Vlpianus *libro quarto decimo ad Edictum.*

REi appellatione & cauſæ & iura continentur.

24. Gaius *libro ſexto ad Edictum Prouinciale.*

NIhil eſt aliud hæreditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit.

25. Paulus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

REctè dicimus cum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cùm vſusfructus alienus eſt: quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, vt via, & iter, nec falſo dici, [totum] meum eſſe, cuius non poteſt vlla pars dici alterius eſſe: hoc & Iulianus, & eſt verius.

1 ¶ Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso ſignificari, nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe. Seruius non inelegenter partis appellatione vtrumque ſignificari.

26. Vlpianus *libro ſexto decimo ad Edictum.*

PArtum non eſſe partem rei furtiuæ, Scæuola libro vndecimo quæſtionum ſcribit.

27. Idem *libro ſeptimo decimo ad Edictum.*

AGer eſt locus, qui ſine villa eſt.

1 ¶ Stipendium à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt modica æra, colligatur. Idem hoc etiam triburum appellari Pomponius ait: Et ſanè appellatur ab intributione tributum: vel ex eo, quòd militibus tribuatur.

28. Paulus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

ALienationis verbum etiam vſucapionem continet, vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi. Eum quoque alienare dicitur, qui non vtendo amiſit ſeruitutes. Qui occaſione adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hæreditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.

1 ¶ Oratio, quæ neque coniunctionem, neque diſiunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel diſiuncta vel coniuncta accipitur.

29. Idem *libro ſexageſimo ſexto ad Edictum.*

COniunctionem enim nonnunquam pro diſiunctione accipi, Labeo ait: vt in illa ſtipulatione. *Mihi hæredique meo, te hæredémque tuum.*

30. Gaius *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.*

SIlua cædua eſt, (vt quidam putant) quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam eſſe quæ ſucciſa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur.

1 ¶ Stipula illecta eſt ſpicæ in meſſe deiectæ, nec dum lectæ, quas ruſtici, cùm vacauerint, colligunt.

2 ¶ Noualis eſt terra præciſa, quæ anno ceſſauit, quàm Græci νεάν vocant.

3 ¶ Integra autem eſt, in quam nondum dominus paſcendi gratia pecus immiſit.

4 ¶ Glans caduca eſt, quæ ex arbore cecidit.

5 ¶ Paſcua ſilua eſt, quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.

31. Vlpianus *libro octauo decimo ad Edictum.*

PRatum eſt, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt, ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capiendum.

32. Paulus *libro viceſimo quarto ad Edictum.*

MInus ſolutum intelligitur, etiam ſi nihil eſſet ſolutum.

33. Vlpianus *libro* 21. *ad Edictum.*

PAlàm eſt, coram pluribus.

Digitized by Google

34. Paulus *libro vigeſimo quarto ad Edictum.*

ACtionis verbo etiam perſecutio continetur.

35. Idem *libro ſeptimo decimo ad Edictum.*

REſtituere autem is intelligitur, qui ſimul & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet,ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet,id eſt & vſucapionis cauſam,& fructuum.

36. Vlpianus *libro viceſimo tertio Edictum.*

LItis nomen [omnem] actionem ſignificat: ſiue in rem,ſiue in perſonam ſit.

37. Paulus *libro viceſimo ſexto ad Edictum.*

VErbum *Oportere* non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris, vel minoris condemnare: ſed ad veritatem refertur.

38. Vlpianus *libro viceſimo quinto ad Edictum.*

OStentum Labeo definit omne contra naturam cuiuſque rei genitum, factûmque: duo genera [autem] ſunt oſtentorum: vnum, quoties quid contra naturam naſcitur: tribos manibus forte,aut pedibus, aut qua alia parte corporis,quæ naturæ contraria eſt:alterum, cùm quid prodigioſum videtur, quæ Græci φαντάσματα,*i. viſiones*,vocant.

39. Paulus *libro quinquageſimo tertio ad Edictum.*

SVbſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt, nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione vti ſolebant.

1 ¶ Bona intelliguntur cuiuſque,quæ deducto ære alieno ſupetſunt.

2 ¶ Deteſtari eſt,abſenti denuntiare.

3 ¶ Incertus poſſeſſor eſt,quem ignoramus.

40. Vlpianus *libro 56.*

DEteſtatio eſt denuntiatio facta cum teſtatione.

1 ¶ Serui appellatio etiam ad ancillam refertur.

2 ¶ Familiæ appellatione liberi quoque continentur.

3 ¶ Vnicus ſeruus familiæ appellatione non continetur. Ne duo quidem familiam faciunt.

41. Gaius *libro viceſimo primo ad Edictum prouinciale.*

ARmorum appellatio non vtique ſcuta, & gladios,& galeas ſignificat: ſed & fuſtes,& lapides.

42. Vlpianus *libro quinquageſimo ſeptimo ad Edictum.*

PRobrum & opprobrium, id eſt probra quædam natura turpia ſunt,quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis,vt puta,furtum,adulterium, natura turpe eſt, enimverò tutelæ damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis, nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

43. Idem *libro quinquageſimo octauo ad Edictum.*

VErbo *Victus* continentur, quæ eſui, potuique, cultuique corporis,quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtem quoque victus habere vicem, Labeo ait.

44. Gaius *libro viceſimo ſecundo ad Edictum Prouinciale.*

ET cætera,quibus tuendi, curandíve corporis noſtri gratia vtimur,ea appellatione ſignificantur.

45. Vlpianus *libro quinquageſimo octauo ad Edictum.*

INſtratum omne veſtimentum contineri, quod iniicitur, Labeo ait, neque etiam dubium eſt,quin ſtragula veſtis ſit omne pallium περίστρωμα. In victum ergo veſtem accipiemus, non ſtragula: inſtratum omnem ſtragulam veſtem.

46. Idem *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

PRonuntiatum & ſtatutum idem poteſt, promiſcuè enim & pronuntiaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos,qui ius habent cognoſcendi.

1 ¶ Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè vixit,matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt, atque ſeparant, proinde nihil intererit, nupta ſit,an vidua,ingenua ſit,an libertina,nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamilias: ſed boni mores.

47. Paulus *libro quinquageſimo ſexto ad Edictum.*

LIberationis verbum eandem vim habet, quam ſolutionis.

48. Gaius *libro ad Edictum prætoris vrbani titulo.*

Qui neque ſequantur neque ducantur.

SOlutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur, ac ne eum quidem intelligimus ſolutum,qui in publico ſine vinculis ſeruatur.

49. Vlpianus libro *quinquageſimo nono ad Edictum.*

BOnorum appellatio aut naturalis, aut ciuilis eſt:Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant,hoc eſt,beatos faciunt, beare eſt prodeſſe. In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt, non ſolùm quæ dominij noſtri ſunt, ſed & ſi bona fide à nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria ſint. Æquè bonis adnumerabitur,etiam ſi quid eſt in actionibus,petitionibus,perſecutionibus, nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

50. Idem *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

NVrus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda eſt.

51. Gaius *libro viceſimo tertio ad Edictum.*

APpellatione parentis non tantùm pater, ſed etiam auus,& proauus,& deinceps omnes ſuperiores continentur: ſed & mater, & auia, proauia.

52. Vlpianus *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

PAtroni appellatione & patrona continetur.

53. Paulus *libro quinquageſimo [nono] ad Edictum.*

SÆpe ita comparatum eſt,vt coniuncta pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniun-

ctis interdum ſoluta pro ſeparatis. Nam cùm dicitur apud veteres, *Adgnatorum gentiliúmque*, pro ſeparatione accipitur. At cùm dicitur, *Super pecunia tutelâve ſua*, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cùm dicimus, *Quod dedi aut donaui:* vtraque continemus. Cùm verò dicimus: *Quod eum dare facere oportet*: quoduis eorum ſufficit probare. Cùm verò dicit prætor, *Si donum, munus, operas redemerit:* ſi omnia impoſita ſunt, certum eſt, omnia redimenda eſſe, ex re ergo pro coniunctis habentur, ſi quædam impoſita ſunt, cætera non deſiderabuntur.

1 ¶ Item dubitatum, illa verba, *Ope, conſilio*, quemadmodum accipienda ſunt: ſententiæ coniungentium aut ſeparantium, ſed verius eſt, quod & Labeo ait ſeparatim accipienda: quia aliud factum eſt eius, qui ope, aliud eius, qui conſilio furtum facit: ſic enim alij condici poteſt, alij non poteſt, & ſanè poſt veterum auctoritatem eò peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit.

54. Vlpianus *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum*.

COnditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio eſt autem competitura: vel qui ſpem habent, vel competat.

55. Paulus *libro decimoſexto breuis Edicti*.

CReditor autem is eſt, qui exceptione perpetua ſummoueri non poteſt, qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori.

56. Vlpianus *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum*.

COgnoſcere inſtrumenta, eſt relegere, & recognoſcere, diſpungere eſt conferre accepta & data.

1 ¶ Liberorum appellatione continentur non tantùm qui ſunt in poteſtate, ſed omnes, qui ſui iuris ſunt: ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſunt, éxve fœminini ſexus deſcendentes.

57. Paulus *libro quinquageſimo nono ad Edictum*.

CVi præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam, & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent: hi magiſtri appellantur. Quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur, vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellari à monendo, vel monſtrando.

1 ¶ Perſequi videtur, & qui ſatis accepit.

58. Gaius *libro viceſimo quarto ad Edictum prouinciale*.

LIcèt inter geſta & facta videtur quædam eſſe ſubtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς, id eſt, *abuſiuè*, nihil inter factum & geſtum intereſt.

1 ¶ Paternos libertos rectè videmur dicere noſtros libertos, libertorum libertos non rectè noſtros libertos dicimus.

59. Vlpianus *libro ſexageſimo octauo ad Edictum*.

POrtus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eáque nihilominus ſtatio eſt concluſa, atque munita, inde angiportum dictum eſt.

60. Idem *libro ſexageſimo nono ad Edictum*.

LOcus eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliquid eſt, & plerunque ſine villa locum accipimus. ¶ Cæterùm adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, vt & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus. Non etiam magnitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio, & quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus, nec non & fundus, locus conſtitui poteſt, nam, ſi eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur.

1 ¶ Loci appellationem non ſolùm ad ruſtica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere, Labeo ſcribit.

2 ¶ Sed fundus quidem ſuos habet fines: locus verò latere poteſt, quatenus determinetur & definiatur.

61. Paulus *libro ſexageſimo quinto ad Edictum*.

SAtiſdationis appellatione interdum etiam repromiſſio continebitur qua contentus fuit is cui ſatiſdatio debebatur.

62. Gaius *libro viceſimo ſexto ad Edictum Prouinciale*.

TIgni appellatione in lege duodecim tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

63. Vlpianus *libro ſeptuageſimo primo ad Edictum*.

P*Enes te* amplius eſt, quàm *apud te*, nam apud te eſt, quod qualiter qualiter à te teneatur: penes te eſt, quod quodammodo poſſidetur.

64. Paulus *libro ſexageſimo ſeptimo ad Edictum*.

INteſtatus eſt, non tantùm qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt.

65. Vlpianus *libro ſeptuageſimo ſecundo ad Edictum*.

HÆredis appellatio non ſolùm ad proximum hæredem, ſed & ad vlteriores refertur: nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

66. Idem *libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum*.

MErcis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet.

67. Idem *libro ſeptuageſimo ſexto ad Edictum*.

ALienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicetur.

1 ¶ Donationis verbum ſimpliciter loquendo, omnem donationem comprehendiſſe videtur: ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit.

68. Idem *libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum*.

ILla verba *arbitratu Lucij Titij fieri*, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

69. Idem *libro ſeptuageſimo octauo ad Edictum*.

HÆc verba, *cui rei dolus malus aberit, afuerit* generaliter comprehẽdunt omnem dolum quicun-

quicunque in hanc rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio eſt interpoſita.

70. Paulus *libro ſeptuageſimo tertio* [*ad Edictum*]

SCiendum eſt, hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi, nam paucis ſpeciebus hæredis appellatio proximum continet, Veluti in ſubſtitutione impuberis. *Quiſquis mihi hæres erit, idem filio hæres eſto*: vbi hæredis hæres non continetur, quia incertus eſt. Item in lege Ælia Sentia filius hæres proximus poteſt libertum paternum vt ingratum accuſare, non etiam ſi hæredi hæres exſtiterit. Idem dicitur in operarum exactione vt filius hæres exigere poſſit, non ex ſucceſſione effectus.

1 ¶ Verba hæc, *Is ad quem ea res pertinet*, ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili vel iure prætorio ſuccedit, contineatur.

71. Vlpianus *libro ſeptuageſimo nono ad Edictum.*

ALiud eſt capere, aliud accipere: capere, enim effectu accipitur, accipere eſt, ſi quis non accepit, vt habeat Ideóque non videtur quis capere, quod erit reſtituturus, ſicut percepiſſe propriè illud dicitur quod eſt remanſurum.

1 ¶ Hæc verba, *His rebus recte præstari*, hoc ſignificant, ne quid periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

72. Paulus *libro 76 ad Edictum.*

APpellatione rei, pars etiam continetur.

73. Vlpianus *lib. 80. ad Edictum.*

HÆc verba in ſtipulatione poſita *Eam rem recte reſtitui*, fructus continent. *Recte* enim verbum pro viri boni arbitrio eſt

74. Paulus *libro 2. ad Edictum ædilium curulium.*

SIgnatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

75. Idem *lib. 50. ad Edictum.*

REſtituere is videtur, qui id reſtituit quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet.

76. Idem *libro quinquageſimo primo ad Edictum*

DEdiſſe intelligendus eſt etiam is, qui permutauit, vel compenſauit.

77. Idem *libro 49. ad Edictum.*

FRugem pro reditu appellari, non ſolùm quod frumentis, aut leguminibus: verùm & quod ex vino, ſiluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus ſcribit fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnem, aut aues feráſve, aut poma fruges dici. Frumentum autem id eſſe, quod ariſta ſe teneat, rectè Gallum definiſſe. Lupinum vero & fabam fruges potiùs dici: quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur, quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

78. Paulus *libro 3. ad Plautium.*

INterdum proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

79. Idem *libro 6. ad Plautium.*

IMpenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit.

1 ¶ Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, [non] deteriorem eſſe non ſinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur: ſicut arbuſti paſtinatione vltrà quàm neceſſe fuerat: item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel inuitam, non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his impenſis & piſtrinum, & horreum inſulæ dotali adiectum, plerum que dicemus.

2 ¶ Voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt viridia, & aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ.

80. Idem *libro 9. ad Plautium.*

IN generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.

81. Idem *libro 10. ad Plautium.*

CVm prætor dicat, vt opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet: nam verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

82. Idem *libro 14. ad Plautium.*

VErbum *Amplius* ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur, ſicuti ex contrario minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

83 Iauolenus *libro quinto ex Plautio.*

PRopriè bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi, quàm commodi habent.

84. Paulus *libro 1. ad Vitellium.*

FIlii appellatione omnes liberos intelligimus.

85. Marcellus *libro 1. Digeſtorum.*

NEratius Priſcus tres facere exiſtimat collegium, & hoc magis ſequendum eſt.

86. Celſus *libro 5. Digeſtorum.*

QVid aliud ſunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter ſe habentia? vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

87. Marcellus *libro 11. Digeſtorum.*

VT Alfenus ait, vrbs eſt Roma, quæ muro cingeretur Roma eſt etiam, qua continentia ædificia eſſent, nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine cottidiana poſſe intelligi cùm diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus.

88. Celſus *libro octauodecimo Digeſtorum.*

TAntum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt, ſic dicimus, centies aureorum habere, qui tantùm in prædiis, cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, quan quàm is hæreditaria pecunia parari poteſt: neque quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quicquid ex ea parari poteſt.

89. Pomponius *libro ſexto ad Sabinum.*

BOues magis armentorum, quàm iumentorum generis appellantur.

1 ¶ Hoc ſermone *Dum nupta erit*, primæ nuptiæ ſignificantur.

2 ¶ Inter edere & reddi rationes, multùm intereſt, nec is, qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet, nam & argentarius edere rationem videtur, etiamſi quod reliquum ſit, apud eum non ſoluat.

Digitized by Google

prehenſas egrediuntur, *l. in omnibus, l. priuilegio, ff. de reg. iur. l. 10. §. pactorum quædam, & ibi Bart. gl. Iaſ. & alij, l. idem in duob. verſ. perſonale pactum, ff. de pact.*

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, Primò, pactum hæredi putatiuo factum prodeſt vero hæredi, vt in *l. ſi poſt, ff. de conſt. pecu.* Ergo ſi vxor remiſit hæredibus putatiuis, veris remiſit, & ſic ſibi præiudicauit.

Reſp. Reſpondendum l. ſi poſt, loqui de conſtituto, & ſic de pacto obligatorio quod factum eſt poſſeſſori, hæredi putatiuo, quo caſu prodeſt pactum vero hæredi, legem verò hanc loqui de pacto liberatorio quod vero hæredi non prodeſt poſteà, ita Iaſ. hic qui reddit rationem diuerſitatis, nam pactum liberatorium, cùm ſapiat donationem, fit propter affectionem eius cui fit remiſſio, ideo remiſſio facta hæredi putatiuo, non prodeſt vero hæredi, quod innuit iſta lex: ſed pactum obligatorium non fit propter affectionem perſonæ, ideo prodeſt vero hæredi.

Obi. 2. Secundò, pactum factum ei qui putabatur hæres, porrigitur ad eum qui verè eſt hæres, *l. Imperator, 60. ff. de pactis*: ergo pactum vxoris cum putatiuo hærede prodeſt vero hæredi.

Reſp. Reſpondendum remiſſionem factam propter maiorem affectionem hæredi putatiuo, non prodeſſe vero hæredi, vt hic, ita quidem factam citra maiorem affectionem, vt ibi.

Obi. 3. Tertiò, Si pactum poſſit extendi ad alias perſonas, pactum inter duos factum, vel nocebit vel proderit alij: ſed prius verum, *l. ſi ſtipulatus fuerim, 76. ff. de verb. oblig.* ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum pactum extendi ad aliam perſonam quando aliter non poteſt effectum ſortiri, vt *in d. l. 76.* vbi eligendi facultas tranſit in ſtipulatoris hæredem, ſecus ſi aliter ſortiatur effectum, vt in hac l.

Obi. 4. Quartò, pactum factum cum Principe, Ciuitate, aut alio habente poteſtatẽ legis condendæ, omnibus aliis poteſt nocere & prodeſſe, vt poſt *Bart. & Bald. in l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vi. & vxo. dicit Iaſ. in l. Iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pactis*: Ergo malè hic dicitur generaliter pactum inter quoſdam celebratum aliis non nocere.

Reſp. Reſpondendum regulariter verum eſſe pactum cum vno factum nec prodeſſe nec nocere aliis, vt dictum eſt ſuprà, ſed ab illa regula excipi pactum factum cum Principe, Ciuitate, aut poteſtatem legis condendæ habente, quia cùm tale pactum vim legis habeat, aliis nocet & prodeſt.

Vtilitas huius legis eſt, vt ſciamus, 1. pactum cum hærede putatiuo factum nullum præiudicium adferre paciſcenti, *l. ſi tibi, §. cùm poſſeſſor, ff. de pactis.* 2. pactum factum cum aliquibus hæredibus non aliis prodeſſe, *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. eod.* v. g. legatarium, aut creditorẽ qui fecit pactum de non petendo legatum, aut debitum cum vno ex hæredibus, intelligendum tantùm eſſe pro ſua parte, nec extendẽdum ad aliũ, *l. cùm hic ſtatus, 32. §. ſi quis ſponſam, 27. ff. de donat. inter vir. & vx.* adeóque conuentionem in vna re factam, aut cum vna perſona, in alia re, aut alia perſona non nocere, prout iudicatum refert *Robert. rer. iudic. lib. 4. cap. 7.* Vtilitas.

Lex XXV.

D*EBITORVM pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari poteſt. S. IIII. Kalend. Maij, Sirmij CC. III. Coſſ.*

AD L. DEBITORVM PACTIONIBVS, 25. C. EOD.

Lex iſta eſt de plurium debitorum pacto, ratione Iuris creditorum. Argum.

Sententia legis: pactum inter plures debitores factum quòd alter eorum ſoluat omnia debita, non nocet creditoribus quò minus agere poſſint contra vnumquemque pro debita ſua portione, non obſtante pacto. Sententia.

Caſus legis: Titij debitores pactum inter ſe inierunt, quòd vnus pro omnibus creditori ſatisfaceret, Quæritur an illud pactum tollat actionem quam Titius aduerſus alios habet? Reſpondetur negatiuè: Ratio eſt, quia res inter alios acta tertio non nocet, *tot. tit. C. res inter al. act.* & creditor inuitus non poteſt cogi mutare debitorem, quamuis magis idoneus reperiatur, *l. ſi mandato meo, in fi. princ. ff. mand.* Caſus.

Contrà ſic obiicitur, Primò Si creditor hæreditarius qui conuenit emptorem hæreditatis actionem ſuſcipientẽ, non poſſit agere poſteà contra hæredẽ, etiam pactum inter hæredes factum nocebit creditori, & efficiet vt agere nõ poſſit niſi contra eum qui ſolutionem Obi. 1.

pacto

pacto in ſe ſuſcepit: ſed prius verum, *l. debitoris pactionibus*, 2. C. *de pactis*. Ergo & poſterius.

Reſp. Reſpondendum in d. l. 2. agi de creditore qui ſponte conuenit hæreditatis emptorem, in hac verò l. agi de inuito creditore.

Obi. 2. Secundò, obiicitur *l. cùm ab vno*, 53. *ff. de legat.* 2. vbi mulier pro dote tantùm agit contra hæredem grauatum, non contra omnes hæredes.

Reſp. Reſpondendum ibi eſſe aliquid ſpeciale, fauore dotis, vt *Bart. in d. l. cum ab vno.*

Vtilitas. Vtilitas iſtius legis eſt, vt ſciamus, ſi debitores in ſolidum obligati cum creditore pepigerint, vt vnus pro omnibus ipſi ſatisfaceret, non proptereà tolli actionem creditoris aduerſus alios, eo quòd pactum inter alios factum aliis non noceat, nec proſit, *l. ſi vnus*, §. *ante omnia*, *ff. de pactis.* eo quòd etiam debitores nullo modo creditorum conditionem deteriorem facere poſſint, *l. vlt. ff. de pact. l. debitorem, C. de pign. & hypothec. l. 12. C. de diſtract. pign. l. habere, ff. de euict.*

Lex. XXVI.

Pacto ſucceſſorum debitoris, ex lege duodecim tabularum æs alienum hæreditarium pro portionibus quæſitis ſingulis ipſo iure diuiſum, in ſolidum vnum obligare creditori non poteſt: quod & in honorario ſuccedentibus iure, locum habet. De chirographis itaque communibus exhibendis cohæredem, vel non perfectis in diuiſione placitis conuenire quanti tua intereſt, potes, PP. III. Id. Octob. Variani CC. Coſſ.

AD L. PACTO SVCCESSORVM. 26. C. EOD.

Argum. Lex iſta eſt de pacto plurium hæredum ratione iuris creditorum hæreditariorum.

Sententia. Sententia legis: Si hæredes pacto diuidant æs alienum inter ſe, ita vt vnus obligetur in ſolidum creditoribus omnibus, datis ipſi ad hoc chirographis pro exactione, tale pactum nocebit creditoribus, licèt ſeruari poſſit inter cohæredes, qui agere poterunt, vt obligatus exhibeat inſtrumenta communia, vel præſcriptis verbis ſi pactum non impleuit. Patet ergo in præcedenti lege poſitam eſſe regulam generalem de omnibus debitoribus principalibus, & in hac poſitum eſſe regulæ exemplum, hoc ſolo diſcrimine exiſtente, quòd in hac deceſſerit debitor, & in præcedenti creditor, multorum debitorum duobus relictis hæredibus.

Caſus legis: Titius teſtamento quatuor hæredes inſtituit, qui poſt mortem teſtatoris diuiſerunt æs hæreditarium tam ſuum quàm alienum, & conuenerunt vt vnus pro omnibus alienum æs ſolueret, qui ideo haberet chirographa debitorum, vt à debitoribus exigeret, Quæritur an tale pactum valeat? Reſpõdetur non valere in præiudicium creditorum hæreditariorum: bene tamen valere inter cohæredes, qui, ſi obligatus placitis non ſtet, agere poterunt contra illum, vt vel exhibeat chirographa, vel præſcriptis verbis ad intereſſe. Et hoc verum eſt in ſuccedentibus iure ciuili, & prætorio. Confirmatur lex iſta per *l. inter*, 42. *ff. de pactis, l. lues*, 23. C. *fam. erciſc. l. 1. C. ſi cert. petat. l. vt debitum & tot. tit. C. de hæred. act.* vbi ſi ſint plures hæredes debitoris qui ſucceſſerint, vel iure ciuili, vel prætorio, diuidi debet debitum inter eos pro rata hæreditariæ portionis, *l. pro hæreditariis*, 2. *& tot. tit. C. de hære. act.* *Caſus.*

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, In *l. cùm ab vno*, *ff. de leg.* 2. ſolus hæres ex pluribus legato grauatus debet ſuſtinere onus & conueniri, non autem alij hæredes: Ergo hic non bene dicitur, quòd pactum inter cohæredes factum non noceat creditori.

Reſp. Reſpondendum hîc agi de creditore inuito, ibi de ſpontaneo, prout iam ſuprà reſponſum, ad eandem dubitandi rationem.

Vtilitas. Vtilis eſt lex iſta, ad præcedentis legis illuſtrationem per exemplum pacti inter hæredes debitoris, quod ipſi hæredes inter ſe ſeruare tenentur, creditor non item.

Lex XXVII.

Petens ex ſtipulatione, quæ placiti ſeruandi cauſâ ſecuta eſt, ſeu anteceſſit pactum, ſeu pòſt ſtatim interpoſitum ſit, rectè ſecũdum ſe ferri ſententiam poſtulat. S. VI. Id. Nouemb. Heracl a CC. Coſſ.

AD L. PETENS EX STIPVLATIONE. 27. C. EOD.

Argum. Lex iſta, cuius materia difficilis, grauis, & ponderoſa, eſt inſtituta de pa-

Digitized by Google

cto ſtipulationi, quæ ſtricti iuris contractus dicitur, ſubiecto, ex quo actio ex ſtipulatione competit.

Sententia. Sententia legis: ſi ſtipulatio pacti ſeruandi causâ ſit adiecta, ſiue pactum præcedat ſtipulationem, ſiue ſtatim ſequatur, illa ſtipulatio producet actionem, & rectè agi poterit ex ſtipulatione. Contrà ſe res habebit ſi pactum ſtipulationi adiiciatur, nam tunc pactum non pariet obligationem, ſed exceptionem, *Cuiac. lib. 10. ob. c. 24. VVeſembec. in paratit. ff. de pactis, n. 9.* licèt alij hîc fluctuent, *Fachin. lib. 2. controuerſ. ſui. cap. 99. facit l. ſi quis ita promiſerit, §. Seia canit, ff. de verb. oblig. Cuiac. lib. 10. obſer. c. 24.*

Caſus. Caſus legis: Titius ſtipulatus eſt à Seio quod nudo pacto conuenit, vel quod ſtatim conueniet, Quæritur an naſcatur actio ex ſtipulatione? Reſpondetur affirmatiuè

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, Primò, In *l. in bonæ fidei, C. de pactis*, dicitur quòd ſi pactum ex interuallo adiiciatur contractui, illud non producet actionem, ſed tantùm exceptionem: Ergo ſtipulatio adiecta pacto non parit actionem.

Reſp. Reſpondendum in *l. in bonæ fidei*, mentionem fieri contractus bonæ fidei, hîc verò mentionem fieri contractus ſtricti iuris.

Obi. 2. Secundò, Si ſtipulatio adiicitur pacto & contractui, vt vtrumque confirmet, non debet ſtipulatio priori loco poni, ſed ſemper poſteriori, ideo in *§. poſt mortem, Inſtit. de inutil. ſtipul.* præpoſtera ſtipulatio priori loco adhibita, erit inutilis: Ergò malè hîc dicitur pactum & præcedere. & ſequi ſtipulationem.

Reſp. Reſpondendum, quod obiicitur verum eſſe iure veteri, ſed non iure nouo, quo in coniunctis non attenditur ordo, & quo voluntas potiùs paciſcentium & contrahentium quàm ordo ſcripturæ conſideratur, *l. cùm pater, 77. §. 12. ff. de leg. 2. l. 2. §. ſed etſi, 6. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Vtilitas. Vtilitas iſtius legis eſt, vt ſciamus pactum cohærens ſtricti iuris contractui, ipſum contractum informare, ita vt ex eo detur actio ad obtinendum id quod in pactum fuit deductum: Nam ſtipulationes inductæ fuerunt ad obligationes firmandas, fuitque veteribus mos, ſtipulationem pactis ſubiicere, vt ſi minùs ex pacto, ſaltem ex ſtipulatione agi poſſet, *l. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pactis, ita Manti. de tac. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 5. n. 7.*

Lex XXVIII.

Si certis annis, quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit: ad præſtandum in poſterum indebitum ſolutum, obligare non potuit eum cui pactum fecit, niſi placitis ſtipulatio interceſſerit. S. III. *Non. Decemb. Burto dixi, ipſis* VIII. & VII. *AA. Coſſ.*

AD L. SI CERTIS ANNIS 28. C. EOD.

Argum. Lex iſta eſt de pacto inualido præſtatione longi temporis non confirmato.

Sententia. Sententia legis: Longi temporis præſtatio non veſtit pactum niſi interceſſerit ſtipulatio. *Molinæ. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 7. gl. 1. n. 17 Carraſ. lib. 3 Miſcel. c. 15.*

Caſus. Caſus legis: Titius mihi mutuò dedit centum & inter nos fuit conuentum quòd præſtarem vſuras, quas per decem annos præſtiti, ſed ampliùs præſtare nolo, Quæritur an Titius agere poſſit mecum vt in poſterum ſoluam? Reſpondetur negatiuè, niſi pacto ſubiecta ſit ſtipulatio. Ratio eſt quia tempus non eſt modus inducendi obligationem, *l. obligationum ferè, §. placet, ff. de act. & oblig.*

Obi. 1. Contrà ſic obiicitur, primò, ex pacto nudo aliquis bene obligatur, vt patet ex *l. in his 5. §. Imperator, ff. de ſolut.* ergo malè hîc dicitur pactum nudum præſtationis vſurarum non obligare.

Reſp. Reſpondendum pactum nudum non obligare ciuiliter & efficaciter, ita quidem naturaliter, vt colligere eſt ex *d. §. Imperator.*

Obi. 2. Secundò, ſtipulatio non veſtit pactū ſine traditione rei, *l. legem, 10. C. de pactis, & l. in traditionibus, C. eod.* Ergo etiamſi ſubiecta ſit ſtipulatio pacto ſine traditione, nulla naſcitur actio.

Reſp. Reſpondendum pactum nudum veſtiri cohærentiâ traditionis, quando pactum reſpicit fauorem tradentis, vt Dd. ll. contrariis, ſecus ſi pactum eſſet contra tradentem, vt hîc.

Vtilitas. Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus nudum pactum præſtatione longi temporis nō veſtiri, ita quidem ſi ſit ſtipulatione vallatum, nam tunc ex præſtatione decennali poterit debitor in futurum compelli,

pelli, quia præſumetur titulus legitimus, ſic ex patientia decennali præſumetur dominum conſenſiſſe vt emphyteuta ius ſuum alienaret: ex poſſeſſione decennali præſumetur titulus diuiſionis inter fratres, qui decem annis diuiſi poſſediſſe reperiuntur, vt patet ex iis quæ dicta ſunt *ſupr. in 1. part. ad tit. de oblig. quæ quaſi ex contract. naſc. quaſt. quænam actio competit ex ſamiliæ communione.*

Lex XXIX.

SI quis in conſcribendo inſtrumento ſeſe confeſſus fuerit, non vſurum fori præſcriptione propter cingulum militiæ ſuæ vel dignitatis, vel etiam Sacerdotij prærogatiuam: licèt antea dubitabatur ſi oporteret eandem ſcripturam tenere, & eum qui hoc pactus eſt, non debere aduerſus ſuam conuentionem venire: vel licentiam ei præſtare, diſcedere quidem à ſcripturâ, ſuo autem iure vti, ſancimus nemini licere aduerſus pacta ſua venire, & contrahentes decipere. Si enim & ipſo prætoris edicto, pacta conuenta, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita ſunt, omni modo obſeruanda ſunt, quare & in hac cauſa pacta non valeant, cùm alia ſit regula iuris antiqui, omnes licentiam habere, his quæ pro ſe introducta ſunt, renuntiare: Omnes itaque iudices noſtri hoc in litibus obſeruent: & huiuſmodi obſeruatio & ad pedaneos iudices, & ad compromiſſ. ſc. & arbitros electos perueniat: ſciturí, quod ſi neglexerint, etiam litem ſuam facere intelligantur D. I Kal. Sep. *Conſtantinop. oſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. VV. CC.*

AD L SI QVIS IN CONSCRIBENDO, 29. C. EOD.

Argum. LEx iſta inſtituta eſt de pacto quo quis conuenit de litigando coram iudice non ſuo.

Sententia. Sententia legis: Si quis renuntiauit priuilegio fori, à lege, aut Principe indulto, ille non poteſt aduerſus ſuam conuentionem venire, & ſic contrahentem decipere, quòd ſi iudex vel arbiter admiſerit exceptionem fori declinatoriam, ideò non admittendam, quia illi fuit renuntiatum, litem ſuam fecerit. *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viſ. 7. part. 1. declar. n. 1. & 4.*

Caſus. Caſus legis: Titius pacto renuntiauit fori priuilegio quod ſibi propter militiam, aut dignitatem competit, Quæritur an poſſit venire contra ſuam renuntiationem? Reſpondetur quòd non: Ratio eſt, quia ſeſe retractando aduerſarium deciperet, deinde quia quilibet poteſt iuri pro ſe introducto renuntiare. Confirmatur iſta lex per *l. ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſc. & Cler. & per l. ſi index. 41. ff. de min.*

Contrà obiicitur lex ſi conuenerit, *ff. de iuriſdict. omnium iud c.* vbi ita loquitur Africanus, Si conuenerit, vt alius prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, & priuſquam adiretur, mutata voluntas fuerit, procul dubio nemo cõpellitur eiuſmodi conuentioni ſtare. *Obi. 1.*

Reſpondendum cum Rebuffo, *in d. l. ſi conuenerit, in princ. & cum Iul. Pacio in partio. quæſt. centur. 1. tit. de Iuriſdict. quæſt.* 60. quòd in caſu l. ſi conuenerit, interceſſit nudũ pactum inter Iudicium factũ inter partes, quod obligationem non parit, *vt l. Iuriſgentium. §. ſed cùm nulla, & §§. ſeqq. ff. de pactis.* ac proinde licere vnicuique parti ab eiuſmodi pacto recedere. In caſu verò *l. ſi quis in conſcribendo*, factum fuiſſe pactum contrahendo, & ſtipulando ſolenniter, vt probant illa verba, *& contrahentes decipere*, ac proinde eſſe pactum veſtitum, à quo reſilire non licet. *Reſp.*

Vtilis eſt iſta lex, vt ſciamus vnicuique licere iuris fauori pro ſe introducto renuntiare, nempe priuilegio fori ſui, vt hic: & ſic renuntiari poſſe beneficio *l. ſi vnquam, C. de reuoc. don.* item beneficio appellandi, *l. fi. § fi. C. de temp. appel.* rum præſcriptioni 30. vel 40. ann. *Guid. Pap. quæſt. 319. n. 2.* & eiuſmodi alij iuri dummodò ſit poſitiuum, non naturæ, vel ſanguinis, dummodò in fauorem renuntiãtis ſit inductum, dummodò non ſit cõtra bonos mores, vel ad delinquendum, & dummodò perſona renuntians ſit libera, *Iaſ. in h. l. n.* 14. Qui ergo iuri ſuo renuntiarit, illud repetere non poterit, *l. 1. §. qui ſemel. ff. de ſucceſſ. edict. l. 15. §. ſi negauerint, ff. ad l. Iul. de adult. l. non videtur. ff. ſi quid in fraud. patron. l. fin.* C. *de remiſſ. pign. Rol. à Valle, conſ. 57. n. 14. vol. 3. & conſ. 28. n. 41. vol. 4.* *Vtilitas.*

Lex XXX.

DE quæſtione tali à Cæſarienſi aduocatione interrogati ſumus: Duabus vel pluribus perſonis ſpes alienæ hæreditatis fuerat ex cognatione fortè ad eos deuoluenda: pactáque inter eos inita ſunt pro aduentura hæreditate, quibus ſpecialiter declarabitur, ſi ille mortuus fuerit, & hæreditas

ad eos peruenerit,certos modos eadem hæreditate obſeruari:vel ſi fortè ad quoſdam ex his hæreditatis commodum peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur ſi huiuſmodi pacta ſeruari oporteret. Faciebat autem eis quæſtionē,quia adhuc,ſuperſtite eo de cuius hæreditate ſperabatur, eiuſmodi pactio proceſſit: & quia non ſunt ita confecta, quaſi omnimodo hæreditate ad eos peruentura, ſed ſub duabus conditionibus compoſita ſunt: Si ille mortuus fuerit, &, ſi ad hæreditatem vocentur hi qui huiuſmodi pactionem fecerunt. Sed nobis omnes huiuſmodi pactiones odioſæ eſſe videntur,& plena triſtiſſimi & periculoſi euentus. Quare enim quodam viuente & ignorante,de rebus eius quidam paciſcentes conueniunt? Secundum veteres itaque regulas ſancimus,omnimodo huiuſmodi pacta quæ contra bonos mores inita ſunt, repelli, & nihil ex his pactionibus obſeruari:niſi ipſe fortè,de cuius hæreditate pactum eſt, voluntatem ſuam eis accommodauerit: & in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpiritum perſeuerauerit. Tunc enim ſublatâ acerbiſſimâ ſpe, licebit eis illo ſciente & iubente huiuſmodi pactiones ſeruare. Quod etiam anterioribus legibus & conſtitutionibus non eſt incognitum,licèt à nobis clarius eſt introductum. Iubemus etenim neque donationes talium rerum,neque hypothecas penitus eſſe dimittendas, neque alium quemquam contractum, cùm in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur. Dat. Kalend. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. VV.CC.

AD L. DE QVÆSTIONE TALI, 30. ET FI. C. EOD.

Argum. LEx iſta eſt de pacto de hæreditate viuentis,aliquando valido.

Sententia. Sententia legis: pactum de hæreditate viuentis non valet,niſi de cuius hæreditate agitur,conſenſerit,& in eodem conſenſu vſque ad vltimum vitæ exitum perſtiterit. *Cagnol. in h. l.*

Caſus. Caſus legis: duo cognati pactū inierūt de ſucceſſione auunculi ſui adhuc viuētis æqualiter diuidenda,ſiue ad vnum illorum pro parte ſiue in ſolidum perueniat, Quæritur an tale pactum valeat? Reſpondetur negatiuè,vt plenè confirmatur per *Cyn. in h. l.* niſi auunculus cōſenſerit,& in eodem conſenſu vſque ad mortem perſeuerarit. Ratio eſt, quia tale pactum eſt contra bonos mores, éſtque plenū triſtiſſimi & periculoſiſſimi euentus. Illud autem pactū quod cōtra bonos mores eſt, à iure improbatur, & inutile eſt, *l. illud conuenire, 5. ff. de pact. dot. l. pacta, 6. C. de pact. l. non dubium, 5. C. de legib.* inuitat quippe ad delinquēdum. Talis conſenſus interuenire poteſt & cùm fit pactum, & ante, & poſt, *Ant. Fab. defin. 10. n. 1. & 2. C. de pact.*

Contrà ſic obiicitur, Primò, In *l. ea verò, 3. §. de illo, ff. pro ſocio*, pactum de hæreditate viuentis valere dicitur: ergo malè illud negatur in h. l. Obi. 1.

Reſpondendum pactum de hęreditate incertæ perſonæ, vt in *d. §. de illo*, vbi non eſt metus captandæ mortis, valere: non pactum hæreditatis perſonæ certæ, vt hîc. Reſp.

Secundò, In *l. venditor, 2. §. illud, 2. verſ. planè, ff. de hæred. vel act. vend.* licet paciſci de hæreditate impuberis. Obi. 2.

Reſpondendum ibi particulam *maximè*, abundare, vt ſæpiùs in iure, v.g. in *l. ſi §. 1. C. de teſt. mil.* Reſp.

Tertiò, In *l. ſi quis ſeruum, 25. ff. de act. empt. & vend.* licet paciſci de hæreditate futura. Obi. 3.

Reſpondēdum in illa l. vrgere neceſſitatem venditionis ritè factę, hîc non itē. Reſp.

Quartò, Si parentes paciſci poſſint de hæreditate filij viuentis, poterit etiam filius paciſci de hæreditate patris viuētis: at prius eſt verum, quia non ſolent parentes deſiderare mortem filiorum, *l. nam etſi parentibus, ff. de inoff. teſtam.* Obi. 4.

Reſpondendum quamuis in parentibus iſta ratio ceſſet, tamen aliam generalem militare, nempe quòd de rebus alienis nemo poteſt diſponere. Reſp.

Quintò, pactum de futura ſucceſſione viuentis factum, conſentiente viuente, tollit liberam teſtandi facultatem: ergo non poteſt valere. Obi. 5.

Reſpondendum negando antecedēs, nam tale pactum reuocabile eſt, & habet naturam vltimæ voluntatis, ita vt ille de cuius hæreditate factum fuit pactum, ſemper contra pactum teſtari queat, *Iaſ. in hanc l. n. 12. l. cùm donationis, 33. C. de tranſact.* Reſp.

Vtilitas. Vtilis eſt lex iſta, vt ſciamus pacta inter aliquos inita de hæreditate viuentis non valere, niſi conſentiat is de cuius hæreditate agitur, & in illo conſenſu ad mortem vſque perſeueret, nam talis cōſenſus ambulatorius eſt, & reuocabilis ad mortem vſque, licèt ergo tale pactū ab initio non valeat, tamen conſenſu, & perſeuerantiâ in eo, confirmatur, & validum redditur, *Fab. defin. 10. C. de pactis.*

FINIS ſeptimæ partis, atque adeò operum Iuridicorum in 7. partes diſtinctorum,

AD DEI OPT. MAX. GLORIAM.

DIGEST. LIB. 50.

Tit. XVI. De Verborum Significatione.

1. Pavlvs *libro primo ad Edictum*

VERBVM hoc *ſi quis* tam maſculos quàm fœminas complectitur.

2. Paulus *libro primo ad Edictum.*

VRbis appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latiùs patet.

1 ¶ Cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.

3. Vlpianus *libro ſecundo ad Edictum.*

ITinere faciendo viginti millia paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipienda, vt, ſi poſt hanc dinumerationem minùs quàm viginti millia ſuperſunt, integrum diem occupent, veluti viginti vnum millia ſunt paſſus: biduum eis attribuetur quæ dinumeratio ita demum facienda erit, ſi de die non conueniat.

1 ¶ Eius, qui apud hoſtes deceſſit, dici hæreditas non poteſt, qui ſeruus deceſſit

4. Paulus *libro 1. ad Edictum.*

NOminia appellatione rem ſignificari, Proculus ait.

5. Idem *libro 2. ad Edictum.*

REi appellatio latior eſt, quàm pecuniæ: quàm etiam ea, quæ extra computationem patrimonij noſtri ſunt, continet: cùm pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt.

1 ¶ Opere locato, conducto: his verbis Labeo ſignificari ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, [non ἔργον,] id eſt, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

6. *Vlpianus libro 3. ad Edictum.*

NOminis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

1 ¶ Verbum *Ex legibus* ſic accipiendum eſt: tam ex legum ſententia, quàm ex verbis.

7. Paulus *libro ſecundo ad Edictum.*

SPonſio appellatur, non ſolùm quæ per ſponſus interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſióque.

8. Idem *libro 3. ad Edictum.*

VErbum *Oportebit* tam præſens, quàm futurum tempus ſignificat.

2 ¶ Actionis verbo non continetur exceptio.

9. Vlpianus *libro 3. ad Edictum.*

MArcellus apud Iulianum notat, verbo *Periſſe* & ſciſſum & fractum contineri, & vi raptum.

10. Idem *libro ſexto ad Edictum.*

CReditores accipiendos eſſe conſtat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel perſecutione, vel iure ciuili ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario, ſiue purè, ſiue in diem, vel ſub conditione. Quòd ſi natura debeatur, non ſunt loco creditorum. Sed ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus: creditores accipiuntur.

11. Gaius *libro primo ad Edictum prouinciale.*

CRedirorum appellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur.

12. Vlpianus *libro ſexto ad Edictum.*

[VT] ſi cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo debetur, Sed etſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe creditoris loco accipi. Quòd ſi ex populari cauſa, ante litis conteſtationem rectè dicere creditoris loco non eſſe, poſtea eſſe.

1 ¶ Minus ſoluit, qui tardius ſoluit: nam & tempore minus ſoluitur.

13. Idem *libro 7. ad Edictum.*

MVlieris appellatione etiam virgo viripotens continetur.

1 ¶ Res abeſſe videntur [vt Sabinus ait, & Pedius probat] etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata eſt, & ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel transfiguratæ, videri abeſſe, quoniam plerunque plus eſt in manus pretio quàm in re.

2 ¶ Deſinere autem abeſſe res tunc videtur, cùm ſic redit in poteſtatem, ne amittere [eius] poſſeſſionem poſſimus.

3 ¶ Ob hoc, quid furto pridem ſubtracta eſt, abeſt & ea res quæ in rebus humanis non eſt.

14. Paulus *libro ſeptimo ad Edictum.*

LAbeo & Sabinus exiſtimant, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſyphi colliſi, aut tabula raſâ picturâ, videri rem abeſſe: quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item ſi dominus rem, quæ furto ſibi aderat, ignorans emerit: rectè dicitur res abeſſe, etiamſi poſtea id ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt.

1 ¶ Rem amiſiſſe videtur, qui aduerſus nullam eius perſequendæ actionem habet.

Digitized by Google

15. Vlpianus *libro 10. ad Edictum.*

BOna ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt, ſola enim ea publica ſunt, quæ populi Romani ſunt.

16. Gaius *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

EVm, qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus, nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

17. Vlpianus *libro decimo ad Edictum.*

INter publica habemus non ſacra, nec religioſa: nec quæ publicis vſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qua ſunt ciuitatium (velut bona, ſeu peculia ſeruorum ciuitatium) proculdubio publica habentur.

1 ¶ Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, & picariarum.

18. Paulus *libro 9. ad Edictum.*

MVnus tribus modis dicitur, vno donum: & inde munera dici, dari, mittíve, altero onus: quod cùm remittatur, vacationem militiæ muneríſque præſtat, inde immunitatem appellari, tertio officium: vnde munera militaria, & quoſdam milites munificos vocari. Igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

19. Vlpianus *libro vndecimo ad Edictum.*

LAbeo libro primo prætoris vrbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et actum quidem generale verbum eſſe, ſiue verbis, ſiue re quid agatur: vt in ſtipulatione, vel numeratione. Contractum autem vltro citróque obligationem, quod Græci *συνάλλαγμα* vocant, veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

20. Idem *libro duodecimo ad Edictum.*

VErba *Contraxerunt, geſſerunt*, non pertinent ad teſtandi ius.

21. Paulus *libro 11. ad Edictum.*

PRinceps bona concedendo videtur etiam obligationes concedere.

22. Gaius *libro quarto ad Edictum Prouinciale.*

PLus eſt in reſtitutione quàm in exhibitione, nam exhibere eſt, præſentiam corporis præbere: reſtituere eſt, etiam poſſeſſorem facere, fructúſque reddere, pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur.

23. Vlpianus *libro quarto decimo ad Edictum.*

REi appellatione & cauſæ & iura continentur.

24. Gaius *libro ſexto ad Edictum Prouinciale.*

NIhil eſt aliud hæreditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit.

25. Paulus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

REctè dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cùm vſusfructus alienus eſt: quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit: vt via, & iter, nec falſo dici, [totum] meum eſſe, cuius non poteſt vlla pars dici alterius eſſe: hoc & Iulianus, & eſt verius.

1 ¶ Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso ſignificari, nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe. Seruius non ineleganter partis appellatione vtrumque ſignificari.

26. Vlpianus *libro ſexto decimo ad Edictum.*

PArtum non eſſe partem rei furtiuæ, Scæuola libro vndecimo quæſtionum ſcribit.

27. Idem *libro ſeptimo decimo ad Edictum.*

AGer eſt locus, qui ſine villa eſt.

1 ¶ Stipendium à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt modica æra, colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait: Et ſanè appellatur ab intributione tributum: vel ex eo, quòd militibus tribuatur.

28. Paulus *libro viceſimo primo ad Edictum.*

ALienationis verbum etiam vſucapionem continet, vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi. Eum quoque alienare dicitur, qui non vtendo amiſit ſeruitutes. Qui occaſione adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hæreditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.

1 ¶ Oratio, quæ neque coniunctionem, neque diſiunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel diſiuncta vel coniuncta accipitur.

29. Idem *libro ſexageſimo ſexto ad Edictum.*

COniunctionem enim nonnunquam pro diſiunctione accipi, Labeo ait: vt in illa ſtipulatione. *Mihi heredique meo, te hæredémque tuum.*

30. Gaius *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.*

SIlua cædua eſt, (vt quidam putant) quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam eſſe quæ ſucciſa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur.

1 ¶ Stipula illecta eſt ſpicæ in meſſe deiectæ, nec dum lectæ, quas ruſtici, cùm vacauerint, colligunt.

2 ¶ Noualis eſt terra præciſa, quæ anno ceſſauit, quàm Græci *νεαν* vocant.

3 ¶ Integra autem eſt, in quam nondum dominus paſcendi gratia pecus immiſit.

4 ¶ Glans caduca eſt, quæ ex arbore cecidit.

5 ¶ Paſcua ſilua eſt, quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.

31. Vlpianus *libro octauo decimo ad Edictum.*

PRatum eſt, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt, ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capiendum.

32. Paulus *libro viceſimo quarto ad Edictum.*

MInus ſolutum intelligitur, etiam ſi nihil eſſet ſolutum.

33. Vlpianus *libro 21. ad Edictum.*

PAlàm eſt, coram pluribus.

34. Paulus *libro vigeſimo quarto ad Edictum.*

ACtionis verbo etiam perſecutio continetur.

35. Idem *libro ſeptimo decimo ad Edictum.*

REſtituere autem is intelligitur, qui ſimul & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet,ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet,id eſt & vſucapionis cauſam,& fructuum.

36. Vlpianus *libro viceſimo tertio ad Edictum.*

LItis nomen [omnem] actionem ſignificat: ſiue in rem,ſiue in perſonam ſit.

37. Paulus *libro viceſimo ſexto ad Edictum.*

VErbum *Oportere* non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris, vel minoris condemnare: ſed ad veritatem refertur.

38. Vlpianus *libro viceſimo quinto ad Edictum.*

OStentum Labeo definit, omne contra naturam cuiuſque rei genitum, factúmque: duo genera [autem] ſunt oſtentorum: vnum, quoties quid contra naturam naſcitur: tribus manibus fortè,aut pedibus, aut qua alia parte corporis,quæ naturæ contraria eſt:alterum, cùm quid prodigioſum videtur, quæ Græci *φαντάσματα, i. viſiones*,vocant.

39. Paulus *libro quinquageſimo tertio ad Edictum.*

SVbſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt, nam veteres, ſubſignationis verbo pro adſcriptione vti ſolebant.

1 ¶ Bona intelliguntur cuiuſque,quæ deducto ære alieno ſuperſunt.

2 ¶ Deteſtari eſt,abſenti denuntiare.

3 ¶ Incertus poſſeſſor eſt,quem ignoramus.

40. Vlpianus *libro 56.*

DEteſtatio eſt denuntiatio facta cum teſtatione.

1 ¶ Serui appellatio etiam ad ancillam refertur.

2 ¶ Familiæ appellatione liberi quoque continentur.

3 ¶ Vnicus ſeruus familiæ appellatione non continetur. Ne duo quidem familiam faciunt.

41. Gaius *libro viceſimo primo ad Edictum prouinciale.*

ARmorum appellatio non vtique ſcuta, & gladios,& galeas ſignificat: ſed & fuſtes,& lapides.

42. Vlpianus *libro quinquageſimo ſeptimo ad Edictum.*

PRobrum & opprobrium, id eſt probra quædam natura turpia ſunt,quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis,vt putà furtum,adulterium, natura turpe eſt, enimverò tutelæ damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis, nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

43. Idem *libro quinquageſimo octauo ad Edictum.*

VErbo *Victus* continentur, quæ eſui, potuique, cultuíque corporis,quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtem quoque victus habere vicem,Labeo ait.

44. Gaius *libro viceſimo ſecundo ad Edictum Prouinciale.*

ET cætera,quibus tuendi, curandive corporis noſtri gratia vtimur,ea appellatione ſignificantur.

45. Vlpianus *libro quinquageſimo octauo ad Edictum.*

INſtratum omne veſtimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait, neque etiam dubium eſt,quin ſtragula veſtis ſit omne pallium *περίστρωμα*. In victum ergo veſtem accipiemus, non ſtragula: inſtratum omnem ſtragulam veſtem.

46. Idem *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

PRonuntiatum & ſtatutum idem poteſt, promiſcuè enim & pronuntiaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos,qui ius habent cognoſcendi.

1 ¶ Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè vixit,matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt, atque ſeparant, proinde nihil intererit, nupta ſit,an vidua,ingenua ſit,an libertina,nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamilias: ſed boni mores.

47. Paulus *libro quinquageſimo ſexto ad Edictum.*

LIberationis verbum eandem vim habet, quam ſolutionis.

48. Gaius *libro ad Edictum prætoris vrbani titulo.*

QVi neque ſequantur neque ducantur.

SOlutum non intelligimus eum, qui licèt vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur, ac ne eum quidem intelligimus ſolutum,qui in publico ſine vinculis ſeruatur.

49. Vlpianus libro *quinquageſimo nono ad Edictum.*

BOnorum appellatio aut naturalis, aut ciuilis eſt:Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant,hoc eſt,beatos faciunt, beare eſt prodeſſe. In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt, non ſolùm quæ dominij noſtri ſunt, ſed & ſi bona fide à nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria ſint. Æquè bonis adnumerabitur,etiam ſi quid eſt in actionibus,petitionibus,perſecutionibus, nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

50. Idem *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

NVrus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda eſt.

51. Gaius *libro viceſimo tertio ad Edictum.*

APpellatione parentis non tantùm patet, ſed etiam auus,& proauus, & deinceps omnes ſuperiores continentur: ſed & mater, & auia, proauia.

52. Vlpianus *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

PAtroni appellatione & patrona continetur.

53. Paulus *libro quinquageſimo [nono] ad Edictum.*

SÆpe ita comparatum eſt,vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniun-

ctis interdum ſoluta pro ſeparatis. Nam cùm dicitur apud veteres, *Adgnatorum gentiliúmque*, pro ſeparatione accipitur. At cùm dicitur, *Super pecunia tutelave ſua*, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cùm dicimus, *Quod dedi aut donaui:* vtraque contioemus. Cùm verò dicimus: *Quod eum dare facere oportet:* quoduis eorum ſufficit probare. Cùm verò dicit prætor, *Si donum, munus, operas redemerit:* ſi omnia impoſita ſunt, certum eſt, omnia redimenda eſſe, ex te ergo pro coninoctis habentur, ſi quædam impoſita ſuot, cætera non deſiderabuntur.

5 ¶ Item dubitatum, illa verba, *Ope, conſilio*, quemadmodum accipienda ſunt: ſententiæ coningentium aut ſeparantium, ſed verius eſt, quod & Labeo air ſeparatim accipienda: quia aliud factum eſt eius, qui ope, aliud eius, qui conſilio furtum facit: ſic enim alij condici poteſt, alij non poteſt, & ſanè poſt veterum auctoritatem eò peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit.

54. Vlpianus *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum.*

Conditionales creditores dicuntur & hi, quibus noodum competit actio eſt autem competitura: vel qui ſpem habent, vel competat.

55. Paulus *libro decimoſexto breuis Edicti.*

Creditor autem is eſt, qui exceptione perpetna ſummoneri oon poteſt, qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori.

56. Vlpianus *libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum.*

Cognoſcere inſtrumeota, eſt relegere, & recognoſcere, diſpungere eſt conferre accepta & data.

1 ¶ Libertorum appellatione cootinentur noo tantùm qui ſunt in poteſtate, ſed omnes, qui ſui iuris ſunt: ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſunt, éxve fœminini ſexus deſcendentes.

57. Paulus *libro quinquageſimo nono ad Edictum.*

Cui præcipua cura terum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam, & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debeot: hi magiſtri appellaotur. Quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cogoominantur, vnde etiam cniuſlibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellari à monendo, vel monſtrando.

1 ¶ Perſequi videtur, & qui ſatis accepit.

58. Gaius *libro viceſimo quarto ad Edictum prouinciale.*

Licèt inter geſta & facta videtur quædam eſſe ſubtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς id eſt, *abuſiuè*, nihil inter factum & geſtum intereſt.

1 ¶ Paternos libertos rectè videmur dicere noſtros libertos, libertorum libertos ooo rectè noſtros libertos dicimus.

59. Vlpianus *libro ſexageſimo octauo ad Edictum.*

Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eáque nihilomin⁊s ſtatio eſt concluſa, atque munita, inde angiportum dictum eſt.

60. Idem *libro ſexageſimo nono ad Edictum.*

Locus eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliqnid eſt, & plerunque ſioe villa locum accipimus. Cæterùm adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, vt & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus. Noo etiam magoitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio, & quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus, nec non & fundus, locus conſtitui poteſt, nam, ſi eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur.

1 ¶ Loci appellationem non ſolùm ad ruſtica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere, Labeo ſcribit.

2 ¶ Sed fundus quidem ſuos habet fines: locus verò latere poteſt, quatenus determinetur & definiatur.

61. Paulus *libro ſexageſimo quinto ad Edictum.*

Satiſdationis appellatione interdum etiam repromiſſio continebitur qua contentus fuit is cui ſatiſdatio debebatur.

62. Gaius *libro viceſimo ſexto ad Edictum Prouinciale.*

Tigni appellatione io lege duodecim tabulatum omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

63. Vlpianus *libro ſeptuageſimo primo ad Edictum.*

Penes te amplius eſt, quàm *apud te*, nam apud te eſt, quod qualiter qualiter à te teneatur: penes te eſt, quod quodammodo poſſidetur.

64. Paulus *libro ſexageſimo ſeptimo ad Edictum.*

Inteſtatus eſt, non taotùm qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hæreditas adita noo eſt.

65. Vlpianus *libro ſeptuageſimo ſecundo ad Edictum.*

Hæredis appellatio noo ſolùm ad proximum hęredem, ſed & ad vlteriores refertur: nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

66. Idem *libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum.*

Mercis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet.

67. Idem *libro ſeptuageſimo ſexto ad Edictum.*

Alienatum noo propriè dicitur, quod adhuc io dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicetur.

1 ¶ Donationis verbum ſimpliciter loquendo, omnem donationem comprehendiſſe videtnr: ſiue mortis cauſa, ſiue noo mortis cauſa fuerit.

68. Idem *libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum.*

Illa verba *arbitratu Lucij Titij fieri*, ius ſignificant, & in ſeruum noo cadunt.

69. Idem *libro ſeptuageſimo octauo ad Edictum.*

Hæc verba, *cui rei dolus malus aberit, afuerit* generaliter comprehẽdunt omnem dolum quicun-

quicunque in hanc rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio eſt interpoſita.

70. Paulus *libro ſeptuageſimo tertio* [*ad Edictum.*]

SCiendum eſt, hæredem etiam per multas ſucceſſiones accipi, nam paucis ſpeciebus hæredis appellatio proximum continet, Veluti in ſubſtitutione impuberis, *Quiſquis mihi hæres erit, idem filio hæres eſto*: vbi hæredis hæres non continetur, quia incertus eſt. Item in lege Ælia Sentia filius hæres patronus poteſt libertum paternum vt ingratum accuſare, non etiam ſi hæredi hæres extiterit. Idem dicitur in operarum exactione vt filius hæres exigere poſſit, non ex ſucceſſione effectus.

1 ¶ Verba hæc, *Is ad quem ea res pertinet*, ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili vel iure prætorio ſuccedit, contineatur.

71. Vlpianus *libro ſeptuageſimo nono ad Edictum.*

ALiud eſt capere, aliud accipere: capere, cum effectu accipitur, accipere etſi quis non accepit, vt habeat. Ideóque non videtur quis capere, quod erit reſtituturus, ſicut pertinere ille proprie illud dicitur quod eſt remanſurum.

1 ¶ Hæc verba, *His rebus recte præſtari*, hoc ſignificant, ne quid periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

72. Paulus *libro 76 ad Edictum.*

APpellatione rei, pars etiam continetur.

73. Vlpianus *lib. 80. ad Edictum.*

HÆc verba in ſtipulatione poſita *Eam rem recte reſtitui*, fructus continent. *Recte* enim verbum pro viri boni arbitrio eſt.

74. Paulus *libro 2. ad Edictum ædilium curulium.*

SIgnatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

75. Idem *lib. 50. ad Edictum.*

REſtituere is videtur, qui id reſtituit quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet.

76. Idem *libro quinquageſimo primo ad Edictum*

DEdiſſe intelligendus eſt etiam is, qui permutauit, vel compenſauit.

77. Idem *libro 49. ad Edictum.*

FRugem pro reditu appellari, non ſolùm quòd frumentis, aut leguminibus: verùm & quod ex vino, ſiluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus ſcribit fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnem, aut aues feraſve, aut poma fruges dici. Frumentum autem id eſſe, quod ariſta ſe teneat, rectè Gallum definiſſe. Lupinum verò & fabam fruges potiùs dici: quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur, quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

78. Paulus *libro 3. ad Plautium.*

INterdum proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

79. Idem *libro 6. ad Plautium.*

IMpenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit.

1 ¶ Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, [non] deteriorem eſſe non ſinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur: ſicut arbuſti paſtinatione vltra quàm neceſſe fuerat: item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel inuitam, non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his impenſis & piſtrinum, & horreum inſulæ dotali adiectum, plerum que dicemus.

2 ¶ Voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt viridia, & aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ.

80. Idem *libro 9. ad Plautium.*

IN generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.

81. Idem *libro 10. ad Plautium.*

CVm prætor dicat, vt opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet: nam verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

82. Idem *libro 14. ad Plautium.*

VErbum *Amplius* ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur, ſicuti ex contrario minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

83. Iauolenus *libro quinto ex Plautio.*

PRoprie bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi, quàm commodi habent.

84. Paulus *libro 1. ad Vitellium.*

FIlii appellatione omnes liberos intelligimus.

85. Marcellus *libro 1. Digeſtorum.*

NEratius Priſcus tres facere exiſtimat collegium, & hoc magis ſequendum eſt.

86. Celſus *libro 5. Digeſtorum.*

QVid aliud ſunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter ſe habentia? vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

87. Marcellus *libro 11. Digeſtorum.*

VT Alfenus ait, vrbs eſt Roma, quæ muro cingeretur Roma eſt etiam, qua continenti ædificia eſſent, nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine cottidiana poſſe intelligi cùm diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus.

88. Celſus *libro octauodecimo Digeſtorum.*

TAntum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt, ſic decimus, centies aureorum habere, qui tantùm in prædiis, cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, quan quàm is hæreditaria pecunia parari poteſt: neque quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quicquid ea ea parari poteſt.

89. Pomponius *libro ſexto ad Sabinum.*

BOues magis armentorum, quàm iumentorum generis appellantur.

1 ¶ Hoc ſermone *Dum nupta erit*, primæ nuptiæ ſignificantur.

2 ¶ Inter edere & reddi rationes, multùm intereſt, nec is, qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet, nam & argentarius edere rationem videtur, etiamſi quod reliquum ſit, apud eum non ſoluat.

90. Vlpianos *libro viceſimoſeptimo ad Sabinum.*

QVi vti optimæ maximæque ſunt, ædes tradi: non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi: ſed illud ſolum, ipſas ædes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire.

91. Paulus *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

MEorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.

92. Idem *libro* 7. [*Quæſtionum.*]

PRoximus eſt, cui nemo antecedit, ſupremus eſt, quem nemo ſequitur.

93. Celſus *libro nonodecimo Digeſtorum.*

MOuentium, Item mobilium appellatione idem ſignificamus, ſi tamen apparet defunctum animalia duntaxat, quia ſe ipſa mouerent, mouentia vocaſſe, quod verum eſt.

94. Idem *libro* 20. *Digeſtorum.*

VErbum reddendi quanquam ſignificatum habet retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

95. Marcellus *libro* 14. *Digeſtorum.*

POteſt reliquorum appellatio & vniuerſos ſignificare.

96. Celſus *libro viceſimoquinto Digeſtorum.*

LItus eſt, quouſque maximus fluctus à mari peruenit. Idque Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter eſſet, primum conſtituiſſe.

1 ¶ Prædia dicimus aliquorum eſſe, non vtique communiter habentium ea, ſed [vel] alio aliud habente.

97. Idem *libro trigeſimoſecundo Digeſtorum.*

CVm ſtipulamur, *Quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenerit*: res ipſas, quæ peruenerunt, non pretia earum ſpectare videmur.

98. Idem *libro trigeſimonono Digeſtorum.*

CVm biſextum Kalendis eſt: nihil refert [vtrùm] priore an poſteriore die quis natus ſit, & deinceps ſextum Kalendas eius natalis dies eſt: nam id viduum pro vno die habetur, ſed poſterior dies intercalatur, non prior, ideo quo anno intercalatum non eſt, ſexto Kalendas natus, cùm biſextum Kalendis eſt, priorem diem, natalem habet.

1 ¶ Cato putat, menſem intercalarem additicium eſſe, omnéſque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremóque diei menſis Februarii attribuit Quintus Mucius.

2 ¶ Menſis autem intercalaris conſtat ex diebus viginti octo.

99. Vlpianus *libro tertio de officio Conſulis.*

NOtionem accipere poſſumus & cognitionem & iuriſdictiooem.

1 ¶ Continentes prouincias accipere debemus eas quæ Italiæ iunctæ ſunt: vt putà Galliam ſed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia diuiditur.

2 ¶ Inſtrumentorum appellatione quæ comprehendantur, perquàm difficile erit ſeparare, quæ enim propriè ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, inde dignoſcemus ſi in præſentiam perſonæ, quæ inſtruere poſſit, dilatio petatur, putà qui actum geſſit, licet in ſeruitute, vel qui actor fuit conſtitutus: putem videri inſtrumentorum cauſa peti dilationem.

100. Idem *libro* 1. *de officio conſulis.*

SPecioſas perſonas accipere debemus, clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus, item eorum, quæ ornamentis ſenatoriis vtuntur.

101. Modeſtinus *libro nono Differentiarum.*

INter ſtuprum, & adulterium, hoc intereſſe quidam putant: quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam committitur, ſed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur.

1 ¶ Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur, repudium verò ſponſæ remitti videtur, quod & in vxoris perſonam non abſurdè cadit.

2 ¶ Verum eſt, morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatem: vitium verò perpetuum corporis impedimentum, veluti ſi talum excuſſit nam & luſcus itaque vitioſus eſt.

3 ¶ Seruis legatis etiam ancillas deberi, quidam putant: quaſi commune nomen vtrumque ſexum contineat.

102. Idem *libro* 7. *Regularum.*

DErogatur legi, aut abrogatur, derogatur legi, cùm pars detrahitur, abrogatur legi, cùm prorſus tollitur.

103. Idem *libro octauo Regularum.*

LIcèt capitalis Latinè loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur: tamen appellatio capitalis, mortis, vel amiſſionis ciuitatis, intelligenda eſt.

104. Idem *libro* 2. *Excuſationum.*

Ἡ τῶν ἐκγόνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται.

NAtorum appellatio & ad nepotes extenditur.

105. Idem *libro vndecimo Reſponſorum.*

MOdeſtinus reſpondit, his verbis, *Libertis libertabúſque meis*, libertum libertæ teſtatoris non contineri.

106. Idem *libro ſingulari de Præſcriptionibus.*

DImiſſoriæ litteræ dicuntur, quæ vulgò apoſtoli dicuntur, dimiſſoriæ autem dictæ, quòd cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur.

107. Idem *lib.* 1. *Pandectarum.*

ADſignare libertum hoc eſt, teſtificari, cuius ex liberis libertum eum eſſe voluit.

108. Idem *libro quarto Pandectarum.*

DEbitor intelligitur, is à quo inuito exigi pecunia poteſt.

109. Idem *libro* 5. *Pandectarum.*

BOnæ fidei emptor eſſe videtur, qui ignorauit eam rem alienam eſſe, aut putauit eum, qui vendidit ius vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem eſſe.

110. Idem *libro* 6. *Pandectarum.*

SEqueſter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur.

111. Iauolenus *lib.6.ex Caſſio.*

CEnſeri eſt conſtituere,& præcipere:vnde etiam dicere ſolemus,Cenſeo,hoc facias : & ſemet aliquid cenſuiſſe.Inde cenſoris nomen videtur eſſe tractum.

112. *Idem lib.11.ex Caſſio.*

LItus publicum eſt eatenus , qua maximè fluctus exæſtuat. Idémque iuris eſt in lacu,niſi is totus priuatus eſt.

113. *Idem lib.14.ex Caſſio.*

MOrbus ſonticus eſt,qui cuique rei nocet.

114. Idem *lib.15.[ex Caſſio.]*

SOluendo eſſe nemo intelligitur,niſi qui ſolidum poteſt ſoluere.

115. Idem *lib. 4.Epiſtolarum.*

QVæſtio eſt , fundus à poſſeſſione vel agro, vel prædio quid diſtet. Fundus eſt omne, quidquid ſolo tenetur. Ager eſt,[ſi] ſpecies fundi ad vſum hominis comparatur.Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat,quidquid enim adprehendimus,cuius proprietas ad nos non pertinet,aut nec poteſt pertinere:hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergo vſus,ager proprietas loci eſt. Prædium vtriuſque ſupraſcriptæ generale nomen eſt:nam & ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.

116. Idem *lib.7.Epiſtolarum.*

Q*Viſquis mihi alius filij filiúſve heres ſit*,Labeo non videri filiam eoo tineri:Proculus contra:mihi Labeo videtur verborũ figuram ſequi; Proculus mentem teſtantis,reſpondit : Non dubito,quin Labeonis ſententia vera non ſit:

117. Idem *lib.9.Epiſtolarum.*

NOn poteſt videri minus ſoluiſſe is , in quo amplioris ſummæ actio non competit.

118. Pomponius *libro ſecundo ad Quintum Mucium.*

HOſtes hi ſunt,qui nobis aut quibus nos publicè bellum decreuimus:cæteri latrones, aut prædones ſunt.

119. Idem *lib.3.[ad Quintum Mucium.]*

HÆreditatis appellatio ſine dubio continet etiam damnoſam hæreditatem. iuris enim nomen eſt,ſicuti bonorum poſſeſſio.

120. Idem *libro quinto[ad Quintum Mucium.]*

VErbis legis duodecim tabularum his,*Vti legaſſit ſuæ rei,ita ius eſto* , latiſſima poteſtas tributa videtur,& hæredis inſtituendi, & legata & libertates dandi,tutelas quoque conſtituendi, ſed id interpretatione coanguſtatum eſt vel legum,vel auctoritate iura conſtituentium.

121. Idem *libro ſexto[ad Quintum Mucium.]*

VSura pecuniæ,quam percipimus, in fructu non eſt:quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt,id eſt,noua obligatione.

122. Idem *libro octauo ad Quintum Mucium.*

SEruius ait:ſi ita ſcriptum ſit,*Filio filiiſque meis hoſce tutores do*:maſculis duntaxat tutores datos:quoniam ſingulari caſu hoc,*filio*,ad pluralem videtur tranſiſſe , continentem eundem ſexum, quem ſingularis prior poſitus habuiſſet , ſed hoc facti, non iuris habet quæſtionem , poteſt enim fieri , vt ſingulari caſu de filio ſenſerit , deinde pleniùs omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dando voluerit,quod magis rationabile eſſe videtur.

123 Idem *libro viceſimo ſexto ad Quintum Mucium.*

VErbum *erit* interdum etiam præteritum,non ſolùm futurum tempus demonſtrat. quod eſt nobis neceſſarium ſcire , & cùm codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, *Quod in codicillis ſcriptum erit* , vtrúmne futuri temporis demonſtratio fiat,an etiam præteriti , ſi antè ſcriptos codicillos quis relinquat , quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt, quemadmodum autem hoc verbum *eſt* non ſolùm præſens,ſed & præteritum tempus ſignificat : ita & hoc verbum *erit* non ſolùm futurum, ſed interdum etiam præteritum tempus demonſtrat:nam cùm dicimus,*Lucius Titius ſolutus eſt[ab] obligatione*:& præteritum & præſens ſignificamus,ſicut hoc,*Lucius Titius alligatus eſt* , & idem fit,cùm ita loquimur, *Troia capta eſt*, non enim ad præſentis facti demonſtrationem refertur is ſermo ſed ad præteritum.

124. Proculus *lib.2.Epiſtolarum.*

HÆc verba *ille aut ille* non ſolùm diſiunctiuæ , ſed etiam ſubdiſiunctiuæ orationis ſunt. Diſiunctiuum eſt : veluti cùm dicimus, *aut dies aut nox eſt*,quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum:item ſublato altero , poni alterum:ita ſimili figuratione verbũ poteſt eſſe ſubdiſiunctiuũ.Subdiſiunctiui autẽ genera ſunt duo. Vnũ,cùm ex propoſitis finibus ita nõ poteſt vterque eſſe,vt poſſit neuter eſſe,veluti cùm dicimus, *aut ſedet,aut ambulat*, nã vt nemo poteſt vtrũque ſimul facere:ita aliquis poteſt neutrum,veluti is, qui accumbit. Alterius generis eſt,cùm ex propoſitis finibus ita non poteſt neuter eſſe , vt poſſit vtrumque eſſe,veluti cùm dicimus , *omne animal aut facit,aut patitur* , nullum eſt enim, quod nec faciat,nec patiatur:at poteſt ſimul facere, & pati.

125. Idem *lib.5. Epiſtolarum.*

NEpos Proculo ſuo ſalutem. Ab eo,qui ita dotem promiſit, *Cùm commodum erit , dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum*,putáſne protinus nuptiis factis dotem peti poſſe ? quid,ſi ita promiſiſſet,*Cùm potuero,doti erunt* : quòd ſi aliquam vim habeat poſterior obligatio , *poſſit* verbum quomodo interpretaris?virum ære alieno deducto,an extante ? Proculus:Cùm dotem quis[ita] promiſit,*Cùm potuero,doti tibi erunt centum*:exiſtimo ad id , quod actum eſt interpretationem redigendam eſſe,nam qui ambiguè loquitur: id loquitur,quod ex his,quæ ſignificantur , ſenſit: proprius eſt tamen , vt hoc eum ſenſiſſe exiſtimem:deducto ære alieno potero , poteſt etiam illa accipi ſignificatio,cùm ſalua dignitate mea potero, quæ interpretatio ea magis accipienda eſt,ſi ita promiſſum eſt , *cùm commodum erit,* hoc eſt,cùm ſine incommodo meo potero.

126. Idem *lib.6.Epiſtolarum.*

SI,cùm fundum tibi darem, legem ita dixi, *Vti optimus maximúſque eſſet* , & adieci,ius fundi deterius factum non eſſe per dominum : præſtabitur,amplius eo præſtabitur nihil:etiam ſi prior pars,qua ſcriptum eſt,*vti optimus maximúſque ſit*, liberum eſſe ſignificat , eoque,ſi poſterior pars

adiecta non eſſet,liberum præſtare debetem, tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto, quod ad iura attinet,ne quid aliud præſtare debeam,quàm ius fundi per dominum deterius factum non eſſe.

117. Calliſtratus *libro quarto de Cognitionibus.*

VEſtis appellatione tam virilis,quàm muliebris & ſcænica, etiam ſi tragica,aut citharœdica ſit,continetur.

118. Vlpianus[*libro primo*]*ad legem Iuliam & Papiam.*

SPadonum generalis appellatio eſt, quo nomine tam hi, qui natura ſpadones ſunt, Item thlibiæ,thlaſia,ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt,continentur.

119. Paulus *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur : quia nunquam liberi appellari potuerunt.

130. Vlpianus *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

LEge obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit & eam, quæ ex teſtamento deferrur:quia lege duodecim tabulatum teſtamentariæ hæreditates confirmantut.

131. Idem *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

ALiud fraus eſt,aliud pœna:fraus enim ſine pœna eſſe poteſt:pœna ſine fraude eſſe non poteſt:pœna eſt noxæ vindicta:fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio.
1. Inter multam autem & pœnam multum intereſt : cùm pœna generale ſit nomen, omnium delictorum coercitio : multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt: pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & exiſtimationis irrogari ſolet, & multa quidem ex arbitrio eius venit,qui multam dicit: pœna non irrogatur,niſi quæ quaque lege,vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt, quinimò multa ibi dicitur,vbi ſpecialis pœna non eſt impoſita. Item multam is dicere poteſt, cui iudicatio data eſt : magiſtratus ſolos & præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt.pœnam autem vnuſquiſque irrogare poteſt:cui huius criminis ſiue delicti exſecutio competit.

132. Paulus *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

ANniculus amittitur, qui extremo anni die moritur,& conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat, *Ante diem decimum Kalendarum. poſt diem decimum Kalendarum*,neque vtro enim ſermone vndecim dies ſignificantur.
1 ¶ Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt.

133. Vlpianus *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI quis ſic dixerit,vt intra diem mortis eius aliquid fiat:ipſe quoque dies, quo quis mortuus eſt,numeratur.

134. Paulus *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

ANniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed trecẽteſimo ſexageteſimoquinto die dicitur, incipiente plane,non exacto die : quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus.

135. Vlpianus *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

QVæret aliquis:ſi portentoſum,vel monſtroſum,vel debile Mulier ediderit,vel qualem viſu vel vagitu nouum,non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis,quàm hominis partum: an, quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat, & magis eſt.vt hæc quoque parentibus proſint, nec enim eſt,quod eis imputetur,quæ,qualiter potuerunt, ſtatutis obtẽperauerunt:neque id, quod fataliter acceſſit,matri damnum iniungere debet.

136. Idem *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

GEneri appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio,quàm ex filia editorum,cæterarúmque maritos contineri,manifeſtum eſt.

137. Paulus *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

ET enixa videtur,etiam quæ trigeſimos pepererit.

138. Idem *libro 4.ad legem Iuliam & Papiam.*

HÆreditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio continetur.

139. Vlpianus *libro 7.ad legem Iuliam & Papiam.*

AEdificia Romæ fieri etiam ea videntur,quę in continentibus Romæ ædificiis fiant.
1 ¶ Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummauit,vt iam in vſu eſſe poſſit.

140. Paulus *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

CEpiſſe quis intelligitur, quamuis alij adquiſiit.

141. Vlpianus *libro 8.ad legem Iuliam & Papiam.*

ETiam ea mulier,cùm moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo vtero edere poſſit, nec non etiam alio caſu mulier poteſt habere filium,quem mortis tempore non habuit : veputà eum,qui ab hoſtibus remeauit.

142. Paulus *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

TRiplici modo coniunctio intelligitur, aut enim re per ſe coniunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tantùm. Nec dubium eſt quin coniuncti ſint,quos & nominum & rei cõplexus iungit, veluti, *Titius & Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto*,vel [ita]*Titius Mæuiuſque heredes ſunto*,vel, *Titius cum Mæuio ex parte dimidia heredes ſunto*,videamus autem : ne, etiam ſi hos articulos detrahas *&* *que*, *cum*, interdum tamen coniunctos accipi oporteat,veluti *Lucius Titius, Publius Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto*,vel ita *Publius, Mæuius, Lucius Titius heredes ſunto. Sempronius ex parte dimidia heres eſto*, vt Titius & Mæuius veniãt in partem dimidiã, & re & verbis coniuncti videantur, *Lucius Titius ex parte dimidia heres eſto. Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem inſtitui, heres eſto. Sempronius ex parte dimidia heres eſto.* Iulianus dubitari poſſe,tres ſemiſſes facti ſint, an Titius in eundẽ ſemiſſem cum Gaio & Seio inſtitutus ſit, ſed eo quòd Sempronius quoque ex parte dimidia

dia ſcriptus eſt veriſimilius eſſe, in eundem remiſſem duos coactos, & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe.

143. Vlpianus *libro nono*[*ad legem Iuliam & Papiam.*]

ID apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem, habetur enim, quod peti poteſt.

144. Paulus *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Libro memorialium.

MAſſurius ſcribit pellicem apud antiquos eā habitam, quæ cùm vxor non eſſet, cùm aliquo tamen viuebat, quam nunc vero nomine amicam, paulo honeſtiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de iure Papiniano ſcribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpos miſceat, quoſdam eam, quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam παλλακὴν Græci vocant.

145. Vlpianus *libro decimo*[*ad legem Iuliam & Papiam.*]

VIrilis appellatione interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum eſt.

146. Terentius Clemens *libro 2.*[*ad legem Iuliam & Papiam.*]

SOceri, ſocrus appellatione auum quoque & auiam vxoris vel mariti contineri, reſpondetur.

147. Idem *libro 3. ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi in continentibus vrbis nati ſunt Romæ nati intelligantur.

148. Gaius *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOn eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia eſt, hæc enim enunciatio, *habet liberos*: *non habet liberos*] ſemper pluratiuo numero profertur: ſicut & pugillares, & codicilli.

149. Idem *libro 10. ad legem Iuliam & Papiam.*

NAm quem ſine liberis eſſe, dicere non poſſumus: hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere.

150. Idem *libro 9. ad legem Iuliam & Papiam.*

SI ita à te ſtipulatus fuero, *Quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes?* non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum debeas, quod Titius deberit.

151. Terentius Clemens *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

DElata hæreditas intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi.

152. Gaius *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

HOminis appellatione tam fœminam, quàm maſculum contineri, non dubitatur.

153. Terentius Clemens. *libro 11. ad legem Iuliam & Papiam.*

INtelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt.

154. Macer[*libro primo ad legem viceſimam.*]

MIlle paſſus non à milliario vrbis, ſed continentibus ædificiis numerandi ſunt.

155. *Licinnius Rufinus libro ſeptimo Regularum.*

PRoximi appellatione etiam ille continetur qui ſolus eſt.

156. Idem *lib. 10. Regularum.*

MAiore parte anni poſſediſſe, quis intelligitur, etiam ſi duobus menſibus poſſederit: modo adnerſarioa eius aut paucioribus diebus, aut nullis poſſederit.

157. *Ælius Gallus lib. 1. de verborum, quæ ad ius pertinent, ſignificatione.*

PAries eſt: ſiue murus, ſiue maceria eſt.

1 ¶ Item via eſt: ſiue ſemita, ſiue iter eſt.

158. Celſus *libro viceſimo quinto Digeſtorum.*

IN vſu iuris frequenter vti nos Caſcellius ait ſingulari appellatione, cùm plura generis eiuſdem ſignificare vellemus, nam multum hominē veniſſe Romam, & piſcem vilem eſſe dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus de hærede cauere, *Si ea res ſecundum me heredémve meum iudicata erit* & rurſus, *Quod ob eam rem te heredémve tuum* nempe æquè, ſi plures hæredes ſint, continentur ſtipulatione.

159. Vlpianus *libro primo ad Sabinum.*

ETiam aureos nummos æs dicimus.

160. Idem[*libro ſecundo ad Sabinum.*

CÆterorum & reliquorum appellatione etiā omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum cui optio ſerui legata eſt, cęteri Sempronionam tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

161. Idem *lib. 7. ad Sabinum.*

NOn eſt pupillus, qui in vtero eſt.

162. Pomponius *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituitur, rectè ſubſtitutus etiam vnico intelligitur: exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximis adgnatus & ſolus habetur.

1 ¶ Si quis ita in teſtamento ſcripſerit, *Si quid filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſt*: mortuo filio, Damas liber erit. Licèt enim accidant & viuis, ſed vulgi ſermone etiam mors ſignificatur.

136. Paulus *lib. 1. ad Sabinum.*

ILla verba, *Optimus, maximúſque*, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt. Sic & circa edictum prætoris ſupremæ tabulæ habentur & ſolæ.

1 ¶ Pueri appellatione etiam puella ſignificatur, nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu, & Græcè παιδίον communiter appellatur.

164. Vlpianus *libro quinto decimo ad Sabinum.*

NOmen filiarum & in poſthumā cadere, quæſtionis non eſt, quamuis poſthumæ non cadere in eam, quæ in rebus humanis ſit, certum ſit.

1 ¶ Partitionis nomen non ſemper dimidium ſignificat: ſed prout eſt abiectum, poteſt enim iuberi aliquis & maximam partiri poſſe, & viceſimam, & tertiam, & prout libuerit, ſed ſi non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur.

2 ¶ Habere, ſicut peruenire, cum effectu accipiendum eſt.

165. Pomponius *libro quinto[ad Sabinum.*

VEniſſe ad hæredem nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno.

166. Idem *lib.6.ad Sabinum.*

VRbana familia,& ruſtica non loco,ſed genere diſtinguitur, poteſt enim aliquis diſpenſator noo eſſe ſeruorum vrbanorum numero:veluti is,qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet,ibique habitet,nõ multum abeſt à villico,inſularius autem vrbanorum numero eſt: videndum tamen eſt, ipſe dominus, quorum loco quemque habuerit:quod ex numero familiæ, & vicariis apparebit.

1 ¶ Pernoctare extra vrbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt. Per enim totam noctem ſignificat.

167. Vlpianus *libro viceſimo quinto ad Sabinum.*

CArbonum appellatione materiam non contineri,ſed an lignorum? & fortaſſis quis dicet, nec lignorum, noo enim lignorum gratia habuit. Sed & titiones,& alia ligna cocta,ne fumum faciant,vtrùm ligno,an carboni,an ſuo generi adnumerabimus? & magis eſt, vt proprium genus habeatur. Sulphurata quoque de ligno æquè eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehenſa, niſi hæc fuit voluntas. Idem & de nucleis oliuarum,ſed & de balanis eſt, vel ſi qui alij nuclei.De pinu autem integri ſtrobili,ligni appellatione continebuntur.

168. Paulus *libro quarto ad Sabinum,]*

PAli & perticæ in numerum materiæ redigendi ſunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

169. Iem *libro quinto ad Sabinum.*

NOn tantùm in traditionibus, ſed & in emptionibus,& ſtipulationibus, & teſtamentis adiectio hæc, *Vt optimus maximúſque eſt*, hoc ſignificat,vt liberum præſtetur prædium, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur.

170. Vlpianus *libro triceſimo tertio ad Sabinum.*

HÆredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt,etſi verbis non ſint expreſſi.

171. Pomponius *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

PEruenisse ad te rectè dicitur, qood per te ad alium peruenerit: vt in hæreditate à liberto per patronum filiumfamilias patri eius adoptiuo adquiſita reſponſum eſt.

172. Vlpianus *libro triceſimo octauo ad Sabinum.*

LIberi appellatione etiam libertam contineri placuit.

173. Idem *libro triceſimo nono ad Sabinum.*

COllegarum appellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis.

1 ¶ Qui extra continentia vrbis eſt, abeſt: cæterùm vſque ad continentia, non abeſſe videbitur.

174. Idem *libro quadrageſimo[ſecundo ad Sabinum.]*

ALiud eſt promittere furem non eſſe, aliud furto noxáque ſolutum, qui enim dicit furem non eſſe,de hominis propoſito loquitur,qui furtis noxáque ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

175. Pomponius *libro viceſimo ſecundo[ad Sabinum.]*

FAciendi verbo,reddendi etiam cauſa continetur.

176. Vlpianus *libro quadrageſimo quinto ad Sabinum.*

SOlutionis verbo, ſatisfactionem quoque omnem accipiendam placet, ſoluere dicimus eum qui fecit,quod facere promiſit.

177. Idem *libro quadrageſimo ſeptimo ad Sabinum.*

NAtura cauillationis, quam Græci *σωρίτην (id eſt,acerualem ſyllogiſmum)* appellauerũt, hæc eſt, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt,perducatur.

178. Idem *libro quadrageſimo nono ad Sabinum.*

PEcuniæ verbum, non ſolùm numeratam pecuniam complectitur: verùm omnem omnino pecuniam,hoc eſt omnia corpora,nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt,qui ambiget.

1 ¶ Hæreditas iuris nomen eſt, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit, hæreditas autem vel maximè fructibus augetur.

2 ¶ Actionis verbum,& ſpeciale eſt, & generale,nam omnis actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio, ſed plerumque actiones perſonales ſolemus dicere,petitionis autem verbo,in rem actiones ſignificari videntur,perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri:vt puta fideicommiſſorum,& ſi quæ aliæ ſunt,quæ non habent iuris ordinarij exſecutionem.

3 ¶ Hoc verbum *debui*,omnem omniuo actionem comprehendere intelligitur,ſiue ciuilis,ſiue honoraria,ſiue fideicommiſſi fuit perſecutio.

179. Idem *libro quinquageſimoprimo ad Sabinum.*

INter hæc verba, *Quanti ea res erit*, vel *Quanti eam rem eſſe paret*,nihil intereſt:in vtraque nẽpe clauſula placet veram rei æſtimationem fieri.

180. Pomponius *libro triceſimo ad Sabinum.*

TVgurij appellatione omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ conuenit, quàm vrbanis ædibus,ſignificatur.

1 ¶ Ofilius ait tugurium à tecto, tanquam tegularium, eſſe dictum: vt toga, quòd ea tegamur.

181. Idem[*libro 35.ad Sabinum.*

VErbum illud *pertinere*, latiſſimè patet, nam & eis rebus petendis aptum eſt,quæ dominij noſtri ſint: & eis, quas iure aliquo poſſideamus,quamuis non ſint noſtri dominij, pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint,ſed eſſe poſſint.

182. Vlpianus *libro viceſimo ſeptimo ad Edictum.*

PAterfamilias[liber peculium non poteſt habere,quemadmodum nec ſeruus bona.

183. Idem

183. Idem *libro vigeſimo octauo ad Edictum.*

TAbernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo, quòd tabulis cluditur.

184. Paulus *libro trigeſimo*[*ad Edictum.*]

INde tabernacula, & contubernales dicti ſunt.

185. Vlpianus *libro viceſimo octauo ad Edictum.*

INſtructam autem tabernam ſic accipiemus, quæ & reb. & hominibus ad negotiationem paratis conſtat.

186. Idem[*lib.30.ad Edictum.*]

COmmendare nihil aliud eſt, quàm deponere.

187. Idem *libro trigeſimo*[*ſecundo ad Edictum.*]

VErbum *Exactæ pecuniæ*, non ſolùm ad ſolutionem referendum eſt: verùm etiam ad delegationem.

188. Paulus *libro trigeſimo tertio ad Edictum.*

HAbere duobus modis dicitur, altero, iure dominij: altero, obtinere ſine interpellatione id, quod quis emerit.

1 ¶ Cautum intelligitur: ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

189. Idem *libro trigeſimo quarto* [*ad Edictum.*]

FAcere oportere & hanc ſignificationem habet: vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret: & curaret, ne fiat.

190. Vlpianus *libro trigeſimo quarto ad Edictum.*

PRouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent: non eos, qui ex prouincia oriundi ſunt.

191. Paulus *libro trigeſimo quinto* [*ad Edictum.*]

INter diuortium & repudium, hoc intereſt, quòd repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuortiſſe dicitur: quod diuortium ex eo dictum eſt, quod in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt.

192. Vlpianus *libro trigeſimo ſeptimo ad Edictum.*

HÆc adiectio *pluriſve*, non infinitam pecuniam continet, ſed modicam: vt taxatio hæc *Solidos decem pluriſve* ad minutulam ſummam referatur.

193. Idem *libro trigeſimo octauo ad Edictum*

HÆc verba, *Quanti eam rem paret eſſe*, non ad quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur.

194. Vlpianus[*libro quadrageſimo tertio ad Edictum.*]

INter donum & munus, hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem, nam genus eſſe donum Labeo à donando dictum, munus ſpeciem, nam munus eſſe donum cum cauſa, vt putà natalicium, nuptalicium.

195. Idem *libro quadrageſimo ſexto ad Edictum.*

PRonuntiatio ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque ſexum plerumque porrigitur.

1 ¶ *Familiæ* appellatio qualiter accipiatur, videamus, & quidem variè accepta eſt, nam & in res, & in perſonas deducitur. In res, vtputa in lege duodecim tabularum his verbis, *adgnatus proximus familiam habeto.* Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio ita, cùm de patrono & liberto loquitur lex: *ex ea familia*, inquit, *in eam familiam* & hîc de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat.

2 ¶ Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectæ vt putà patrem familias, matrem familias, filium familias, filiam familias, quique deinceps vicem eorum ſequuntur, vtputà nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet, rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat, non enim ſolam perſonam eius, ſed & ius demonſtramus, denique & pupillum patremfamilias appellamus, & cùm paterfamilias moritur: quotquot capita ſubiecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere, ſinguli enim patrum familiarum nomen ſubeunt, idémque eueniet & in eo, qui emancipatus eſt: nam & hic ſui iuris effectus, propriam familiam habet. Communi iure familiam dicimus omniũ adgnatorum: nam etſi patrefamilias mortuo ſinguli ſingulas familias habent, tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt.

3 ¶ Seruitutium quoque ſolemus appellare familias, vt in edicto prætoris oſtendimus ſub titulo de furtis: vbi prætor loquitur de familia publicanorum, ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum demonſtratur huius rei cauſa paratum, hoc eſt vectigalis cauſa: alia autem parte edicti omnes ſerui continentur, vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum item redhibitoria, ſi deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius, & interdicto vndevi familiæ appellatio omnes ſeruos comprehendit, ſed & filij continentur.

4 ¶ Item appellatur familia plurium perſonarum, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus familiam Iuliam, quaſi à fonte quodam memoriæ.

5 ¶ Mulier autem familiæ ſuæ & caput, & finis eſt.

196. Gaius *libro ſextodecimo ad Edictum Prouinciale.*

FAmiliæ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur.

1 ¶ Fœminarum libertos in familia earum non eſſe, palàm eſt: quia qui naſcuntur, patris, non matris, familiam ſequuntur.

197. Vlpianus *libro quinquageſimo ad Edictum.*

INdicaſſe eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe.

198. Idem *libro ſecundo de omnibus tribunalibus.*

VRbana prædia, omnia ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi

fortè tabola sũt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeroiēria, quia vrbanum prædtom non locus facit, ſed materia. Proinde horti qnoque, ſi qui ſunt in ædificiis conſtiuuti, dicendum ſit vrbanorum appellationecontineri. Planè ſi plurimum horti in reditu ſunt, vinearij fortè, vel etiam olitorij: magis hæc non ſunt vrbana.

199. Idem *libro octauo de omnibus tribunalibus.*

ABſentem accipere debemus eom, qui non eſt eo loco, in quo loco peritur, non enim trans mare abſentem deſideramus. & ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt, cæterùm vſque ad continentia, non abeſſe videbitur, ſi non latiter

1 § Abeſſe non videtur qui ab hoſtibus captus eſt: ſed qui à latronibus detinetur.

200. Iulianus *lib. 2. Digeſtorum.*

HÆc ſtipulatio *Noxis ſolutum præſtari?* non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem, & coercitionem capitalem habent.

201. Idem *libro octuageſimo primo Digeſtorum.*

IVſta interpretatione recipiendũ eſt, vt appellatione filij, ſicuti filiamfamilias contineri ſæpe reſpondebimus, ita & nepos videatur comprehendi, & patris nomine aous quoque demonſtrati intelligitor.

202. Alfenus Varus [*libro ſecundo Digeſtorum.*

CVm in teſtamento ſcriptom eſſet, vt hæres in funere, aut in monumento duntaxat aoreos centom conſomeret, non licet minus conſumere, ſi amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra teſtamentum facere videtur.

203. Idem *libro 7. Digeſtorum.*

IN lege cenſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat: *Seruos quos domo quis ducet ſuo vſu, pro his portorium ne dato*, quærebatur, ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa, vtrum pro his hominis portorium date deberet, necne, reſpondit, duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones, primam, quid eſſet *domum* dùcere: alteram, quid eſſet *ſuo vſu* ducere. Igitur quæri ſoleret, vtrum vbi quiſque habitaret, ſiue in Prouincia, ſiue in Italia, an dontaxat in ſua cuiuſque patria domus eſſe rectè dicetur: ſed de ea re conſtitutum eſſe, eam domum vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarúmqoe rerum conſtitutionem feciſſet. Quid aotem eſſet *vſu ſuo*, magnam habuiſſe dubitationem, & magis placet, quod victos ſui cauſa paratum eſt, tantum contineri. Itémqoe de ſeruis eadem ratione quæri, qoi eorum vſus ſui cauſa parari eſſent, vtrum diſpenſatores, inſulatij, villici, atrienſes, textores, operarij qooque ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa haberentur, ex quibus [agris] paterfamilias fructus caperet, quibus ſe toleraret: omnes denique ſeruos, quos quiſque emiſſet, vt ipſe haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emiſſet, vt venderet. Et ſibi videri eos demom vſus ſui cauſa patremfamilias habere, qui ad eios corpus tuendum, atque ipſius cultum præpoſiti, deſtinatique eſſent, quo in genere vnctores, cubicularij, coci, miniſt atores, atqoe alij, qui ad eiuſmodi vſum parari eſſent, numerarentur.

204. Paulus *libro 2. epitomarum [Alfeni.]*

PVerì appellatio tres ſignificationes habet: vnam, cùm omnes ſeruos pueros appellaremus: alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, cùm ætatem puerilem demonſtraremus.

205. Idem *libro quarto Epitomarum Alfeni.*

QVi fundum vendidit, pomum recepit: nuces, & ficos, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius generis eſſent, quas nos vini cauſa haberemus, quas Græci *τρωξίμους*, id eſt, *comeſtibiles*, appellarent, recepta videri.

206. Iulianus *lib. 6. ex Minicio.*

VInaria vaſa propriè vaſa torcularia eſſe placet: dolia autem & ſerias tandiu in ea cauſa eſſe, quandiu vinum haberent, cum ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſent, veluti ſi frumentum in his addatur, eandem cauſam amphorarum eſſe: vt cùm vinum habeant, tum in vaſis vinariis: cùm inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit.

207. Africanus *libro 3. Quæſtionum.*

MErcis appellatione homines non contineri, Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalicíarios appellari ait, & rectè.

208. Idem *libro 4. Quæſtionum.*

BOnorum appellatio, ſicut hæreditatis, vniuerſitatem quandam ac ios ſucceſſionis, & non ſingulares res demonſtrat.

209. Florentinus *libro 10. Inſtitutionum.*

COram Titio aliquid facere ioſſus, non videbitur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat, itaque ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat: non videbitur coram eo feciſſe. Scire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè fit, quod iuſſum eſt.

210. Marcianus *libro 7. Inſtitutionum.*

IS, qui natus eſt ex mancipiis vrbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus in vrbanis ſeruis conſtituetur.

211. Florentinus *libro 8 Inſtitutionum.*

FVndi appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur: ſed in vſu vrbana ædificia, ædes ruſtica, villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio, in vrbe area, rure autem ager appellatur. Idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.

212. Vlpianus *libro 1. de Adulteriis.*

PRæuaricatores eos appellamus, qui cauſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, à varicando enim præuaricatores dicti ſunt.

213. Idem *libro 1. Regularum.*

C*Edere* diem ſignificat incipere deberi pecuniam. *Venire* diem ſignificat cum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Vbi purè quis ſtipulatos fuerit: & ceſſit, & venit dies, vbi in diem: ceſſit dies ſed nondum venit, vbi ſub conditione: neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione.

1 § Æs

1 § Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus, æs ſuum eſt, quod alii nobis debent.

2 § Lata culpa eſt nimia negligentia: id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt.

214. Marcianus *libro primo Publicorum iudiciorum.*

MVnus propriè eſt, quod neceſſariè obimus, lege, more, imperióve eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quę nulla neceſſitate iuris officii, ſed ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt, & ſi præſtentur, plerumq; laus ineſt, ſed in ſumma in hoc ventum eſt: vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

215. Paulus *libro ſingulari ad legem Fuſiam Caniniam.*

POteſtatis verbo plura ſignificantur, in perſona magiſtratuum, imperiū, in perſona liberorum patria poteſtas, in perſona ſerui, dominium. At cùm agimus de noxæ deditione cum eo, qui ſeruum non defendit: præſentis corporis copiam facultatémque ſignificamus. In lege Atinia in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videre, & ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius aiunt.

216. Vlpianus *libro primo ad legem Æliam Sentiam.*

VErum eſt, eum, qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum, neque in vinculis eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita.

217. Iauolenus *libro primo ex Poſterioribus Labeonis.*

INter illam conditionem, *Cùm fari potuerit*, & *poſtquàm fari potuerit*, multùm intereſt, nam poſteriorem ſcripturam, vberiorem eſſe conſtat, at *cùm fari potuerit*, arctiorem & id tantùm modò tempus ſignificari, quo primùm fari poſſit.

1 § Item ita data conditione, *Illud facito in diebus*, ſi nihil præterea fuiſſet adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

218. Papinianus *libro viceſimo ſeptimo Quæſtionum.*

VErbum *Facere* omnem omnino faciendi cauſam complectitur: dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

219. Idem *libro ſecundo Reſponſorum.*

IN conuentionibus, contrahentium voluntatem potius, quàm verba, ſpectari placuit. Cùm igitur, ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad hæredem eius, qui ſuſcepit, pertineret: ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit.

220. Calliſtratus *libro ſecundo Quæſtionum.*

LIberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his deſcendunt, continentur: hos enim omnes ſuorum appellatione, lex duodecim tabularum comprehendit, totiens enim leges neceſſarium ducunt in cognatione ſingulorum nominibus vti, veluti *Filij, nepotes, pronepotes*, cæterorúmve, qui ex his deſcendunt: quotiens non omnibus, qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint: ſed ſolis his ſuccurrent, quos nominatim enumerent. At vbi non perſonis certis, non quibuſdam gradibus præſtatur, ſed omnibus, qui ex eodem genere orti ſunt: liberorum appellatione comprehenduntur.

1 § Sed & Papirius Fronto libro tertio reſpōſorum ait, prædio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri: niſi voluntas teſtatoris aliter habeat: filij enim appellatione ſæpe & nepotes, accipi multifariam placere.

2 § Diuus quoque Marcus reſcripſit, non videri ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem reliquit.

3 § Præter hæc omnia natura nos quoque docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt: filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcendunt, contineri: nec enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij appellare: etenim idcirco filios filiáſve concepimus, atq; edimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

221. Paulus *libro decimo Reſponſorum.*

PAulus reſpondit, falſum tutorem eum verè dici, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutor datus eſt ſiue non, ſicut falſum teſtamentum, quod teſtamentum non eſt, & modius iniquus, qui modius non eſt.

222. Hermogenianus *libro ſecundo Iuris epitomarum.*

PEcuniæ nomine non ſolùm numerata pecunia: ſed omnes res, tam ſoli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur.

223. Paulus *libro ſecundo Sententiarum.*

LAtæ culpæ finis eſt, non intelligere id, quod omnes intelligunt.

1 § Amicos appellare debemos, non leui notitia coniunctos: ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus.

224. Venuleius *libro 7. Stipulationum.*

VInculorum appellatione, vel priuata, vel publica vincula ſignificant, cuſtodiæ verò tantùm publicam cuſtodiam.

225. Tryphoninus *libro primo Diſputationum.*

FVgitiuus eſt, non is, qui ſolùm conſilium fugiendi à domino ſuſcepit, licèt id ſe facturum iactauerit; ſed qui ipſo facto fugæ initium mente deduxerit, nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquàm aliqua ſignificatione ex animi propoſitione cuiuſque ſola quis dicere poſſet: vt etiam is, qui nonnunquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, nunquam alienam matrem familias corruperit, ſi modò eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus ſit: tamen oportere eadem hæc crimina aſſumpto actu intelligi, & ideo fugitiuum quoque, & erronem non ſecundùm propoſitionem ſolam, ſed cum aliquo actu intelligi conſtat.

226. Paulus *libro 1. Manualium.*

MAgna negligentia, culpa eſt, magna culpa, dolus eſt.

226. Idem *libro 2. Manualium.*

EX illa parte edicti, *Tum, quem ei hæredem eſſe oportet*, hæredis hæredibus bonorum poſſeſſio non defertur.

1 § Item in ſubſtitutione his verbis, *Quiſquis mihi heres erit*, proximus hæres tantùm ſignificatur, imò non tantùm proximus hæres ſed etiam ſcriptus.

218. Idem *libro ſingulari de Cognitionibus*.

MVnicipes iotelligendi ſunt, & qui in eodem municipiu nati ſunt.

219. Idem *libro ſingulari de Tacitis fideicommiſſis*.

TRanſacta finitáve intelligere debemus, non ſolùm qoibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine contrmicerſia ſint poſſeſſa.

230. Idem *libro ſingulari ad Senatuſconſultum Orfitianum*.

VT ſunt iudicio terminata, tranſactione cópoſita, longioris temporis ſilentio finita.

231. Idem *libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertyllianum*.

QVod dicimus eum, qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe: tunc verum eſt, cùm de ipſius iute quæritur, aliis autem non prodeſt, niſi natus.

232. Gaius *libro primo de Verborum obligationibus*.

HÆc enonciatio, *Quæ ſunt pluris aureorum triginta*, ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.

233. Idem *libro primo ad legem duodecim tabularum*.

S*I caluitur & moretur, & fruſtretur*. Iode & calumniatures appellati ſunt, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. Inde & cauillatio dicta eſt.

1 § Poſt Kalendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur.

2 § Telom vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Ita ſequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. Dictúmque ab eo quod in longinquum mittitur. [Græca voce] figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, *i. ab eo quod eſt longè*. Et hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine: nam, quod nos telom appellamus, illi βέλος appellant, eóque nomioe vulgò quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur: ſed non minùs omne ſignificatur, quòd [cùm] mittitur mano, [ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, *i. à iaciendo*. Admonet nos Ξένοφων. *i. Xenophon*: nam ita ſcribit: Καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. *i. Et tela ſimul ferebantur, haſta, ſagittæ, funda, plurimi item lapides.*] Et id, quod ab arco mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα. (*i. ſagitta*) vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

234. Idem *libro ſecundo ad legem duodecim tabularum*.

QVos nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes cum quibus bellum eſſet.

1 § Locuples eſt, qui ſatis idonee habet pro magnitudine rei: quam actor reſtituendam eſſe petit.

2 § Verbum *Viuere* quidem putant ad cibum pertinere, ſed Ofilios ad Atticum ait, his verbis & veſtimenta & ſtramenta contineri, ſine his enim viuere neminem poſſe.

235. Idem *libro tertio ad legem duodecim tabularum*.

FErri propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit, agi ea, quæ animalia ſunt.

1 § Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolarent: ſed omoes qui ædificarent.

236. Idem *libro quarto ad legem duodecim tabularum*.

QVi venenum dicit, adiicere debet, vtrùm malum, an bonom, nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitom naturam eius, cui adhibitum eſſet, mutat, cùm id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, qoàm quæ nocent, hoc nomine contioentur, vnde adiectione alterius, nomine diſtinctio fit, admonet nos ſummus apud eos poetarom Homerus, nam ſic ait,

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

id eſt:

Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.

2 § Glaodis appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait, exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα (*i. extremitates arborum*) appellantur.

237. Idem *libro quinto ad legem duodecim tabularum*.

DVobus negatiuis verbis quaſi permittit lex magis quàm probauit, ídque etiam Seruius animaduertit.

238. Idem *libro ſexto, ad legem duodecim tabularum*.

PLebs eſt cæteri ciues ſine ſenatoribus.

1 § Deteſtatum eſt teſtatiooe denuntiatum.

2 § Pignus appellatum à pugno: quia res, quæ pignori dantur, manu trahuntur, vnde etiam videri poteſt verum eſſe: quod quidam putant pignus propriè rei mobilis conſtitui.

3 § Noxiæ appellatione omoe delictum continetur.

239. Pomponius *libro ſingulari Enchiridij*.

PVpillus eſt, qui, cùm impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe aut morte, aut emancipatione.

1 § Seruorum appellatio ex eo fluxit, quòd Imperatores [noſtri] captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.

2 § Incola eſt, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, quem Græci πάροικον (id eſt, *iuxta habitantem*) appellant. Nec tantùm hi, qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiam qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant.

3 § Munus publicum eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, vniuerſóſque ciues, rémque eorum imperio magiſtratus extraordinarium peruenit.

4 § Adveoa eſt, quem Græci ἔποικον (id eſt *domo profugum, colonum aduenientem*) appellant.

5 § Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio, cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit.

6 § Vrbs

6 ¶ Vrbr ab vrbo appellata eſt, vrbare eſt, aratro definire, & Varus ait, vrbum appellari curuaturã aratri, quod in vrbe condenda adhiberi ſolet.

7 ¶ Oppidum ab ope dicitur, quòd eius rei cauſa mœnia ſint conſtituta.

8 ¶ Territorium eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi id eſt ſummouendi, ius habet.

9 ¶ Verbum *Suum* ambiguum eſt, vtrùm de toto, an de parte ſignificet, & ideo qui iurat ſuum non eſſe, adiicere debet, neque ſibi communem eſſe.

240. Paulus *ex libris ſex, libro primo Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum.*

CVm quærebatur, an verbum *Soluto matrimonio dotem reddi*, non tantùm diuortium, ſed mortem contineret, hoc eſt, an de hoc quoque caſu contrahentes ſentient, & multi putabant hoc ſenſiſſe, & quibuſdam aliis contrà videbatur: ſecundum hoc motus Imperator pronuntiauit, id actum eo pacto, vt nullo caſu remaneret, dos apud maritum.

241. Quintus Mucius Scæuola *libro ſingulari* ὅρων.

IN rutis cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili, tectorióve non continentur.

242. Iauolenus *libro 2. ex Poſterioribus Labeonis.*

MAlum nauis eſſe partem, artemonem autem non eſſe, Labeo ait: quia pleræque naues ſine malo inutiles eſſent, ideóque pars nauis habetur, artemo autem magis adiectamento, quàm pars nauis eſt.

1 ¶ Inter proiectum & immiſſum, hoc intereſſe ait Labeo: quòd proiectum eſſet id, quod ita proueheretur, vt nuſquam requieſceret, qualia mæniana & ſuggrunda eſſent: immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur.

2 ¶ Plumbum, quod tegulis poneretur, ædificii eſſe ait Labeo, ſed id, quod hypæthri tegendi cauſa poneretur, contrà eſſe.

3 ¶ Viduam non ſolùm eam, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuiſſet, appellari ait Labeo: quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors: veſanus, qui ſine corde, aut ſanitate eſſet, ſimiliter viduam dictam eſſe, ſine duitate.

4 ¶ Stratutam loci alicuius ex tabulis factis, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe, ait Labeo: quoniam perpetui vſus paratæ eſſent, neque ad rem pertinere quod interim tollerentur.

243. Scæuola *libro 18. Digeſtorum.*

SCæuola reſpondit: Semper acceptum eſt, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco manumitterentur: niſi manifeſtè is, à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

244. Labeo *libro 4. Pithanon à Paulo epitomatorum.*

SI qua pœna eſt, multa eſt, ſi qua multa eſt, pœna eſt. *Paulus*: Vtrumque eorum falſum eſt, namque harum rerum diſſimilitudo ex hoc quoque apparet: quòd de pœna prouocatio non eſt, ſimulátque enim victus quis eſt eius maleficii, cuius pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debetur: at multæ prouocatio eſt, nec antè debetur, quàm aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt, nec aliter, quàm ſi is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum diſſimilitudo apparere poteris, quia pœnæ certæ ſingulorum peccatorum ſunt: multæ contrà, quia eius iudicis poteſtas eſt, quantam dicat, niſi cùm lege eſt conſtitutum, quantam dicat.

245. Pomponius *libro 10. Epiſtolarum.*

STatuæ affixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni, non ſunt ædium: ornatus enim ædium cauſa parantur, non quo ædes perficiantur.

1 ¶ Idem Labeo ait: Prothyrum, quod in ædibus [interim qui] fieri ſolet, ædium eſt.

246. Idem *libro 16. Epiſtolarum.*

APud Labeonem Pithanon ita ſcriptum eſt: Exhibet, qui præſtat eius, de quo agitur, præſentiam, nam etiam qui ſiſtit, præſtat eius, de quo agitur, præſentiam, nec tamen [eum] exhibet, [&] qui mutum aut furioſum aut infantem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt.

1 ¶ Reſtituit, non tantùm qui ſolùm corpus ſed etiam qui omnem rem conditionémque reddita cauſa præſtat, & tota reſtitutio iuris eſt interpretatio.

TItulus de Verborum ſignificatione nihil aliud quàm proprium Iuris Lexicon, nullum quippe in iure verbum cuius obſcuritas & ambiguitas, ſi quæ ſit, in eo non enodetur atq; diluatur, verborum ſanè interpretatio ſequitur ipſam legem cuius verba ſunt interpretanda.

Verbum non capitur hîc pro Dei ſapientia, vt in *cap. 1. Ioh.* In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Neque in ampla ſua ſignificatione, pro quauis orationis parte, quo ſenſu à verberando dicitur eo quòd aërem verberet dum profertur: neque in ſtricta, pro parte orationis ab aliis diſtincta: ſed pro dictione cuiuſcunque partis orationis inuenta, vt mens exprimatur, & rerum ſignificandarum causâ, ſunt quippe verba & literæ organa ac ſymbola voluntatis, & rerum, vt ait Plato *in Cratylo, l. 18. benignius, & l. ſi q. ff. de legib.*

Verba quadruplicem habere poſſunt ſignificationem, propriam, impropriam, vſualem, & interpretatiuam: in proprio & potentiore ſignificatu, ſi fieri poſſit, ſunt accipienda verba, *l. ſi duo, 13. §. 1. ff. de iureiur.* cum aliis quæ referuntur à Tiraq. *de retract. conuent. §. 2. gloſſ. 1. nu. 8.*

cùm enim nulla neceſſitas improprietatem fieri ſuadet, retinenda eſt verborum proprietas, *l.1.§.ſi is qui nauem ff. de exercit.act.l.nepos Proculo, 125.ff. de verb. ſignif.* Tamen verborum proprietati nimis addicti eſſe non debemus, ne veritatis ſenſus amittatur, *c.propterea, de verb ſign.* Etiã aliquando accidit vt proprio verbo non poſſit res deſignari, quoniam plura ſunt negotia quàm verba, *l.natura, ff.de præſer. verb.* vnde fit vt verba ſæpe ſint ambigua, & pluribus rebus ſignificãdis impoſita. Cùm autem verba multiplicem habere poſſunt intellectum, tũc accipi debent pro ſignificatu præcedentium & ſequentium, *l.qui ſitabus, in princ.l.ſi ſeruus plurium, §.vlt. vbi* Iaſ.*n.3 ff. de legat.1.* vna námque ſcripturæ pars alteram declarat, Mantic. *de coniect.vlt. volunt.lib.6.tit.13.n.4.5.* debent etiam accipi vt opinatur vulgus, & ſecundùm communem loquendi vſum, quamuis ille vſus recedat à propria ſignificatione, *text. in l. Labeo, & ibi* Bart.*ff.de ſuppell.legat.* Tum cùm ambigua eſt verbi ſignificatio, ea capienda eſt quæ Iuriſconſulto magis eſt vſitata, & vitio caret, *l.in ambigua.19.ff. de legib.* Rúrſus non eſt rarum in iure vt verborum ſignificata pro ſubiecta materia nunc reſtringantur, nunc amplientur, *arg.l.1.& 2.ff.de adopt.l.pecunia verbum,*178.*§.actionis.2.ff.de verb.ſignif.* Quandoque verba ſecundùm communem loquendi vſum & opinionem vulgi ſunt capienda, & prout vulgò ſonant, *d.l.Labeo, & ibi Dd.* attamen prolata à peritis non debent accipi ſecundùm communem vſum loquendi vulgarium & imperitorum, *l.ſi dictum, verſ.non tamen vt vulgus opinatur.ff. de euict.l.item Prætor, ff. de ſuis & legit.* nam peritorum ac doctorum vſus loquendi in arduis attendendus. Verba aliquando habent ſignificationem interpretatiuam, ita tamen vt interpretatio à mente non ſit aliena, nec fiat præter conceptum proferentis, *l.5 ff. de reb.dub.*

Quomodocunq; ſumantur verba, non eſt de illorum ſignificatione contendẽdum, pertinacibus enim relinquitur cõtentio verborum, *l.2.§.ſi enim, C.de conſt. pecun.* Deinde vbi verba clara ſunt non eſt opus coniecturis, *l.ille aut ille, §.1.ff.de legat.1.*& debent ceſſare omnes Aduocatorum & aliorum cauillationes, vt poſt Crauet.*conſ 273.Nobilis, n.7.verſ. circa, n.8.dicit W*eſembec.*conſ.28. n.2.*

Dubitatur an & quomodo in verbis detur ambiguitas, & multiplex ſignificatio: vel an vlla detur verborum ambiguitas? Breuiter reſpondendum dari, & à parte loquentis ſiue vtentis verbo ambiguo, & à parte audientis, & legentis: nam qui vtitur voce ambigua, etiamſi bene intelligat quo ſenſu ea vtatur, bene etiam norit varias vocis ſuæ ſignificationes, tamen cogitur tali voce vti, eo quòd non expediat ſimpliciori vti, eo quòd etiam ſatis notus ſit ſenſus illius vocis ei ad quem ipſa profertur. Aliquando ambiguitas conſiſtit in audiente & legẽte, qui ita eſt iners atque ignarus, vt ſæpenumerò nec intelligat quæ intelligere alioqui poſſet, nec intelligat, quæ à loquente intelligere præſupponitur. Hæc de Verbis & Verborum ſignificatione præmittenda breuiter, & præcognoſcenda, ſi Deus vitam conceſſerit, ſequentur in tit.de Verborum ſignificatione lucubrationes.

DIGEST.

DIGEST. LIB. 50.

TIT. XVII. De diuerſis Regulis Iuris antiqui.

1. Paulus *libro 16. ad Plautium.*

REGVLA eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat, non ex regula ius ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniectio eſt, quæ ſimul cùm in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

2. Vlpianus *libro primo ad Sabinum.*

FOeminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideò nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores exiſtere.

1 ¶ Item impubes omnibus officiis ciuilibus debet abſtinere.

3. Idem *libro tertio ad Sabinum.*

EIus eſt non nolle qui poteſt velle.

4. Idem *libro ſexto ad Sabinum.*

VElle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini.

5. Paulus *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furiotorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligerent, nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: pupillus omnia tutore auctore agere poteſt.

6. Vlpianus *libro ſeptimo ad Sabinum.*

NOn vult hæres eſſe, qui ad alium transferre voluit hæreditatem.

7. Pomponius *libro tertio ad Sabinum.*

IVs noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtatò & inteſtatò deceſſiſſe, carúmque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus, & inteſtatus.

8. Idem *libro quarto ad Sabinum.*

IVra ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

9. Vlpianus *libro quinto decimo ad Sabinum.*

SEmper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.

10. Paulus *libro tertio ad Sabinum.*

SEcundum naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda.

11. Pomponius *libro quinto ad Sabinum.*

ID, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

12. Paulus *libro 3. ad Sabinum.*

IN teſtamentis pleniùs voluntates teſtantium interpretantur.

13. Vlpianus *libro nono decimo ad Sabinum.*

NOn videtur cepiſſe, qui per exceptionem [à petitione] remouetur.

14. Pomponius *libro quinto ad Sabinum.*

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

15. Paulus *libro quarto ad Sabinum.*

IS, qui actionem habet ad rem recuperandam ipſam rem habere videtur.

16. *Vlpianus libro viceſimo primo ad Sabinum.*

IMaginaria venditio non eſt pretio accedente.

17. Idem *libro viceſimo tertio ad Sabinum.*

CVm tempus in teſtamento adiicitur, credendum eſt, pro hærede adiectum, niſi alia mês fuerit teſtatoris: Sicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adiicitur.

18. Pomponius *libro 6. ad Sabinum.*

QVæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu adquirimus, aliter atque quod ſtipulati ſumus, nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiam ſi liberatis nobis poteſtate domini conditio exiſtat.

PAVLVS.

SI filiuſfamilias ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio: patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

19. Vlpianus *libro viceſimo quarto ad Sabinum.*

QVi cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non poteſt, cùm non ſponte cum legatariis contrahit.

1 ¶ Non ſolet exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

20. Pomponius *libro ſeptimo ad Sabinum.*

QVotiens dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundùm libertatem reſpondendum erit.

21. Vlpianus *libro viceſimo ſeptimo ad Sabinum.*

NOn debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere.

22. Idem *libro viceſimo octauo ad Sabinum.*

IN perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio.

1 ¶ Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

23. Idem *libro viceſimo nono ad Sabinum.*

COntractus quidam dolum malum dumtaxat intercipiunt: quidam & dolum, & culpam dolum tantùm, depoſitum, & precarium, dolum, & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia geſta, in his quidem & diligentiam, ſocietas & rerum communio & dolum, & culpam recipit: ſed hæc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minùs, in ſingulis contractibus, nam hoc ſeruabitur, quod initio conuenit: legē enim contractus dedit, excepto eo, quod Celſus putat, non valere, ſi conuenerit, ne dolus præſtetur, hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt: & ita vtimur. Animalium verò caſus, mortes, quæque ſine culpa accedunt, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.

24. Paulus *libro quinto ad Sabinum.*

QVatenus cuius interſit, in facto, non in iure conſiſtit.

25 Pomponius *libro vndecimo ad Sabinum.*

PLus cautionis in re eſt, quàm in perſona.

26. Vlpianus *libro trigeſimo ad Sabinum.*

QVi poteſt inuitis alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

27. Pomponius *libro ſexto decimo ad Sabinum.*

NEc ex prætorio nec ex ſolemni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt, quamuis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari & ipſo iure, & per pacti conuentionem exceptionem, quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc, cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

28. Vlpianus *libro trigeſimo ſexto ad Sabinum.*

DIuus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate conueniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnandos.

29. Paulus *libro octauo ad Sabinum.*

QVod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.

30. Vlpianus *libro trigeſimo ſexto ad Sabinum.*

NVptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

31. Idem *libro quadrageſimo ſecundo ad Sabinum.*

VErum eſt, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere, quod enim impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem, aut factum efficere poſſit.

32. Idem *libro quadrageſimo tertio ad Sabinum.*

QVod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur, non tamen & iure naturali, quia, quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

33. Pomponius *libro viceſimo ſecundo ad Sabinum.*

IN eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri facturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.

34. Vlpianus *libro quadrageſimo quinto ad Sabinum.*

SEmper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, aut ſi non appareat, quid actum eſt, erit conſequens, vt id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

35. Idem *libro quadrageſimo octauo ad Sabinum*

NIhil tam naturale eſt, quàm eo genere quidque diſſoluere, quo colligatum eſt, ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.

36. Pomponius *libro viceſimo ſeptimo ad Sabinum.*

CVlpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

37 Vlpianus *libro quinquageſimo primo ad Sabinum.*

NEmo, qui condemnare poteſt, abſoluere non poteſt.

38. Pomponius *libro viceſimo nono ad Sabinum.*

SIcuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

39. Idem *libro trigeſimo ſecundo ad Sabinum.*

IN omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ ſit, quo minus fiat.

40. Idem *libro trigeſimo quarto ad Sabinum.*

FVrioſi, vel eius, cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt.

41. Vlpianus *libro viceſimo ſexto ad Edictum.*

NOn debet actori licere, quod reo non permittitur.

1 ¶ In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

42. Gaius *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

QVi in alterius locum ſuccedunt, iuſtam habent cauſam ignorantiæ: an id quod peteretur, deberetur. Fideiuſſores quoque non minùs, quàm hæredes, iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. Hęc ita de hærede dicta ſunt: ſi cum eo agetur: non etiam ſi agat, nam planè, qui agit certus

eſſe

Google

eſſe debet: cùm ſit in poteſtate eius, quando velit, experiri: & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

43. Vlpianus[*libro viceſimo octauo*] *ad Edictum.*

NEmo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione vti, niſi lex impedit.

1 ¶ Quotiens concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna quis experiri debet.

44. Idem[*libro viceſimo nono ad Edictum.*]

TOtiens in hæredem damus de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo.

45. Idem[*libro trigeſimo ad Edictum.*]

NEque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

1 ¶ Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

46. Gaius *libro decimo ad Edictum prouinciale.*

QVod à quoquo pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.

47. Vlpianus *libro 30. ad Edictum.*

COnſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt, cæterùm ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit.

1 ¶ Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt.

48. Paulus[*libro trigeſimo quinto ad Edictum.*]

QVidquid[in]calore iracundiæ vel fit, vel dicitur: non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuit iudicium animi fuiſſe, ideoque breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur.

49. Vlpianus[*libro trigeſimo quinto ad Edictum.*].

ALterius circumuentio alij non præbet actionem.

50. Paulus[*libro 39. ad Edictum.*]

CVlpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

51. Gaius[*libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.*]

NOn videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.

52. Vlpianus[*libro quadrageſimo quarto ad Edictum.*]

NOn defendere videtur, non tantùm qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.

53. Paulus[*libro 42. ad Edictum.*

CVius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt.

54. Vlpianus[*libro quadrageſimo ſexto ad Edictum.*]

NEmo plus iuris ad alium transferre poteſt quàm ipſe haberet.

55. Gaius[*libro 2. de teſtamentis ad Edictum vrbicum.*

NVllus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

56. Idem *libro tertio de legatis ad Edictum vrbicum.*

SEmper in dubiis benigniora præferenda ſunt.

57. Idem[*libro octauo decimo ad Edictum prouinciale.*

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur.

58. Vlpianus[*libro ſecundo Diſputationum.*]

EX pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari.

59. Idem[*libro 3. Diſputationum.*]

HÆredem eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.

60. Idem[*libro iii. Diſputationum.*]

SEmper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt: obſtringitur mandati actione.

61. Idem[*libro 3. Opinionum.*]

DOmum ſuam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quod ius non habet.

62. Iulianus[*libro ſexto Digeſtorum.*

HÆreditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuerit.

63. Idem[*libro 17. Digeſtorum.*]

QVi ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

64. Idem[*libro 29. Digeſtorum.*]

EA, quæ raro accidunt, non temerè[in]agendis negotiis computantur.

65. Idem *libro quinquageſimo quarto Digeſtorum.*

EA eſt natura cauillationis, quam Græci *σωρίτην* (*id eſt aceruales ſyllogiſmum*) appellant vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

66. Idem[*libro 60. Digeſtorum.*]

M*Arcellus*: Deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

67. Idem[*libro octuageſimoſeptimo Digeſtorum.*]

QVotiens idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimùm excipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

68. Paulus *libro ſingulari de dotis repetitione.*

IN omnibus cauſis id obſeruatur: vt, vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat, vbi verò genus actionis id deſiderat: ibi, ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

69. Idem[*libro ſingulari de adſignatione libertorum.*]

INuito beneficium non datur.

70. Vlpianus[*libro 1. de officio proconſulis.*

NEmo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coercitionis, ad alium transferre.

71. Idem *libro 1. de officio proconſulis.*

OMnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

72. Iauolenus[*libro tertio ex Poſterioribus Labeonis.*]

FRuctus rei eſt vel pignori dare licere.

73. Quintus Mucius Scæuola libro ſingulari ὅρων.

QVò tutela rediit, eò hæreditas peruenit, niſi cùm fœminæ hæredes intercedunt.

1 ¶ Nemo poteſt, tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus, cùm moritur habuit habiturúſve eſſet, ſi vixiſſet.

2 ¶ Vi factum id videtur eſſe, qua de re quis, cùm prohibetur, fecit: clam, quod quiſque, cùm controuerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit.

3 ¶ Quæ in teſtamento ita ſunt ſcripta, vt intelligi non poſſint: perinde ſunt, ac ſi ſcripta nõ eſſent.

4 ¶ Nec paciſcendo nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

74. Papinianus[*lib.1. Quæſtionum.*]

NOn debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

75. Idem[*lib.3. Quæſtionum*]

NEmo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.

76. Idem[*libro 24. Quæſtionum*]

IN totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.

77. Idem[*libro 18. Quæſtionum.*]

ACtus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem, nonnunquam tamen actus ſupraſcripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium adferunt, nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit, quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

78. Idem[*libro 31. Quæſtionum.*]

GEneraliter, cùm de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

79. Idem[*libro 32. Quæſtionum.*]

FRaudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.

80. Idem[*libro 33. Quæſtionum.*]

IN toto iure, generi per ſpeciẽ derogatur: & illud potiſſimũ habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

81. Idem[*libro 3. Reſponſorum.*

QVæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.

82. Idem[*libro nono Reſponſorum*]

DOnari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

83. Idem[*libro 2. Definitionum*]

NOn videntur rem amittere, quibus propria non fuit.

84. Paulus[*libro 2. Quæſtionum.*]

CVm amplius ſolutum eſt, quàm debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti poſſit: totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione.

1 ¶ Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus.

85. Idem[*libro 6. Quæſtionum.*]

IN ambigui, pro dotibus reſpondere melius eſt.

1 ¶ Non eſt nouum, vt, quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent: licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

2 ¶ Quotiens æquitas deſiderij, naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res temperanda eſt.

86. Idem[*libro 7. Quæſtionum.*]

NOn ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non: ſed plerunque melior.

87. Idem[*libro 15. Quæſtionum.*]

NEmo enim in perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpiceretur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis.

88. Scæuola[*libro 5 Quæſtionum.*]

NVlla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.

89. Paulus[*libro 20. Quæſtionum.*]

QVandiu poſſit valere teſtamentum, tamdiu legitimus non admittitur.

90. Idem[*libro 14. Quæſtionum.*]

IN omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas ſpectanda ſit.

91. Idem[*libro 17. Quæſtionum.*]

QVotiens duplici iure defertur alicui ſucceſſio repudiato nouo iure, quod antè defertur, ſupererit vetus.

92. Scæuola[*libro 5. Reſponſorum.*]

SI Librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis errasſet: nihil nocere, quo minus & reus, & fideiuſſor teneatur.

93. Mæcianus[*libro 1. Fideicommiſſorum.*]

FIliusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

94. Vlpianus[*libro 2. Fideicommiſſorum.*]

Non ſolent, quæ abundant, vitiare ſcripturas.

95. Idem[*libro 7. Fideicommiſſorum.*]

Nemo dubitat, ſoluẽdo videri eum, qui defenditur.

96. Mæcianus[*libro 12. Fideicommiſſorum.*

IN ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda[eſt]eius, qui eas protuliſſet.

97. Hermogenianus[*libro 3. Iuris Epitomarum.*]

EA ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt.

98. Idem[*libro 4. iuris Epitomarum.*

QVotiens vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur: is præferendus eſt, cuius in lucrum cauſa tempore præcedit.

99. Venuleius[*libro 12. Stipulationum.*]

NOn poteſt improbus videri, qui ignorat, quantum ſoluere debeat.

100. Gaius[*libro primo Regularum.*]

OMnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

101. Paulus[*libro ſingulari de Cognitionibus.*]

VBi lex duorum menſium fecit mentionem: & qui ſexageſimo & primo die venerit, audiendus eſt, ita enim & Imperator Antoninus cum Diuo patre ſuo reſcripſit.

102. *Vlpianus*[*libro primo ad Edictum.*]

QVi vetante prætore fecit, hic aduerſus edictũ feciſſe propriè dicitur.

1 ¶ Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

103. Paulus[*libro primo ad Edictum.*]

Nemo de domo ſua extrahi debet.

104. *Vlpianus*[*libro 2 ad Edictum*]

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi

infamia

infamia eſt, præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparant famoſa iudicia, etſi ſummam imparem habent, pro paribus accipiēda ſunt.

105. Paulus[*lib.1.ad Edictum.*]

VBicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur.

106. Idem[*libro 2.ad Edictum.*]

LIbertas inæſtimabilis res eſt.

107. Gaius[*libro 1.ad Edictum prouinciale*]

CVm ſeruo nulla actio eſt.

108. Paulus[*lib.4.ad Edictum.*

FErè in omnibus pœnalibus iudiciis, & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur.

109. Idem[*libro 5.ad Edictum.*]

NVllum crimen patitur is, qui non prohibet cùm prohibere (non) poteſt.

110. Idem[*libro ſexto ad Edictum.*]

IN eo, quod plus ſit, ſemper ineſt & minus.

1 ¶ Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſit cum ſatiſdatione.

2 ¶ Pupillus pati poſſe non intelligitur.

3 ¶ Vbi verba coniuncta non ſunt: ſufficit alterutrum eſſe factum.

4 ¶ Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cùm defendantur, non vt faciliùs calumnientur.

111. Gaius[*libro 2.ad Edictum Prouinciale.*]

PVpillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & iniuriæ faciendæ.

1 ¶ In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio, veluti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

112. Paulus *libro* 8.[*ad Edictum.*]

NIhil intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

113. Gaius[*libro 3.ad Edictum Prouinciale.*]

IN toto & pars continetur.

114.[Paulus]*libro 9.ad Edictum.*]

IN obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet.

115 Idem[*libro decimo ad Edictum.*]

SI quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe.

1 ¶ Non poteſt videri accepiſſe qui ſtipulatus, poteſt tamen exceptione ſummoueri.

116. Vlpianus[*libro 11.ad Edictum.*]

NIhil conſenſui tam contrarium eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm vis atque metus: quem comprobare, contra bonos mores eſt.

1 ¶ Non capitur, qui ius publicum ſequitur.

2 ¶ Non videntur, qui errant conſentire.

117. Paulus *libro 11.ad Edictum.*

PRætor bonorum poſſeſſionem hæredis loco in omni cauſa habet.

118. Vlpianus *libro 12 ad Edictum.*

QVi in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt, nam cùm poſſideatur, poſſidere non videtur.

119. Idem[*libro 13.ad Edictum.*]

NOn alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem.

120. Paulus *libro 12.ad Edictum.*

NEmo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quam ipſe habuit.

121. Idem[*libro 13.ad Edictum.*]

QVi non facit, quod facere debet: videtur facere aduerſus ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id, quod facere iuſſus eſt.

122. Gaius[*libro 5.ad Edictum Prouinciale.*]

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

123. Vlpianus[*libro 14.ad Edictum.*]

NEmo alieno nomine lege agere poteſt.

1 ¶ Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

124. Paulus[*libro 16.ad Edictum.*]

VBi non voce, ſed præſentia opus eſt: mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo, hic quidem [&] reſpondere poteſt.

1 ¶ Furioſus abſentis loco eſt, & ita Pomponius libro primo epiſtolarum ſcribit.

125. Gaius[*libro 5.ad Edictum Prouinciale.*]

FAuorabiliores rei potiùs, quàm actores, habentur.

126. Vlpianus *libro 15.ad Edictum.*]

NEmo prædo eſt, qui pretium numerauit.

1 ¶ Locupletior non eſt factus, qui libertum adquiſierit.

2 ¶ Cum de lucro duorum quæratur: melior eſt cauſa poſſidentis.

127. Paulus[*libro 10.ad Edictum.*]

CVm prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit, ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

128. Idem[*libro 19.ad Edictum.*]

IN pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

1 ¶ Hi, qui in vniuerſum ius ſuccedunt, hæredis loco habentur.

129. Idem[*libro 21.ad Edictum.*]

NIhil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

1 ¶ Cùm principalis cauſa non conſiſtit: ne ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

130. Vlpianus[*libro 18.ad Edictum.*

NVnquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.

131. Paulus[*libro 22.ad Edictum.*]

QVi dolo deſierit poſſidere, non poſſideore damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt.

132. Gaius *libro 7.ad Edictum Prouinciale:*

IMperitia culpæ adnumeratur.

133. Idem *libro 8 ad Edictum Prouinciale.*

MElior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt: deterior fieri non poteſt.

134. Vlpianus *libro 21.ad Edictum.*

NOn fraudantur creditores, cùm quid non adquiritur à debitore: ſed cùm quid de bonis diminuitur.

1 ¶ Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

135. Idem *libro 23 ad Edictum.*

EA, quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.

136. Paulus *libro 18.ad Edictum.*

BOna fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt.

137. Vlpianus *libro 25.ad Edictum.*

QVi auctore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

138. Paulus *libro 27.ad Edictum.*

OMnis hæreditas, quamuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

1 ¶ Nunquam creſcit ex poſtfacto, præteriti delicti æſtimatio.

139. Gaius *libro ad Edictum prætoris vrbani.*

OMnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent.

Google

1 ¶ Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt.

140. Vlpianus [*libro 56. ad Edictum.*]

ABſentia eius, qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet.

141. Paulus *libro 54. ad Edictum.*

QVod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia.

1 ¶ Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

142. Idem [*libro 56. ad Edictum.*]

QVi tacet, non vtique fatetur: ſed tamen verum eſt, eum non negare.

143. Vlpianus [*libro 61. ad Edictum.*]

QVod ipſis, qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

144. Paulus [*libro 61. ad Edictum.*]

NOn omne, quod licet, honeſtum eſt.

1 ¶ In ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

145. Vlpianus [*libro 66. ad Edictum.*]

NEmo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.

146. Paulus [*libro 62. ad Edictum.*]

QVod quis, dum ſeruus eſt, egit: proficere libero facto non poteſt.

147. Gaius [*libro 24. ad Edictum prouinciale.*]

SEmper ſpecialia generalibus inſunt.

148. Paulus *libro 16. breuis edicti.*

CVius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad omnes pertinent.

149. Vlpianus [*libro 67. ad Edictum.*]

EX qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

150. Idem [*libro 68. ad Edictum.*]

PAtem eſſe conditionem oportet eius, qui quid poſſideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret, vel haberet.

151. Paulus [*libro 64. ad Edictum.*]

NEmo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet.

152. Vlpianus [*libro 69. ad Edictum.*]

HOc iure vtimur: vt, quidquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut [in vis] priuatæ crimen incidat.

1 ¶ Deiicit, & qui mandat.

2 ¶ In maleficio ratihabitio mandato comparatur.

3 ¶ In contractibus, in quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.

153. Paulus [*libro 65 ad Edictum.*]

FErè quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cùm quibus modis adquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio adquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum ſit.

154. Vlpianus [*Libro 70. ad Edictum.*]

CVm par delictum eſt duorum ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa ſicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris, neque e[illegible] datur talis replicatio petitori, *Aut ſi res q*[illegible] *ea re dolo actum ſit.*

1 ¶ Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

155. Paulus [*libro 65. ad Edictum.*]

FActum cuique ſuum, non aduerſario nocere debet.

1 ¶ Non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.

2 ¶ In pœnalibus cauſis benigniùs interpretandum eſt.

156. Vlpianus *libro 70. ad Edictum.*

INuitus nemo [rem] cogitur defendere.

1 ¶ Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit.

2 ¶ Cùm quis in alij locum ſucceſſerit: non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus eum nocuit, in cuius locum ſucceſſit.

3 ¶ Plerumque emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum quæ fuit auctoris.

4 ¶ Quod cuique [pro eo] præſtatur, inuito non tribuitur.

157. Idem [*libro 71. ad Edictum.*]

AD ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt, (veluti tutoribus, & curatoribus) obtemperauerint.

1 ¶ Semper, qui dolo fecit, quominus haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet.

2 ¶ In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, (quibus) ſucceſſerunt, non tantùm in id, quod peruenit, verùm etiam in ſolidum tenentur: hoc eſt, vnuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt.

158. Gaius *libro 26. ad Edictum Prouinciale.*

CReditor, qui permittit rem venire, pignus demittit.

159. Paulus [*libro 70. ad Edictum.*]

NOn vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

160. Vlpianus *libro 76. ad Edictum.*

ALiud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.

1 ¶ Refertur ad vniuerſos, quod publicè fit per maiorem partem.

2. ¶ Abſurdum eſt, plus iuris habere [eum,] cui legatus ſit fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret.

161. Idem [*libro 77 ad Edictum.*]

IN iure ciuili receptum eſt, quotiens per eum cuius intereſt conditionem non impleri fiat, quo minùs impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet, quod ad libertatem, & legata, & ad hæredum inſtitutiones perducitur, quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cùm per promiſſorem factum eſſet, quo minùs ſtipulator conditioni pareret.

162. Paulus [*libro 70. ad Edictum.*]

QVæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

163. Vlpianus [*libro 55. ad Edictum.*]

CVius eſt donandi: eidem & vendendi, & concedendi ius eſt.

164. Paulus [*libro 51. ad Edictum.*]

POenalia iudicia ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſſunt.

165. Vlpianus [*libro 51. ad Edictum.*]

CVm quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

166. Paulus [*libro 48. ad Edictum.*]

QVi rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

167. Idem [*libro 49. ad Edictum.*]

Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipien-

accipientis non fiunt.

1 ¶ Qui iuſſu iudicis aliqnid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere neceſſe babet.

168. Idem [*libro 1. ad Plautium.*]

RApienda occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.

1 ¶ Quod factum eſt, cùm in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem.

169. Idem *libro 2. ad Plautium.*

IS damnum dat, qui iubet dare, eius verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.

1 ¶ Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit.

170. Idem *libro 4. ad Plautium.*

FActum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt.

171. Idem *lib. 4. ad Plautium.*

NEmo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.

172. Idem [*lib. 5. ad Plautium.*]

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem, interpretandum eſt.

1 ¶ Ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit.

173. Idem *lib. 6. ad Plautium.*

IN condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant.

1 ¶ Cùm & verbum *Reſtituas* lege inuenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi.

2 ¶ Vnicuique ſua mora nocet, quod & in duobus rei promittendi obſeruatur.

3 ¶ Dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt.

174. Idem [*lib. 8. ad Plautium.*]

QVi poteſt facere, vt poſſit conditioni parere: iam poſſe videtur.

1 ¶ Quod quis, ſi velit, habere non poteſt: id repudiare non poteſt.

175. Idem [*libro 11. ad Plautium.*]

IN his, quæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

1 ¶ Non debeo melioris conditionis eſſe, quàm auctor meus, à quo ius in me tranſit.

176. Idem [*libro 13. ad Plautium.*]

NOn eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè poſſit fieri: ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.

1 ¶ Infinita æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis.

177. Idem [*libro 14. ad Plautium.*]

QVi in ius dominium vel alterius ſuccedit, iure eius vti debet.

1 ¶ Nemo videtur dolo exſequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

178. Idem [*libro 15. ad Plautium.*]

CVm principalis cauſa non conſiſtat, plerumque ne ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

179. Idem [*libro 16. ad Plautium.*]

IN obſcura voluntate manumittentis fauendum eſt libertati.

180. Idem [*libro 17. ad Plautium.*]

QVod iuſſu alterius ſoluitur: pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.

181. Idem [*libro 1. ad Vitellium.*]

SI nemo ſubiit hæreditatem, omnis vis teſtamenti ſoluitur.

182. Idem [*libro 3. ad Vitellium.*]

QVod nullius eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

183. Marcellus [*libro 3. Digeſtorum.*]

ET ſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus tamẽ vbi æquitas euidẽs poſcit ſubueniendũ eſt.

184. Celſus [*libro 7. Digeſtorum.*]

VAni timoris iuſta excuſatio non eſt.

185. *Idem* [*libro 8. Digeſtorum.*]

IMpoſſibilium nulla obligatio eſt.

186. Idem [*libro 12. Digeſtorum.*]

NIhil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit. Et cùm ſoluendi tempus obligationi additur: niſi eo præterito peti non poteſt.

187. *Idem* [*libro 16. Digeſtorum.*]

SI quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

188. *Idem* [*libro 17. Digeſtorum.*]

VBi pugnantia inter ſe in teſtamento iuberentur, neutrum ratum eſt.

1 ¶ Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

189. *Idem* [*libro 13. Digeſtorum.*]

PVpillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi adpoſita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.

190. *Idem libro 24 Digeſtorum.*

QVod euincitur, in bonis non eſt.

191. *Idem libro 33. Digeſtorum.*

NEratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur, reſpondit, nõ videri ſibi principem, quod ei, quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe, quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

192. Marcellus *libro 29. Digeſtorum.*

EA, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur.

1 ¶ In re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius eſt quàm tutius.

193. Celſus [*libro 38. Digeſtorum.*]

OMnia fere iura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempus mortis hæredes extitiſſent.

194. Modeſtinus *libro 6. Differentiarum.*

QVi per ſucceſſionem quamuis longiſſimam defuncto hæredes conſtiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes exiſtunt.

195. Idem *libro 7. Differentiarum.*

EXpreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

196. *Idem libro 8. Regularum.*

PRiuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ, & ideo quædam ad hæredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt, quæ perſonæ ſunt, ad hæredem non tranſeunt.

197. *Idem libro ſingulari de ritu nuptiarum.*

SEmper in coniunctionibus non ſolum quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit.

198. Iauolenus *libro 13. ex Caſſio.*

NEque in interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris: ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

199. *Idem libro 6. Epiſtolarum.*

NOn poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non paruit.

200. Idem *libro 7. Epiſtolarum.*

QVotiens nihil ſine captione inueſtigari poteſt: eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis.

201. Idem *libro 10 Epiſtolarum.*

OMnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint.

202. Idem [*libro 11. Epiſtolarum.*]

OMnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt, parum eſt enim, vt non ſubuerti poſſet.

203. Pomponius [*libro 8 ad Quintum Mucium*]

QVod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.

204. Idem [*libro 28. ad Quintum Mucium.*]

MInus eſt actionem habere quàm rem.

205. Idem [*libro 39. ad Quintum Mucium.*]

PLerumque fit, vt etiam ea, quæ nobis abire poſſint, proinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſent, & ideo, quod fiſco obligamus, & vindicare interdom, & alienare, & ſeruitutem [in] prædio imponere poſſumus.

206. Idem [*libro 9. ex variis lectionibus.*

IVre naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

207. Vlpianus *libro 1. ad legem Iuliã & Papiã.*

REs iudicata pro veritate accipitur.

208. Paulus [*libro 3. ad legem Iuliam & Papiam.*]

NOn poteſt videri deſiſſe habere, qui nunquam habuit.

209. *V*lpianus [*libro 4. ad legem Iuliam & Papiam.*]

SEruitutem mortalitati ferè comparamus.

210. Lucinnius Rufinus *libro 2. Regularum.*

QVæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſtfacto conualeſcere non poteſt.

211. Paulus *libro 59 ad Edictum.*

Seruus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

TIT. XVII. DE DIVERSIS Regulis Iuris antiqui.

VLtimus Digeſtorum Titulus eſt de Diuerſis Regulis Iuris antiqui, quia Regula eſt totius Iuris epilogus, & ſpecialiter omnibus enumeratis, generalis quædam ſubiicitur Doctrina, ideo Regula eſt, quæ rem quæ eſt breuiter enarrat, *id eſt*, ius in variis partibus iuris conſtitutorum breuiter recitat, *l. 1. in princ. ff. de reg. iur.* vel quæ colligit ſub breuitate verborum ea quæ in variis partibus iuris per plura verba confusè referuntur, adeóque compendiosè plures res diffuſas complectitur, nec non plures caſus ſimiles ſimul iungit & colligit. Rectè præmittitur Titulus de Verborum ſignificatione, Titulo de Regulis iuris, quia prior eſt ſemper verborum interpretatio, vtpotè per quam ad ſententiam & rerum cognitionem perueniatur, ait Giphan.

Regula debet eſſe generalis, & omnia comprehendere, quia conſtituitur per ea verba quæ ſui naturâ omnia comprehundunt, vniuerſalia videlicet affirmatiua, & negatiua, tum indefinita quæ vniuerſalibus æquipollent. *l. ſi plures, 98. ff. de legat. 3.*

Regulæ tantam poteſtatem dixerũt eſſe nonnulli, vt eam ius de nouo conſtituere aſſeruerint, at non eſt illud ſemper verum, nam vbi ius eſt conſtitutum ante regulæ traditionem, regula non conſtituit ius de nouo, ita quidem cùm non eſt ante regulam ius conſtitutum tunc qui habet regulam pro ſe, habet fundatam intentionem, *VVeſembec. conſ. 48. n. 31.*

Regulæ officium eſt rationes coniungere, etenim regula ex pluribus rationibus ſimplicibus & particularibus vnam generalem efficit, vt ſtatutum eſt in piſcibus, vt occupanti concedantur, & idem ius ſtatutum eſt in feris, & beſtiis, & volucribus, quæ in nullius bonis ſunt, & ita ex his colligitur regula, vt quod in bonis nullius eſt id occupantis fiat.

Quæritur an exceptiones ſint de regula? Breuiter dicendum exceptiones non eſſe de regula quatenus non diſponuntur ſecundùm regulam, imò vbi ſunt exceptiones, regulam perdere officium, eo quòd exceptiones derogent regulæ in caſibus exceptis, *l. omnis, ff. de reg. iur.*

Cæterùm regulæ tenaciter ſunt tenendæ donec appareat & probetur contraria diſpoſitio ſpecialis, *l. præcipimus, 32. in fi. C. de appell.* vel donec appareat limitatio, *gloſ. in l. 1. & in l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* tamen non ſunt allegandæ regulæ generales vbi eſt deciſio in terminis, *Fel. in c. 1. col. 3. de præſcript. Angel. conſil. 14. incip. Nos Carolus.* Nedum ſuper regulis generalibus ſolidum debet fieri fundamentum, verùm ſinguli caſus ſunt examinandi, adeóque ex particularibus rationibus & circunſtantiis, legibus, rationibus, & Doctorum authoritatibus, decidendi: etenim à regula diſcedere licet quoties, id æquitas ſuadet, ita vt ineptum ſit dicere Regulam non fallere, ſi æquitas in contrarium ſuadet, *gloſſ. exiſtimamus, in auth. vt ſine prohibitione matres, col. 9.* Hæc de Regulis Iuris generaliter præcognoſcenda, ſuo tempore exibunt in lucem particulares in vnamquamque Regulam meditationes.

FINIS.

INDEX QVÆSTIONVM Quintæ Partis:

NEC NON

INDEX RERVM ET VERBORVM ejuſdem.

QVÆST. 1. Quis ordo & quis vſus Editionis in iure? 1
2 Quare inſcribitur titulus de edendo? 2
3 Quid eſt editio, & quotuplex? ibid.
4 Editio & litiscontestatio quomodo differunt? ibid.
5 Quomodo fit actionis editio? ibid.
6 Qu·d eſt actionis editio? 3
7 Quænam ſunt libelli ſignificata, & quæ eius definitio atque notatio? ibid.
8 Quot ſunt libelli partes? ibid.
9 Libellus potéſtne mutari, emendari, & augeri? 4
10 Poſſúntne vno eodémque libello duæ & plures actiones coaceruari & cumulari? ibid.
11 Quotuplex eſt libelli effectus? 5
12 Quid eſt inſtrumentum, & quid inſtrumentorum editio? ibid.
13 Quotuplex eſt inſtrumentorum editio? ibid.
14 Quomodo debet fieri inſtrumentorum editio, & à quo? ibid.
15 Qui ſemel inſtrumentum edidit, potéſtne illud reuocare, quaſi per errorem editum? 6
16 Quid eſt editio rationum? ibid.
17 Quinam coguntur rationes edere? ibid.
17 Quando fides eſt adhibenda rationum libris, & quando non? 7
18 Debétne edi totus rationum liber? ibid.
19 Súntne acta edenda? 7
20 Quid intelligendum eſt per acta? ibid.
21 Cui debent edi acta? 8
22 Quomodo debent edi acta? ibid.
23 Acta faciúntne fidem? ibid.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Quintæ Partis.

A

ACTA ſunt edenda 7
Acta quid ſint ibid.
Acta ſunt proceſſus & figura iudiciorum 8
Acta vtrique parti edenda ibid.
Acta edenda ſunt Iudici & fiſco ibid.
Acta actoris ſumptibus actoris edenda ibid.
Acta edenda cum die & conſule ibid.
Acta notorium faciunt inter partes ibid.
Acta vnius iudicij contra eoſdem probant vt & in alio ibid.
Acta vnius iudicij non probant contra tertium ibid.
Actorum nomine venit quod fit coram Iudice 7
Actorum nomine venit ſententia ibid.
Actorum nomine venit ſcriptura ibid.
Actorum editio quare fiat 8
Actorum editio fit cuicunque cuius intereſt ibid.
Actorum editio fit ſumptibus petentis ibid.
Actio perſonalis & hypothecaria cumulari poſſunt 4
Actiones duæ an in vnum libellum conijci poſſint 5
Actor paratus & probatione inſtructus venire debet 6
Actore non probante reus obtinebit ibid.
Actuarius quis 7
Actuarij regiſtrum tantum probat quantum tres teſtes 8
Argentarius debet edere libros rationum 6
Argentarij rationibus an credatur 7

C

CEſſionarius tenetur edere librum rationum 7
Conſtitutum pendet ex argentaria 6

D

DEbitor non conuincitur ex propria ſcriptura creditoris 7

E

EDictum quare perpetuum dictum 1
Edere quis non eſt cogendus contra ſeipſum 6
Edere quid ſit 2
Editio quid ſit ibid.
Editio quotuplex ſit ibid.
Editio actionis 2.3
Editio differt à conteſtatione 2
Editio præparat Iudicium 1
Editio prior & poſterior eſt citatione 1.2
Editionis ordo in iure 1
Editionis vtilitas ibid.

F

Fiſcus debet edere rationes 6

H

Hypothecaria eſt ad perſonalem acceſſoria 4

I

INſtrumentum quid ſit 5
Inſtrumentum cum libello edendum ibid.
Inſtrumentum etiam à reo edendum 6
Inſtrumentum commune eſt à reo edendum ibid.
Inſtrumentum editum an reuocandum ibid.
Inſtrumentum non editum non dicitur Iudici cognitum 5
Inſtrumenti editio quare ab actore fiat 6
Inſtrumento nemo vti poteſt quod edere noluit 5
Inſtrumenta ſemper edenda ibid.
Inſtrumenta debent edi cum anno, menſe & die, & notarij ſubſcriptione ibid.
Inſtrumenta edenda ſunt vel iure actionis, vel officio Iudicis 6
Inſtrumentorum editio quid ſit 5
Inſtrumentorum editio duplex ibid.
Inſtrumentorum editionis ius tranſit in hæredes 6
Iuris publici partes 1

L

LIbellus quid ſit 3
Libellus vnde dictus ibid.
Libellus quas habeat partes 3.4
Libellus an poſſit emendari aut mutari 4
Libellus eſt edendus reo & Iudici ſumptibus actoris 2
Libelli ſignificata octo 3
Libelli clauſula 4
Libelli effectus duplex 5

Index Rerum & Verborum Quintæ Partis.

Libello addere quid ſit 4

Libellum mutare quid ſit ibid.

Libellum emendare ibid.

Liber totus rationum non eſt edendus 7

Libri mercatorum quid requirant vt fidem faciant ibid.

Libri mercatorum debent recognoſci vt iis habeatur fides ibid.

Libri rationum ciuitatum probant ibid.

Libri reperti in archiuis an probent. ibid.

M

Mercatores coguntur edere libros rationum 6

N

NOtarius debet edere protocollum ibid.

Notarij debent edere. ibid.

P

PRæſcriptio ſex menſium opponitur contra libros Mercatorum 7

Protocollum edi debet vt ei fides habeatur 6

R

RAtionum editio 6

Referenti non creditur niſi conſtet de relato ibid.

Regiſtrata in actis publicis notoria eſſe cenſentur 8

Regiſtrata in actis publicis non indigent probatione ibid.

Reus debet edere inſtrumentum commune 6

Reus fidem facit ſolutionis ex rationibus accepti 7

Res inter alios acta tertio non nocet. 8

S

SCriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta publico inſtrumento comparatur 7

Scriptura priuata probat contra ſcribentem ibid.

Scriptura priuata quando fides habeatur. ibid.

T

Titulus de edendo quare ita inſcriptus 1

INDEX QVÆSTIONVM

Sextæ Partis:

NEC NON

INDEX RERVM ET VERBORVM ejuſdem.

QVAEST. I. Quomodo connectitur iſte titulus cum præcedenti? 1
2 Vnde dicta eſt vocatio in ius? *ibid.*
3 In ius vocario quomodo aliter appellatur? *ibid.*
4 Quid eſt in ius vocatio? *ibid.*
5 Quænam eſt neceſſitas vocationis in ius? 2
6 A quo vel cuius mandato fieri debet in ius vocatio? *ibid.*
6 Quinam in ius vucari poſſunt,& qui non? *ibid.*
7 Per quem debet fieri in ius vocatio? 3
8 Quænam ſunt nomina & appellationes eorum qui in ius vucanr? *ibid.*
9 Qualis debet eſſe in ius vocatio? *ibid.*
10 Quænam continere debet omnis vocatio in ius? 4
11 Quando debet fieri in ius vocatio? *ibid.*
12 Vbinam debet fieri in ius vocatio? *ibid.*
13 Qui præſens eſt in iudicio debétne citari? *ibid.*
14 In literis citatoriis debétne apponi dies quo citatus comparere debet? 5
15 Si nuntius falſam fecerit relationem quomodo erit puniendus? *ibid.*
16 Quomodo procedendum cùm corpus aliquod eſt in ius vocandum? *ibid.*
17 Quid eſt clauſula requiſitoria in literis citatoriis apponi ſolita? *ibid.*
18 Quinam ſunt effectus vocationis in ius? *ibid.*
19 Quando plures ſunt litis conſortes debénrne omnes citari? *ibid.*
20 In ius vocatus debétne ipſe ſe ſiſtere coram Iudice,aut alium mittere qui ſatiſdet ipſum ſiſtere? *ibid.*
21 Quid iuris ſi quis eximat vi in ius vocatum,aut dolo malo faciat quo magis eximatut? *ibid.*
22 Illegitimè citatus ſi compareat,an actus citationis inualidus iuſtificabitur? 6
23 Pars procuratorem habens in Curia an eſt citanda? *ibid.*
24 Citatus qui non adeſt ad diem dictum & aſſignatum quomodo puniendus? *ibid.*
25 Quis dicitur Contumax? *ibid.*
26 Contumax appellare,aut in integrum reſtitui volens,éſtne audiendus? *ibid.*
27 Quando purgari poteſt contumacia? 7
28 Citatio inducítne litiſpendentiam? *ibid.*
29 Simplex citatio interrumpítne præſcriptionem? *ibid.*
30 Quicunque in ius vocatus eſt tenetúrne ſeſe ſiſtere? *ibid.*

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Sextæ Partis.

A

ACTOR ſequitur forum rei in actionibus perſonalibus 4
Actor in actione reali vbi citandus ibid.
Adiornamentum quid 1. 2
Apparitores qui 3
Apparitorum genera ibid.

C

CAdauer proſequens an citandus 3
Cauſam agens apud Prætorem an citandus 2
Citandus nemo eſt abſque Iudicis iuſſu ibid.
Citandus an ſit præſens in iudicio 4
Citatio verbalis, ſcripta, & realis 3
Citatio generalis & ſpecialis 4
Citatio an fiat die feriato ibid.
Citatio vbinam fieri debeat ibid.
Citatio debet fieri aut ad perſonam, aut in domicilio ibid.
Citatio facta ad domicilium præſumitur ad domini notitiam perueniſſe ibid.
Citatio an inducat litiſpendentiam 7
Citatio interrumpit præſcriptionem ibid.
Citatio quæ requirat 4
Citatus in quo loco debeat comparere ibid.
Clauſula requiſitoria quid 5
Comitia calata quæ 2
Comparitio quid 6
Conſortes litis quomodo citandi 5
Contumacia quomodo purgari poſſit 7
Contumaciæ pœna 6
Contumax qui ibid.
Contumax vnde dictus ibid.
Contumax appellare volens aut reſtitui an audiendus ibid.
Contumax verus & fictus 7
Corpus quomodo citandum 5

D

DEnunciatio quid 1
Domus tutiſſimum cuique refugium 3

F

Furioſus an citandus 3

I

INfans an citandus 3
Iudex non concedit citationem niſi videat actoris libellum 2
Iudex an citandus ibid.
Iudex an partem citare poſſit 3
Iuriſdictio quomodo impediatur 5
Iuſta quænam ſint 2

L

Litera citatoria an contineant diem 6

M

Magiſtratus an in ius vocandi 2

N

NOuerca à priuigno an poſſit in ius vocari 3
Nubens marito an citari poſſit 2
Nuncius vnde dictus 3
Nuntius falsò referens puniendus 5
Nuntio credendum 3

P

PArentes an à liberis in ius vocari poſſint 3
Poſtaqua 2
Præco an citandus 3
Præſens in iudicio an ſit citandus 4
Procurator an citandus, vel pars 6

S

Sacerdotes an in ius vocandi 2

V

VOcatio in ius vnde dicta 1
Vocatio in ius quomodo aliter appelletur ibid.
Vocatio in ius olim à citatione diſtincta ibid.
Vocatio in ius quomodo neceſſaria 2
Vocatio in ius ſit mandante iudice ibid.
Vocatio in ius tribus modis fit 3
Vocatio in ius per quem fieri debeat ibid.
Vocatio in ius quos habeat effectus 5
Vocandi in ius qui 2
Vocantium in ius varia nomina 3
Vocatus quomodo compareat 5
Vocatus debet ſe ſiſtere 7
Vxorem ducens an in ius vocari queat 2

C 3

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Septimæ Partis.

A

ÆQVITAS eſt cauſa inducendæ fictionis 9
Æſtimatio facit exceptionem 11.12
Animalia eorúmque fœtus quo modo diuidi debeant inter paſtorem & dominum 9

B

Bonorum diuiſio à patre inter liberos facta valet 13

C

CAuſâ ſublatâ an tollatur effectus 2.3
Cauſa renuntiare quid ſit 5
Contractus omnis in Gallia eſt bonæ fidei 14
Contractus omnis non requirit ſcripturam 17
Contractus excedens 100 libras debet ſcripto concipi, nec poteſt per teſtes probari ibid.
Contrahentium voluntas potiùs attenditur quàm ordo ſcripturæ 26
Conuentio in vna re aut cum vna perſona facta, in alia re, aut alia perſona non nocet 24
Conuentiones perſonales perſonas in ſpecie comprehenſas non agrediuntur ibid.
Creditor debitori ſuo hæres exiſtens confuſione deſinit eſſe creditor 8
Creditor partem accipiens ab vno correo debendi introducit diuiſionem debiti 18
Creditor inuitus non poteſt cogi mutare debitorem 24

D

DEbendi correi quomodo à fideiuſſoribus differant 18
Debitor qui habet penes ſe chirographum an præſumatur ſoluiſſe 3.4
Debitor an liberetur per pactum de non petendo 6
Debitores non poſſunt facere conditionem creditorum deteriorem 25
Debitum debet diuidi pro rata inter cohæredes debitoris ibid.
Dolus dans cauſam contractui illum reddit nullum, vel ſaltem inducit reſtitutionis auxilium 10
Dolo inductus quis dicatur ibid.
Dominium nudo pacto non transfertur, ſed traditione, vel longi temporis præſcriptione, atque vſucapione 19
Donatio inter maritum & vxorem an valeat 6.7
Donatio non adfert onus, ſed emolumentum 19
Dotium fauor magnus, magnúmque priuilegium 15

E

Emptor hæreditatis an poſſit à creditoribus conueniri 3

F

FAuori ſuo poteſt quilibet renuntiare 16
Fideicommiſſum relictum ſub conditione quando poſſit remitti 1.3
Fideicommiſſum reciprocum ſub conditione fratribus iniunctum poteſt pacto per eos inuicem remitti 16
Fidem frangenti fides eſt frangenda 21
Filius non poteſt adferre præiudicium patri paciſcendo 22
Filius non poteſt facere patris conditionem deteriorem 23
Filius & pater cenſentur vna eadémque perſona, & quomodo ibid.
Filiusfamiliâs poſſidens cum patre non ſibi acquirit poſſeſſionem, & fructuum perceptio ipſi non prodeſt ibid.
Fratres quando præſumantur diuiſi 17
Fructus percipiens, vtpote maritus, onera ſuſtinet 12
Fundus dotalis non poteſt alienari à marito 6

H

HÆres pacto & conuentione non efficitur 8
Hæreditas nondum delata non poteſt repudiari 2
Hæreditas an trudi poſſit 8
Hæreditas non poteſt deferri per donationem 19

I

INſtantia quid ſit 5
Inſtantia, lis, & cauſa quomodo conueniãt & differãt ibid.
Inſtantiæ renuntiare quid ſit ibid.
Inſtitutiones captatoriæ probibitæ ſunt 15
Iuramentum quando ſeruandum & quando non 7
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis ibid.
Ius nondum quæſitum non poteſt remitti pacto 2
Ius publicum non tollitur priuatorum pactis 15
Iuri ſuo quando renuntiari poſſit 16.27

L

LAudimia non debentur ante traditionem rei venditæ, & poſſeſſionis apprehenſionem 20
Liquidi ad illiquidum nulla compenſatio 6
Lis quid ſit 5
Lis finita non debet reſtaurari 4
Liti renuntiare quid ſit 5
Lucrari nemo debet ex dolo 10

M

MIlitum voluntas quoquomodo appareat vim poſtremi iudicij obtinet 19
Mulier pro dote agit contra hæredem grauatum tantùm 29

O

OBligatio ciuilis poteſt per pactum poſterius reſtaurari 12
Obligatio tolli poteſt partim per ſolutionem, partim per pactum 5

P

PAciſcimur de iure futuro 2
Pactum de hæreditate viuentis an valeat ibid.
Pactum an requirat præſentiam vtriuſque partis 3
Pactum aliud expreſſum, aliud tacitum ibid.
Pactum non porrigitur ad aliam rem quam ad eam de qua actum eſt 5
Pactum nudum an pariat actionem & exceptionem 6
Pactum de non petendo quomodo æquiparetur ſolutioni ibid.
Pactum contra ius priuatum valet, non pactum contra ius pu-

ius publicum 7
Pactum appoſitum ſuper fœtibus pecorum inter dominum & paſtorem diuidendis, eſt ſeruandum 9
Pactum inæquale non eſt iniquum ibid.
Pactum dolo initum reſcindi poteſt ſi deceptus velit, non ſi decipiens 10
Pactum vt valeat tria requiruntur ibid.
Pactum veſtitum traditione actionem producit; pactum verò nudum nullam producit, ſed tantùm exceptionem 10.11.
Pactum veſtitur inter eoſdem non inter alios 11
Pactum nudum de æquitate canonica producit actionem, ſed non de iure ciuili ibid.
Pactum vt cohærentià traditionis veſtiatur tria requiruntur ibid.
Pactum accedens contractui incontinenti, vel ex interuallo 13.14
Pactum contractibus bonæ fidei adiectum incontinenti parit actionem, ſed non ex interuallo adiectum 13
Pactum incontinenti factum quid ibid.
Pactum nudum hodie parit actionem ibid.
Pactum contra religionem eſt odioſum ibid.
Pactum ex interuallo in accidentalibus adiectum actionem non parit, ſed tantùm exceptionem, contrà in ſubſtantialibus 13.14
Pactum ſtipulationi adiectum parit actionem 14
Pactum cohærens contractus ſtricti iuris, illum informat ibid.
Pactum dotale de ſucceſſione viuentis non valet neque obligat iure ciuili, ita quidem iure conſuetudinario 15.16
Pactum tantùm valet abſque ſcriptura quantum cum ſcriptura 17
Pactum de inuicem ſuccedendo factum inter priuatos non valet, ita quidem factum inter milites 19
Pactum commiſſorium 20
Pactum addictionis in diem ibid.
Pactum quomodo differat à traditione & vſucapione ibid.
Pactum nudum tranſactionis ibid.
Pactum tutoris vel curatoris cum debitore de non petendo non nocet pupillo aut minori 22
Pactum tantùm reſpicit paciſcentes 23
Pactum cum herede putatiuo factum non nocet paciſcenti 24
Pactum factum cum aliquibus hæredibus aliis non prodeſt ibid.
Pactum inter plures debitores factum non nocet creditoribus ibid.
Pactum cohærens ſtricti iuris contractui ipſum contractum informat 26
Pactum non veſtitur longi temporis præſtatione niſi interceſſerit ſtipulatio ibid.
Pactum nudum non obligat ciuiliter & efficaciter, ita quidem naturaliter ibid.
Pactum hæreditatis viuentis eſt aliquando validum 28
Pacto tollitur obligatio naturalis, non ciuilis 12
Pacta ſunt ſeruanda, & quæ 5.10
Pacta contra leges, conſtitutiones, & bonos mores nullam vim habent 6.7
Pacta circa paſcenda pecora ſunt ſeruanda 9
Pacta nouiſſima derogant prioribus 12.13
Pacta in odioſis ſunt reſtringenda, & in fauorabilibus ſunt amplianda 13
Pecorum ad nutriendum datorum periculum ad quem pertineat 9
Proteſtatio verbalis præcedens non tollitur per actum etiam verbalem ſubſequentem 12

R

REmiſſio facta hæredi putatiuo non prodeſt vero hæredi 14
Remittendi actiones ſuas non datur regreſſus ad eas 16
Renuntians iuri ſuo non poteſt illud repetere 27
Renuntians inſtantiæ an iterum agere poſſit 5
Renuntians ſucceſſioni poteſt in integrum reſtitui 3
Renuntiare poteſt quilibet priuilegio fori ſui, & beneficio appellandi, & præſcriptioni 27
Renuntiare poteſt quilibet iuri ſuo præſenti aut futuro 2.16
Renuntiatio non fit in Gallia niſi expreſſis verbis 4
Repromiſſiones extra contractum matrimonialem ſunt reprobandæ 14
Repudiamus id quod noſtrum eſt, nobis delatum, vel acquiſitum 2
Res inter alios acta alij non nocet 13.24

S

SEruus paciſcendo facit conditionem domini meliorem, non deteriorem 4
Stipulationes contra bonos mores non valent 15
Stipulationes firmant obligationes 26
Stipulationes turpes nullæ ſunt 6

T

TEſtandi forma eſt iuris publici, & ſic pacto non mutatur 15
Teſtes corrumpi poſſunt 17
Traditio etiam conſiſtit in voluntate; & rei præſentia 26
Traditio eſt facti, non iuris ibid.
Tranſactio omnis eſt pactum 2
Tutor non poteſt bona pupilli donare, aut dilapidare 22
Tutor non poteſt remittere ius liquidum pacto ibid.
Tutor non poteſt tranſigere de debito liquido pupilli ibid.
Tutor quando alienare poſſit bona pupilli ibid.

Errata maiora Secundæ Partis ſic emendanda.

Fol.3,col.2,lege,poſſint Clerici fol.15,col.1,leg.& conditio. Fol.21,col.2,leg.deſciſſiſſe videatur.

Errata grauiora Tertiæ Partis,ſic corrigenda.

Fol.2,col.1,leg.elogulum deponat Fol 6,col. 1, leg. debet vicem fidelitatis.

Errata maiora Quartæ Partis,ſic emendanda.

Fol.2,col.1,leg.perpetuationem fol.2,col.1,leg.fulcire utrique. Fol.3,col.1,leg.Schneideuinus fol.5,col.2,leg.quarum illa. Fol. 13,col.1,leg.ſi fit extraneus Fol.eod.leg.iure reſeruantur. Fol.eod.col.2,leg.ne hâc viâ. Fol.21,col.1,leg.reſtituere hæreditatem. fol.eod.leg.diuerſus Fol.29,col.1,leg.ex iureiurando. Fol.34,col.1,leg.reſtituat Seio. fol.38,col.2,leg.propter prohibitionem fol 42,col.1,leg.nam ſi pluribus fol.45,col.2,leg.nomen relinquentis fol.50,col.2, leg.Schneideuinus fol.58,col. 1,leg.Dolitt.lib.5. fol.eod.leg.Deinde falcidia fol. eod. leg aliqua lege.

Errata grauiora Quintæ Partis,ſic corrigenda.

Fol.1,col.1,leg.nam in Digeſtis fol.eod.col.2, leg. ergo & poſterius fol.3,col.2,leg.quia litigatores fol.6,col.1, leg. neceſſitate officij.

Errata maiora Sextæ Partis,ſic emendanda.

Fol.2,col.1,leg.Damhoud. fol.2,col.2,leg.prior cognoſcetur. Fol.4,col.2,leg.inducias petere.

Errata Septimæ Partis ſic corrigenda.

Fol.12,col.2,leg.eſſe de pacto fol.16,col.1,leg.diſtribuant. Fol.17,col.2,leg.diuiſiſſe fol 20.col.1,leg.legis commiſſoriæ. Fl. 22, col. 2, leg. etiam cum libera fol.eod.col.2,leg.ait enim Paulus fol. 28, col.1, leg.niſi is de cuius fol.eod.col.2, leg. C. de teſtam.

AF 431927 L

Digitized by Google

C 34.

Digitized by Google